No. 1
23-15

SYLVESTRINAE

Summæ, quæ Summa Summarum meritò nuncupatur,

Pars Prima,

Ab Reuerendo patre SYLVESTRO Prierate, abſolutiſsimo Theologo, ex ſacra Prædicatorum familia, ſacri Palatij magiſtro digniſsimo edita. Cum INDICE bipartito, qui, uti Summa, bipartitus eſt.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

En tibi renaſcitur, ſed tuo ſummo bono, Lector Chriſtiane, Summa hæc SYLVESTRINA. *Nam præter innumeros locos mutilatos & confuſos, qui à nobis ſumma diligentia reſtituti ſunt, Argumenta quoque ſingulis titulis præfixa, tibi ſummoperè profutura exhibemus.*

LVGDVNI,
Apud Hæredes Iacobi Iuntæ,
M. D. LII.

HAEREDES IACOBI GIVN-
TAE, SACROSANCTAE THEOLO-
giæ, Iuriſq; Pontificij ſtudioſis S.

ETSI ab ineunte ætate illud ſemper perſuaſum habuimus, immorta-
lem ijs omnibus gratiam deberi, quotquot ad promouenda diſciplinæ
cuiuſuis ſtudia opis aliquid attulerunt: ex omni tamen ſcriptorum ge-
nere nullos prolixius de publicis mortalium cõmodis promeritos eſſe
ſemper iudicauimus, quàm qui in illuſtrandis ſacroſanctæ Theologiæ
myſterijs, aut in diſſoluendis Iuris Pontificij nodis, operã non inſtre-
nuam nauauerunt. Nam cùm cætera, quotquot ſunt, diſciplinarum ge-
nera ad vitæ duntaxat præſentis ſubſidia pertineant, aut ornamenta: ſolæ Euangelicæ li-
teræ, quæq; ab ijſdem fontibus manauit, Diuini Iuris notitia, ad immortalis vitæ gaudia
viam aperiunt. Quamobrem ſi Apollinem, Aeſculapium, cæteroſq; Medicinæ princi-
pes delubris ariſq; eo ſolùm nomine dignata ſit antiquitas, quòd corporis morbos pro-
fligare, vitæq; nutantis limitem paucos in annos proferre poſſe viderentur: qui demum
honores poterunt excogitari diuinis eorum promeritis non inferiores, qui ſuis nobis ſu-
doribus viam expeditam munierunt, qua diſcuſsis animæ noxis, fluxum hoc momenta-
neumq; vitę genus, perenni vita cõmutare, ſortemq; hanc calamitoſiſsimam Deorum
immortaliũ felicitati poſſemus exę quare? Porrò cùm hac in arena proximis hiſce ſeculis
feliciſsima ingenia complura certatim deſudarint, neſcio tamen an quicquam toto hoc
in genere hactenus prodierit, quod cum hac Sylueſtri Prieratis Summa, (ita enim opus
ſuum inſcripſit, quod meritò Iuris diuini, Pontificijq; medullam quis appellauerit) iure
aut debeat aut poſsit conferri. Nam cùm pleriq; omnes, qui antea hoc argumenti genus
tractandum ſuſceperunt, parũ rectè intellectis, quibus ſua fulciebant, ſacrarũ literarum,
ſanctorumq; Patrum teſtimonijs, in infinitos propemodũ errorũ ſcopulos impegiſſent,
innumeriſq; ſententiarũ fluctibus huc illuc rapti, profundiſsimis omnia tenebris inuol-
uiſſent: ſolus hic inuentus eſt, qui diſcuſſa controuerſiarum caligine, purum nobis Solem
reduxerit, & veluti Cynoſura quædam deſuper affulgens, certam oſtenderit rationem,
qua anxię mortalium mentes in tam vaſto opinionum pelago curſum rectum tenere, o-
ptatumq; aliquando portum poſſent contingere. Quare cùm tanta ſit ſcriptoris huius v-
tilitas, quantam modo oſtendimus, rem humano generi in primis frugiferam facturi vi-
debamur, ſi opus igni (quod dici ſolet) aquaq; magis neceſſarium, ſed multis mendarum
myriadibus obrutum verius, quàm conſpurcatum, ad fidem vetuſtiſsimorum co-
dicum priſtino nitori reſtituendum curaremus, ſummaq; tum cura, tum in-
duſtria excuſum in lucem emitteremus. Qua quidem in re id nos a-
pud æquum rerum æſtimatorem aſſecutos confidimus, vt
hic non tam priuati noſtri emolumenti, quàm
publicorum commodorum ratio-
nem videamur habu-
iſſe. Valete.

SANCTISSIMO D. LEONI PON
TIFICI MAXIMO, FRATER SYLVESTER
de Prierio, ex Prędicatorum ordine, vitæ regularis, con- gregationis Lombardiæ, perpetuam felicitatem.

BEATISSIME Pater æternum viue & felix. Titus ille vrbis, atque
adeò terrarũ orbis delitiæ, vt primũ genitorem ad Romani vſque prin
cipatus reſciuit proſiliſſe faſtigiũ, eouſque memoratur lætitiæ proceſ-
ſiſſe, vt ea ceu immodica, pluſquàm ſatis erat fibris præcordiíſque diſtẽ
tis, contractis verò è diuerſo neruis, quin totus planè dilanguerit, parũ
abfuiſſe credatur. Atqui multò mihi ſanè iucũdius, optatius multò nu
per euenit: vt ne lãguidior modò, verũ & exanimis effici poſſem: (quã
do & præ gaudio emoriũtur nõnulli) cũ te, quẽ patris loco ſemper habuerim, nõ tam mo-
ralis, quàm genuina virtꝰ, quã etiã Deus optimꝰ maximúſq; ad id dignitatis euexit, quę
humanas oẽs longè latéque anteſtet. Et licet mẽtẽ noſtrã immẽſum penè gaudiũ titillarit:
nil tñ detrimenti ea rõne attulit, quòd fuerit lõgè antè pręuiſum. Ea quippe de te cõcepe
ram, vt ſi is honos cuipiã egregię virtutis viro, tibi vnico ꝓ meritis potiſsimũ obueniret:
cæterùm aliorũ nulli, aut nõ adeò multis. Tale nãque de te iamdudũ ſpecimẽ dabas, vt tã
tę indipiſcẽdæ dignitatis iã tũ faceres fidẽ. Nõ enim putabã, vel cæcã fortunã (deos iuſtos
taceo) aliũ potuiſſe quàm te, aut tui ſimilẽ ex multis deſortiri, q̃ cũctis morũ ornamẽtis,
cũctis virtutũ fulgoribus perclareſceres: atque eo ſanè maximè, quòd cũ in ꝓſpectũ atque
ſub omniũ oculos inſignẽ ob meritorũ claritatẽ aſſurgeres: tibi tamẽ (quæ tua eſt humili-
tas) deliteſcebas, ſubſidebáſque. Inde mihi vſu euenire ſolet, vt quoties in tui memoriã in
cidiſſe cõtigerit (incidimus aũt crebrò & honorificè) Archelai Regis haud hercle indi-
gnum opus toties in mentẽ veniat. Is tradente Plutarcho, cũ quidã ex familiaribus paulò
importunior, atque improbulꝰ aureũ quoddã poculũ ab ſe audẽtiùs poſtulaſſet: puerũ iuſ
ſit, alteri, hoc eſt Euripidi, tradere. Qđ ſanè dũ audaculꝰ ille pręter modũ miraret̃: Tu qui
dem (inquit rex) q̃ petas dignus es: Euripides aũt, qui accipiat, vel nõ petẽs. Pleriſque eñ
Põtificij hoc decus optãtibus, imò fortè (abſit iniuria verbo) expectãtibꝰ: Chriſtianæ rei
feliciter ꝓſpiciẽs, ad hoc ipſum Chriſtus tuã ſanctitatẽ euocandã cẽſuit: q̃ honores ipſos
hoc minꝰ ambiebat, quò maximo cuiq̃ magis magíſque par erat. En iã ſibi, ꝑſus placeat,
gratuletúrque Chriſtiana religio: ꝙ eũ ſit nacta Põtificẽ, qui cũ quouis veterũ laudatiſsi
mo cõferẽdꝰ, id ſibi munus nullatenꝰ deſumpſerit, ſed à Deo atque alter Aarõ ſit electus:
quíque is ſit, in quo ſeruorũ Dei ſpes ſit repoſita: quẽ vani hoĩes ob morũ portẽta nõ ſub
ſannẽt. ad te eñ q̃ſque ſuſpiciat nõ magis eccleſię antiſtitẽ, quàm etiã ſpecimẽ totiꝰ bñ bea
téque viuẽdi normę, totius pudicitię ſplẽdorẽ. tãta quippe ex ſupremo illo tuę ſanctitatis
throno claritas dirutilat, vt ſpectãtiũ oculos facilè ꝑſtringat. Nõ indulgeo amori meo: nõ
omniũ iudicio blãdior Põtifex: nota cũctis, & teſtata loquor: nihil damꝰ auribꝰ tuis: adula
tiões Gręculas odimꝰ ſemp: vera & ſolida eſt gloria tua: qđ animꝰ de te ſentit, lingua de-
promit: neque aliter laudauerim, quàm ꝓbẽ: atque vtinã eẽt is meę mẽtis captꝰ, vt ꝓ meri
tis tuis de te ſentirẽ: vtinã ea dicẽdi vis, vt exprimere aliq̃ñ poſſem, qđ ſemp ſentio. Scio q̃
de te cõcepi, infinitũ ſubſidere infra faſtigia celſitudinis tuę: ſcias & tu quęcũque loqui-
mur, lõgè eſſe minora ijs, quę cõcepimꝰ: tã deeſſe ſcias aĩo verba, quàm rebꝰ animꝰ deeſt.

Et cũ tã multis vnus abũdes:vt in quorũ egregijs innumerísque laudibus habeãt eloquẽ-
tiſsimi,vt liberrimè poſsint velut in patẽtibus cãpis expatiari:vbi vel totos facũdiæ ner-
uos cõtendãt:quid ex omni virtutũ cõſummatiſsimi hoĩs aceruo potiſsimũ deligã,nõ oc
currit:nã ſi quid tibi ſpeciatim tribuã,videbor nõ habuiſſe rationẽ reliquæ multitudinis.
Itaque explorata diligenter trutina,nihil magis placet quàm felicẽ appellare te,in quẽ na-
tura & Deus ſuorũ munerũ ſinũ prorſus effuderunt.Verùm & hoc proſequendũ fortiori-
bus cõcedimus:quãdo id ſilentio potius quàm infirmo ſermone obeundũ eſt.Habeat igi-
tur iã Chriſtianus populus nõ Chriſto tãtũ,ſed & dominis Cardinalibus immortales gra
tias:qui iã nũc procuſdubio tã bene ſenſere,quàm qui vnquã optimè:qui ſuũ tãdẽ ſplẽdo
rem Romanæ eccleſię reddidere te vno electo in Põtificẽ:cui nõ amplius ex põtificatu,q̃
põtificatui ex ipſo accedat honeſtamẽti:qui ampliſsimè auguſtã purpurã impleat:in quo
quicquid ex multa ætate de viris vnquã clariſs.fuit prædicatũ,nõ iã amplius deſideretur:
in quo poſtremo omnia veluti ſingula ſumma reperiãtur,q̃ ab optimo,præſtãtiſsimóq;
Pont.expectãda forẽt:gratuletur & ſibi purpureus ſenatus,cui rõ iã cõſtet collati ſuffra-
gij,quẽ nũquã iudicij pœniteat.Nec vereatur,ne ſub ſtẽmatis põdere anheles,fulgore ca-
liges nimio.Cæterũ,B.P.cùm homo ſis oĩbus numeris abſolutiſsim⁹,tuarũ virtutũ cumu
lo nõ deſunt eruditio ſingularis,miráq; morũ facilitas,quarũ auſpicijs freti bonarũ artiũ
vel tyrones nõ dubiũ quin & emeriti,iã conari quicquã valeãt:rudémque inſcitiã,ac te-
tram barbariẽ tuo noĩe implorato,è medio tollere:vt ſtudioſus quiſque ab omni prorſus
iniuria,atque indignitate vindicet:de quorũ grege cũ licet extremus,nõ tamẽ nullã forte
ſim ſtimulis act⁹ tuę benignitatis,qualecũque et ipe ꝓcudi opuſculũ:cúmque nõ vltra poſ
ſet ignicul⁹ mei erga te amoris ſupprimi,in lucẽ libell⁹ ꝓdijt,cũ animi noſtri,ſtudiorúm-
que erga te meorũ teſtis,tũ etiam lætitiæ cõceptæ ꝓfeſſor ac ꝓpalator te ipſum adijt,B.P.
nõ tã certè vt tu ipſo,quàm vt te ipſe donet.Is ſumma quædã eſt.Syluestrina,ſi lubet,nũ-
cupata.Poſtea eñ quàm Sũmæ quę Piſanella inſcribitur,Antonina primũ,mox Supple-
mentũ,ac tandẽ Angelica & Roſella ſucceſsere:in difficultates tũ primũ graues,inextrica-
bilésque ambages Chriſti ſacerdotes ꝓruerũt:percurrẽdi videlicet cõpluſcula volumina,
intérq; repugnãtes ſentẽtias dijudicãdi.Quãobrẽ cũ fratrũ meorũ ſuaſio,et orationũ fidẽ
tia eò nos perpulere,quò id opus aggrederẽtur:in quo oĩa quæ hoc doctrinæ genere pri-
ſci docuere,cõplecteremur,ad eruditionẽ,nõ ad liuorẽ citatis nominibus cõpugnãtiũ:vt
ſelecta veritate,falſitatéq; reiecta,animarũ ſalus & vberius & ſalubrius curaretur.vnde
etiam aliquo mõ vel tuo ſacratiſsimo nomini celebritas,vel noſtris tẽporibus claritas,vel
ſtudioſis etiã hominibus vtilitas pariatur:& anxijs,obnubilatíſq; mẽtibus nõnihil forte
luminis oboriat:ac niſi me dulciſsim⁹ amor ſuſcepti laboris fallit,is eſt libellus hic noſter,
qui nec ab eruditis forſitã reſpuatur:ex quo velut è theſauro diuitię ꝓferẽtur:vt magna ex
parte ſtudioſæ iuuẽtutis quædã velut inopia releuetur:ac tũ denique puto quiuis intelli-
get,quàm multis iſta mihi lucubrationib⁹ cõſtiterint.Nec aũt vẽdito iſta tibi,dũ ſic indi
co:nec mihi referri ob ea gratiã quęro:ſed abundè relatã putabo,ſi placuerit ex me tibi nõ
dicam res ipſa,ſed animus.Oratã vero B.T.velim rara illa ſua benignitate,qua nihil anti-
quius quàm & hoſtes ipſos amplecti ducis,non aſpernetur obſequentẽ:verùm rẽ perexi-
guam comiter excipiat:cui vel ipſa experientia cõpertiſsimũ eſt,æquè regium & magnifi-
cum eſſe & præſtare magna,& parua ſerena fronte ſuſcipere.Quale ſibi diu ſeruari ipſe
Chriſtianúſque populus comprecamur.Bene valeat S.P.T..

SYLVESTRINA

SVMMA INCIPIT, ID EST, 2

quarumlibet Summarum moralium ſumma: per Reuerendum Sacræ paginæ profeſſorem, fratrem SYLVESTRVM *de Prierio,ordinis Prædicatorum,congregationis Lombardiæ.*

ARGVMENTVM.

Sylueſtrinam ſummam ceu paruulã omnium frugiferarum arborum ſyluam:quippe quæ omnium moralium ſummarũ opiniones atq; ſententias complectatur: præcipuè verò Piſanæ in primis,ac Antoninæ,& Supplementi:demum verò etiam Angelicæ atque Roſellæ: compugnantiũ nominibus citatis,& veritate propalata: pro cõ 3
feſſorũ cùm otio,tũ ſolatio nuper editam in lucem dedi.Qua ex re à Deo gloriam,à bonis gratiam,ab æmulis ſolita præmia præſtolabor.

DE ABBATE.

1 *In Abbatem, niſi expreſsè profeſſus,eligitur nemo: ſed nec nouitius,quamlibet in Epiſcopum eligi queat.Ad hæc & Sacerdos, & annor.xx.eſſe debet.Et num in diſpoſitiõe cap.cùm in cunctis.de elect.contineatur.*

2 *Abbas abs quo,& unde eligatur. Cui item monaſterio aut eccleſiæ,& an diuerſis præfici queat.*

3 *Abbas electus abs quo & qua ratione confirmari,& benedici debeat.*

4 *Abbas quibus diebus benedictionem accipiat. & ea accepta, quid conſequutus dicatur.Pro benedictione autem Epiſcopus aliquid exigere canonicè nequit.*

5 *Abbas populo benedicere,certos ordines conferre,monachos à peccatis & cenſuris abſoluere, cũ monachis de irregularitate & uotis diſpenſare,facultatẽ ſeórſim in cella una ſolis diuertẽdi concedere,monachos citra capituli conſiliũ corrigere,& ob propriã iniuriam manifeſtariam in eoſdem animaduertere poteſt.Et hæc qualiter accipienda ſint.*

6 *Abbas monachũ de peccatis Epiſcopo,eiúſue pœnitentiarijs cõfiteri nõ prohibet:monachos nõ expellit: collationi cuiuſpiam prioratus onus nouum nõ imponit: clericos in eccleſijs,in quas patronatus ius habet,ſine capituli ſui cõſenſu nõ præſentat:nõ liberatur,& exceptioni citra Papæ permiſſum nõ renũtiat,nõ temerè cõuenit,aut cõuenitur:ſed nec monacho alicuius rei plenam,& abſolutã diſpoſitionẽ priuatæ utilitatis cauſa concedit:quanquam peculij uſum aliqua ratione concedere poſſit.*

7 *Abbas ultra monachos quatenus obligari,uel id minimè queat.Et idem populum habens,aut capellas populum habentes, ſynodum adire obſtringitur.At ſtatuto ſuo, ſicuti nec ex contractu cum monacho ſuo,non obligatur.*

8 *Epiſcopo monachũ alicui eccleſiæ præficere uolente,ſi reluctatur Abbas,utri monachus neceſſitatem parendi habeat.*

9 *Abbas calices,corporalia,et ueſtes an benedicat.Et an trãſitũ in aliã religionẽ cõcedat.Et nũ eiectos ac fugitiuos reducere teneatur.Bona itẽ eiecti num ad ipſum pertineant.Et an ſibi confeſſorẽ eligere,aut ipſe in Epiſcopum eligi:item num aduerſus epiſcopũ inſtituendi ad animarum curam ius præſcribere, & poſtremò in quibus diſpenſare poſſit.remiſſiuè.*

1 ABBAS* debet primò eſſe ꝓfeſſus expreſsè: nouitius autẽ eligi nõ poteſt ĩ Abbatẽ, etſi in epiſcopũ.extrà,de ele.c.nullus.li.vj.¶Et ſecũdò debet eſſe ſacerdos.extrà, de ætat. & quali.c.j.¶Et tertiò xxv.annorũ incœptorũ.extrà,de elect.cũ in cũctis.vbi hoc tempus cuilibet dignitati acquirẽdæ ſtatuitur:licet ſpecialiter mentio de Abbate nõ fiat:ſed ꝙ ſub illo cap. cõprehẽdatur Abbas,
tenet gl.ĩ c.indemnitatib⁹.poſt princ.de elect.li.vj.¶*Et 2
quartò electus à monaſterio cui ꝓficiẽdus eſt, & non ab epiſcopo.xxviij.quæſt.ij.Abbatẽ.monaſteriũ tñ,& monachorũ diſciplina pertinẽt ad epiſcopũ diœceſanũ.xviij.q.ij.hoc tantùm.in gl.qa ad epiſcopum pertinet cura oĩs diœceſis.ix.q.iij.c.ij.& hoc niſi ſint exẽpti vel priuilegiati:vt in c.cũ perſonæ.de priuile.li.vj.Et de his ĩ.tit.Exemptus.¶Et quintò de eodẽ monaſterio aſſumptus, niſi qñ idonea perſonã nõ haberet: quo caſu eligi poſsit de alio.xviij.q.ij.q̃ ſi.¶Et ſextò præfect⁹ tantũ vni monaſterio vel eccleſiæ,habentibus curã animarũ:nec põt præfici diuerſis,niſi vnũ monaſteriũ, vel eccleſia depẽdeat ex alia,vel inuicẽ ſint annexa.extrà,de relig.domi.c.ſi.de ꝓ-
ben.cũ ſingula.li.vj.¶Primò*verò quæritur,Abbas qua- 3
liter,& à quo electus debeat cõfirmari,& benedici?Et dico,ꝙ ſi eſt exemptus,cõfirmari debet per Papã, vel Legatũ de latere,ſi qs eſt ſuper illa prouincia:vt in c.ſi Abbatẽ.de elect.li.vj.in ſi.etiã ſi prouinciã,& nõ legationẽ exiuiſſet,ſecũdũ gl.ibi:ſed ſi nõ eſt exẽptus,per epiſcopum diœceſanũ cõfirmãdus eſt:vt no.Pan.in c.cũ monaſteriũ.extrà,de elect.imò etiã ſi Abbas,vel alius prælatus ſit exemptus,ſecũdũ eũ in c.j.de ſupplen.negli.prælat.vt referunt aliqui:quod tamen falſum eſt ſimpliciter,vel ſaltem quo ad prælatos exẽptos habentes alios prelatos immediatos poſt Papã:vt ſunt Priores, & miniſtri prouinciales mendicantiũ:ſed de hoc infrà Cõfirmatio.§.iij.Benedici verò debet per epiſcopũ diœceſanũ,ſecundũ Ant.de But.ſi ſit nõ exemptus: licet referat Hoſt.quòd plerunq; benedicãtur à patrib⁹ Abbatibus:quod quo iure fiat,nõ
videtur.Et*benedici debet ſolũ diebus, quibus ordines 4
minores cõferri poſſunt,ſecũdũ cõmunem opi.doctorũ:vt not.Pan.in c.cũ ſis.de cõſec.eccle.vel altar. Et per benedictionẽ intelligitur ei dari cura monaſterij: vt Sum.Ang.aſſcribit Innocentio.Sed Innoc. ſecundũ Bald. in c.j.de ſupp.neg.præl.loquitur de benedictione,quæ habet vim cõfirmationis:quã ſcilicet cõfirmatio nulla præceſſit:ſed vbi hæc diſtinguũtur,per confirmationẽ cõferuntur ei ea,quæ ſunt iuriſdictionis:vt not.Pan.in c.j.de off.ordi.poſt Hoſt.nõ autẽ ea,quæ ſunt ordinis: cuiuſmodi ſunt benedicere,cõferre ordines,& huiuſmodi.ꝑ benedictionẽ verò plenitudo officij: vt exercere poſsit ea; q̃ ordinis ſunt:quod ſecũdũ glo.ibi ante benedictionẽ facere nõ debet.Sed tamẽ hoc limitat Land. in clemẽ.attendẽtes.de ſta.monac.quãdo habet cõſuetudo quòd benedicatur.Quòd ſi epiſcopus tertiò cũ humili deuotiõe requiſitus eũ benedicere recuſauerit:tũc & ſuos benedicere monachos,& alia,quæ ad eius officiũ pertinẽt, poterit exercere:vt in d.c.j.imò ſecũdũ Ant.de But.ſi ſemel requiſitus hoc negauerit.Si verò ꝓ tali benedictione aliqd exigat epiſcopus,ſimonia eſt:vt in c.ſicut. de ſimo. el
iij.¶Secũdò*verò quæritur,quid poſsit Abbas? Et dico, 5
quòd põt primò ſolẽniter populo benedicere in eccleſijs ad eũ pleno iure pertinẽtib⁹ poſt miſſarũ,veſperorũ & matutinorũ officia:nõ autẽ alibi publicè, & per vias: niſi ex priuilegio ſpeciali:vt in c.abbates.de priuileg. li.vj.vbi gl.in verbo,pleno iure,habet,id eſt,ſpiritualib⁹ & tẽporalibus.¶Secũdò poteſt aliquos ordines cõferre eo modo,quo infrà Ordo iij.§.ij.¶Et tertiò poteſt ſuos monachos abſoluere ab oĩbus peccatis & cenſuris:niſi alteri ſpecialiter reſeruentur à iure:vt patebit infrà Abſolutio j.§.iij.nõ obſtãte quòd Panor.in c.monachi.extrà, de

ſent.excom.teneat eum nõ poſſe abſoluere ab omni ex-
cõmunicatione,ſed ſolùm ab ea,quæ eſt pro iniectione
manuũ in clericũ:ſicut etiã poteſt excõmunicationis ſen
tentiam in alios ferre:etiã ſi non ſit benedictus,modò ſit
cõfirmatus.extrà,de ſimo.ſicut tuis.& c. cũ eccleſiarũ. de
offi.or.iũcta gl.¶Et quartò poteſt diſpenſare cũ mona-
chis ſup irregularitate cõtracta per acceptionẽ ordinũ
in excõmunicatione:ſi facti memoriã vel iuris peritiam
non habebãt,& factũ nõ fuit graue & notabile:& hoc ſi- 7
ne irregularitatẽ cõtraxerint ante, ſiue poſt religiõis in-
greſſum,ſecundũ communem opi.Do.in c.cũ illorum.de
ſen.exc.& idem de ſuſpenſione,& interdicto:vt infrà Ir-
regularitas.§.ij.ĩ ſi.in alijs autẽ irregularitatib⁹ de cõmu
ni iure nõ poteſt:vt in d.c.cũ illorũ. not. Hoſt. & Panor.
¶Et quintò poteſt diſpẽſare cũ monachis in votis factis
ante religionis ingreſſum,ſecundũ gl.in c.noluit.xxxiij.
q.iij.in factis autẽ in religione irritare,& annullare põt:
vt infrà Votũ.iij.§.iij.¶Sextò poteſt dare licentiã mona
cho ſtãdi ſeparatim in cella vna,ex iuſta cauſa:& intra ſe
pta monaſterij,nõ extra.xx.q.iiij.c.vlti. ¶Et ſeptimò põt
corrigere ſuos monachos,capituli ſui cõſilio nõ reqſito,
ſecundũ Pan.in c.Ioãnes. de regular. ¶Et octauò poteſt
punire iniuriã notoriã in ſe factã, ſicut & quilibet præla
tus ordinarius,de quo diffuſè per Pan.in c.cũ veniſſent.
6 de iud.¶Tertiò*quæritur,quid nõ poſsit in ſpectãtibus
ad illũ:Et dico quòd nõ poteſt.¶Primò,ſecũdũ Alber.&
vt in Sum.Cõfeſ.li.iij.ti.xxxiij.prohibere monacho con 8
feſsionẽ cũ epiſcopo,vel pœnitẽtiarijs eius:niſi ex pri-
uilegio exẽptionis,vel cõſtitutionibus approbatis à Pa-
pa cõtrariũ appareat:vt infrà Cõfeſſor.ij.§.vj.¶Et ſecun
dò,nõ põt expellere monachos ſuos,vt not. Panor. in c.
cũ ad monaſteriũ.de ſtat.mona.& per c.ſi.de regu. quod
mãdat Abbatẽ,& omnẽ prælatũ regularẽ requirere fugi 9
tiuos,vt infrà Apoſtaſia.Sed intellige, ꝙ expellere non
põt ipſe Abbas vel prælatus:quod tñ poteſt facere regu
la,vel cõſtitutio priuata,probata per papã,vel etiã ius cõ
mune:aut ipſe prælatus his iuribus regulatus:vnde ĩ d.c.
cùm ad monaſteriũ.monachus deprehẽſus in vitio pro-
prietatis mãdatur expelli. Dicit tñ ſanc.Th.in xij.quoli-
bet.ꝙ expelli nõ debet quandiu vult corrigi : ſed ſolùm
propter cõtumaciã.quod intelligo, niſi incorrigibilitas
præſumatur de facto propter cõditiões viri:vel de iure,
propter regulã ita mãdantẽ:ſed eſt ſequeſtrandus in car
cere,vel alio modo.¶Tertiò,nõ poteſt in collatione ali
cuius prioratus imponere nouũ onus:vt in cle.qa regu-
lares.de ſup.neg.prælat.¶Et quartò, nõ põt clericos p̃-
ſentare in eccleſijs,in quibus habet ius patronatus ſine
capituli ſui cõſenſu:vt in c. cognoſcitur. de his q̃ ſiunt à
p̃lat.niſi ex approbata cõſuetudine,vel priuilegio aliud
habeatur:vt ibi.¶Et quintũ,nõ põt liberari,& exẽptioni
renũtiare ſine licẽtia Papæ.extrà,de arbit.cũ tẽpore. iun
cta gl.¶Et ſextò,nõ poteſt ſecũdũ Monal. ſine conſenſu
capituli,ſicut nec capitulũ ſine cõſenſu eius,aliquẽ cõue
nire,aut ab aliquo cõueniri in iudicio:qa vnus ſine alio
res aut pſonas ſibi ſubiectas alienare nõ põt.xij.q.ij.ſine
exceptione.& extrà,de dona. paſtoralis.qd̃ verũ eſt ſaltẽ
in arduis.& vbi bona ſunt diſtincta:ĩ alijs autẽ vide Pan.
in c.edoceri.de reſcrip.¶Et ſeptimò nõ poteſt cõcedere
monacho aliqd,vt de eo ad libitũ diſponat: vel quòd ei
ad ſuperioris beneplacitũ non auferatur:etiã ſi interue-
niat licẽtia Papę : vt not.Pan.in c.cùm ad monaſteriũ.de
ſtat.mona. nec poteſt religioſus ſtrictè, id eſt, profeſſus
tria vota probatæ religionis habere peculiũ,id eſt, pro-
prietatem:vt not.idem eo.tit.c.monachi.poteſt tamẽ Ab
bas monacho,& generaliter prælatus religioſo cõcede-
re vſum peculij,vel cuiuſcunq; rei:vel adminiſtrationem
pro vtilitate monaſterij,vel ſua neceſsitate : vt in c. inſi-
nuante.qui clerici vel vo.& ſecundũ Inno.ibi, põt cõce-
dere monacho certos reditus,vnde viuat.& ſecũdùm Io.
And.in regula,nõ eſt obligatoriũ.de regu.iur.li.vj.valet
ſtatutũ monaſterij,vt pro indumentis,& alijs neceſſarijs
certũ qd recipiat quiſq; monachorũ. ¶Quartò *quęrit,
ad quid obligatur vltra monachos,ſed nõ obligatur? Et
dico primò illũ obligari ad curã ſubiectarũ ſibi anima-
rũ:vt in c.ſi.de regu.& monaſterij ac rerũ eius:qa reſpe-
ctu horũ datur ſibi in ſua cõfirmatione iuriſdictio:vt no.
Doct.in c.j.de ſupplen.negl.præl.& Pan.in c. quanto.de
off.ord.& magna circa hoc & circa illud negligẽtia, eſt
peccatũ graue:vt infrà Negligentia,per totũ.¶Et ſecun-
dò,tenetur ſynodũ adire ſi habet populũ,vel capellas po
pulũ habẽtes,etiã ſi ipſe ſit exẽptus, dũmodo exemptio
ad populũ vel capellas nõ extendatur, nõ autẽ alias. de
maio.& obed.ſuper his.¶Et tertiò,non ligatur ſuo ſtatu
to etiã facto cũ contractu:ſecũdũ Pan.in d.c.cùm ad mo
naſteriũ.& ſi iuraſſet ſeruare,tamen ſecundũ Io. And. in
regula prędicta,nõ eſt obligatoriũ,tenet reuocatio:licet
ſit per ius.vnde patet quòd ſi ipſe cũ conuentu priorem
officialẽ aliũ cõſtituerit,tamẽ poteſt reuocare:quia Ab-
bas monacho ſuo obligari in aliquo nõ poteſt:ſicut nec
dominus ſeruo.C.de trãſac.l.interpoſitas.in fin.¶Circa*
prædicta remanent dubia multa.¶Primũ,vtrũ ſi epiſco-
pus velit monachũ inſtituti prælatũ in aliqua eccleſia, &
Abbas nolit, obedire debeat monach⁹ epiſcopo vel Ab-
bati?Et dico,ꝙ Abbati.xvj.q.j.cũ ꝓ vtilitate. & diſt.lviij.
c.j. ſed ſi eccleſia exigit,cogi debet Abbas p ſuperiorẽ,
vt velit:vt colligitur ex d.c.iũcta gl.¶* Secũdũ eſt,vtrum
Abbas benedicere poſsit calices,corporalia,& veſtes.vi
de ĩ.Benedictio.¶Tertiũ eſt,vtrũ licẽtiare poſsit ad aliã
religionẽ.ĩ.Religio.iiij.§.iij.¶Quartũ eſt,vtrũ teneatur
reducere eiectos,& fugitiuos.ĩ.Apoſtaſia.§.vj.¶Quintũ
eſt,vtrũ ad illũ pertineat bona monachi eiecti.ĩ.Religio.
iiij.§.x.¶Sextũ eſt,vtrũ poſsit ſibi eligere cõfeſſorẽ.ĩ.Cõ-
feſſor.j.§.ix.¶Septimũ eſt,vtrũ eligi poſsit in epiſcopũ.
ĩ.Electio.j.§.xiij.¶Octauũ eſt,vtrũ præſcribat cõtra epi-
ſcopũ ius inſtituendi ad curã animarũ in aliqua eccleſia.
ĩ.Benedictio.§.j.¶Nonum,in quibus poſsit diſpenſare.
ĩ.Diſpenſatio.§.xiiij.¶Multa quoque ad iſtũ titulũ per-
tinentia habes ĩ.tit.Prælatus.& tit.Monachus.& tit.Reli-
gioſus.qui ſcilicet venit ſub appellatione monachi:quia
vt not.Panor.in c.ex parte.de poſtulãdo.quando emanat
conſtitutio reſpectu religionis:licet de monachis loqua-
tur, extenditur tamen ad omnes religioſos:niſi diuerſi-
tatis ratio inter eos & monachos poſsit aſsignari.

DE ABBATISSA.

1 *Abbatiſſa iuriſdictionis incapax ſpiritualis,nec ordinis clauẽ,
nec iuriſdictionis habet,quãquàm clauis uſus nonnullus in ſub-
ditas ipſi concedatur:unde ordinariam iuriſdictionem habere
nõ dicitur,ſed quaſi ex commiſsione quadã,ad ſubditarum in-
tegritatem & caſtimoniam tutandam.*

2 *Delbora,quæ Iſraël iudicauit,in qbus illi præfuiſſe dicta eſt.*

3 *Abbatiſſa collationis beneficiorũ actiuè capax,num ius confe-
rendi & inſtituendi habeat. Et an quæ ex clauium poteſtate
dependent,ipſi competere poſsint.*

4 *Abbatiſſa quãnam ratione eligatur: et electa abs quo,ac qua
liter confirmari & benedici debeat. Et quid confirmatio con
ferat. Prioriſſa autem non benedicitur.*

5 *Abbatiſſa iã cõfirmata,beneficia cõferre,& clericos in eccleſijs
ad monaſt.ptinẽtibus inſtituere põt, & quatenus accipiẽdũ.*

6 *Abbatiſſa monachas & clericos ſuæ ditioni obnoxios à benefi-
cio,nõ aũt officio ſuſpendere,aut interdicere,põt:& quãquam
excõmunicare,aut ab excõmunicatione abſoluere minime poſ-
ſit,presbyteris tamen ſuis,ut moniales excommunicent delin-
quentes,& eas contrà abſoluant,præcipere poteſt.*

7 *Abbatiſſa clericos ſeculares ſub ſe habere poteſt.*

8 *Abbatiſſa,nec quæuis mulier alia,quæ ab ordinis uel clauium
poteſtate dependẽt,minimè exercere põt. Et quæ ſint illa.*

9 *Abbatiſſa pdicãdi muneris,aut publicè docẽdi Euãgeliũ inmiſ
ſa dominicoq; ſacrificio legẽdi,in ſpiritualibus iudicãdi,ordi-
nem ſuſcipiẽdi,& cæterorũ quæ ſexui fœmineo negata ſunt,ne
quaquã particeps eſt. Quæ autem poſsit,ibidem perſtringitur.*

10 *Abbatiſſa moniales nõ uelat,nemini niſi comitata ſaltẽ uetu
la monacha, loqui debet: & monialem ad collocutorium,niſi
ipſa,aut alia cum ea uadat,proficiſci permittere uetatur. Pro
homagio ac fidelitate ſuſcipienda quomodo & quando clau-
ſtrum egredi poſsit. Et an ſibi confeſſorem eligere.*

1 ABBATISSA,*vt plenius in ſpectantib⁹ ad illã in-
noteſcat,ſciẽdũ eſt,ꝙ S.Tho.iiij.diſt.xix.q.j.arti.j.
q.iij.ad quartũ ſic dicit,loquẽs de abbatiſſa,Mulier ſecũ
dum Apoſtolũ eſt in ſtatu ſubiectionis,& iõ ſpiritualem
iuriſdictionẽ habere nõ põt:quia etiã ſecũdũ Philoſo-
phũ in viij.& hîc,Corruptio inurbanitatis eſt,qñ ad mu
lierẽ dominiũ puenit.Vnde nec ordinis nec iuriſdictio
nis clauẽ habet:cõmittitur autẽ ei aliquis clauiũ vſus,ſi-
cut habere correctionẽ in ſubditas mulieres,ꝓpter peri 7
lũ qd̃ poſſet imminere ex cohabitatiõe virorũ.Et rurſus
diſt.xxv.q.ij.art.j.q.j.ad ſecũdũ,dicit,Abbatiſſæ nõ habẽt
prælationẽ ordinariã,ſed quaſi ex cõmiſsione ꝓpter pe 8
2 riculũ cohabitationis virorũ.Delbora*aũt quę iudicauit
Iſraël,Iud.iiij.præfuit in tẽporalibus,nõ in ſacerdotali-
bus.ſicut & nunc mulieres poſſent dominari.hæc ex S.
3 Tho.¶Sciendũ* eſt etiã, ꝙ Pan.in c.dilecta.de maio.&
obed.ex gl.duo elicit.Primũ,ꝙ abbatiſſa eſt capax actiuè
collationis bñficiorũ,& cõſequẽter habere põt ius con-
ferendi & inſtituẽdi:cũ iſta ſint,inquit,iuriſdictionis ſpi
ritualis,& nõ ordinis.qd̃ tamẽ dictum intellige ex cõ- 9
miſsione,nõ ex ordinaria prælatione,iuxta dictũ ſancti
Doctoris.Secũdũ,ꝙ depẽdẽtia ex clauiũ poteſtate in mu
lierẽ nõ cadũt:etiã aliàs habẽtẽ ſpiritualẽ iuriſdictionẽ.
hæc Pan.qui de clauo ordinis loquit̃,cuius ſcilicet ordi-
4 nis mulier nõ eſt capax.¶Primò*igit̃ quæritur de abba
tiſſa,qualiter eligi,& electa à quo & qualiter confirmari 10
debeat & bñdici?Dico ꝙ eligi debet eo mõ quo dicit̃
infrà,Electio iij.§.vj.& vij.Confirmari aũt debet ab eo à
quo abbas exẽpt⁹,ſi eſt exẽpta:& nõ exẽpt⁹,ſi nõ exẽpta:
qa quãtũ ad hoc nõ eſt rõ diſpar aliquo iure cauta:item
qa cõfirmatio dat iuriſdictionẽ,vt dictũ eſt ſuprà,ti.prio
re.§.j.quã exẽptis dare nõ põt ordinarius,ſicut nec au-
ferre.Et debet bñdici:quod ſi fieri nõ procuret intra an
nũ à ſua cõfirmatione cõputãdũ,ceſſante cauſa rõnabili
cecidit à ſuo iure,vbi eſt cõſuetudo ꝙ benedicat̃:vt in
clem.attẽdẽtes.de ſtatu mona.poteſt tamẽ ſecũdũ gl.ibi
quolibet die benedici:& in hoc diſtinguit̃ eius benedi-
ctio ab ea quæ eſt abbatis,& in multis alijs quę ibi notã
tur:& in c.j.de ſupplẽ.ne.pre.Prioriſta verò nõ bñdicit̃,
5 ſecũdũ gl.de elec.c.indẽnitatibus.lib.vj.¶Secundò*quę
ritur,quid poſsit?Et dico ꝙ põt primò ſtatim poſt ſuam 1
cõfirmationẽ de cõſenſu capituli ſui eccleſias & benefi
cia cõferre,& inſtituere clericos ĩ eccleſijs ad ſuũ mona
ſteriũ pertinẽtibus,ſicut alij cõfirmati,vt in noſcitur,de
his q̃ ſiũt à prela.& cõcordãt Hoſt. & Pan.in c.dilecta.de
maio.& obed.quod tñ limitat de inſtitutione dãte poſ-
ſeſsionẽ & titulũ:nõ aũt de authorizabili,dante.ſ.pote-
ſtatẽ exercẽdi curã animarũ,ligãdi atq; ſoluẽdi:qa nemo
dat quod nõ habet:¶*Et ſecũdo põt ſuſpẽdere mona- 6
chas & clericos ſuæ iuriſdictioni ſubiectos à bñficio:vt
in d.c.dilecta.iũcta gl.quod etiã ſentit gl.Ray.nõ autem
põt ſuſpẽdere ab officio,vel interdicere,ſecũdũ Hoſt.qa
hoc quaſi clauiũ eſt,& ſub nomine cẽſuræ cõtinet̃.quod
gl.in d.c.dilecta.dicit poſſe dici.Inn.tñ ſenſit ꝙ hæc poſ
ſit,ſi cõſuetudo extat.& idẽ ſenſit gl.in d.c.dilecta.quod
etiã ꝓbat:qa papa mãdauit obſeruari ſuſpẽſiorẽ à bñfi-
cio & officio quã fecerat illa abbatiſſa,de qua ĩ d.c.Sed
Pan.ſic facere videt̃ cõcordiã:qa hæc põt largè.ſ.ſubtra-
hẽdo prębẽdas,& pręcipiẽdo ne celebrẽt,donec ſatisfe-
cerint:nõ aũt ſtrictè & ꝓpriè.i.ea ſuſpẽſione & interdi-
ctione quæ irregularitatẽ indicat contrariũ faciẽtib⁹:qa
excõicatio,ſuſpẽſio & interdictũ cõtinẽtur ſub appella-
tiõe cẽſuræ:vt in c.querẽti.de verb.ſig.vñ cui interdicit̃
vnũ rõne incapacitatis,reliquũ videt̃ interdici:cùm oĩa
depẽdeãt ab ordine.hæc Pan.¶Et tertiò,licet excõicare,
aut ab excõicatione abſoluere nõ poſsit:vt in d.c.dile-
cta.tñ ſecũdũ Rod.vt recitat Aſtẽ.li.vj.ti.xxvj.põt ſuis pſ-
byteris pcipere vt excõicẽt,& abſoluãt moniales delin-
quẽtes:& illi obedire tenẽtur:ſi tñ hoc habeãt presbyte-
ri ex cõceſsione ſpãli aut generali epiſcopi,vel papæ ſi
ſunt exẽptę:vel ex antiqua & approbata conſuetudine.
¶Et* quartò põt ſub ſe habere clericos ſeculares:qd̃ intel 7
lige de iure ſpãli:vt puta ſi habet capellas ad ſe pleno iu
re ptinẽtes ex priuilegio vel preſcriptiõe:qa tũc earũ cle
rici ſubijciũtur illi.¶Tertiò*quęrit̃,qd nõ poſsit in ſpe 8
ctãtib⁹ ad illa?Et dico ꝙ nõ põt primò ipſa,vel alia mu-
lier ęquã depẽdẽs ab ordinis vel clauiũ ptãte:vñ nõ põt
aquã vel ſubditas bñdicere,nec audire cõfeſsiones,nec
pœnitẽtias ĩponere ſalutares,aut aliquẽ actũ ſacramẽtalẽ
exercere:vt in c.noua.de pœn.& re.Sed intelligo ꝙ nõ
poſsit ſubditas bñdicere ſolẽniter ex officio publicè:ſe-
cus priuatè vt priuata pſona,quo mater filiã bñdicit.¶Et
9 *ſecũdò nõ põt pdicare,aut publicè docere,aut Euãgeliũ
legere.ſ.in miſſa,ſecũdũ gl.in d.c.noua.aut ſup ſpũalib⁹
iudicare,vel ordinẽ ſuſcipere,& hmõi,q̃ ſexu fœmineo
ꝓhibẽtur:vt dicet̃ in ti.Fœmina.Põt tñ in matutinis Euã
geliũ legere,ſecũdũ gl.ibi.vñ & diaconiſſa appellatur.
xxvij.q.j.diaconiſſam.& ſubditas ſuas monere & horta-
10 ri.¶*Et iij.nõ põt velare moniales.xx.q.ij.ſtatuim⁹.¶Et
iiij.nõ debet loqui cũ aliquo niſi aſſociata ſaltẽ p vetulã
monachã.xiij.q.ij.diffinimus.& c.v.in x.ſimiliter nec mit
tere debet monialẽ ad locutoriũ,niſi cũ ea vadat,aut aliã
mittat,ſecũdũ Arch.qa par & maior eſt rõ in ſubditis,q-
bus debet eẽ pſtãtior.Quo aũt & qñ ꝓ homagio poſsit
egredi clauſurã,vide infrà,Religio.vij.§.xvj.& quo non
poſsit ſibi eligere cõfeſſorẽ,infrà Confeſſor.j.§.viij.

DE ABORSV.

1 *Aborſum pcurãs & homicida eſt,& mortaliter peccat. Et qua
pœna plectẽdus ſit,ſiue animatus fœtus fuerit,ſiue nequaquã.
Et nũ ſpectandũ ſit,nobilis ſit ne,an ignobilis,qui procurauit.
Et de irregularitate,quæ huiuſmodi homicidium conſequitur.*

2 *Aborſus nũ quando procurari poſsit,& tum ſi de fœtus anima
tione addubitetur,num procurans homicida cenſendus ſit.*

ABORSVM*& ſterilitatis venena ꝓcurans homici-
da eſt,& mortaliter peccat.xxxij.q.ij.aliquãdo.& c.
ſequẽ.Et ſi fœtus erat animatus,debet capite puniri:qa
verus homicida.Si verò erat inanimatus : ſi nobilis eſt

ſceleris author,parte bonorũ amiſſa relegat:ſi ignobi-
lis,dãnat in metallũ.ff.de pœn.l.ſi aliq̃d.§.q abortionis.
Et quo ad irregularitatẽ quæ homicidiũ cõſequitur,in-
tellige ſi erat animatus anima rõnali, ſecundũ S.Tho.in
iiij.diſt.xxxj.in lit.quantũ verò ad peccatũ hoc eſt morta
le,etiã ſi erat animatus ſola anima ſenſibili aut vegetati
ua:imò etiã ſi ante conceptionẽ fiãt,& omne aliud gene-
rationis impeditiuũ,ſi hac intentione fiat:quia eſt cõtra
2 bonũ prolis generãdæ.Quãdo*verò ꝓcurari poſsit ab-
orſus ad ſeruãdã prægnãtẽ,vide infrà,Medicus.§.iiij.par
ticula ij.Vtrũ verò cenſeri debeat homicida,ſi dubitatur
de fœtus animatione:dico quòd in foro cõtentioſo, vbi
agitur ad pœnã,interpretatio fieri debet in partẽ mitio
rem,l.interpretatione.ff.de pœn.ſed in foro animæ vbi
agitur ad placandũ Deũ & emendationem,debet ſe q̃s
reputare homicidam:quia maximè in talibus eſt via tu-
tior eligenda,vt in c.iuuenis.de ſpon.& bonarum men-
tium eſt ibi culpã timere vbi culpa nõ eſt.c.ad eius.in fi.
v.diſt.vide infrà,Homicidium,primò.in principio.

DE ABROGATIONE LEGVM.

1 *Legum abrogationem triplici de cauſa licitè fieri.Et ſubinde, legem humanam eatenus immutari poſſe,quatenus ex eius immutatione communi utilitati prouideri poteſt:quanquam ne id quidem temere,aut de facili fieri debeat.*

2 *Leges quænam hodie,& item canones,num ligent.remiſsiuè.*

1 ABROGATIO* legũ tribus modis vel cauſis licitè
perficit.Primò, propter cõſuetudinẽ cõtrariã.xxxj.
diſt.ante triẽniũ.Inſti.de teſtam.§.ij.Secũdò,propter diſ-
parẽ temporũ ſucceſsionẽ. xxxiiij.diſt.fraternitatis.vbi
dicit tex.ꝙ defectus noſtri tẽporis,quibus nõ ſolũ mate
ria,ſed corpora ipſa defecerũt,diſtrictionis illius nõ pa
titur manere cẽſurã. Tertiò,propter emergẽtia mala:vt
in.§.verum.lxiij.diſt.in fi.vbi eſt exemplũ de æneo ſerpẽ
te:quæ Moyſes bona intentione fecit,Ezechias bona in
tentione deſtruxit.S.Tho.autẽ xij.q.xxvij.arti.j.& ij.di-
cit,quòd lex humana intantũ rectè mutat,quãtum per eiꝰ
mutationẽ cõi vtilitati prouidetur.Quod tamen de faci
2 li fieri nõ debet:vt j.Lex.§.xv.Quæ*autẽ leges vel cano-
nes hodie non ligent,vide infrà,Lex.§.x.xj.& xiij.

DE ABSENTE.

1 *Abſens abſentia procurata,etiam reipublicæ cauſa,nũ priuilegijs gaudeat.Et ibidem de clericis uenantibus ampliores dignitates Cardinales aſſectantibus.Et de ambaſiatoribus diutius quàm expediat in legatione perſiſtentibus.*

1 ABSENS*ſi data opera & affectatè ſit abſens,etiam
cã reip.nũquid gaudeat priuilegijs quæ habẽt ab-
ſentes cã reipu.Dico quòd nõ:vt in l.& qui data.ff.ex qui
bus cau.ma.Vtrũ verò qui in officio modici valoris eſt
abſens cauſa reipubl.præſumat abſens affectatè & data
opera?Et dico quòd ſic,arg.tex.ſingularis in l.ſpadonẽ.
§.fi.ff.de excu.tuto.Et facit contra clericos abſentes,qui
vt ampliores obtineãt dignitates,cum Cardinalibus mo
rantur.& cõtra ambaſiatores,qui ſtant pluſquã expediat
doloſè vel ſua voluntate:qui etiam tenentur expẽſas re-
ſtituere mittenti:vt in d.l.& qui data.

DE ABSOLVTIONE PRIMO ab excommunicatione iuris.

1 *Abſolutio ab excõmunicatione quotuplex ſit.Et an diacono & clericis inferioribus:item excõmunicato,& laico poſsit cõmitti.Et quid ſi quis ab huiuſmodi abſolutus fuerit.*

2 *Superior quilibet,licet nõ ſacerdos,poteſtatẽ excõicãdi habẽs, abſoluendi quoq; poteſtatẽ habet.Et id qualiter intelligẽdũ.*

3 *Abſolutio ab excõicatione minori,per quot fieri poſsit.Et quis proprius ſacerdos cenſendus ſit.Ab excommunicatione autẽ maiore regulariter abſoluere poteſt,qui & ligare.& huius limitationes ac fallentiæ nouem.*

4 *Abſolutione ab excommunicatione maiori à iure lata communi,uel ſpeciali,cuinam competat.*

5 *Simplex ſacerdos cur ab excommunicatione abſoluere nõ poſſit,ex ſententia Thomæ.*

6 *Fratres minores & prædicatores præſentati in forma clemen. dudum.de ſepult.ſi quempiam abſoluant ab aliqua excõmunicatione iuris,epiſcopo de iure non reſeruata,ſed ex ipſius duntaxat uoluntate,an ſint excommunicati.*

7 *Abſolutio ab excõicatione ſtatutorũ prouincialium,conciliorum,aut ſynodalium,aut etiam ab legatis,dũ ſint in legatione inducta,ad quem pertineat,& abs quo fieri poſsit.*

8 *Abſoluere ab excõicatione in mortis articulo,quinam & in quibus poſsint.Et quid mortis articulus dicatur.Item qui tũ abſolutus etiam à ſimplici ſacerdote,(qui tunc à quouis peccato quamlibet enormi abſoluere poteſt)ſi tandem euadat,num eum ad quem huiuſmodi abſolutio pertinebat adire debeat.Et ſi intereat,num hæres eius adire teneatur,& qualiter huiuſmodi abſolutio uocetur.*

9 *Laicus,qui in mortis articulo ab excõmunicatione quandoque abſoluere poteſt,an etiam ſacroſanctam Euchariſtiam miniſtrare poſsit.Et num id uel diacono ſaltem liceat.Et quid de extrema unctione.*

10 *Simplex ſacerdos num quemuis transfretaturum ab excõmunicatione abſoluere poſsit.Et quid in obſeſſo,& prægnante. Et ibidem,quid in his caſibus ſimplex ſacerdos obſeruare debeat,conſultiſsima cautio.*

11 *Contrahens iuris excõicationem in una diœceſi,ubi domiciliũ habet,num ſi in aliam diœceſin commigret,illic ab epiſcopo aut curato abſolui queat.Et quid ſi proprius epiſcopus in aliena agat diœceſi,num illic ſubditos abſoluere poſsit.Et quid in legato,uel quouis alio ordinario.*

12 *Epiſcopus ſi cui abſolutionẽ ab omni excõmunicatione cõmittat,num commiſſarius poſsit eum excommunicatum abſoluere ab eo,cuius abſolutionem committens non demandaſſet in ſpecie,ſi reſciuiſſet.*

13 *Abſoluens de facto ab excõmunicatione,ad quam abſoluẽtis poteſtas non ſe porrigit,num eo cognito,quòd nõ potuerit,debeat ſic abſolutũ certiorem reddere,& ut rurſus abſolutionẽ aliunde impetret conſulere & monere.Et ſi abſolutio ex falſa cauſa facta ſit,num teneat.*

14 *In mortis articulo num cuiuſuis uoti à ſimplici ſacerdote diſpenſatio fieri poſsit.remiſsiuè.*

1 ABSOLVTIO* primò cõiter ab excõmunicatione
iuris vt l. plenius innoteſcat,ſciendũ eſt ſecũdùm
Veruec.& Monal.in ti.Excommunicatio.ꝙ ipſa eſt du-
plex:prima ſcilicet pertinẽs ad forũ pœnitẽtiale:q̃ à ſacer
dotibus ſolũ poteſt impẽdi:vt in c.canonica.de ſent.ex-
cõ.quæ etiã,licet taceãt prædicti,diſtinguitur in ſolennẽ,
& nõ ſolennẽ,vt infrà Abſolutio iij.§.j.& ſeq.& ſecunda
pertinẽs merè ad forum contentioſum,quæ diacono &
clericis inferioribus cõmitti põt:& de qua intelligitur
gl.in c.paſtoralis.de offi.ord.quæ vult vt etiã laico poſsit
cõmitti.quod Hug.dicit verũ ex delegatione papę dũta
xat,qui,vt dicit,eã cõmittere põt etiã excõicato:quia eſt
potius iuriſdictionis quàm ordinis:ſed tamen abſolutus
à talibus,neceſſariò denuò abſoluitur à ſacerdote abſo-
lutione prima,ratione peccati mortalis,ꝓpter quod fuit
2 excõicatus.Vñ*vt recitat Archie.Vicẽ.c.lxxxj.Pe.de Pe-
ru.& Io.dicũt ꝙ quilibet ſuperior etiã nõ ſacerdos ha-
bẽs poteſtatẽ excõicandi,habet etiã & abſoluẽdi,quãtum
ad reſtituendũ hominum communioni,& habilitandũ
ad legitimos actus:ſed quantũ ad tollendam culpã crimi
nis aut cõtumaciæ,requiritur abſolutio ſacerdotis.Et rõ
nem aſsignat Inn.in c.quãto.de cõſuetudine.& c.fi.de ex
ceſ.prælã.quia hoc pertinet ad poteſtatẽ clauiũ,quæ ſo-
lis ſacerdotibus datæ ſunt.xx.di.§.j.xc.diſ.illud autẽ.&
3 de pœn.& remiſ.noua.¶ Abſolutio*autẽ ab excõicatio-
ne minori,ſciendũ eſt ꝙ à tribus dũtaxat fieri põt:ſcili-
cet à papa,vt manifeſtũ eſt:& à proprio epiſcopo,vel à ꝓ
prio ſacerdote,aut licentiam ab eis habente:vt in c.nu-
per.de ſentẽtia excommunicationis.Et dico propriũ ſa-
cerdotẽ eũ qui abſoluere põt à peccatis ſecũdũ Arch.Ab
archiepiſcopo autem extra ſuã diœceſim in Dir.li.iij.tit.
iiij.fieri non põt:vt patet in d.c.nuper.ſed intellige niſi
dum viſitat:vt in c.perpetuo.de cẽſibus.lib.vj.Non poteſt
etiam ſecũdùm S.Tho.& Hoſtien.& alios,fieri à ſacerdo
te non proprio:tum quia ſi negatur archiepiſcopo,ergo
à fortiori ſacerdoti:tum etiã quia c.nuper.concedẽs eam
ſacerdoti proprio,videtur de non proprio negare.Nec
obſtat ſi conditor canonis iſtã abſolutionẽ ſibi nõ reſer-
uauit:qa per hoc eã nõ cõceſsit alijs omnibus,ſed q̃buſ-
dam.Non obſtat etiã ſi excõmunicatio minor ſeparat à
ſacramẽtorũ perceptione,& cõſequenter ab ipſa abſolu
tione:qa ſeparat à ſacramentis alijs à pœnitentia,& à pœ
nitẽtia in ordine ad peccata,à quibus ea ſtãte q̃s abſolui 4
nõ poteſt,vt dicetur:nõ autẽ à pœnitẽtia in ordine ad ex
cõmunicationẽ:quãuis etiam dici poſsit ꝙ non oportet
abſolutionem ab excommunicatione eſſe ſacerdotalẽ,
ſed iuridicam.Vnde S.Tho.dicit in iiij.ꝙ excõmunica-
tio pertinet ad forũ cõtentioſum:vñ propria authoritate
excõicare poſſunt ſolũ epiſcopi & ſuperiores prælati ha
bẽtes iuriſdictionẽ.¶ Abſolutio verò ab excõicatione
maiori à quo fieri poſsit:ſciẽdũ eſt ꝙ regulariter abſol-
uere põt qui & ligare:& ſecundùm aliquos econtrario.
xxiiij.q.j.ſi Petrus.& xxj.di.inferior.ff.de re iud.l.qui cõ-
dẽnare.& ff.de reg.iur.l.nemo.la prima.de pœ.di.j.ver-
bum.Fallit hæc regula in ix.caſibus.¶ Primus eſt in dele-
gato papæ,q ſentẽtiæ ſuæ inobedientem excõicare põt:
ſed poſt annũ à ſua definitiua ſentẽtia abſoluere nõ põt:
vt in c.quærẽti.de offi.dele.iuncta gl.& dicto Inn.¶ Secũ
dus eſt in eo,q poſtquã excõicauit,incidit ipſe in excõi-
cationẽ maiorẽ:qa tũc nec excõicare poſſet,nec abſolue
re.xxiiij.q.j.audiuimus.ſecus ſi incidit in minorem:quia
poſſet:vt in c.duobus.de ſen.excõ.& de cleri.excõ.ſi ce-
lebrat.¶ Tertius eſt in incendiario,quẽ ordinarius excõ
municare põt:ſed poſt denuntiationẽ abſoluere nõ po-
teſt,ſed papa ſolus:vt in c.tua.de ſentẽ.excõ.¶ Quartus
eſt in ſentẽtia lata ab inferiore,ſed per papã ex certa ſciẽ
tia confirmata:quod de ſentẽtia ab homine intelligitur
ſecundũ Io.And.in c.ex frequẽtibus.de inſt.Ratio,quia
oĩa,quibus authoritatem impertimus,noſtra facimus.c.ſi
apoſtolicæ.de præben.lib.vj.C.de vete.iu.enu.l.j.§.om-
nia.ſecus autẽ ſi confirmat ſine certa ſciẽtia aut cauſę co
gnitione:vel ſi ſentẽtia eſſet per ſtatutũ quantũcũq; con
firmatũ:qa tũc abſoluere poterit inferior:niſi papa ſibi
vel alteri reſeruaſſet,ſicut de his q̃ ſunt à cõi iure dicet.
¶ Quintus eſt in illo q excõicauit,nec tamen eſt ſacer-
dos:quia licet abſoluere poſsit abſolutione iudiciali ſi-
ue fori contẽtioſi,nõ tñ abſolutione ſacramẽtali ſiue fo
ri pœnitẽtialis:ſed indicere debet abſoluto vt ſe præſen
tet ſacerdoti,qui rõne clauis illum abſoluat,quantũ ad
ſolẽnẽ reconciliationẽ eccleſię:quia ſi abſolutio ab excõ
municatione minori ſacerdotẽ requirit,vt in c.nup.de
ſen.exc.multò magis hoc req̃rit abſolutio à maiori:ſed
de hoc plenius §.ſeq.¶ Sextus eſt in eo cui papa mãdat
vt aliquẽ excõicet ſine aliqua cognitione cauſæ:qa cum
talis ſit merus executor,abſoluere nõ poterit.arg.in c.ſu
per quæſtionũ.& c.fi.de offi.dele.ſecus aũt ſi cognitio-
nẽ cauſæ mandaſſet,tũc poſſet abſoluere. argu.in c.ver-
bũ.de pœn.diſtin.j.& c.inferior.xxj.diſt.Hoc not.Ioan.
And.& Archi.in c.cũ inferior.& Hoſti.& Ber.in c.cùm in
ferior.de maiori.& obe.Et hi ſex caſus ſunt in executio-
ne.¶ Septimus eſt in clericis exhibẽtibus hæreticis eccle
ſiaſtica ſacramẽta, & eos ſepeliẽtibus:quos ordinarius
officio priuare põt:ſed abſque ſedis apoſtolicę indulto
ſpeciali reſtituere non põt:vt in c.excõicamus.de hęre.
¶ Octauus eſt in ſuſpẽſis per conciliũ à bñficijs cõferen-
dis ꝓ eo,ꝙ ea ſcienter cõtulerũt indignis, poſt ſecundã
monitionẽ,quia hãc ſentẽtiã nullus relaxare põt excepto
papa,vel vno ex quatuor patriarchis principalibus:vt in
c.graue.de præb.¶ Nonus eſt in delegato,quẽ ordinariꝰ
degradare põt,ſed reſtituere no poteſt:ſed ſolus papa.
de cle.nõ re.ex tuæ.in gl.Circa hoc tñ diſtinguendum,
vt j.Degradatio.Quantũ aũt ecõuerſo fallit in diœceſa-
no,qui abſoluit exemptũ,vt j.Abſolutio.v.§.iij.quem ta
men nõ ligat:qa exẽptio nõ nocet exẽpto,niſi forte in
fauorem eximentis,cũ fiat gratia vtriuſq;.¶ Abſolutio
* ab excõicatione maiori lata à iure cõi vel ſpeciali,vt
pateat cui cõuenit iure ordinario:ſciẽdũ ꝙ papæ cõue-
nit in omni caſu,vt manifeſtũ eſt:& in aliquibus cõuenit
ei ſoli,vt dicet j.titu.Excõmunicatio.vij.per totũ.Epiſco
po autem quo ad excõmunicationes non quidẽ homi-
nis,ſed iuris cõis,tã maiores quàm minores competit in
omni caſu,in quo ſibi vel alteri cõditor canonis nõ re-
ſeruauit:vt in c.nuper.de ſent.excõ.& in aliquibꝰ caſibꝰ
cõpetit ei & nulli inferiori:vt dicet j.ti.Excõmunicatio.
viij.in princi.Et ſimiliter cõpetit capitulo,ſeu illi ad quẽ
pertinet epiſcopalis iuriſdictio ſede vacãte.de maio.&
obe.c.vnico.lib.v.& ſimiliter prælatis exemptis quo ad
ſubditos eorũ cõuenit in eo caſu,in quo ſibi cõditor ca
nonis nõ reſeruauit:& ſimiliter nõ exẽptis præſidẽtibus
eccleſiæ collegiatæ:vt eſt abbas,archipresbyter,& huiuſ
modi,in caſibꝰ nõ reſeruatis ſuperioribꝰ,id eſt,papę,vel
ẽpo.& probãtur hæc oĩa per c.nuper.Item qa huiuſmodi
poſſet excõicare:vt patet in c.cũ eccleſiarũ.de offi.ordi.
narij.& conſequẽter abſoluere.Et ſimiliter cõuenit infe
rioribus prælatis,quibus hoc cõfert cõſuetudo,vt in Sũ-
ma Con.li.iij.ti.xxxiij.Sacerdoti aũt curato ſimplici etiã
cõpetit ſecũdũ Inn.in d.c.nuper.dicentẽ ꝙ tam à maiori
quàm à minori abſoluere poteſt ꝓprius epiſcopus,vel ꝓ
prius ſacerdos:licet diſſentiat gl.in c.ſi epiſcopꝰ.de pœ.
& remi.in vj.Et hoc inquit Inn.niſi in caſibus,in quibus
cõditor canonis ſibi vl alteri reſeruauit.Sed tñ adde quo
ad ſacerdotẽ,niſi ẽps ſibi reſeruauerit.Conſentit ibi Ho
ſti.& eſt quaſi tex.exp̃ſſus.Cõſentiũt & Theologi:vt in
Dir.lib.iij.ti.iiij.inter quos eſt S.Bon.iiij.di.xviij.q.vlti.
& S.Tho.eadẽ diſt.ij.ar.v.q.j.Cõſentiũt etiã aliqui Sum
miſtæ,vt Monal.ti.Excõmunicatio.& Sũma Cõſ.li.iij.tit.
xxxiij.& Io.de Saxonia ti.Abſolutio.& Sum.Ang.tit.Ab
ſolutio.j.Cõſentit & ratio,ſic tñ intelligendo ꝙ nõ ab-
ſoluit ꝓpria authoritate vt epiſcopꝰ,ſed ex cõmiſsione:
vt patet per S.Tho.iiij.di.xviij.q.ij.ar.ij.q.j.quã cõmiſsio
nẽ intelligo factã per ſummũ pontificẽ eo ipſo ꝙ abſolu
tionẽ ſibi vel alteri nõ reſeruat.Arguitur autem ſic.Nam
quicquid religioſis de iure competit,etiã ſimplici ſacer
doti curato competit:quia religioſi q̃bus de iure cõmu-

ri nullus eſt maioris authoritatis,ſcilicet poteſtatis,ſecũ
dũ formam cle.dudum.de ſepul.non habẽt authoritatem
maiorẽ ea quæ curatis cõueniũt de iure:vt patet in eadẽ
cle.Sed abſoluere ab excõicatione,vbi papæ vel ep̃o ab
ſolutio nõ eſt reſeruata de iure,ſiue in caſu aliquo,cõue
nit religioſis de iure:vt patet per exceptionẽ factã in cle
men.j.de priuil.vbi religioſis mãdatur,vt nullũ abſoluãt
ab excõicatione,niſi in caſibus iure expreſsis.Primũ,qc-
quid nulla lege prohibetur,cõceſſum eſt.ff.ex quib.cau.
ma.l.necnon.vide ibi gl.Sed abſolutio ab excõicatione
ſacerdoti ſimplici,vbi nulla eſt reſeruatio ſuperioribus,
nullo iure prohibetur.Propterea hoc videt̃ haberi ex d.
c.nuper.in quo ſimul quærit̃,an ſacerdos poſsit excõica
tũ abſoluere,vel requiratur authoritas epiſcopi:& reſpõ
ſio inter ipſos nõ diſtinguit,ſed potius inter eos cõiun-
git,in hoc quod dicit papã,dũ ſibi nõ retinuit,relaxaſſe
alijs in plurali,id eſt,epiſcopo,ſacerdoti:& ſimiliter dũ
in d.c.dicit̃ ꝙ abſoluere poterit hic vel ille.Nec valet di
cere ꝙ loquit̃ de minori:licet illud ſit verũ:qa dictã rela
xationem omnes doctores exponunt etiam de maiori.
5 ¶Ab*iſta tamẽ ſentẽtia diſſentit Summa Roſel.& Sup-
plementũ Piſanellę malè intellectę:quę ſcilicet dicit, ꝙ
ſimplex ſacerdos ab excõicatione abſoluere nõ põt:qđ
tanquã vir doctus S.Tho.ideò dixit,qa hoc nõ poteſt,ni
ſi ex commiſsione:quæ tñ eſt facta ipſo iure.Nec obſtat
quod dicit,huiuſmodi abſolutionẽ eſſe vnũ ex quatuor
caſibus epiſcopo de iure reſeruatis:qa hoc nõ intelligit̃
de omni excõicatione:ſed de ea cuius abſolutio epiſco
po à iure eſt cõmiſſa:cuiuſmodi ſunt tres,de qb⁹ ĩ.quod
patet:qa epiſcopo de iure nõ reſeruatur,niſi quod ius ei
tanquã propriũ tribuit:quod nõ facit de abſolutione ab
omni excõmunicatione,ſed à quibuſdã tantùm.Ab iſta
etiã ſentẽtia diſſentit Pan.fundãs ſe in gl.in c.j.de pœ.&
remiſsi.li.vj.quæ hoc nõ cõcludit ſufficiẽter rõne vel
authoritate.Poſſet etiã cõtra iſtam ſentẽtiã argui:qa cu-
ratus excõmunicare nõ poteſt,& cõſequenter nec ſolue-
re:ſed dico ad hoc dupliciter.Primò ꝙ ei eſt iure per-
miſſum in aliquibus caſibus excõicare:vt dicit S.Tho.in
iiij.diſt.xviij.q.ij.ar.ij.q.j.Et ſecũdò,ꝙ ſicut non põt ex-
cõmunicare ꝓpria authoritate,ſed ex cõmiſsione:quia,
vt ibi dicitur,nõ habet iuriſdictionẽ in foro cõtentioſo,
ad quod pertinet excõicatio:ita etiã nõ abſoluit ex pro
pria authoritate,ſed ex cõmiſsione alterius ei facta, eo
ipſo ꝙ nõ eſt ei abſolutio interdicta,vt elicitur ex c.nu-
6 per.¶Ex*quibus etiã ſuppoſito,ꝙ diœceſanus fratrib⁹
prædicatorib⁹ & minoribus præſentatis,in forma cle.du
dũ.de ſepul.nõ poſsit reſeruare caſus ad libitũ:vt ꝓbabo
ĩ.titu.Cõfeſ.ij.§.v.elicio,ꝙ ſi dicti fratres ſic præſentati,
vel ex gratia habẽtes ꝙ ſic intelligant̃ præſentati,abſol-
uẽt ab aliqua excõicatiõe iuris nõ reſeruata epiſcopo de
iure,ſed ſolũ reſeruata epiſcopo ex volũtate ipſius ep̃i,
nõ eſſent excõicati:quia ab ea de iure poterãt abſolue-
re:& epiſcopus eã ſibi nõ potuit reſeruare:vnde iuridi-
7 ca fuit talis abſolutio.ĩ.Cõfeſ.ij.§.v.¶Abſolutio* ab ex-
cõicatiõe ſtatutorũ ꝓuincialiũ,cõciliorũ,aut ſynodaliũ,
aut quã faciunt legati in ſuis legationibus,vt pateat ad
quem pertineat,ſciendũ eſt quòd ſiue talis ſententia ſit
lata ex perſona concilij,ſiue metropolitani in cõcilio ꝓ
uinciali,ſecũdũ Archi.di.xvij.c.j.nõ ſolùm archiepiſco-
pus,ſed etiam quilibet ep̃s abſoluere poterit ſubditum
ſuũ,cùm talis ſententia ſit canonis ſiue iuris.de ſen.excõ.
nuper.& generaliter de tali ſentẽtia,ſecũdũ Gul.vt reci-
tat Dir.eſt idem quod de excommunicatione lata à iu-
re.& verũ eſt,ſicut etiam vult Pan.in c.graue.de præbẽ.
loquẽs de epiſcopo,& Io.de Ligna.arguit à fortiori ꝙ ſi
epiſcopus abſoluere põt à ſentẽtia canonis generaliter
lata,nõ reſeruata totius,abſoluere poterit à ſentẽtia lata
ꝑ cõſtitutionẽ ſynodalẽ ſpecialẽ.Et Pan.vbi ſ.ad ep̃m te
net iſtã abſolutionẽ pertinere,etiã ſi ſuus ſubditus cõtra
xerit ſententiã in diœceſi aliena:puta ſi Florentinus con
trahat eã Senis ex ſtatuto ſynodi Senẽſis,& hoc etiam ſi
ſtatutũ eſſet confirmatum per papã,ſecundũ Io.And.in c.
ex frequẽtibus.de inſti.& ibi Pan.per rõnem:qa ex quo
conditores ſtatuti nec ſibi nec alijs reſeruauerũt,viden
tur alijs cõceſsiſſe.Gul.autẽ vult nõ ſolũ ep̃m hoc poſſe,
ſed etiã ſimplicẽ ſacerdotem,à quo tamẽ excipit religio
ſos,quibus eſt prohibitum à natalibus ſentẽtijs prouin-
cialibus,aut ſynodalibus abſoluere:vt in cle.religioſi.de
priuile.Et ſic tene,vt ĩ priore §.dictũ eſt.ſed tñ de hoc vi
8 de etiã ti.ſeq.§.j.dubio iiij.¶Abſolutio*ab excõicatio-
ne in mortis arti.vt ſciatur cui cõpetit,ſciendũ eſt ꝙ qui
dã ſunt qui abſolui poſſunt circa papã ſolùm in mortis
articu.& hi ſecũdũ Archiepiſc.ſunt falſarij literarum pa
pæ, inſequẽtes hoſtiliter Cardinales,iniurioſè vel teme
re epiſcopũ bannientes,religioſi vel clerici ſeculares in
ꝙ non,ſed per epiſcopum:& ſi ſub diuerſis ſint epiſcopis,
illi debent cōuenire,ſicut de Abba.dictum eſt. Et moue-
tur per c.monachi.& per c.cum illorum.de ſenten.excō-
mu.vbi fit mētio de clauſtro:quia violatur iuriſdictio epi 1
ſcopi.Sed verius eſt,quod dicit Panor.in d.c. cum illorū.
ſcilicet,quòd eorum prælatus poterit eos abſoluere:quia
c.cum illorum.& c.canonica.eo.titu.loquuntur indiſtin-
ctè,& de clauſtro nō repetunt,de quo fit mentio in c. mo
nachi.cùm dicitur,ſi ſe in clauſtro percuſſerint &c. quod
dico ideò dici,nō quia abſoluere nō poſsit Abbas, ſi per
cuſsio fiat extrà,ſed quia in clauſtro crebrius, vel quia di
cuntur eſſe in clauſtro,etiam ſi ſint in foro,eo modo,quo
ſemper demones in inferno,& beati angeli in cœlo ſunt.
6 ¶* Octauum eſt,vtrum religioſus percutiens clericum ſe 2
cularem diœceſis ſuę,vel alterius,abſolui poſsit per ſuum
prelatum?Et dico,quòd nō:ſed abſoluetur à ſuo epiſcopo
diœceſano eo caſu,quo abſoluere poſſet clericum ſuum,
ſcilicet ſi percuſsio ſit leuis:vel percutiēs impeditus,ne cu
riam adeat.Nec oportet duos epiſcopos cōuenire,etiā ſi
diœceſes ſint diuerſæ:vt in c.religioſo.de ſenten. excom.
libr.vj.Sed intellige,niſi religioſus ſit ſic exemptus,quòd
etiā ratione delicti conueniri non poſsit,niſi ſub ſuo pre
lato:quia tunc abſoluetur à ſuo prelato,epiſcopo remittē
te iniuriam.Semper tamen exceptam intellige enormita
tem exceſſus,& religioſum eſſe impeditum eo ipſo,quòd
eſt clauſtralis.¶ Nonum*eſt, vtrum nouitius,qui ante no
uitiatum incidit in canonem iſtū,abſolui poſsit per ſuum
prælatum?Et dico ſecundùm Ray.ꝙ licet talis,& quilibet
aliàs excommunicatus recipi nō debeat ad religionē,niſi
prius abſoluatur:ſi tamē ingreditur,tenet ingreſſus, & ꝓ
feſsio,ſecundùm Panor.in ca.cum illorum.de ſentent.ex-
commu.ſicut nec matrimonium per excommunicationē
impeditur,vt in c.ſignificaſti.de eo,qui duxit in vxorem,
& receptus poterit abſolui iuxta modum prædictum,ſecū
dum Hoſtien.ſed ipſo iure intelligitur ibi incluſa eſſe cō
ditio,ſi perſeuerauerit.alioquin reducendus eſt in eandē
ſententiam ab eo,qui abſoluit:vt dicitur in Sum. Piſ. vel
quia abſolutio conditionatè non fit,eſt abſolutus:ſed reli
gionē exiens reincidit in eandem,niſi ſe præſentet ei,qui
aliàs potuiſſet abſoluere:vt in c.eos.de ſent.excom.li. vj.
Et hanc opinionem,ſcilicet ꝙ poſsit abſolui,ſequitur In-
nocen.in c.monachi.eo.tit.& Arch.in c.religioſo.eod.ti.
lib.vj.Contrarium tenuit Io.And.in c.cùm illorum.eo.ti.
& Gem.in dicto cap.religioſo.ſcilicet,quòd abſolui non
poſsit à prælato, niſi ſit expreſsè, vel tacitè profeſſus. quā
opinionem ſequitur Summa Angeli,ſubdens,quòd ſi ab-
ſoluatur & egrediatur, reincidit ipſo facto,niſi ſe præſen
tet.Sed prima opinio eſt rationabilior:quia iſta eſt perſo
na eccleſiaſtica,ſecundùm gloſſam in dicto cap.religioſo.
& gaudet priuilegio.cap.ſi quis ſuadente.ſecundùm text.
ibi.& conſequenter,vt videtur,etiam priuilegio contēto
in capitulo,monachi.eodem titul. quia ratio illius eſt, ne
monachi vagentur:quod in nouitio eſt tantò periculoſi⁹,
quantò eſt infirmior,& minus expertus. nec eſt rationabi
le,vt reincidere poſsit,qui abſolui nō potuit.In omnibus
tamē prædictis ſemper intellige exceptionē enormis in-
iurię,niſi in monialibus,& vbi per priuilegia prouidetur:
quia pro ea ſolus Papa abſoluit,aut eius legatus.vt in ca.
ad eminentiam.iuncto cap.cum illorum.de ſententia ex-
communicationis.

RVRSVS DE ABSOLVTIONE SEXTO,
quantum ad formam verborum.

1 *Abſolutio à cenſuris & peccato in quotuplici foro ac iudicio im pendatur.*
2 *In abſolutione uerbali,ſex conſiderari & exquiri dubia ſolēt, de quibus hic pulcherrimè,& ordine ſit diſſertatio.*

ABSOLVTIO* ſextò & à peccato & cēſuris fit in tri
plici iudicio,ſecundùm Ray.ſcilicet in iudicio Dei
per contritionē,in iudicio cœli,id eſt,curiæ cœleſtis,per
approbationem.de pœnitentia,diſtinctione prima. nun-
quid Cain.& iudicio Petri,id eſt,confeſsionis,per abſolu
tionem,ſcilicet verbalem.ſi tamen peccator ſit prius abſo
lutus à Deo ſaltem ordine naturæ. vnde manet Petri pri-
uilegium,quando ex æquitate fertur iudicium.xxiij.q.j.
manet.quod ſecundùm glo.intellige de ſententia ligāte
quo ad Deum,quia quo ad eccleſiam,ligat aliquādo etiā
iniuſta, vt infrà Excommunicatio.ij. §.ij.¶* Sed tamen
verbalis hæc abſolutio continet dubia multa.¶ Primum,
quæ ſit forma abſolutionis ab excommunicatione?Et di-
co, ꝙ ſi loquamur de forma verbali neceſſario obſeruan
da,nulla eſt certa,& determinata,vt dictū eſt ſuprà:Abſo
lutio.iij.in princ.Si verò loquamur de ea,quæ communi
ter eſt in vſu,ſic vtimur in iſto verbo abſoluo.quod dupli
ter facimus.Primò cōditionaliter,quādo abſolutio in du
bio,vel in caſu incerto ſit ad cautelā,vt dicendo:ſi teneris
aliquo vinculo excōicationis,à quo poſsim te abſoluere:
ego abſoluo te,& reſtituo sāctis ſacramētis eccleſię,cōio
ni,& vnitati fidelium,in nomine Patris &c.Secūdò verò
abſol

abſolute in caſu certo,vt dicēdo,ego te abſoluo à vincu-
lo excōmunicationis, quam incurriſti propter tale factū,
& reſtituo te ſanctis &c.vt ſuprà. ¶ Secūdū eſt,quę ſit for
ma abſolutionis à ſuſpenſione officij vel diuinorū.Et di-
co,quòd ſi loquimur de verbali neceſſario obſeruāda,nul
la eſt,quia ſuſpenſio,ſicut & excōmunicatio, pertinet ad
forū cōtētioſum,& conſequēter quicquid dicat,aut qui- 1
buſcūq; verbis vtatur is,qui poteſt abſoluere, verè abſol
uit:ſicut de excōmunicatione dictum eſt.ſed loquēdo de
ea,quæ cōmuniter eſt in vſu, vtimur iſto verbo abſoluo,
primò cōditionaliter:vt ſi teneris aliquo vinculo ſuſpen
ſionis,à quo poſsim te abſoluere , abſoluo te, & reſtituo
executioni ordinū & officiorum tuorū.ſecundò abſolu-
tè,vt,abſoluo te à vinculo ſuſpenſionis, quam incurriſti
propter talem cauſam , & reſtituo &c. Et idem dico per
omnia de interdicto.¶ Tertium eſt,de forma abſoluendi
ab irregularitate. Et dico quòd nulla eſt certa & determi-
nata,ſed tamen in vſu eſt,vt fiat per hoc verbum diſpēſo,
& non abſoluo,vt diſpēſo tecū in irregularitate,quam in
curriſti propter tālē cauſam,& reſtituo te ad actus legiti
mos.vel quādo dubitatur, dicendo nūquam,ſed ſi quam
contraxiſti. ¶ Quartum eſt , quæ ſit forma abſolutionis à
peccato?Et Supple.quidam poſt Pe.de Pal. dicit,quòd eſt
hæc:ego abſoluo te.expreſsis illis à qbus ſit abſolutio: a-
lioquin ſuper nihilo abſolutio fundaret̃.& intendit ꝙ eſt
hæc forma:abſoluo te à peccatis tuis. Sed contrariū tenet
S.Tho.& Inn.& Hoſt.imò etiā Scotus in quarto dicit, ꝙ
eſt hęc:ego abſoluo te.Nec tamē abſolutio fundatur in ni
hilo,ſed in re cōfeſſa,id eſt,peccato.In alijs autē,quæ cō-
feſsionem non requirunt,ſed abſolui poſsint etiā inuiti,
exprimit ligamen quod ſoluitur,puta excōmunicationis,
ſuſpenſionis,vel interdicti. ¶ Quintū eſt,quare dictæ for 2
mæ alia cōiunguntur?Et dico ſecūdùm S.Tho. & cōmu-
niter Doctor. Theol. quòd præmittitur Miſereatur.non
quia ſit de eſſentia vel integritate formæ:ſed ne fortè ef-
fectus ſacramenti impediatur ex parte pœnitētis:pòſt po
nitur verò cōuenienter,in nomine Patris &c. nō quia ſit
neceſſarium,ſed vt oſtēdatur quòd ſacerdos nō autorita
te propria,ſed quaſi miniſter abſoluit.Impoſitio autē ma
nus nō requiritur,nec fit:quia hoc ſacramentū non ordi-
natur ad cōſequendā excellentiā gratiæ,ſed ad remiſsio-
nem peccatorū:vnde magis cōpetit ſignatio, quia per ſi-
gnum crucis Chriſti peccata remittūtur:quod tamen etiā
non eſt de neceſsitate ſacramenti.vide etiam infrà Pœni
tentia.ij.¶ Sextum eſt,vtrum abſolutio à peccato fieri de
beat ante iniunctionem ſatisfactionis?Et dico quòd non:
vt patet in clem.dudum.de ſepul.& ibi Ioan. And.ſed hoc
intelligo,vbi timeri poſſet,quòd abſolutus ſatisfactionē
recuſaret,non autem aliàs: vt in religioſis vſitatur.

DE ACCEPTIONE PERSONARVM.

1 *Acceptionis,quæ hic luciditſsima deſcriptione depingitur,ut uitium contrahamus,quot potiſsimum requirantur.Et an mortalis delicti nomen ſortiatur.* 3
2 *Beneficiorum eccleſiaſticorum diſtributor ac collator, ad peccatum defugiendum,num meliori tribuere ſemper debeat.Et ibidem quot modis quis melior dicatur.*
3 *Potentia,aut nobilitas ſecularis in beneficiorum diſtributione, ut alij alius præferatur,num ſpectandæ ſit.*
4 *Collatio beneficij i cōſanguineū,nū perſonæ acceptionē inducere dicatur.Et quid ſi electores bonū,meliori prætermiſſo,eligant.* 4
5 *Diſpenſatio in gradibus prohibitis quo ad matrimonium contrahendum,occaſione diuitiarum obtenta,num perſonarum acceptionem inducat.*
6 *Acceptio perſonæ num dicatur facta,ſi is præpoſitus ſit,qui alium conditione ac qualitate minus digna præcellit.*
7 *Acceptio perſonarum num facta eſſe dicatur, ſi in honoribus cōferendis uitioſus prælatus ſtudioſo laico ac uirtuoſo,aut dominus ſeruo,ſenex iuueni, aut diues pauperi præferatur. Et quid ſi in iudicio diuiti pauper præferatur.*

ACCEPTIO*perſonarum ex doctrina S. Tho.ij.ij.
q.lxiij.& Alex.de Ales xxij.tractatu,de eodem ſic diſ
finiri poteſt:Acceptio perſonarū eſt vitium,quo id quod
ex debito iuſtitię eſt vni perſonæ cōferendum,exhibetur
alteri,nō propter meritum eius ad ipſam rem,quæ cōfer-
tur,ſed propter conditionem ipſius non congruentem ad
ipſam rem,puta ſi quis cōferat epiſcopatū alicui,quia eſt
Petrus,aut Ioannes,vel affinis,quæ nihil faciūt ad eſſe di
gnum epiſcopatu:ſi autem hoc fiat quia eſt aptus, non eſt
acceptio ꝑſonarū,qa iſta cōditio facit,vt debeatur ei epi-
ſcopatus ex iuſtitia diſtributiua. Tamen ad incurrendum
hoc peccatū duo requiruntur: primò quòd collatū confe
rendū ſit ex debito:ſecus ſi ex gratia, iuxta illud Matthæi
xx. An nō licet mihi quod volo facere?ſcilicet ex eo quod
gratis & miſericorditer datur.ſecūdò,quòd ratio & cauſa
dandi non faciat ad hoc quod recipiens reddatur dignus
accepto. ¶ Primo verò quæritur,an ſit peccatū mortale?
Et dico quòd in re parua nūquam eſt mortale,niſi per ac-
cidens inquātum ipſa virtute aut exiſtimatione eſt ma-
gna:ſed in re notabili omne quod eſt cōtra iuſtitiam, eſt
peccatum mortale,ſecundū S.Tho.ij.ij.q.lix.artic.iiij. Et
ratio eſt,quia eſt cōtra charitatē proximi , vnde acceptio
perſonarum cùm ſit cōtra iuſtitiā in re notabili , ſemper
eſt peccatū mortale,vt ſi beneficiū ſcienter cōferatur in-
digno,vel min⁹ digno,quia eſt amicus,poſthabito digno
vel digniori ſaltem notabiliter.¶ Secūdo,* an ſpiritualiū
dignitatum,ſeu beneficiorū eccleſiaſticorum diſtributor
ſemper debeat tribuere meliori ad euitādum hoc pecca-
tū.Et dico ſecundū S.Tho.ij.ij.vbi ſuprà.arti.ij. & in quo
dam quolibeto,quòd melior dicitur quis dupliciter.Pri-
mò ſcilicet,ſecundū ſe & ſimpliciter,vt qui magis abūdat
in ſpiritualibus gratiæ donis,& ſecundo in ordine ad bo-
num cōmune,ad quod interdū magis conferre pōt min⁹
ſanctus aut ſciēs propter potentiā vel induſtriam ſecula-
rem,& huiuſmodi.Epiſcopus igitur,vel alius diſtributor
prædictorum,nō tenetur dare meliori ſecundū ſe & ſim-
pliciter,ſed meliori quātum ad hoc,ſiue in ordine ad cō-
mune bonum, ad quod principalius ordinantur ſpiritua-
liū diſpenſationes,ſicut etiā gratias gratis datas, quæ or-
dinantur ad cōmunem vtilitatē Eccleſiæ,Deus dat minus
bonis.Igitur ſi præferat vnū alteri propter cauſam perti-
nentē ad honorē Dei,& cōmune bonum, præfert melio-
rē,& nō eſt acceptio perſonarū:ſed ſi cauſa præferēdi nō
pertineat ad hoc,erit acceptio perſonarū,& tāto grauior,
quāto in rebus diuinis cōmittitur.Ex* his collige etiā po-
tentiam ſecularē vel nobilitatem aliquid cōferre ad hoc,
vt quis ſit eccleſiaſtico beneficio dignus,quia iſta cōferūt
ad honorē Dei,ſcilicet quòd in ſuo miniſterio nobiles oc
cupentur,& ad vtilitatē eccleſiæ interdum,quia magis cō
primunt aduerſarios,vel huiuſmodi. ſed nō eſt intelligē
dum,quòd ipſa ſola faciat,vt quādo coniungitur vitæ cri
minoſæ,ſed præſuppoſita virtute aliquid confert. ¶ Ter-
tio,*an ſit acceptio perſonarū dare beneficiū conſangui-
neo?Et dico ſecundùm S.Tho.in quolibet.q.xxij. vbi ſu-
prà & Sum.Conf.li.iij.tit.xxiiij. quod diſtinguēdum eſt.
Nā ſi cōſanguineus ſit æquè idone⁹ vt alius,epiſcopus po
teſt in hoc ſatisfacere naturali amori,qui nō eſt charitati

contrarius: quia ſaltẽ in hoc pereminet, quòd magis pōt
de ipſo cõfidere, quòd ſecum vnanimiter eccleſiæ nego-
tia ptractabit: & hoc niſi inde ſcãdalũ oriatur, vel fortè in
de alij ſumant exemplũ dandi conſanguineis etiã minus
dignis. Si vero cõſanguineus ſit minus idoneus, ſimplici-
ter & reſpectu boni cõmunis, eũ præferre nõ debet poſt-
poſito meliori, duplici oratione: primò, quia ĩfideliter a-
git diſpenſator iſte, nõ dominus ſpiritualiũ, qui negotiũ
domini gerens, nõmeliorat illud cùm poſsit. ſecũdò, quia
hoc ad perſonarũ acceptionem pertinere videtur: qa cõ-
ditio cõſanguinitatis nõ eſt pertinens ad curam eccleſiæ,
quæ nõ obtinetur iure ſanguinis, ſed munere diuino: eſt
aũt cõditio faciẽs ad diſpẽſationẽ patrimonialium bono-
rum: vnde ſi ex his epiſcopus prouideat ſuo cõſanguineo
minus idoneo, nõ eſt acceptio perſonarũ. ¶ Quartò, an
ſit acceptio perſonarum, ſi electores ad ſpirituales digni-
tates eligant bonũ, prætermiſſo meliori? Et dicit S. Tho.
vbi ſuprà, quòd ad hoc vt electio in foro iudiciali nõ poſ-
ſit impugnari, ſufficit eligere bonũ: nec oportet eligere
meliorem: quia ſic omnis electio poſſet habere calũniã:
quantum ad conſcientiã tamẽ eligentis, neceſſe eſt elige
re meliorẽ ſimpliciter, vel reſpectu boni cõmunis: quia ſi
ex aliqua cauſa præferatur alius, aut illa pertinebit ad ne-
gotiũ: & ſic quantũ ad hoc, magis idoneus erit qui eligi-
5 tur: aut non faciet, & ſic erit acceptio pſonarũ. ¶ Quintò*
an ſit acceptio perſonarũ ratione diuitiarũ, diſpenſare ſup
contrahendo matrimonio in gradibus prohibitis? Et dicit
S. Tho. ij. ij. vbi ſuprà, quòd hæc diſpenſatio fieri conſue-
uit propter fœdera pacis cõſeruanda: quod quidẽ vtilita-
ti communi magis eſt neceſſariũ circa perſonas excellen
tes. vnde cum eis facilius diſpẽſatur abſq; acceptione per
6 ſonarũ. ¶ Sextò*, an ſit acceptio perſonarũ, ſi præponatur
quę excedit cõditione minus digna: quãdo in perficien-
dis conditiones ſunt inęquales excedẽtes & exceſſæ, vt ſi
vnus ſcit literas, ſed eſt ignobilis: alius eſt nobilis, ſed illi
teratus: & præferatur nobilis. Et dicit Ale. vbi ſuprà, quòd
licet literatura nobilitati ſimpliciter pręferẽda ſit, vt in c.
venerabilis. de præbẽ. quia eſt neceſſaria in regimine ec-
cleſiæ, tamẽ in caſu poteſt præferri nobilitas, vt arceantur
lupi per potentiam: & in caſu, vt ſint in corpore eccleſiæ
mẽbra diuerſa, quibus pax eius conſeruetur: & ſic nobiles
promoueri poſſunt, dummodo eis morum honeſtas ſuf-
7 fragetur. ¶ Septimò* an ſit perſonarũ acceptio in honori
bus, ſi præferatur vitioſus prælatus virtuoſo laico, aut do-
minus ſeruo, aut ſenex iuueni, aut diues pauperi? Et dico
ſecundùm S. Th. ij. ij. vbi ſuprà, & in Quolibeto, quòd cũ
honor ſit teſtimoniũ virtutis eius qui honoratur: ſola vir
tus eſt debita cauſa honoris: ſed tamen aliquis honorari
pōt propter virtutẽ, non ſolùm propriã, ſed etiã alterius.
ſicut prælati & principes, etiã ſi ſint mali, inquantũ gerũt
perſonã Dei & cõmunitatis cui præficiũtur: & eadẽ ratio
ne parentes & domini propter participationẽ dignitatis
Dei, qui eſt omniũ Pater & Dominus: & ſenex propter ſi-
gnũ virtutis, ſcilicet ſenectutẽ: licet illud ſit quãdoq; fal-
lax: & diuites propter hoc quòd locũ obtinent maiorẽ in
cõmunitate, & in eis cõmunitas honoratur. ſecundũ S. T.
x. quolibeto. arti. xij. nõ aũt intuitu diuitiarũ, quia eſſet ac
ceptio perſonarũ exhibere honorẽ debitum virtuti. ¶ O-
ctauò, an ſit acceptio pſonarũ, ſi pauper in iudicio diuiti
præferatur? Et dico quòd ſic, ſecũdũ præmiſſam diffinitio
nẽ: quia iudicium, vt dicit S. Tho. ij. ij. vbi ſuprà, artic. iiij.
eſt actus iuſtitiæ, prout iudex ad æqualitatẽ ducit inæqua
lia, ad quod facit, quòd iſte habeat plus quàm debeat, ille
verò minus: nõ aũt quòd hic ſit pauper, ille diues: ſicut ſi
Socrates in re aliqua debet habere x. & habet xv. & Plato
debet habere x. & habet v. ad æqualitatẽ cõſtituendã con
fert, quòd Socrates habeat v. quæ deſunt Platoni, nõ autẽ
quòd ſit pauper: quia quantũcũq; augeatur vel minuatur
eius paupertas, nunquã erit æqualitas, niſi auferãtur ei v.
danda Platoni. vnde & Deus dicit Exo. xxiij. Pauperis quo
que non miſereberis in iudicio, ſcilicet prætermittẽdo ę-
qualitatẽ iuſtitiæ. Illud autẽ Eccleſiaſtici iiij. In iudican-
do eſto miſericors pupillis. & ſimilia, intelligũtur, vt per-
ſonæ miſerabiles ab oppreſſoribus iniuſtis defendant, &
ſi eis deficiunt inſtructores cauſarũ ſuarũ, ſuppleat iudex.

DE ACEDIA.

1 *Acediæ, quæ ſpiritualis quædam frigiditas uel tepiditas dicta eſt, quaſi acida, uel acetoſa, eo quòd huiuſmodi frigida ſunt: ex ſuo genere mortale peccatum eſt: quanquam & ueniale quandoq; ſit. Et ibidem cùm mortale peccatum eſt, cuinam præcepto diuino contraria eſſe dicatur.*

2 *Acedia extra filias ac ſpecies ſuas, quot modis mortale peccatum eſſe dicatur. Et quando ueniale.*

3 *Acedia quot filias habeat, & quando mortalia, aut uenialia peccata efficiantur. Et ibidem negligentia eiuſdem filia quotuplex ſit, & quàm uariè ſpectetur.*

1 ACEDIA* ſecundùm Ric. de Sanct. Vict. eſt torpor, id
eſt, negligentia mentis bona inchoare negligentis.
vel ſecundũ Dama. eſt triſtitia aggrauans, quæ ſcilicet ita
deprimit animum, vt nihil agere libeat. vnde ſecũdùm S.
Tho. ij. ij. q. xxxv. importat quoddam tædium operandi,
& eſt quædã ſpiritualis frigiditas, vel tepiditas ſpiritualis,
dicta quaſi acida vel acetoſa, eò ꝙ huiuſmodi frigida
ſunt. ¶ Primò vero dubitatur, an ſit peccatũ ſpeciale mor
tale? Et dico ex doctrina S. Tho. vbi ſuprà, quòd triſtitia
prohibens ab operando ſemper eſt mala, quandoq; qui-
dem ſecundùm ſe, quando ſcilicet eſt de vero bono, quod
apparet malum: ſicut quãdo eſt de bono ſpirituali: quan-
do pro vero ſecundùm effectũ, quando ſcilicet eſt de ve-
rè malo, ſed ſic hominem grauat, vt retrahat ab opere bo
no. Igitur acedia ſemper eſt peccatũ ſecundùm ſeipſam,
quia eſt triſtitia de ſpirituali bono. Et eſt peccatũ ſpiritua
le, nõ quidẽ inquantum eſt triſtitia de ſpirituali bono cõ-
muniter, quia hoc pertinet ad omne vitiũ, cùm fugiat ſpe
ciale bonũ oppoſitæ ſibi virtutis, ſimiliter nec inquãtum
fugit bonũ ſpirituale, vt eſt laborioſum vel moleſtũ cor-
pori, aut delectationis eius impeditiuũ, quia hoc acediã
nõ ſepararet à vitijs carnalib⁹, quibus aliqs corporis quie
tẽ & delectationem quærit. ſed inquantũ eſt de ſpirituali
bono, de quo ſpiritualis virtus lætať. i. de diuino, de quo
lætatur charitas. Et eſt ex ſuo genere peccatum mortale, ſi
trãſcendat ſenſualitatis terminos, attingẽs vſq; ad conſen
ſum rationis: qa ſecũdũ ſuã rationẽ cõtrariatur charitati,
cùm proprius effectus charitatis ſit gaudiũ de Deo, acedia
verò ſit triſtitia de bono ſpirituali inquãtũ eſt diuinũ. Eſ-
ſet tamẽ veniale, ſicut & omne peccatũ, ſi eſſet ſolùm in
motu ſenſuali, & ſimiliter ſi ſit de ſpirituali bono, ad quod
quis nõ tenetur de neceſsitate, vt patet ibi ad ſecũdũ. Et in
quantũ eſt mortale, cõtrariatur ſecũdũ eũ pcepto de ſan-
ctificatiõe ſabbati, in quo ſecũdũ ꝙ eſt mortale præcipitur
quies mẽtis in Deo, cui cõtrariatur triſtitia mẽtis de bono
2 diuino. ¶ Secũdò* dubitať, quot modis ſit peccatũ morta
le extra ſuas filias? Et dico ꝙ in genere duobus modis. Pri
mò, qñ ĩducit ad mortalẽ omiſsionẽ, qđ tripliciter eſt. Pri
mò ſcilicet, cùm qs horret & omittit ſpũalia bona, ad quę
teneť. & ſecũdò cùm dolet ſe benefeciſſe, ſiue nõ omiſiſſe
huiuſmodi bona quæ fecit. aut tertiò cùm proponit in fu
turum omittere. Secundò verò cùm inducit ad mortalem
cõmiſsionem, puta deſperationem ſalutis, aut contemptũ
beneficiorũ Dei: quiã ſcilicet nollet eſſe natus, aut vellet
eſſe beſtia, aut mori: non curans qualiter, modò euaderet
aduerſa & triſtia. Eſt etiã mortale per accidens in ſuo ef-
fectu, quãdo homo ex hoc inducitur ad corporis grauem
infirmitatẽ: cùm tamẽ ſe poſſet iuuare ſi conari vellet. Eſt
autẽ veniale, quando homo quidem in operando attædia
tur: ſed tamen ea, ad quæ tenetur, non omittit: nec contra
præceptum aliquod committit. Videtur autem hæc tene-
re Sum. Roſel. quòd acedia ſit mortale, quãdo inducit ne-
gligentiam contemnentem quæ Dei ſunt: & dicitur pro-
cedere negligentia ex contemptu, quãdo eſt in cõſuetudi
ne: vt ſi quis cõſueuit non dicere horas ſuas deuotè: ſed
3 de hoc infrà Contẽptus: & infrà Negligentia. ¶* Tertiò
dubitatur, quæ & quot ſint filiæ eius, id eſt vitia quæ na-
ſcuntur ex illa. & quomodo ſunt peccata mortalia, aut ve-
nialia? Et dico ſecundùm doctrinã & mentẽ S. Tho. in di-
uerſis locis, ꝙ ſunt ſex. prima ſcilicet malitia, quæ bona di
uina contemnit, & eſt mortale. & ſecũda rancor, id eſt, di-
ſplicẽtia hominũ inducentiũ ad ſpiritualia: & eſt veniale,
niſi ſuperueniat odiũ. & tertia puſillanimitas, quæ conſi-
ſtit in ſubtrahẽdo ſe à bonis quæ fieri potuiſſent timore
deficiẽdi: puta à ieiunijs, religione, & huiuſmodi: & eſt ve
niale, niſi illa bona eſſent in præcepto. & quarta eſt deſpe
ratio, quę eſt mortale: vt patebit. & quinta negligẽtia agẽ
dorũ. Quæ eſt multiplex. ſ. negligẽtia circa opera miſeri
cordiæ: & eſt mortale aliquãdo, vt dicetur in tit. Eleemoſy
na. Et negligẽtia addiſcẽdi neceſſaria ad ſalutem, quæ ali-
quãdo eſt mortale, licet hoc iudicare ſit difficile. Et negli-
gentia procurãdi ſacramẽta ſuæ familię: quę eſt peccatũ
mortale, ſi quẽ permittit ex negligẽtia notabili mori ſine
baptiſmo, vel cõfeſsione, maxime vbi decedẽs indigebat
huiuſmodi. Et negligẽtia faciẽdi correctionẽ fraternã, de
qua infrà. & cõfitẽdi, & cõmunicandi ſemel in anno, & hu
iuſmodi: de qbus in ſuis locis. Et ſexta filia eſt euagatio
mentis in oratione: quæ eſt veniale peccatũ, niſi in eo q
tenetur ad officiũ, in quo pōt eſſe mortale: vt infrà Horę.

DE Actione, Actore, & Actu.

1 *Actio num ab Imperatore idoneè ac ſufficienter deſinita ſit.*

2 *Actio ĩ genere duplex eſt. Cui ex Pan. tertia adducitur ſpecies.*

3 *Actio dupliciter ſumitur, & præter id quandoq; tertio modo cõſideratur.*

4 *Actiones reales, ut pro diuerſis rebus competunt, ita & uariam appellationem ſortiuntur.*

5 *Actor quiſnam dicatur.*

6 *Actionum perſonalium aliæ bonæ fidei, aliæ ſtricti iuris. Et quænam ſint utræque. Et an actio cedi poßit. remißiuè.*

7 *Actum ſeruitutem realem eſſe, & in quo conſiſtat.*

1 ACTIO* eſt ius proſequendi in iudicio quod ſibi de-
betur. Inſtit. de action. in princ. vbi ſecundùm Azo.
in Sum. hoc verbũ, debetur, ſumitur largè, vt dicatur res
debita tibi, quã petis vt tuã, ſiue rei vendicatione, actione
cõmodati, ſiue depoſiti. Sed quia iſta diffinitio cõprehen
dit ſolùm actionẽ perſonalẽ ſeu in perſonã, vt patebit. qa
quod tuum eſt, tibi non debetur, ſed petis vt tuũ. ideò ſe-
cundùm Azo. & Gofred. actio eſt ius ciuile, vel pretoriũ,
quo debitũ à te exigere poſſum, vel petere rem mihi reſti
2 tui. ¶ Eſt* aũt in genere actio duplex, prima realis, vel in
rem. ſ. quæ eſt contra quẽ dirigitur, non ſupponit obliga-
tũ: ſed ideò cõpetit, quia cõtendit non reſtituere is cõtra
quem dirigiť. ſicut tu intraſti violenter domũ meam, &
ego peto poſſeſsionem meam, quam occupas: & tu nullo
iure es mihi obligatus, cùm nec mihi promiſeris, nec con
traxerim tecum, ſed tantùm te conueniam, quia res mea
apud te eſt. Secunda eſt perſonalis, vel in perſonam, illa.
ſcilicet, quæ illum, cõtra quem dirigitur, præſupponit de-
bitorem obligatũ ex cõtractu, vel maleficio, ſeu ex varijs
cauſarũ figuris. Et iſta datur etiã ad rem, ſed præſupponit
obligationẽ perſonæ: vt ſi vendidiſti mihi domum, vel lo
caſti librũ, obligaris mihi ex cõtractu, licet agam ad rem,
id eſt, domum, vel librũ. Additur ſecũdùm Panor. in cap.
Eccleſia. el ij. vt lit. pend. actio tertia in iſta. de qua vidę j.
3 Lis. §. v. ¶ Igitur* actio ſumitur dupliciter, ſcilicet ſtrictè:
& ſignificat ius proſequendi ortum ex obligatione: & ſic
conuenit ſolùm perſonali. & latè ſignificat iuriſdictionẽ
iudicis: & ita non ſolùm perſonales, ſed etiã reales actio-
nes ſignificat. adde tertiò & latiſsimè, & ſignificat iudicis
officiũ: quomodo querela inofficioſi teſtamenti dicitur
actio. ff. de leg. j. l. cùm filius. facit l. actionis verbo. de ver
4 borum ſig. ¶ Actionũ* autem realiũ quædam competunt
pro rebus corporalib⁹: & ſic habet locũ rei vẽdicatio: aliæ
pro iuribus incorporalibus, & ſeruitutibus acquirẽdis: &
ſunt duæ, ſcilicet confeſſoria, quæ cõpetit dicenti habere
ſe ius, vel ſeruitutẽ trãſeundi per fundum alienum: eundi,
vel agendi, vel ad altius ædes ſuas leuandi, & huiuſmodi:
& negatoria quæ cõpetit neganti, vel aſſerenti oppoſitũ,
vendicando ſibi libertatem. Inſtit. de actionib. §. æquè ſi.
5 ¶ Actor* autẽ eſt, qui agit & pulſat alium, rem aliquã ab-
ipſo petẽs in iudicio. ff. de iudic. l. in tribus. ff. ſi. reg. l. iu-
6 diciũ. ¶ Actionũ* etiã perſonalium, quędam ſunt bonæ
fidei: vt emptionis, & vẽditionis, & aliorũ contractuũ, nu-
mero xvj. qui enumerãtur Inſtit. de act. §. actionũ. & po-
nũtur in gl. de excep. cũ venerabilis. quæ dicũtur bonæ fi
dei, quia in eis maximè debet exuberare bona fides, & in
eis veniũt omnia acceſſoria, & ea de qbus nõ eſt cogitatũ,
vt in emptione & venditione, quòd & id expreſsè nõ eſt
actũ. ſ. damna & intereſſe poſt morã, quæ debent reſtitui.
Aliæ verò dicũtur ſtricti iuris, vt actio ex mutuo, ex ſtipu
latu, quæ ſcilicet naſcitur ex ſtipulatione de re certa in ge
nere, incerta ſpecie, ex arbitrio, & cõſimiles, & in his non
venit acceſſoriũ: nec ea de qbus non eſt cogitatũ, vt notat
Bernard. in glo. præallegata. nec damna & intereſſe à tem
pore moræ. Vtrum autem poſsit quis actionẽ cedere, in-
7 frà Lex. §. viij. ¶ Actus* verò eſt quædam ſeruitus realis
in fundum, qua quis poteſt per illum, non ſolùm ambula
re per ſe, ſed etiam iumentum, & vehiculum, vel quadri-
gam, ſecum ducere. ff. de ſerui. ruſt. prædio. l. prima. verſi.
actus. & l. in actu. & Inſtit. eo. §. actus.

DE Accuſatione & Accuſato.

1 *Accuſatio quid ſit. & an S. Thomæ deſinitio bona ſit.*

2 *Accuſatio quomodo fieri debeat. Et qui publicè infamatum accuſat, an ſi improbatione deficiat, num talionis, aut calumniæ pœna puniendus ſit.*

3 *Accuſare num quis teneatur. Et cùm id licet, num oporteat monitionem præcedere. Et quid ſi peccatum ſecretum ſit, aut ſub ſecreto ſumptum, remißiuè.*

4 *Accuſationem proponere quis poßit. Et an clericus ad uindictã publicam, etſi non ſubſecutura ſit ſanguinis pœna, accuſare potis ſit.*

5 *Accuſare uolens, qua ratione id facere debeat, ut peccato nõ ſit obnoxius. Et ſub hæc, num pactum, uel iuramentum de non accuſando efficax ſit.*

6 *Accuſatione ſemel cœpta, num quis deſiſtere queat. Et ſubinde quot modis accuſatio iniuſta reddi poßit.*

Quis

7 *Qui pœnitentiam de peccato egit, num accuſari ualeat. Et quid*
ſi ſemel accuſatus, an denuò accuſari queat.
8 *Accuſatus, nũ accuſatori, ut ab accuſatione deſiſtat, aliquid da*
re poſsit. Et quia materia hæc ſubdifficilis eſt, in tria cauſarũ
genera deducitur. Et inter hæc, num in crimine publico tranſi-
gere liceat. Et quid ſi tranſigatur, an teneat tranſactio.
9 *Accuſatus temere ac falsò, num accuſanti iniuriã remittere poſ*
ſit. Et quid in principe, an id remittere debeat.
10 *Accuſato in iudicio, nũ ſi ueritatẽ neget, mortaliter peccet. Et*
tãdẽ, quãdo iudex ueritatẽ inquirere, ſecũdũ iuris ordinẽ dicat.
11 *Accuſato, nũ ſe, uel per calumniam defendere ac tueri liceat. Et*
an ſaltem appellando, iudiciũ deuitare ac ſubterfugere poſsit.
12 *Accuſatus & morti addictus, num ſe defendere, aut alioqui con*
fugere queat. Et num tunc ad carcerem redire, præſertim ſi id
iurarit, teneatur.

1 ACCVSATIO* ſecundùm mentem Azo. in Sum. eſt
delatio rei de crimine in libello ad vindictã. Secun-
dùm mentẽ autẽ S. Tho. ij. ij. q. lviij. eſt delatio rei de cri-
mine in libello ad vindictam propter bonũ commune. &
hæc diffinitio eſt melior: quia ad vindictam etiã tẽdit de-
nunciatio, licet ſine libello: ſed ipſam vindictã denũciator
ordinat ad fratris emendationem, accuſator verò ad bo-
num cõmune. Secundũ aliquos autẽ iſta opinio S. Tho.
quæ addit propter bonũ cõmune, eſt falſa: quia etiã accu-
ſatio quandoq; fit propter bonũ priuatũ: vt habetur in tit.
de accuſ. ff. & C. & denunciatio etiam fit ad remotionem à
beneficio, & propter bonũ cõmune: vt habetur in multis
locis. vt poteſt etiã videri per Abbatẽ & Felin. in cap. in-
quiſitionis. de accuſ. & in cap. nouit. de iudi. Sed S. Th. lo
quitur de accuſatione non ordinata ad reſtaurandum in
tereſſe accuſantis: ſed ſolùm ad puniendũ delictum. vnde
ſecundũ eum non debet fieri niſi in peccatis vergentibus
in damnum commune, vel diuinum, virtu. q. iij. arti. ij. vij.
2 ¶ Primò* verò quæritur, quomodo fieri debet accuſatio?
Et dico, ꝙ primò fieri debet in ſcriptis. ij. quę. vlt. qui cri-
men. quod tamen ſemper nõ eſt neceſſariũ: puta in crimi
ne leui. ff. de accuſ. l. leuia. & in notorijs: cũ in huiuſmo-
di nec accuſator requiratur. de accuſ. euidẽtia. ſecus in nõ
notorijs, licet manifeſta ſint. xj. q. iij. eorũ. Secundò, fieri
debet cum inſcriptione, ſcilicet ꝙ accuſator ſe obliget ad
pœnam talionis. ij. q. vlt. quiſquis. & q. iij. calũniator. & c.
qui nõ probauerit. exceptis tamen quibuſdã caſibus: vt in
crimine leui etiã in crimine apoſtaſiæ: & cũ maritus accu
ſat vxorẽ de adulterio, ſcilicet quo ad ſeparationẽ thori.
& ſimilibus: & tamen etiã ſi accuſator nõ inſcribat, ex na-
tura accuſationis huiuſmodi pœna calũnię venit. C. de ac
cuſ. l. fin. Sed tamẽ Bar. in l. ij. C. ſi ſer. vel lib. dicit, ꝙ accu-
ſans publicè infamatũ, & in ꝓbatione deficiẽs, puniri nõ
debet pœna talionis, vel calũnię, accuſante infamia præce
dẽte. quòd mẽti cõmendandum eſt ſecundũ Pan. in c. cũ
contingat. de reſcrip. vbi etiam dicit, ꝙ fama inducit iuſtã
credulitatem. vnde habens notitiã ex fama, habere dicitur
ex cauſa probabili. & idẽ ſentit gl. in cap. inquiſitionis. de
ſent. excomm. Tertiò, accuſatio debet exprimi viua voce
& pręſente accuſato. ij. q. vlt. pręſcripta. Cõcordat prædi-
ctis Albe. & idẽ notatur in Sum. Cõf. lib. ij. tit. v. Quomo-
do autẽ differãt notoriũ, famoſum & manifeſtũ, infrà No
3 toriũ. ¶ Secũdò,* quæritur, an aliquis teneatur accuſare.
Et Sum. Ang. adducẽs multa iura dicit, ꝙ nemo accuſare
tenetur, niſi ſecũdùm Bar. in homicidio: imò, inquit, accu
ſare videtur eſſe cõtra illud diuinũ præceptũ, Dimitte no
bis debita noſtra. Cõtrariũ ſentit Supp. & Sum. Ro. & for
te omnes doct. ordinis eius. & hoc irrationabiliter: qa ſi-
ne accuſatione aliquãdo ſaluari non poteſt integritas bo
ni cõmunis, vt quãdo iniquitates emendari aliter nõ po
ſunt. Vnde & S. Th. vbi ſ. dicit, ꝙ homo tenetur accuſare
ſi crimen vergat in detrimentũ ſpirituale, vel corporal
reipub. dummodo ſufficienter probare poſsit. nõ aũt te
netur, ſi nõ redundat in multitudinẽ, aut ſi haberi non po
teſt probatio ſufficiẽs: qa nullus tenetur ad id quod deb
to modo ꝑficere non põt. Hęc ex S. Tho. qui talẽ cõclu
ſionẽ habet tanquã certiſsimã, vnde probationẽ nõ add
cit, niſi authoritate ſcripturæ, Leui. v. quã adducit argue
do in oppoſitũ. Deceptus eſt autẽ author illius Summæ
qa illa, quę adducit, loquuntur ſecũdũ iura ciuilia, aut fo
rum cõtentioſum, ſed aliter eſt ſecũdùm conſcientiã. ver
bũ autẽ Domini intelligitur de peccatis, inquantum ſun
in perſonã propriam. ¶ Tertiò, vtrũ accuſationẽ debea
præcedere monitio. Et dicit S. Thom. in iiij. diſt. xix. q. ij
art. iij. q. j. ad quartũ. ꝙ ſecũdũ aliquos ad accuſationem
procedi non debet ſecundũ forũ conſciẽtię nõ præmiſſ
monitione, & emẽdatione expectata, niſi fortè maiori pe
riculo obuiandũ videatur, aut peccatũ ſit publicũ: quãui
ſecũdũ forũ cauſarũ non requiratur, ꝙ accuſationẽ præ
cedat monitio, ſed ſolùm inquiſitio: quę nõ eſt facienda
niſi de notorio: quia oportet, ꝙ inquiſitionẽ pręcedat cl
moſa inſinuatio, ideoq; ſecreta monitio nõ requiritur d
neceſsitate. Vel dicendũ ſecundũ alios, ꝙ in accuſation
nõ agitur ad emẽdationẽ peccãtis, ſed ad bonũ cõmune
ſcilicet iuſtitiã conſeruandã per punitionẽ delinquentis
ideò accuſatio in iudicio bona conſcientia fieri põt, eti
ſi admonitio nõ pręcedat. nec eſt cõtra pręceptũ Domi
de correctione fraterna, quod intelligitur quãdo agitu
ad emẽdationẽ peccãtis. hęc ille. Qui iudicio meo tene
primã opinionẽ tanquã conformem mandato Domini, ſ
cundùm quod oportet prius ꝓcedere ad emẽdationẽ pe
cantis, q̃ ad iuſtitiã conſeruandã, ſi ſperetur emendatio, &
periculũ nõ ſit in mora. & hęc etiã ſequitur Supple. Sum
autẽ Ang. tenuit opinionẽ ſecũdã: ſed omnia iura quæ a
legat, loquuntur in foro cauſarũ ſiue contentioſo. Veri
tas autẽ eſt, ꝙ etiã ſecunda opinio eſt vera, quãdo accu
ſatio expedit bono cõmuni, quod prępõderat particula
ri: vnde ſi poſt pœnitẽtiã, & correctionẽ licet accuſare, v
j. §. ix. multo fortius antè ea nõ expectata. Quomodo a
tem peccatũ ſecretũ etiã ſumptũ ſub ſecreto aliquãdo ſ
tim ſine monitione publicari poſsit. j. Teſtis. iij. ¶ Qua
4 tò,* quis poſsit accuſare? Et dico, ꝙ ſi crimen eſt priuat
regulariter ſolus ille cuius intereſt: vt videtur velle gl. i
l. ſi. ff. de priuat. deli. quod limita, niſi pro illo imponi de
beat pœna pecuniaria fiſco applicãda: qa tũc ad accuſan
admittitur quilibet de populo ſecũdũ glo. Dyn. & Bar.
rub. licet Bald. contrariũ teneat in l. aduerſus. C. de furt.
verò crimẽ eſt publicũ, admittitur qlibet nõ ꝓhibitus ſp
cialiter lege, vel ſtatuto aut cõſuetudine: tñ in duob⁹ ca
bus admittitur: primò quãdo ſuã, vel ſuorũ iniuriã proſ
quitur: vt not. in l. fin. ff. de priuat. delic. & in l. ſi. de iniu
ſecũdò, quãdo delictũ nõ eſt cõmiſſum cõtra pſonã: vt p
ta ſi ſtatuto cauetur, vt blaſphemus, vel noctu vadẽs puni
tur in decẽ: tũc quilibet ad accuſandũ admittitur: vt no
Bar. & Ioan. de Imo. in l. j. ff. de pub. iud. & Bartol. in l. le
Cornelia. §. ſi quis. ff. de iniu. Circa qđ multa dici poſſen
q̃ omitto: qa ad forũ animę nõ ptinẽt. Clericus tñ ad vin
dictã publicã accuſare nõ debet, etiã ſi pœna ſanguinis n
venit imponẽda. facit capitulum, ſicut ſacerdotes. ij. q. vi
quia huiuſmodi odioſis ſe immiſcere nõ debet, ſecundi
Panor. in cap. cũ P. de accuſ. ſed ſi ꝓſequitur iniuriã ſuã
po

poteſt, etiã ſi venit imponenda pœna ſanguinis: ſecundũ
Pan. vbi ſ. dummodo dicat, quòd nõ intendit accuſare vt
pœna imponatur. & tex. eſt clarus in c. prælatis. de homi.
lib. vj. ¶ Quintò*, qua intẽtione debeat quis accuſare vt ſi
ne peccato accuſet? Et dico ꝙ propter cõmune bonum, vt
cæteri quietè viuant. xxiij. q. v. nõ fruſtra. vel propter ſuũ
intereſſe: aliàs tale erit peccatũ, qualis & inordinatio intẽ
tionis, ſcilicet mortale, ſi ex odio principaliter vel alio ini
quo fine. veniale aũt, ſi aliqua paſsio fragilitatis adiungat 7
principali intentioni. ar. c. accuſati. de acc. & ij. q. vij. ſi qui
ſunt. nõ tamẽ propter hoc ad aliquã reſtitutionẽ tenetur,
ſed ſolũ ad pœnitentiã de peccato. ¶ Sextò, vtrũ pactum
vel iuramentum de non accuſando teneat? Et dico ſecun
dùm tex. iuncta gl. in c. quemadmodũ. de iureiu. ꝙ reſpe-
ctu criminis iam comiſsi paciſci poteſt, ne de eo agatur.
& Pan. dicit caſum eſſe clarũ. ff. de pact. l. ſi vnus. §. pacta.
& conſequẽter hoc licitè iuratur, ſed tamẽ ſi per hoc quis
pecuniã acciperet, turpiter acciperet, & reſtituere tenere
tur de cõſilio: qa moueri debet ad nõ accuſandũ ex chari
tate ſperans emendationẽ, nõ ex cupiditate. De hoc j. Cõ
cuſsio. Reſpectu verò criminis cõmittendi Sũ. Ang indi
ſtinctè dicit pactũ de non accuſando nõ valere: & conſe- 8
quenter ſi hoc iuretur, eſt peccatum mortale. Pan. autem,
in d. c. quemadmodũ. melius loquitur diſtinguẽdo: quia
quantum ad crimen cõmittendum, reſpectu accuſationis
criminalis non valet pactum nec iuramẽtum, quia pręſtat
materiam peccãdi: vt in d. §. pacta. & §. illud. ſed reſpectu
accuſationis ciuilis, vt ad diuortiũ celebrandum, ad com-
modum mariti in adulterio vxoris, eſt caſus dubius: & cre
dit ꝙ ſimpliciter pactũ non valeret: ſed ſi interuenit iura-
mentũ, eſt dubium. hęc ille, cum multis alijs. Veritas eſt, ꝙ
non licet paciſci vel iurare de nõ accuſando in futuris, ſic
ꝙ hoc poſsit eſſe impeditiuũ boni, aut promotiuũ mali.
Sed aduerte, ꝙ ratio diuerſitatis ſecundũ eum in præteri-
to & futuro delicto eſt, quia in vno præſtatur materia pec
candi, & nõ in alio: vel eſt, quia in præterito ſcimus an de
beamus ſperare correctionẽ, non in futuro: cùm de præ-
ſenti diſpoſitione peccãtis iudicemus, non de futura: vn-
de quando nõ accuſare reſpectu præteriti eſt cauſa delin
quendi, quãdo ſcilicet nõ adeſt ſpes correctionis, nõ licet
paciſci aut iurare de non accuſando. Aduert etiam, ꝙ mul
tò fortius reſtituere deberet, qui pecuniam acciperet de
nõ accuſando reſpectu criminis perpetrãdi, vel pro accu-
5 ſando calũnioſè. j. q. j. iubemus. ¶ Septimò,* vtrũ quis deſi
ſtere poſsit ab accuſatione ĩcœpta? Et dico, ꝙ deſiſtere de
bet omni modo poſsibili, qui videt accuſatũ innocẽtẽ. ij.
q. iij. ſi quẽ. Si verò eũ nõ cognoſcit innocẽtem, põt deſi-
ſtere ſi vult in foro cõſcientiæ ex charitate: licet nõ ex pręę
mio: vt nõ. glo. in c. j. de collu. ſed quo ad impunitatem fo
ri contẽtioſi, hoc nõ poteſt, niſi in certis caſibus: de quib⁹
vide Bar. in l. quęſitum. ff. ad Turpi. & Pan. in c. licet. de ac
cu. ſecundùm S. Tho. aut. ij. q. lxxxviij. art. iij. ad tertiũ. põt
quis iuſtè deſiſtere, ſi in proceſſu falſum cognouerit id,
de quo accuſauit, aut ſi princeps, ad quẽ pertinet cura bo
ni cõmunis, accuſationẽ aboleuerit. ¶ Octauò, quot mo-
dis accuſatio reddatur iniuſta? Et dico ꝙ tribus, ſecũdũ S.
Tho. ij. ij. vbi ſ. & Gratianũ ij. q. iij. & in l. j. ff. de abo. ¶ Pri
mò calumniando, quando ſcilicet falſum crimen imponi-
tur: & talis de omni dãno illato proximò tenetur. vt in c.
vltimo. de cal. peccat mortaliter. xxij. q. ij. c. j. ¶ Secũdò ter
giuerſando, quãdo ſcilicet accuſator in totum à lite rece-
dit ſine licẽtia iudicis: quod in foro cõſcientiæ, intellige,
ſi aliquo fine malo fecit: ſecus ſi intelligit innocentem, vel
ex compaſsione, quod aliquando licet: in foro autem con
tentioſo punitur v. libris auri. ff. de præuari. l. iij. Tertiò ꝑ
uaricando, quando ſcilicet cum reo colludit adiuuãs par-
tẽ aduerſam falſas probationes adducẽdo, veras diſsimu
lando, & huiuſmodi: & talis iudicis arbitrio punitur: vt in
l. j. & ij. ff. de præuar. licet in cõſcientia talis nõ peccet eo
caſu, quo poſſet ab accuſando deſiſtere: niſi vtatur falſita-
te, vel huiuſmodi prohibitis. De his autem habes in l. j. ff.
de aboli. & in l. j. ff. ad Turpil. & j. colluſio. ¶ Nonò,* vtrũ
poſsit quis aliquẽ reũ accuſare, poſtq̃ de ſuo peccato egit
pœnitentiã. Et dicit Inno. in c. de his. de accu. ꝙ ſic. Et idẽ
tenet ibi gl. Et ratio eſt: quia per pœnitentiã ſatisfit Deo:
ſed per punitionẽ impoſitam in iudicio ſatisfit reipub. vt
cæteri timeant, viuãntq; quietius. & facit C. de apoſta. l. hi
qui. ¶ Decimò, vtrũ ſemel accuſatus, de eodem poſsit de-
nuò accuſari. Et dico ꝙ nõ: vt in c. de his. de accu. quia de-
lictũ vnius hominis ſæpius quæri non debet. ff. nau. caup.
ſtab. licet. §. vlti. l. v. qõ. ix. veniam. fallit in duobus caſibus.
¶ Primò ſi ſecundus accuſator doceat primum præuaricaſ
ſe. ff. de præuar. l. iij. ¶ Secundò, ſi ſuum dolorẽ proſequẽs
ignorat accuſationem inſtitutam ab alio. l. cui. ff. de accuſ.
vide in glo. d. c. de his. ¶ Vndecimò,* vtrũ accuſatus poſsit
ſine peccato dare aliquid accuſatori, vt ab accuſatione de
ſiſtat? Et dico hanc materiam eſſe difficilem: ſed viſo Inn.
de collu. in c. crimina. & gl. & Panor. in eo. tit. c. j. vbi mul
ta valde loquitur de hac materia, ſic dici poteſt: A lite vel
accuſatione multipliciter quis diſcedere poteſt. primò au
thoritate vel motu proprio: quia ſcilicet ſic ſibi placet. ſe-
cundò per gratiam ad preces, ſcilicet rei. tertiò per tranſa
ctionem, aliquo ſcilicet ſibi dato vel retento: quod eſt ꝓ-
priè tranſigere: vt in c. ſuper eo. de tranſact. quartò per ab
ſolutionem, impetrando ſcilicet à iudice facultatem rece
dendi, & abolitionem, ſiue deletionem, vel caſſationẽ ac-
cuſationis ex aliqua cauſa, puta quia ex ira vel per errorẽ
accuſauit: vel ex aliqua legitima cauſa: vt in l. ij. C. de abo.
Ad quæſitum autẽ dico, quòd ſecundùm Inn. & gloſ. in c.
j. de collu. detẽ. in verbo, gratiã. & cauſarũ tria ſunt gene-
ra. ciuilis ſcilicet, criminalis, & ſpiritualis. Panor. tamẽ in
j. c. de collu. cauſas diuidit per ciuilẽ, criminalem, & ſub ci
uili ponit ſpiritualem & popularẽ: quam etiã tangit Inn.
à cauſa vel accuſatione ciuili pecuniaria recedere licet, ſe
cundùm Inno. per gratiam & per trãſactionem iudicis au
thoritate, & ſine ea ante litis cõteſtationem, & poſt. Pan.
tamen dicit, quòd poſt oblatũ libellum, & à fortiori poſt
litis cõte. non licet recedere propria authoritate, niſi vel
let renunciare liti & cauſę in totum: vt in l. poſtquam liti.
C. de pact. ſed ſolùm licet per tranſactionem aut gratiã,
excepta tamen famoſa actione, ſecundùm Inno. & Pan. vt
actio furti, in qua ſine iudicis autoritate tranſigere nõ li-
cet. ff. de his qui notan. infam. l. furti. §. pactus. vel vt addit
Pan. niſi ſit talis cauſa, quæ nõ dependeat à libera volunta
te litigantium. & ſub hoc membro cõprehendi põt cauſa
matrimonialis. In cauſa verò ſpirituali, ſiue inquiſitionis,
ſiue denuntiationis de rebus ſpiritualib⁹, ex cauſa licet ꝑ
gratiam diſcedere, ſecundùm Innoc. ſed ſine cauſa diſce-
dens punitur. ij. q. vij. quapropter. arg. de calum. c. ſin. Per
tranſactionem autem nũquam licet: vt extrà, de decimis.
intelleximus. & not. de tranſact. c. ij. In cauſa autem popu
lari, id eſt, quæ populũ tuetur. l. j. de popul. acti. tranſigere
non licet, niſi deferendo iuramẽtum: vt in l. eum qui. §. in
popularibus. ff. de iureiur. In criminali verò quãdo de cri
mine agitur criminaliter, & nõ ciuiliter ante inchoatã ac
cuſationem: puta ante inſcriptionem ad pœnam talionis,
licet

licet inſcriptio alia præceſſerit:pōt quis deſiſtere per gra
tiam:vt in co. §.pactus.& ff.ad Turpil.l.mulier.& l.quæſi
tū.non aūt proprio motu ſi præceſsit inſcriptio alia ſecū-
dùm Pan.poſt inchoatam vero accuſationē nō licet, diſce
dere ſine iudicis autoritate, & ſine conſenſu rei,niſi intra
xxx.dies.ſed nec inter illos,ſi fuit tormentis mancipatus.
C.de aboli.l.ij.vel per accuſationem infamatus.v.q.j. qui
dam.& ſi aliàs deſtiterit,incidit in Turpilianū, id eſt,pu-
nitur quinq; libris auri, & infamia,ſi intēdit publicum cri
mē.C.ad Turp.l.j.Si verò crimen eſt priuatū,punitur ex-
traordinariè iudicis arbitrio.ff.ad Turpil.l.ſi quis.nec eſt
infamis ſecundùm gl.in c.j.de collu. ſed aliud ſentit glo.
in c.ſi quem pœnitet.ij.q.iij.& facit tex.in l.ij.C. ad Tur-
pil.qui loquitur indiſtinctè. Quæ autem dicantur publi-
ca, & quæ priuata delicta,infra Crimē. Trāſigere autē in-
crimine publico non licet,& ſi fiat tranſactio, nulla eſt,&
accuſatus haberetur pro confeſſo.C.de tranſ.l. trāſigere.
ff.de præuari.l.in omnibus.niſi tale ſit crimen, quod irro
get pœnā ſanguinis:quia licet tūc tranſigere, & ſanguinē
ſuum redimere qualitercunq;, niſi in adulterio.ff. de bo.
eorum.l.j.vel niſi irroget pœnā perpetuæ detruſionis: qa
etiam tunc licet ſecundùm Panor.vbi ſ. In alijs autem vbi
pœnæ huiuſmodi non irrogantur,tranſigere non licet.ij.
q.iij.ſi quem. §.præuaricator.ibi: in omnibus. & hoc niſi
in crimine falſi:vt in d.l.tranſigere.quia conuictus de fal-
ſo eſt quaſi mortuus, cū nulla ei fides adhibeatur. Et hoc
eſt verū,quæcunq; pœna veniat imponēda, ſecundū Bar.
& multos alios in d.l.trāſigere. Et per hoc tenet Pa. idem
licere, vbi imponēda eſt pœna quaſi ſimilis pœnæ ſangui
nis,quæ iure canonico non infertur:vt quādo poteſt quis
tradi curiæ ſeculari.Et hoc videtur tenere Goff.in Sū.de
tranſact.& idē putat in pœna perpetuæ detruſionis: ſicut
tenet,inquit,do.Card.in c.fi.de tranſact.Vnde Inno.dicit
in ti.de accu.quòd iſta pœna æquiparatur morti. contra-
rium tamen tenuit d.An.in c.j.de collu.In criminibus aūt
priuatis videtur ſentire glo.in d.c.j. quòd tranſactio ad-
mittitur indiſtinctè:& idem videtur ſentire Inno.qui alle
gat aliquos ſic ſentire,nec reprobat. Vbi aūt in criminali
vel ſpirituali aliter quàm debet accuſator deſiſtit,iudex ni
hilominus ſecundùm Inno. ex officio inquiret,vt de col-
lu.per totū.C.de aboli.l.indulgere.& l.ij. vbi autem vult
iudex iuſta cauſa diſcedere,indulgebit.C. de abolit.l.j.ij.
& iij. Quid autem operetur trāſactio, vide Pan.vbi ſuprà.
9 ¶Duodecimò*, vtrum falſo accuſatus poſsit accuſanti re-
mittere iniuriam.Et dicit S.Tho.ij.q.lxviij.ꝙ ſic,maximè
ſi accuſauit nō calūnioſe,ſed ex animi leuitate:quia accu-
ſato ſpecialiter iniuria facta eſt:ſi verò accuſator ab accu-
ſatione propter colluſionem deſiſtat, iniuriam facit rei-
pub. & hoc accuſatus ei remittere non poteſt, ſed ad prin
cipem pertinet habentē curā reipub.Et idem no.in Sum.
Cōfeſ.li.ij.tit.v.Princeps quoq; ſine iuſta cauſa remittere
nō debet,qa intereſt reip. ne crimina remaneant impuni
ta.ff.ad l.Aquil.l.ita vulneratus.& de ſen.exc. vt famæ.&
quia facilitas veniæ incētiuū tribuit delinquēdi.xxiiij.q.
10 iij.eſt iniuſta. ¶Tertiodecimò,*vtrum peccet mortali-
ter accuſatus negādo veritatē in iudicio. Et dicit S.Tho.
ij.iij.q.lxix.ar.j.ꝙ tenetur iudici exponere veritatē, quā
exigit ab eo ſecundū formam iuris,de quo ĩ.Cōfeſsio cri
minis.& ideo mortaliter peccat nolēdo confiteri,aut mē
daciter negando.Si verò iudex exquirat quod nō pōt ſe
cundū ordinē iuris, nō tenetur ei accuſat* reſpōdere, ſed
poteſt per appellationē vel aliter licite ſubterfugere, mē
daciū tū dicere nō licet.hęc ex illo.Sed intellige,ꝙ in pri
mo caſu qn iudex iuridicè ꝓcedit,tale mendaciū nō ideo
eſt mortale,qa mendaciū in iudicio, alioquin ipſum tace
re vel nō cōfiteri nō eſſet mortale,ſed ideo quia cōtra de
bitū iuſtitiæ.ſed in ſecūdo caſu, qn ſcilicet iuridice nō p
cedit, vel qa accuſatus nō eſt ei ſubiectus ſimpliciter, vel in
hoc caſu,aut quacūq; alia cā,tunc licet mēdaciū ſit illicitū,
nō eſt tamē mortale,qa nec cōtra debitū iuſtitiæ, nec eſt
in iudicio vero,ſed in vſurpato,imò non erit etiam venia
le,ſi reſpōdēdo cautelose,&,vt aiūt,ſophiſticè, dicat ali-
quid falſum apud ſenſum iudicis,& apd ſuū verū:quia eo
caſu cū nō ſit eius ſubditus,nō tenetur dicere veritatē ad
eius intētionē.Rationē dictorū aſsignat Hen.de Gan.qa
ſi quis tenetur celare crimē fratris occultū, multo magis
ſuū.Addit autē dictis S.Tho.Sum.Cōf.vbi ſ. ꝙ tūc iudex
veritatē requirit ſecundū ordinē iuris,cùm præcedit infa
mia ſuper crimine,vel apparēt indicia, vel præceſsit pro-
batio ſemiplena,ſed intellige ſuppoſita iudicis autoritate
iuridica. Si tamen agatur ad pœnā ſpiritualem,vide ĩ.Cō
11 feſsio. §.j. ¶Quartodecimò,*vtrum liceat accuſato ſe ca-
lūnioſe dafendere.Et dicit S.Tho.vbi ſ.ꝙ nō. nam in cā
criminali iuramentū de calumnia præſtandū eſt,vt in c.in
hærētes.de iur.cal.Accuſato igitur licet ſe defendere vijs
licitis,occultādo veritatem,quam confiteri nō tenetur p
aliquem licitum modum,puta nō reſpondendo,quia hoc
nō eſt calumnioſe ſe defendere,ſed euadere prudēter,nō
autē licet ei dicere falſum,nec tacere veritatem quā tene
tur confiteri,nec adhibere fraudē aliquā vel dolū, quę ha
bent vim mēdacij.& hoc eſt calumnioſe ſe defendere.Ad
de ꝙ etiam eſt calūnia appellare,vt ex mora declinetur iu
ſta ſententia.quia eſt nolle fateri.Concor.Richar. in iiij.
di.xv.¶Quintodecimò an liceat accuſato appellando iu
diciū declinare.Et dicit S.Tho.vbi ſ.ꝙ ſic, quando fit ex
cōfidētia iuſtæ cauſæ,quia ſcilicet accuſatus iniuſte gra-
uatur à iudice,ſecus ſi quis appellat cauſa afferendæ mo-
12 ræ,vt dictū eſt.ij.q.vj.quicunq;.¶Sextodecimò*an liceat
accuſato & cōdēnato ad mortē ſe defendere aut fugere?
Et dicit S.Tho.vbi ſ.ar.iij.ꝙ ſi fuit iuſte dānatus,ei ſe de-
fendere nō licet,qa cùm ſit licitū iudici reſiſtentē impu-
gnare,illicitū eſt bellū ex parte reſiſtētis,ſi verò fuit cōdē
natus iniuſte,reſiſtere licet,qa tale iudiciū ſimile eſt violē
tiæ latronū,niſi propter ſcādalū vitādū, cū ex hoc aliqua
grauis turbatio timeretur.Et ſi cōtrà arguatur de fuga q
eſt licita:dico nō eſſe ſimile.Vnde ibi ad primū ſic ad hoc
dicit S.Tho.Nullus ita cōdēnatur,ꝙ ipſe ſibi mortē infe-
rat,ſed ꝙ mortē patiatur,vnde nō tenetur facere illud, vñ
mors ſequatur,qđ eſt manere in loco vñ ducatur ad mor
tē,tenetur tū nō reſiſtere agēti,qn patiatur quod iuſtū eſt
eū pati,ſicut ēt ſi qs ſit cōdēnat*, vt fame moriaſ,non pec
cat ſumēs cibū occulte oblatū,qa nō ſumere eſſet ſeipſum
occidere.Dicit tū Hen.de Gā.quodli.ix. ꝙ nō licet ei car
ceres effringere,aut inferre iniuriā rei,ſup quā iudex ha-
beat ius,vide etiā ĩ Fugere. ¶Decimoſeptimò an teneat
accuſatus,& forte cōdēnatus ad mortē redire ad carcerē,
ſi hoc iurauit?Et dicit Pa.ĩ c.ſi verò.de iureiu. ꝙ q hoc iu
rauit,tenetur obſeruare iuramētū,etiā ſi ſubit ꝑiculū mor
tis,dūmodo carcer nō ſit iniurioſus,id eſt,cōtra iura.& idē
videtur tenere gl.in cle.paſtoralis.de ſen.& re iud.in vēr
bo,per violentiā.niſi mors eſſet iniurioſa.De materia au
tē accuſationis tangitur ĩ.Inquiſitio. §.ij. De accuſatione
autē cōtra matrimoniū ĩ Matrimo.vij.& viij.per totum.

DE ADIVRATIONE.

1 *Adiuratio quid ſit,ubi luculenter deſcribitur:quotuplex autē, ibidem apertè traditur.*

Adiur

2 *Adiurare quippiam num homini liceat. Et an Deum & Angelos adiurare poſsit. Et quid de dæmonibus.*

3 *Exorcizanti dæmoniacū,nū dæmon,ut nomen edat,ſocietatē et uexandi cauſam deſignet,& huiuſmodi,num adiurare liceat. Et quid ſi illi curioſa,& ad expulſionē nihil faciētia,imperet.*

4 *Adiurare creaturas num liceat irrationales.*

5 *Adiuratio illicita,num omnis mortale peccatum fiet.*

ADIVRATIO* ex mente S.Tho.ij.ij.q.xc.& Ric.in 3
iij.di.xxxvij.arg.iij.q.ij.ſic diffiniri poteſt: Adiurare
eſt aliquam perſonam,vel rem imperando, vel obſecran-
do inducere ad aliquid faciendum,vel non faciendum,ex
inuocatione alicuius ſacræ rei:ſicut Apoſtolus Rom. xij.
adiurat Romanos,dicens: Obſecro vos per miſericordiā
Dei &c.& Eccleſia adiurat Chriſtum, dicens: Per crucem
tuam, &c.Adiuratio licita,eſt adiuratio deprecatiua ad o-
mnes ſubiectos,& non ſubiectos, vel imperatiua ad ſub-
iectos. Adiuratio illicita eſt adiuratio imperatiua ad non
ſubiectos,ſicut adiurauit Chriſtum Caiphas,dicens: Adiu
ro te per Deum viuum &c. ¶Primò,* verò quæritur, vtrū
homini liceat aliqd adiurare?Et dico ex doctrina S.Tho.
ibi,ꝙ ſic,quia ſicut homo iuramēto promiſſorio ſeipſum
obligat ad aliquid faciendū ob nominis diuini reueren-
tiā,quod eſt ſe immobiliter ordinare ad aliquid agendū:
ita pōt ad aliqd agendum ordinare alios ſuperiores.ſ.de-
precādo:inferiores autē imperādo, & vtranq; ordinatio-
nem per aliquid diuinū cōfirmare,quod eſt adiurare.Sed
tamen adiuratio erit illicita, ſi qs intēdat alium ſibi non
ſubditū ordinare ad aliquid, imponēdo ei neceſsitatē,ſi
cut ſi ſibi imperatiuè imponere poſſet: qa in aliū vſurpat
ſibi poteſtatē quā nō habet. ¶Secundò, vtrū liceat homi-
ni adiurare Deū?Et dico ex doctrina eiuſdē, ꝙ Deum, ſi-
cut & omnē hominē ſuperiorem,licet adiurare depreca-
tiuè:vt patet ex dictis:ſed tamē aliter ad Deū,& aliter ad 4
hominē vtimur adiuratione:quia homines adiurādo im-
mutare intendimus ad aliquid agendū ob reuerentiā ſa-
cræ rei:non aūt Deum,cuius volūtas eſt immutabilis: ſed
intendimus à Deo aliquid obtinere per ęternā eius volū
tatem:non ex noſtris meritis,ſed ex eius volūtate. ¶Ter
tiò, vtrū liceat homini adiurare Angelos bonos:puta di-
cēdo,adiuro te Michaël archāgele ꝑ diuinā bonitatē, vt
mihi pręſtes auxiliū.& dico,ꝙ ſic, deprecatiuè, ſicut & ho
mines ſuperiores:qa cùm ſint cōciues noſtri, licet nobis 5
eorū ſuffragia expetere,& aliquid diuinū interponere ad
mouendū,ſicut & circa Deū dictū eſt:licet aliter hoc fiat
hìc,& ibi:quia Deū inuocādo interponimus aliquod di-
uinū nō ad mouendū ſeu inducendū Deū immobilē, ſed
ad mouēdū nos,vt vehemētius petam*,& petēdo explea
mus,quod Deus ordinauit.Inuocādo autē angelū inter-
ponimus ſacra,vt & nos excitemus,& illū moueamus,cō
memorādo ea,propter quorū amorē, & contemplationē
libēter tēperatur. ¶Quartò, vtrū liceat homini adiurare
dæmones.Et dico ex doctrina S.Tho.vbi ſ. ꝙ ſi eos quis
adiuret deprecatiuè,eſt illicitū:quia hoc ad beneuolētiā
& amicitiā pertinet,qua nos vti ad dęmones nō licet. ſi-
militer ſi quis eos adiuret imperatiuè quidē,ſiue cōpulſi-
uè,ſed tamen ad aliqd ab eis ſciendū,aut ad aliquod obſe
quiū per eos cōſequendū,eſt illicitū:primò, quia hoc per
tinet ad quandā ſocietatē, vel familiaritatē cū ipſis,ſecun
do,quia in curſu huius vitæ eorū actus noſtræ diſpoſitio-
ni non ſubdūtur:vt ſcilicet eis veluti ſubditis ad noſtrum
obſequiū vtamur,niſi fortè ex ſpeciali inſtinctu,vel reue
latione diuina aliqui ſancti ad aliquos effectus dæmonū
operatione vtātur,ſicut Iacob,per eos Hermogenē ad ſe
fecit adduci. Adiurare autē eos imperatiuè,vel cōpulſiue,
nō ad aliquid per eos obtinendū, ſed ad eorū nocumētū
repellendū,puta adiurando ne nobis aut ſocio tanquā no
ſtri aduerſarij in curſu huius vitæ ſpiritualiter aut corpo-
raliter noceāt:eſt licitū, ſecūdū poteſtatē nobis traditam
à Chriſto,ſecundū illud Luc.x.Dedi vobis poteſtatē cal-
candi ſup ſerpētes,& ſcorpiones,& ſupra omnē virtutem
inimici,&c. ¶Quintò,* vtrū liceat exorcizāti dæmonia-
cum adiurare dęmonē,vt dicat nomē, & ſocietatē ſuam,
& cauſam vexandi hominē,& huiuſmodi? Et dico iuxta
pręedicta,ꝙ ſi licet eum adiurare vt nō noceat,licet etiā eū
adiurare vt exeat,qa non exeundo nocet:licite etiā adiu-
ramus eū imperatiuè in oībus quę imperamus,vt de cor-
pore expellatur, vtputa,ꝙ ſuū nomē fateatur:quod valet
ad hoc,vt pręcepta quibus vtimur cōtra eū nominatim di
rigamus:ſimiliter vt dicat cauſam vexādi hominē,vt eam
ad cautelā amoueamus:licet enim nō credamus:puta ſi di
cit hoc accidiſſe ꝓpter aliquod peccatū, vt ad pœnitētiā
moueamus obſeſſum,ſi fortè id verū eſſet:ſimiliter vt di-
cāt ſocietatē ſuā,vt imperemus exeūti, vt ſecū quātū pōt
ſocios trahat.& omnia huiuſmodi quę ſancti legūtur im-
peraſſe:quæ omnia talia finaliter ordinātur nō ad conſe-
quendū beneficiū per eos,ſed ad nocumētū repellēdum.
Et hac etiā ratione nō ſolū licet adiurare dæmones non
obſidētes ne adiuuēt obſidētes:ſed etiā ſupiores,vt expel
lāt inferiores.Si aūt exorcizator imperet dæmoni,vt di-
cat curioſa.& nihil ad expulſionē faciētia,nō quia illi cre
dat,ſed quadā leuitate & curioſitate ductus:eſt peccatum
graue,licet illud nō videā mortale:quia nō videtur mor-
tale,niſi cùm quis adiurat obſecratiuè,aut ad aliqđ cōſe-
quendū,puta obſequiū, vel notitiā:quod iſte nō facit,qui
ei nō credit:quòd ſi ei crederet,vt necromātici,credo eſ-
ſe mortale, qa ꝑtinet ad amicitiā. ¶Sextò,* vtrū liceat ad
iurare creaturas irrationales?Et dico ex doctrina eiuſdē,
& Rich.vbi ſ.ꝙ ſi adiurēt ſecūdū ſe abſolutè,eſt vanū: qa
nec imperiū nec obſecrationē intelligūt: & illicitū,qa va-
ne aſſumitur nomen Domini. Si verò adiurētur relatiue
ad aliū à quo mouētur,eſt licitū reſpectu Dei deprecati-
uè,quomodo ſancti miracula faciunt:& reſpectu dæmo-
nis imperatiue:ne eis tanquā inſtrumētis vtatur ad nocē-
dum,quomodo adiurantur ab exorciſtis eccleſiæ. ¶Septi
mò,* vtrū omnis adiuratio illicita ſit peccatū mortale. Et
Sum.Ang.nititur adſcribere Rich.ꝙ ſic,qa ē cōtra illud
pręceptū,Nō aſſumes.Sed illud à Ric. nō habet, nec illa
ratio ꝓbat:alioquin omnis illicita iuratio eſſet mortale:
etiā ſi quis iuret verū,ſed leuiter:quod nō eſt bene dictū.
Vnde dico, ꝙ adiuratio ſeptē modis eſt illicita.primò,ſi
fiat imperatiue ad nō ſubditū.ſecūdò,ſi fiat imperatiuè ad
ſubditū,ſed quātū ad aliquid in quo nō eſt ſubditus. ter-
tiò,ſi fiat ad dęmones deprecatiuè,quartò,ſi fiat ad dæmo
nes imperatiuè,ad aliqd addiſcendū,vel per eos cōſequē
dū.quintò,ſi fiat ad eoſdē ĩperatiuè ex leuitate,aut curio-
ſitate.ſextò,ſi fiat ad irrationalia ſecundū ſe.ſeptimò,ſi fiat
ad Deū,vel homines,vel Angelos,vel dęmones, aut irra-
tiōabilia leuiter,id eſt,ſine reuerētia diuini nominis, aut
neceſsitate.Et primo ac ſecūdo modo eſt peccatū morta-
le,ſecūdū Archi.qa eſt cōtra iuſtitiā,& lęditur ius cōmu-
ne:dū quis vſurpat ſibi in aliū poteſtatē iniuſtè,ſed intel-
lige in re notabili.tertio autē,& quarto modo ſimiliter,
qa repugnat diuinę amicitię habere amicitiā cū ſuo ad-
uerſario incorrigibili.quinto autem modo videtur venia
le,non obſtante,quòd ibi eſſe videatur vſurpatio poteſta
tis in dæmones nobis ſubiectos, quia non eſt ibi pecca-

tum

eum ratione iniuſtæ vſurpationis:cùm habeamus poteſta
tem ſuper omnē virtutē inimici,ſed ratione malæ intētio
nis in vſu iuſtæ poteſtatis:ſicut iudex ſuſpēdēs latronē ex
odio,non facit cōtra iuſtitiā,ſed cōtra charitatem: quę in
tentio in propoſito nō videtur mortale:& ſimiliter ſexto
modo,& ſeptimo videtur veniale,ſicut & iuratio leuis.

DE ADMINISTRATIONE.

1 *Adminiſtratio libera & legitima quænā ſit. Et an adminiſtra*
tor de mala adminiſtratione ſatisfacere teneatur. & tum de do
lóne,an etiā de lata & leui culpa. & quid de caſu ſiue fortuna.
2 *Adminiſtratus malè aduerſus quem actionem habeat.*
3 *Adminiſtrationem indigno ſcienter committēs,num de mala te*
neatur adminiſtratione. Et ſub hæc quis in eccleſia adminiſtra-
tionem habere dicatur. Et num ante adminiſtrationē in mora
conſtitui poſsit,qui ad aliquid dandum faciendúmue ſine tem-
poris definitione obligatus eſt,remiſsiuè.

1 ADMIMISTRATIO* legitima & libera ſecundùm
mentē Inn.eſt,quādo quis poteſt agere & conuenire
in iudicio,& etiā extra iudiciū de re aliqua diſponere. fa
cit c.ex literis.de pba. & ibi Inn.allegat l.ij.C. de iur. cal.
¶Primò verò quæritur,vtrum adminiſtrator teneatur de
mala adminiſtratione ſatisfacere?Et dico,quòd ſic,ſecun-
dùm Inn.in c.ex præſentiū.de pig.& ille cuius eſt admini-
ſtrator habet contra eum actionē negotiorum geſtorū.ff.
de neg.geſt.l.iiij.§.vlt.xij.q.ij.ſi qua de rebus.&c. ſi quis
qualibet cōditione.¶Secundò,vtrū adminiſtrator tenea
tur ſolùm de dolo,an etiā de lata & leui culpa?Et dico ſe-
cundùm gl.in l.cùm oſtēdimus.ff.de fideiuſ.tut. quòd te-
netur de dolo,vt ibi : & de lata culpa:vt l. curatores.C.de
neg.geſt.& de culpa leui:vt l.quicquid.C.arbit. tut. Et de
ſolo quidē dolo tenetur,qñ in ea affectione duct⁹ ſolùm
miniſtrauit,ſecundū gl.in l.iij.ff.de neg. geſt . & ſimiliter
de lata culpa,quæ æquiparatur dolo:vt in l.quod Nerua.
ff.depo.de leui autem tenetur,vt communiter in d.l.quic
quid.imò etiā aliquando tenetur de leuiſsima:vt quando
diligētiſsimus erat geſturus.l.ſi pupilli. §.videamus.ff.de
neg.geſt.¶Tertiò,vtrū teneatur vnquam de caſu ſiue for
tuna?Et dico,quòd ſic,in quinque caſibus poſitis in l.ſi ne
gotia.ff.de neg.geſt.quorum primus eſt, ſi acceſsit animo
deprędādi : ſecūd⁹ ſi noua & inſolita negotia fecit:terti⁹
ſi culpa pręceſsit:quartus ſi fuit in mora:quintus ſi caſum
2 in ſe recepit.¶ Quartò*quæritur,cōtra quē habeat actio-
nem adminiſtratus? Et dico,quòd contra adminiſtratorē:
& etiā contra hæredes,quòd ſcilicet hæredes teneri Inn.
vbi ſ.intelligit,quādo dolo,vł lata culpa aliquid geſsit:ex
leui autem culpa nō tenētur,niſi in caſibus quatuor,quorū
tres ponūtur in l.j.C.de hære.tut.quartus verò eſt in glo.
d.l.cùm oſtēdimus.Primus eſt,ſi lis fuerat inchoata cōtra
tutorem.Secundus,ſi aliquid ad eos peruenit de rebus ad
miniſtrati.Tertius ſi de rebus adminiſtrati alijs ex gratia
conceſsit:quia dicitur in l.ſi pignore.ff.de furt. quòd ſpe-
cies lucri eſt ex alieno largiri,& beneficio ſibi debitorem
acquirere.Quart⁹,ſi non explicet inchoata per defunctū:
quia tenetur de leui etiā.l.quicquid.C.arbi.tut. ¶ Quin-
3 tò,* vtrum ſcienter committens adminiſtrationem indi-
gno,teneatur ipſe de mala adminiſtratione? Et dico ſic,ſe
cundùm Innoc.in c.ex ratione.de æta.& qual.& alleg. ff.
ad muni.l.Lucius. §.Imperator.ff.de ma.cōue.l.j.in prin.
per totum.& peccat mortaliter. Quis dicatur habere ad-
miniſtrationem in eccleſijs,vide j.Beneficium.j.§.ij.

¶ ADMONITIO,vide j.Denunciatio.Vtrum au-
tem ante adminiſtrationem conſtituatur in mora qui eſt
obligatus ad aliquid dandum,vel faciendum ſine determi
natione temporis,vide infrà Mora.§.j.

DE Adoptione,ſiue Arrogatione.

1 *Adoptio quid ſit: & quot ſpecies habeat: & inter hæc quænā*
perſona intelligenda ſit extranea.
2 *Adoptio ab arrogatione in quot diſtet.*
3 *Abſēs, aut reluctās,ac nō cōſentiēs,nū arrogari poſsit. Et cōtrà*
nū qs abſēs arrogare, aut adoptare q̄at. Et an uel p pcuratorē
4 *Filius arrogatus,num quid ſibi retinere poſsit. Et qui in filiū*
filij ſui arrogatur,num ſicut ſimpliciter arrogatus bonorū partē
quartam ſibi acquirat.
5 *Adoptare quis poſsit, & quis minimè. Et contrà ,quis adoptari*
poſsit,uel id nequaquam.
6 *Adoptare in fratrem,aut ſororem,num quis poſsit.*
7 *Adoptare nū dicatur,qui corā multis,uel etiā per ſe in domo ſua*
aliquem in filiū,aut filiā accepit,dicēs,accipio te in filiū meum.

1 ADOPTIO*eſt perſonæ extraneę in filiū,vel nepotē
vel deinceps,legitima aſſumptio,ſecūdū Ray.S.Th.
Pet.& Ala.& Richa.in iiij.diſt.xlij.Vel,adoptio eſt legiti-
mus actus,per quē qui filius nō eſt,pro filio habetur pene
naturā imitās.Inſt.de adop.in gl.Et perſona extranea in-
telligitur omnis,qui nō eſt in poteſtate adoptātis : ſiue ſit
de eius carnali cognatione,ſiue nō:& per maſculinū intel
ligitur etiā fœmininū:vt per filium filia,& per nepotē ne
ptis. Adoptare autē ſecūdū S.Tho.iij.q.xxiij.& iij.diſti.
eſt admittere ex gratia ad participandū hęreditatē.Habet
autē adoptionis gen⁹ ſpecies duas,in quas diuiditur.ff.de
adop.l.j.& ij.Prima dicitur arrogatio, quę ſecūdū S.Th.
eſt adoptatio perfecta:& eſt,quādo is q nō habet patrē,ſi-
cut etiā qui emancipatus eſt,vel generaliter qui eſt ſui iu
ris,trāſit cū filijs, iuribus & rebus ſuis in poteſtatē arrogā
tis principis authoritate.Secūda verò cōmuni nomine nū
cupatur adoptio,quādo adoptatur is,qui eſt ī poteſtate pa
tris,ſiue alieni iuris authoritate magiſtratus,nō trāſeūdo
in poteſtatē adoptantis. ff.eo.l.j.& ij.C.eo.l.pen. Et ſicut
dicit S.Tho.in iiij.diſt.xlij.adoptatus primo modo ſuc-
cedit patri ab inteſtato,nec poteſt eū pater ſine culpa pri
uare quarta parte hæreditatis. Adoptatus autē ſecūdo mo
do nō ſuccedit,nec tenetur ei adoptās aliquid in teſtamen
2 to dimittere. ¶ Primò*verò quæritur,vtrū arrogatio &
adoptio in oībus cōueniāt?Et dico,ꝙ ſic.niſi in quinque.
¶Primò,quia adoptio fit cuiuſlibet magiſtrat⁹ cōpetētis
authoritate:dū tamē apud eū plena ſit actio,ſcilicet meri
& miſtū imperiū.C.de adop.l.j.Arrogatio verò ſolùm au
thoritate principis.Inſt.eo.in principio.¶Secūdò, quia
in arrogatiōe requiritur vtriuſq; verbū expreſſum,nō au
tē in adoptione.Vnde infans adoptari pōt,nō arrogari.ff.
de adop.l.ij.& l.in adoptionibus. ¶ Tertiò,qa arrogatur
qui eſt ſui iuris: adoptatur autē,q in aliena eſt poteſtate.
Nā arrogatio ſtatim arrogatū,& res ſuas,& liberos,ac ne-
potes,q erāt in ſua ptāte,ſubijcit poteſtati arrogatoris.ff.
de adop.l.ij. §.vlt.adoptio verò nō niſi in caſu,qñ ſcilicet
datur auo materno,vel ſi poſt emancipationē genuit filiū
& auo paterno dederit.Inſt.de adopt.§.ſi vero. ¶ Quar
tò,qa arrogator tenetur ſatiſdare de reſtituēdis illis bonis
pſonis,ad quas eſſent vētura,ſi arrogatus in ſuo ſtatu mā
ſiſſet.ff.de adop.l.nec ei. §.ſi. ¶ Quintò, qa arrogatus ha
bet de neceſsitate legitimā in bōis arrogatoris. vnde ſi ar
rogator emācipauerit eū,vel exhæredauerit ſine cā,tene-
tur ei relinquere legitimā.i. quartā partē ſuorū bonorū
quæ ſcilicet habiturus fuerat ab inteſtato,ſecūdū gl.in l.ſi
arrogator.ff.e. quæ quarta nō eſt augmētata per authē.de
triē.& ſe.ſecundū Bar.ibi.Inſtit.de adop. §. cū aūt impu-
bes.adoptiuo autē nihil tenetur de neceſsitate relinque-
re.C.eo.l.j.& ij. Si tamē moriatur adoptator ſine teſtamē
to ſuccedit in bonis eius.l.pe.C.de adop.poſt mediū. niſi
ſit emācipatus legitimè. ¶*Secundò,vtrū abſens,vel diſ-
ſentiēs poſsit arrogari? Et dico,ꝙ nō.tex.eſt ff.eo.l.neq;.
ſed neq; etiā adoptare,vel arrogare quis abſens pōt : nec
etiā p procuratorē poteſt quis adoptare, vel arrogare.ff.
eo.l.poſt mortē. §.neq;.cuius cauſam no.Bar.in l.Gallus.
§.forſitan.ff.de lib.& poſth.vbi dicit,ꝙ ea, in qbus ſolus
cōſenſus requiritur,per procuratorē fieri poſſunt:vt in le
gitimatione,vbi ſufficit,ꝙ filius oſtēdat voluntatē patris:
nec eſt neceſſe patrē eſſe pręſentē. Itē ex parte filij nō re-
quiritur,ꝙ ſit pręſens: ſed ſufficit,ꝙ habeat ratū,vt in auť.
quib.modis nat.effi.ſui. §.naturales.& §.generaliter.col.
vij.quia in legitimatione,pater nihil diſponit: ſed princi
pi,vel habēti autoritatē à principe cōſentit. nō enim ipſe
legitimat,ſed autoritas principis.Secus aūt eſt, quādo pa-
ter ipſe diſponit:vt qa pater emācipat,vel abſoluit filiū,&
iudex autorizat.Itē pater adoptat. Itē dominus manumit
tit. Et ex hoc colligi poteſt illius queſtiōis determinatio:
an filiatio ſpiritualis,ſiue cōpaternitas p procuratorē cō-
trahi poſsit?Et videtur,ꝙ nō:quia ipſe pater ſpiritualis ali
quid diſponit & agit,nec ſimpliciter cōſentit: & cōſequē
ter requiritur pręſentia eius:vt in l. poſt mortē.de adopt,
4 & ita dicūt canoniſtæ.hæc Bar. ¶* Tertiò, quærit gl.in l.
ſi paterfa.ff.eo. vtrū filius arrogatus poſsit ſibi aliqd reti-
nere pro ſe?Et videtur,ꝙ ſic:qa in traditione pactū quod
apponitur,debet ſeruari.in cōtrariū facit auť. ingreſsi. de
ſac.ſan. ecc.idē Bar.ibi. ¶ Quartò, vtrū arrogatus in filiū
filij ſui acquirat quartā partē bonorū, ſicut arrogatus ſim
pliciter?Reſpōdet Azo.in Sū.ꝙ ſi pater adoptat aliquē lo
co nepotis:ſi filius cōſentit,mortuo ſuo patre, hic arroga
tus trāſit in poteſtatē filij, cui fuit arrogatus:nec agnoſci-
tur auo ſuus hæres.Si aūt filius nō cōſenſerit, mortuo pa-
tre nō reincidit in poteſtatē:ſed agnoſcetur auo ſuus hæ-
res:vel tanq̄ nepos, licet in filiū nō adoptauerit:vel tāquā
is, quē videtur ſuus animus voluiſſe eſſe ſibi hæredē. Idē
dic de adoptato in nepotē , vel deinceps. quod fieri pōt:
vt Inſt.de adopt. §.licet.excepto,ꝙ nō trāſit in poteſtatē
patris adoptātis. Et qđ dictū eſt de maſculo,dic de fœmi-
5 nis. ¶* Quintò queritur,quis poſsit,aut nō poſsit adopta
re ? Et dico, ꝙ poteſt paterfa.qui ſui iuris eſt,& generare
poteſt:vel ſi nō pōt, eſt ex defectu accidētali:vt eſt ſpado,
ſiue gladio caſtratus.ff.eo.l.ij.& ſimiliter presbyter, ſecū
dùm Pan. in c.vnico.de cog.leg. Nō poteſt aūt adoptare,
qui generare nō poteſt,propter defectū naturalē:qui etiā
dicitur caſtrat⁹:nec fœminæ,niſi ex reſcripto principis in
ſolatiū liberorū amiſſorū:nec ille,qui per xviij.annos nō
pręcedit eū,quē vult adoptare vel arrogare.Vnde dicit S.
Th.ꝙ debet ita eſſe ſenex, vt naturaliter poſsit eſſe pater
adoptati:vt patet iiij. diſt.xlij.& habetur ff.eo.l. adoptio.
hęc habētur Inſt.de adop.Nec poteſt adoptare,ſecūdū S.
Tho. qui nō eſt ſui iuris:nec minor xxv.annis: vt idem di
cit:nec pōt arrogare, qui non habet lx.annos : licet poſsit
adoptare,niſi iuſta cauſa interueniēte.l.ſi pater. §.vl.ff.de
adop.& iuſta cauſa eſt morbus,aut cōiunctio perſonę ado
ptandæ: aliàs debet intendere generationi,vt in d.§.vlti.
¶ Sextò quæritur,quis poſsit,vel nō poſsit adoptari?Et di
co,ꝙ adoptari poteſt qlibet,tā maſculus, q̄ fœmina.ff. de
adopt.l. adoptio. dūmodo ſit præſens : aliter nō.l. neque
abſens.ff.eo.etiā ſi ageret p procuratorē,vt dictū eſt : dū-
modo etiā ſit minor adoptāte:ſic vt poſsit eſſe filius eius
naturalis.nō cōpetit aūt cōſanguineis adoptari,ſecūdū S.
Tho.in iiij. quia naturaliter ſunt hæredes. ¶ * Septimò,
vtrū quis poſsit adoptare in fratrē,vel ſororē ? Et dico, ꝙ
nō:vt l.nec apud.C.de hære.inſti.& ibi Ang.nec etiam in
7 patrē,quia cōtra naturā. ¶* Octauò,vtrū ſit adoptio,ſi qs
corā multis,vel etiā per ſe in domo ſua, aliquē accepit in
filiū,aut filiā dicēs,accipio te in filiū meū?Et dicit Pan.in
c.vnico.de cognatione legali.ꝙ nō.l. nō nudis.C.de pro
ba.niſi ſeruetur forma de qua ſuprà:ſcilicet ꝙ fiat princi-
pis, vel magiſtratus autoritate : qđ eſt de ſubſtantia ado-
ptionis. & verbum in arrogatione,vt dictum eſt.

¶ ADORATIO, vide infrà Latria.

DE ADVLATIONE.

1 *Adulatio quid ſit. & in quo conſiſtat.*
2 *Laudare aliquem, uel illi placere uelle, nūquid ſemper peccatū*
cenſendum ſit.
3 *Quempiā in laudādo excedere & adulari,quot modis dicatur.*
4 *Adulationem triplici modo peccatum mortale dici.*
5 *Beneficiū per adulationē impetrans, num idipſum reſignare te*
neatur. Et ibidem,turpe officium dici,aut peccatū,annexū eſt.
6 *Adulatoribus dare,num mortale peccatum ſit.*

1 ADVLATIO,*ſecūdū S.Tho.ij.ij.q.cxv.eſt exceſſus
delectādi alios verbis laudis, aut factis. Nam q vult
in oībus alteri loqui delectabiliter, excedit modū virtu-
tis, & peccat : qa virtus affabilitatis, etſi principaliter in-
tendat delectare eos,qbus cōuiuit:tñ vbi neceſſe eſt,non
veretur cōtriſtare, propter aliquod bonū. Si aūt aliqs ſic
excedat ſola intētione delectādi, vocatur placidus, ſcđm
Philoſophū.Si verò hoc facit gr̄a lucri,vocatur blāditor,
ſiue adulator : cōmuniter tamē nomē adulatoris ſolet at-
tribui omnibus,qui ſupra debitū modum,volūt alios ver
bis, vel factis delectare in cōi conuerſatione.hæc ex illo.
Igitur laudare aliquē de eo,quo nō eſt laudādus, puta de
malo,vel plus quàm eſt laudādus,vel vbi,& qñ,& quomo
do,& quo fine nō eſt laudandus:eſt adulatio. de qua xxv.
diſtin. §.aliàs.xlvj.diſt.ſunt nōnulli.vj.q.j.ſunt plurimi.&
xj.q.iij.nemo peritorū. Et ad idem reducitur,ſi quis vltra
debitum velit alteri placere veſtibus,ludis,& huiuſmodi.
2 ¶Primò*verò queritur, vtrū laudare aliquē, vel velle pla
cere,ſemper ſit peccatū ? Et dicit idē ibi ꝙ nō:ſed laudare
aliquem cum debitis circūſtantijs, puta ne deficiat in ad-
uerſis, vel vt magis proficiat in bono, pertinet ad virtutē
affabilitatis,ſiue cuiuſdā amicitiæ,quæ cōſiſtit in exterio
ri cōuerſatiōe : ptinet verò ad adulationē laudare in his,
quę non ſunt laudanda:vel quia ſunt mala,vt peccata: vel
quia ſunt bona incerta:vel etiā ſi timetur,ne inaniter ele
uetur.Et ſimiliter velle placere hominibus,propter chari
tatem nutriēdam.& vt in eis homo ſpiritualiter proficere
poſsit,eſt laudabile,ſecundū illud j.Cor.x. Per oīa omni-
bus placeo. Eſſet verò peccatū, ſi qs hoc faceret in malis,
vel propter inanem gloriā, aut lucrū , ſecundū illud Pſal.
3 Deus diſsipat oſſa eorū,qui hominibus placēt. ¶ * Secū-
do verò quæritur,quot modis quis excedit in laudādo,&
adulatur?Et dico,ſecūdū Alex.de Ales,ꝙ quatuor. Primò
laudādo in aliquo bonū,quod nō habet. Secūdò augēdo
bonū,qđ habet plus,quàm habet. Tertiò laudando malū,
& dicēdo bonū. Quartò minuēdo malum:vt dicēdo non
4 eſſe peccatū ita graue,ſicut eſt. ¶* Tertiò,vtrum adulatio
ſit peccatū mortale?Et S.Tho.dicit,vbi ſuprà, ꝙ ſic tripli
citer. Primò ratione materiæ, ſicut cùm quis laudat pec-
catum alicuius,quia cotrariatur dilectioni Dei, cōtra cu-
ius iuſtitiā loquitur homo: & dilectioni proximi, quē in
pctō fouet.ſed intelliget ſi id, qđ laudat,ſit peccatū mor-
tale:aliàs iſta adulatio nō eſſet mortale.Secūdò ratiōe in
tētionis,puta cùm qs alicui adulatur,vt noceat fraudulē-
ter

ter corporaliter,vel ſpiritualiter. Tertiò,propter occaſio
nem: ſicut cùm laus adulatoris ſit alteri occaſio peccandi,
etiã p̄ter adulatoris intẽtionẽ: & tũc cõſiderandũ eſt vtrũ
occaſio ſit data, vel accepta: vel qualis ex hoc ruina ſequa
tur,venialis ſcilicet,aut mortalis: & ſecũdũ hoc iudicandũ
eſt. Si aũt aliquis ex ſola auiditate delectãdi, vel ad vitan
dum malũ, aut aliquid cõſequendũ in neceſsitate,aliquid
fuerit adulatus,nõ eſt cõtra charitatẽ: nec mortale,ſed ve
5 niale. ¶* Quartò,vtrũ adulator impetrãs beneficium per
adulationẽ teneatur reſignare? Et dicit Alex. hoc reduci
debere ad munus ab obſequio.vñ recipiẽs ſolùm ex hoc,
ꝙ adulatur, nõ ex alio ſeruitio,indigne reciperet, & reſi-
gnare teneretur, ſicut ille,ꝗ ſeruiuit in officio turpi. Tur
pe aũt officiũ dicitur, cui peccatũ annexũ eſt.hęc ex illo.
quem ſequitur Sum.Ang.cõtra Archi.ij.parte.tit.j.c.v.§.
iiij.dicẽtẽ,ꝙ licet hoc reducatur ad munꝰ ab obſequio:&
talis reputãdus ſit ſimoniacus.j.q.j. ordinationes. non tñ
tenetur illud beneficiũ reſignare.ar. extrà, eod.c.fi.& al-
leg.Dir.lib.iij.& Inno.& Hoſt. ꝗ hoc no.in c.tuã. de ęta.
& quali. Et ratio eſt: quia ex quo eſt ſimonia mẽtalis tñ-
modo, purgatur ſola pœnitentia:nec aliter reſignatio ne
ceſſaria eſt,per tex.in d.c.fi.ſcilicet,de ſimo.ad fi. ¶ Quin
6 tò,* vtrũ dare adulatoribꝰ ſit peccatũ mortale? Et dicit S.
Tho.ij.ij.q.clxviij. quòd non: niſi nimius appetitus glo-
riæ vanæ,hoc recuſaret:ſicut delectabatur Herodes, qñ ei
Dei, & nõ hominis, laudes dabãtur: vel niſi intẽdat quis,
& cupiat laudationẽ de peccatis:quia tales largitores cõ-
municant cũ adulatore in crimine. Et hoc eſt, quod dicit
Alex.de Ales,ꝙ tale peccatũ eſt iſta datio,quale adulatio
ꝓpter quã dat,id eſt,ſi veniale,veniale: ſi mortale, morta
le:vt patet lxxxvj.diſt.in c. donare. & duobus ſequẽtibus.
vbi etiã dicitur,ꝙ dare adulatori,nõ propter adulationẽ,
ſed propter pietatẽ ad ſuſtentationẽ naturæ nõ eſt pecca-
tum. Vtrum autẽ liceat dare hiſtrionibus, infrà Ars. §.vj.

DE ADVLTERIO.

1 Adulterium,quod eſt thori alieni uiolatio,quandoque ſimplex, quandoque duplex dicitur. Et idẽ modis quatuor admittitur.
2 Mulieri adulteræ,quæ ex adulterio ſobolem ſuſcepit,ut de expẽſis & hæreditate mariti tuta ſit, quid agendum ſit.
3 Præceptum poſitiuum non obligare quenquã cum ſcandalo,& præſertim ubi animarum,aut corporum periculum ſubeſſet.
4 Filius,qui in filiationis poſſeſſione eſt,num matri eũ ſpuriũ aſſerenti,uel eundem ſuppoſitũ,credere teneatur. Et quid ſi uterq; parens idem dicat. Et ibidẽ limitatæ leguleiorũ ſentẽtiæ, quæ eũ fatuũ coarguũt,qui regno ob matris dictũ renuntiauit.
5 Filius putatiuus,poſt præſcriptũ filiationis ius,nũ cognito,quòd legitimus nõ ſiet, de ſucceſſione in bonis cõſcietiã facere poſsit.
6 Mulier de adulterio ſuſceptos filios, num ſibi hæredes inſtituere queat.
7 Adulter, num de impenſis, & damnis acceptis ob de adulterio ſuſceptos filios,marito teneatur.
8 Viri atque uxoris adulterantium,quænam pœna ſit.
9 Adulterium notorium, quomodo, & quando dicatur. Et num adulterium ſine dolo committi poſsit.
10 Metus conditionalis,num mulierem ab adulterij pœna excuſet. Et ibidem quòd reſpectu leg. adulterium ſine dolo cõmitti non poteſt. Et an uoluntas coacta in maleficijs excuſet.

1 ADVLTERIVM,* eſt alieni thori violatio.xxxij.q.
vj. nõ mœchaberis. vnde dicitur adulteriũ, quaſi ad
alienũ thorũ acceſsio.xxxj.q j. §. cũ ergo. & quãdoq; eſt
ſimplex, quãdo ſcilicet ſolùm alter eſt ſolutus:aliquando,
duplex, quãdo ſcilicet ambo ſunt coniugati. vnde fit qua
tuor modis.Primò,quãdo vir cõiugatus accedit ad mulie
rem cõiugatã.Secũdò, qñ ſolutus accedit ad cõiugatam.
Tertiò,qñ cõiugatus accedit ad ſolutã.Quartò,ſecũdùm
quandã iuris interpretationẽ,qñ nõ ſiſtitur intra limites
matrimonij, ſed libidinis feruore tẽditur in ſuã, etiã ſi eſ
ſet aliena,vel ecõuerſo,mulier reſpectu viri.Vñ ſecũdùm
S.Tho.ij.ij.q.cliiij.ardentior in ſuã eſt aliqualiter magis
adulter,q̃ cum aliena. & ſic intellige c. origo.xxxij.q.iiij.
2 ¶ Primò* verò dubitatur,quid faciet mulier adultera,quę
ſobolẽ ex adulterio ſuſcepit,vt tuta ſit de expẽſis,& hære
ditate?Et dico, ſecũdũ Ray.ꝙ mulier in p̄ſentia factũ re-
uelet ſacerdoti perito,vel epõ, aut vtriſq; : qui caute in-
grẽdo,ſi inuenerint ſpuriũ timere Deũ,& viderint expe-
dire,reuelẽt ei factũ corã adultera matre:recepto priꝰ iu
ramẽto ab ea, ꝙ nõ calũnioſe ꝓcedat, & ab illo,ꝙ teneat
ſecretũ: cõſulẽtes, ꝙ religionẽ ingrediaꝛ,vel ſe abſentet,
ita vt nihil percipiat de bonis putatiui patris. Addit autẽ
Veruec.ꝙ ipſa mulier poterit reuelare marito,ſi periculũ
nõ timet:ſicut ſunt aliqui ſuſtinẽtes ſciẽter adulteria vxo
rũ,vel etiã cõſentiẽtes:qa ꝓprios filios habere nõ pñt, &
hmõi:& ſi ille acceptet, mulier abſoluta eſt.ſed intellige,
niſi reſpectu eorũ,ꝗ hoc nõ obſtãte manerent in dãno:vt
veri filij mariti,quãtũ ad legitimã: vel etiã fortè quicũq;
alij,quãtũ ad totã hęreditatẽ,qñ talis filiꝰ eſt ex adulterio
vel inceſtu:cũ penitꝰ excludatur à ſucceſsione,ſcdm iura.
Si aũt dicto ſpurio reuelari nõ poteſt, aut ipſe cõſilio nõ
acqeſcit, iniũgaꝛ mulieri,vt viro iuxta poſſe, ſi qd habet,
vel habitura eſt,ſatisfaciat ꝑ aliũ ſecretè,& cautè,nõ reue
lando viro pſonã vxoris,& tuta erit.xxij.q.v.hoc videꝛ.&
extrà,de pœ.& remiſ.officij.& cõſentit Hoſt. Teneꝛ autẽ
viro,de cõſumptis à ſpurio:de hęreditate aũt hęredibꝰ vi
ri ab inteſtato, vel hęredibꝰ ſcriptis: vel qbꝰ veriſimiliter
credit,qđ religſſet:qđ ſi neſcitur,pauperibꝰ largiatur. Si
autẽ mulier nõ habet,quod reſtituat:habet aũt probatio-
nes,ꝑ quas dicti ſucceſſores releuarẽtur à dãno,dicit Inn.
ꝙ eas debet adducere,niſi graue malũ eẽt ꝓuẽturũ:qa mi
nꝰ malũ eſt dãnũ rerũ,q̃ corporũ,aut aĩarũ. Si verò nõ ha
bet ꝓbatiões,ſileat.ij.q.vij.pleriq;.hęc ſcdm Ray. Hoſt.&
Inno.Pan.autẽ in d.c.officij.optimè prędictorũ mentẽ,&
veritatẽ colligit,dicẽs:Si nullũ periculũ eſt ĩ reuelãdo ve
ritatẽ: & veriſimiliter crederet mulieri,tenetur reuelare.
Si aũt ei nõ crederetur, nec habet ꝓbatiões prõptas: ſuffi
cit ei pœnitere:& taceat,ne potius ſcãdalũ, q̃ vtilitatẽ ĩdu
cat. Si aũt ꝓbatiões habet, & veriſimiliter crederetur ei,
ſed ſubeſt piculũ mortis ĩ reuelãdo,taceat:qa ĩ nõ reuelã-
do,eſt piculũ rerũ,ſed in reuelãdo,eſt piculũ aĩarũ, & cor
porũ. Nec obſt.reg.iuris,ꝗ ſcãdalizauerit.vbi habeꝛ,ꝙ fa
cilius ſcãdalũ naſci pmittiꝛ,q̃ veritas relinquaꝛ:qa ſecũdũ
Innoc. illud procedit in iudice,vel in teſte. Igitur mulier
pœniteat,& ſatisfaciat de ſuo,veniẽtibꝰ ab inteſtato,vel ſe
cũdũ Sũ.Roſel.his,quos veriſimiliter maritꝰ iſtituiſſet,ſi
credidiſſet iſtũ nõ eſſe filiũ ſuũ.ſed malè:qa iſtis nullũ ius
erat q̃ſitũ: & ſi dubitat, diſpẽſet in paupes.& ſi ſatisfacere
nõ põt,pœniteat&:;cõfeſsio ei nõ negabiꝛ: vt in d.c.offi-
3 cij.* Quod eſt valde ſingulare. Et colligitur hęc theorica
ſingularis,valẽs ad multa,ſ. ꝙ p̄ceptũ poſitiuũ nõ obliget
aliquẽ cũ ſcãdalo : & cõſequẽter,vbi veriſimiliter ſcãdalũ
aĩarũ vł corporũ futurũ eſſet,iuſta cã eẽt nõ exequẽdi prę
ceptũ etiã Papę:vt in d.c.officij.& in c.ſi qñ.de reſcr. imò
etiã habeꝛ ex d.c. officij. ꝙ ius poſitiuũ interpretaꝛ diui-
nũ.Reſtitutio eñ videtur de iure diuino.& tñ Papa inter
pretaꝛ reſtitutionẽ hmõi nõ fiẽdã rõne ſcãdali, vel picu-
li corporũ,aut aĩarũ.vide Pan.in c.cũ teneamur. de pb. &
4 ĩ. Inobediẽtia. §.v, ¶* Secũdò, vtrũ filiꝰ,ꝗ eſt ĩ poſſeſsiõe
filiationis teneatur credere matri dicẽti eũ ſpuriũ vel ſup
poſitũ?Et dicit Veru.ꝙ non,qa poſſet eſſe fallacia mulie-
bris.Idẽ tenet Pa.in c.ꝑ tuas.de proba.& idẽ tenẽt Doct.
in l.filiũ.ff.de his ꝗ ſũt ſui vel alie.iur.& in l.ſi vicinis.C.
de nup. & ibi dicũt fatuũ extitiſſe eum, qui propter dictũ
matris renũciauit regno.Et dicit ibi Pan.hoc procedere,
etiã ſi ambo parẽtes negarunt eũ filiũ:vt ꝓbaꝛ in ca.trãſ-
miſſę.in fin.iuncta glo.in verbo, iudicijs. qui filij ſint le-
gi.& eſt tex.cũ gl.in j.§.ij.ff.de Carbo.edi.& l.ſi poſtula-
mus.ff.de libe.& poſth.quod verũ eſt, niſi probẽt tẽpore
cõceptionis ſe nõ cõcubuiſſe ſimul propter abſentiã vel
infirmitatẽ:imò etiã ſi probareꝛ,quòd tẽpore cõceptiõis
adulterabaꝛ cũ alio quodã,dũmodo vir eius habitaret cũ
ea,cẽſebitur nihilominus talis filius legitimus:vt in l. mi
les.§.defuncto.ff.de adulte.Ratio, qa in dubio debemus
in fauorem filiorũ ſic interpretari:vt no.Pan.in cap.intel
leximus.de adulter.& facit d.l.ſi vicinis.& l.qa ſemper.ff.
de in ius vocan.Et ſecundũ Verue. ſi ſana conſcientia nõ
credit,excuſatus eſt tã de perceptis,quàm de percipiẽdis:
ſed ſi honeſtas fœminę,& alię circũſtãtię faciũt ei de hoc
probabilẽ conſcientiã:& vult etiã viam eligere tutiorem:
imò tutã, ſecũdũ alios nihil vlterius percipiat: ſed intelli
ge,niſi aliter viuere nõ poſſet:qa ſic poſſet capere vitę ne
ceſsitatẽ:maximè alijs, qbus deberetur,nõ exiſtẽtibus in
tãta neceſsitate.De perceptis aũt & cõſumptis in bona fi-
de,Ray.cõſulit vt reſtituat,vel cõponat:licet,inquit, non
ſit cogẽdus,qa poſſeſſor erat bonę fidei.C.de rei ven.cer
tum.Ho.quoq; Veru. & Vl.dicũt,quòd nõ teneꝛ de cõſũ-
ptis in bona fide:de qbus tamẽ ſecũdũ Ho. mulier teneꝛ.
& ita limitãda ſunt dicta Legiſtarũ,ꝗ prędictũ de fatuita-
5 te notarũt. ¶ Tertiò,* vtrũ autẽ dictus filius poſt cõpletã
prę̄ſcriptionẽ debeat ſibi facere cõſcientiã de ſucceſsione
in bonis,ſi ꝓbetur,vel ſibi cõſtet ſe nõ fuiſſe legitimè cõ
ceptũ?Et dico,ꝙ nõ:vt patebit ex notandis in ti. de p̄ſcri-
ptione: ſecus ante completã p̄ſcriptionẽ.Incepit aũt prę-
ſcribere,qñ cœpit nominari,ſeu reputari pro filio legiti-
5 mo:vt no.in d.c.ꝑ tuas. ¶ Quartò,* vtrũ mulier poſsit ſibi
filios de adultero ſuſceptos hæredes inſtituere?Et dico,ꝙ
ſic:quia quilibet põt ſibi hæredem inſtituere eum,qui nõ
ꝓhibetur,reſeruata legitima parte liberis ſuis:de quo vi-
de infrà Legitima,ꝑ totũ. Sed intellige hoc,niſi repugnet
cõſuetudo regionis,ſecũdũ Alberi.& Sum. Cõf.li.ij. titu.
v.pater autẽ nõ põt hos filios inſtituere,vt infrà Filius. §.
7 iiij. ¶ Quintò,* vtrũ adulter teneatur ad reſtitutionẽ dam
norum & expenſarũ,quæ maritus incurrit ex filio nato in
adulterio?Et dico quòd ſic,ſecũdũ poſſe,ſecundũ Arch. ſi
hoc ſcit,aut veriſimiliter credit:& mater ſatisfacere nõ po
teſt. adde tu, aut etiã nõ vult:quia cauſam dãni efficacem
dedit:& ſi adultera admitteret filium ad hoſpitale : vel qa
finxit ſe mortuũ peperiſſe,vel quia ſine ſuo periculo noti
ficauit marito,tenebitur hoſpitali de expẽſis: niſi notabi-
lis pauptas illũ excuſet,cũ ad hoc naturali iure teneatur:
& hoſpitalia ꝓpter pauperes facta ſint.Sed de hæreditate
vel dote ſi dotaretur à patre putatiuo , teneri videꝛ ad ar
bitriũ boni viri,attẽta ſui facultate.Si aũt dubitat adulter
ex eo,ꝙ mulier ſit leuis,& cũ alijs adulteratur:vel etiã qa
ipſamet dubitat,vtrũ ſit eius,vel mariti:relinquatur iudi-
cio Dei, nec de reſtitutione grauetur: qa iudicis eſt,vt in
re dubia certa ſentẽtia nõ proferaꝛ.hæc ex illo . ¶ Sextò,*
q̃ eſt pœna tam viri,quàm vxoris adulterãtis?Et dico ſecũ
dũ glo.in c.tuę.de proc.quòd mulieri olim erat pœna ca
pitis:vt C.de adulte.l.caſtitati.hodie verò prius verberata
retrudetur in monaſterium.C.de adulte.auth. ſed hodie.
Eſt & alia pœna:qa ſecundũ Panor.in ca.plerũq;. de dote
poſt di.re.mulier perdit dotẽ,& vir donationẽ ꝓpter nu
ptias,ſi matrimoniũ ſeparatur per ſententiã iudicis eccle
ſiaſtici,aliàs nõ:ſecũdũ Io.And.Pa.tamẽ ibi tenet,quòd ſi
adulteriũ notoriũ eſt, tunc cũ poſsit vir propria authori-
tate expellere vxorẽ,& ecõtrario lucraꝛ:qa ſi peteret, ob-
ſtabit ei exceptio adulterij.Perdet etiã mulier donationẽ
ꝓpter nuptias,quã ex pacto aut ſtatuto debeat lucrari ſo-
luto matrimonio:bona verò parafernalia nõ pdiꝛ,ſecũdũ
doc.qa in pœnis verba debẽt reſtringi.regula,odia.de re.
iur.lib.vj.quãuis gl.in d.c.plerũq;.teneat quòd perdat.Eſt
etiã tertia pœna,qa pdit ius petẽdi debitũ.de quo ĩ. Debi
tũ.ſi tamẽ recõcilietur,omnia recuperat:vt in d.c.plerũq;.
9 ¶ Septimò,* quomodo adulteriũ dicatur notoriũ?Et dicit
Panor.in c.intelleximus. de adul.quòd publicè diciꝛ adul
tera,qñ ita ſtat in domo cũ publico concubinario, & con
uincitur notorie de adulterio:quãdo habet eã in mẽſa, in
domo,& in lecto,vt in c.fi.& c.tua.de coha.cle. & mu. Vn
de in l.furem.ff.de furt.& in l.cap.v.ff.de adul.not. quòd
adulteriũ dicitur notoriũ,qñ vir & mulier deprehẽdũtur
in latebris ſe oſculãtes, & hmõi actibus propinquis adul-
terio.facit l.ſi quis nõ dicã rapere.C.de epiſc.& cle.itẽ qñ
paſsim admittit viros adulterij,vt in l.palam.in princip.ff.
de ri.nup.& qđ not.in cap.cũ in diœceſi.de vſur. ¶ Octa-
uò,vtrũ adulteriũ cõmitti poſsit ſine dolo, qui.ſ.eſt calli-
ditas & machinatio ad circunueniendũ, fallendumq;.l.j.
ff.de dolo?Et dico,ꝙ loquẽdo de adulterio quo ad culpã
ſine dolo cõmitti põt,quia peccat mortaliter,quicunq; il
lud cõmittit ex metu,ſiue ignorãtia, vel errore iuris, niſi
ignorantia eſſet facti, puta quia credit virũ eum, qui erat
adulter:niſi etiã adſit coactio abſoluta,nõ cõſentiẽte men
te,quia tunc eſt ſine culpa:ſed quo ad pœnã legis,cõmitti
nõ põt ſine dolo:vt patet in l.ſi ex lege.ff.de adul.vbi er
rãtes in iure excuſantur à pœna inceſtus & adulterij,Fa-
cit c.Lucretiã.aliàs eſt ſub c. propoſito.xxij.q.v. quod nõ
intelligitur ſecũdũ gl.in d.c.quo ad culpã.Sed tamẽ Pan.
in c.& ſi neceſſe ſit.de do.poſt di.re.diſtinguit,qa aut lo-
qmur de pœna perditionis lucri: & ſic error non excuſat
niſi ſit iuſtus,vt in l.ne paſsim.C.de iur.& fact.ignor. Aut
loqmur de pœna corporali,aut pditionis ꝓprię ſubſtãtię,
vt dotis vel donationis ꝓpter nuptias: & ſic excuſãt error
etiã iuris,vt in l.ſi adulteriũ.ff.de adulte.& arg. in authẽ.
inceſtas nuptias.C.de inceſtis & inutili.nuptijs.Et licet Io
an.And.& cõiter doct.in d.c.& ſi neceſſe.teneant contra-
riũ.ſ.quòd error iuris non excuſat à pœna:tamen Bartol.
in l.qui contra.C. de inceſt. eſt cum Panor.quia nõ eſt in
dolo qui errat.vide infrà Culpa. §.antepe.Excuſat ſimili-
ter à dolo metus etiam cõditionalis,vt in d.c.propoſito.
10 ¶ Nònò,* vtrũ metus cõditionalis excuſet mulierẽ à pœ
na adulterij?Et dicit Panor.in cõſil.iiij.quod incipit, facti
cõtingẽtia.quòd ſi mulier eſt paſſa violentiã vi pręciſa,in
dubie pœnã pati nõ debet,quinimo nec vllã peccati ma-
culã cõtraxit,ſed ſi vis,aut metus fuit conditionalis, licet
cõtraxerit aliquod peccatũ,& digna ſit aliqua pœnitẽtia:
quia ad minus affuit aliqs cõſenſus : pœnã tamẽ adulterij
pati nõ debet, & ſic dote priuari nõ debet,& cõſortio ma
riti.quod probaꝛ expreſsè in l.vim paſsã.& in l.ſi vxor. §.
ſi qs.ff.de adul.Et eſt ratio:qa adulteriũ reſpectu legis nõ
cõmittiꝛ ſine dolo:licet interuenerit aliqualis culpa:vt no
tabiliter probaꝛ in l.pe.ff.de adul.Itẽ eſt iũcta gl.ſi.xxxiiij.
q.j.in lectũ.& xv.q.j.inebriauerũt.& iura ꝓcedũt etiam in
metu cõditionali:vt apertiſsimè ſentit gl.xxxij.q.v.propo
ſito.aliàs incipit,Lucretiã.Addit autẽ Panor. ꝙ nõ ſolùm

metus illatus excuſat à pœna adulterij, ſed etiã pudor &
verecũdia quædã in clamãdo, maximè noctis tempore, à
viro preſertim potenti oppreſſa: quia ibi ceſſat dolus, q re
quiritur, ad pœnã adulterij incurrẽdã. Et hoc notabiliter
probatur in d.c.Lucretiã.iuncta glo.& veri facti cõtingẽ-
tia: quia illa Lucretia nobilis & pudica ꝓpter iſtã ignomi
niam & confuſionẽ vitandã expoſuit ſe libidini filij Tar-
quinij regis: nec fuit iudicata adultera ab Aug. viro ſan-
ctiſsimo & doctiſsimo, ſed de caſtitate mẽtis cõmendata:
vt ibi intelligit gl.& bene, quòd licet quò ad Deũ nõ fue
rit immaculata: qa coacta volũtas nõ excuſat in maleficijs:
ſed debet qs prius omnia mala pati, q̃ cõſentire peccato:
tamẽ excuſata fuit ab adulterio quo ad pœnã legis: cũ nõ
cõmittatur ſine dolo. Adhęc, qa vbi ad incurrẽdã pœnã re
quiritur dolus, nõ ſufficit culpa.l.j.ff. de ſica. notatur in l.
in actionib.ff.de in litẽ iur. & l.quod Nerua.ff. depo. Ad
incurrendã aũt pœnã adulterij requiritur dolus, qui per
metũ excluditur: & ita videtur firmare Bar.in d.l. qđ Ner
ua. Et etiã quo ad pœnã pecuniariã lata culpa nõ æquipa-
ratur dolo, vbi lex expreſſe dolũ requirit. & idẽ ſentit gl.
in l.magna negligẽtia.ff.de ver.ſi. Et ſic licet hîc nõ aga-
tur criminaliter ad pœnã adulterij: ex quo tamẽ agitur ad
pœnã, nõ ſufficit illa culpa ſine dolo, præſertim cũ agatur
ad grauẽ pœnã, vt ſcilicet ꝑdat patrimoniũ ſuũ.l.iij.ff. de
mi.& vt ſeparetur à viro.& cõſequẽter priuetur iure pe-
tendi debitũ cõiugale: & petẽdi vires alimẽtales paſsiuè.

DE ADVOCATO.

1 *Aduocare ſeu poſtulare quid ſit? Et item quis aduocatus dicatur, & qualis eſſe debeat.*
2 *Aduocatus eſſe quis non poßit, uſque ad numerum 3. uarij enumerantur, cum limitationibus tamẽ nonnullis. & ibidem ad finem, quòd præcepta negatiua ſemper & ad ſemper obligent.*
3 *Aduocare à Iudice unius ciuitatis prohibitus, num in alia aduocare poßit.*
4 *Aduocandi modus quiſnam debitus ſit.*
5 *Aduocato iniuſtã cauſam num defendere liceat. Et quid ſi ſciẽter iniuſtã defendat. Et an & quõ iniuſtæ cauſæ eũ excuſet.*
6 *Aduocatus iuſtã cãm habens, nũ cauillationib. licitè uti poßit.*
7 *Aduocatus num pro utraque parte licitè aduocare poßit.*
8 *Aduocatus num aduerſus eum, abs quo beneficiũ accepit, ſine ingratitudine aduocare queat. Et quid de clerico, qui beneficiũ ab eccleſia habet.*
9 *Aduocatus num aduerſus rẽpub. aduocationẽ exercere poßit.*
10 *Aduocatũ Iudex nũ quãdo dare teneatur. Et aduocat⁹ qui operã ſuã impẽdit, num ſalariũ petere poßit. Et quantũ ac quãdo.*
11 *Aduocatus num gratis operã impotenti impẽdere teneatur. Et quid ſi Iudex huiuſmodi impotẽti de aduocato nõ prouideat.*
12 *Aduocat⁹ de certa litis quota paciſci nũ poßit. Et quid nomine quotæ cõtineatur. Et ibidẽ quid Palmariũ, et unde deflectatur.*
13 *Aduocatus nũ litigatore cũ aduerſario trãſigẽte integrũ ſalariũ habere debeat. Et quid ſi aduocat⁹ caſu aliquo diſtẽt⁹, aduocare nõ ualuit, per eum tamẽ quo minus operã præſtaret nõ ſtetit.*
14 *Aduocatus cauſam tanquam deſperatam deſerens, nũ ſalariũ integrum ſit habiturus.*
15 *Aduocatus de publico ſalarium accipiens, num poßit priuatũ quippiam ab aliquo accipere.*
16 *Aduocatus de quibus, & quando ad reſtitutionem teneatur.*

1 ADVOCATVS* qs ſit, vt innoteſcat, ſciẽdũ eſt, quòd
ſecundum Panor. ſuper rub. de poſtulãdo, poſtulare
ſeu aduocare eſt deſideriũ ſuũ, vel amici ſui in iure apud
eũ, qui iuriſdictioni pręeſt, exponere, vel alterius deſide-
rio contradicere. Aduocatus igitur dicitur is, qui in iudi
cio apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, deſiderium ſuum
vel amici exponit, vel alterius deſiderio cõtradicit.l.ſciẽ
dum.§.j.& ibi per doct.& l.Paulus.la j.& ibi Bar.ff.de le.
& ideo ex hoc quod dicit in iure, cõcluditur, quòd con-
ſulens in camera propriè non dicitur aduocatus, nec prohi-
bitus aduocare cenſetur prohibitus in camera conſulere,
vel facere allegationes in ſcriptis, ſecundũ eundem ibi: &
conſentit Bart.in l.j.ff.de va.& extraor.co. ¶ Primò vero
quæritur, qualis debeat eſſe aduocatus, ſciẽs videlicet, vel
ignorans? Et dicit gloſſ.in l.j.ff.de poſthu.quòd nõ debet
ſcilicet neceſſariò habere literas: ſed ibi tenet Bar. ꝙ doc.
ſunt contra illam gl.& bene: quia aduocati debẽt ſtuduiſ-
ſe ſaltẽ quinquẽnio, & examinari debẽt à doctoribus, &
eorum iuramẽto probari.l.nemini.C.de aduo.di.iudi. &
no.Bar.in d.l.j. Nec obſtat, quod dicit glo.de iudice. quia
ille peritiã habere poteſt per ſuos aſſeſſores, quod in ad-
2 uocato non cadit. ¶ Secundò* vero querit, quis nõ poſ-
ſit eſſe aduocatus? Et dico, quòd nõ põt primo hereticus,
vel paganus, & excõicatus.j.q.c.j.extrà, de hære. excõmu-
nicatus.el j.& de pœni.di.j.nemo vel in foro. item l. ne-
mo.C.de poſtu.& l.nemo.la ij.C.de epi.au. & omnes ſu-
prà dictos, & quẽlibet eorũ iudex admittẽs peccare graui
ter, & puniendus venit: vt in d.c.nemo vel in foro.& ij.q.
iij.excõmunicatos. ¶ Secundò ſi ſit monachus aũt religio
ſus: quia tales peccant aduocando, niſi pro monaſterio de
mãdato prelati.xvj.q.j.monachi.extrà, de poſtu. ex parte.
¶ Tertiò ſi ſit cleric⁹ in ſacris cõſtitutus, vel etiã in mino
ribus, dum tamen ſit beneficiatus: talibus enim prohibita
eſt aduocatio corã iudice ſeculari. niſi in propria, vel pro
eccleſia ſua, vel cõiunctis, aut miſerabilibus perſonis. ex-
trà, de poſtu.clerici. & c.cum ſacerdotis: An verò corã ec-
cleſiaſtico iudice poſsint: ſatis videt, quòd ſic: ar.in d.c. cle
rici.exceptis, epiſcopis & ſacerdotib. qb⁹ videtur ſimplic
ter interdictũ corã vtroq;: niſi, vt dictũ eſt, in quatuor caſi
bus: vt in c.fi.de poſtu.extrà, ne cle.vel mo. ſacerdotib.xv.
q.ij.c.vnico.in gl.xiiij.q.v.deniq;. Primò, vt dictũ eſt, pro
ſe. ſecundò pro ſua eccleſia. tertiò, ſi neceſsitas imminet,
pro pſonis ſibi cõiũctis: qui in iſto caſu ſunt vſq; ad quar-
tũ gradũ.C.de epiſ.& cle.aut.licẽtia. & C.de aduo.di.iud.
l.petitionẽ. Et neceſsitas imminere ſecũdũ Pan. intelligi-
tur, quãdo aliũ habere nõ poſſunt, vel nõ ęque bonũ. quar
tò, pro miſerabilibus perſonis, quę ſ. ſunt, q̃ per ſe ꝓprias
cauſas adminiſtrare nõ poſſunt, vel eccleſiaſtico auxilio
indigẽtes.lxxxvj.di.c.fin.& lxxxvij.di. defenſionis. C. quã
do Imper.inter pu.& vidu.per totũ. In cauſa criminali ta
men corã ſeculari iudice nullo modo poſſunt, vt infrà §.
v. Et intellige dũmodo in prędictis caſibus diuinũ officiũ
nõ omittatur: ar.di.lxxxj.clericus. Et no. quòd quicũq; be
neficiatus in aliqua eccleſia pręſtat contra eam pro extra-
neis beneficiũ aduocationis aut procurationis, debet illo
beneficio ſpoliari: vt in d.c.ſacerdotis. qđ licet de clerico
loquatur: tamen etiã idẽ dicit Inno. de ſeculari ibi: bene-
ciato. ¶ Quartò iudex & aſſeſſor. nõ debet qs eſſe iudex
vel aſſeſſor in cauſa, in qua vult eſſe aduocat⁹. qa duo offi
cia in eadem cauſa prohibent exercere. iiij.qõ.iiij.c.j.& ij.
¶ Quintò, quædã alię perſonę prohibentur aduocare per
canones: vt iij.q.vij.infames. §.tria: vt ſurdus, qui ſ.peni-
tus nihil audit.ff.de poſtu.l.pe. itẽ mutus. itẽ cæcus. ſ. ocu
lo vtroq; priuatus: vt in d.l.j. itẽ ꝑpetuò furioſus. itẽ im-
pubes vſq; ad xviij.annũ. itẽ ſeruus, fœmina, & vir volun-
tariè paſſus muliebria. ſ. cõtra naturam. vt in d.l.j. itẽ dam-
natus capitali crimine, vel calumnia publici iudicij. item
qui operas ſuas locauit vt pugnaret in harena cum be-
ſtia. dicta l.j. vbi gloſſa in verbo, locauerit, dicit, quòd hic

eſt iſamis ipſo iure. & bene dicit locauerit. ſ. cauſa merce
dis, ſec⁹ vbi hoc faceret ſine mercede cã virtutis oſtẽden
dæ, vt ibi i tex. & ratio põt eſſe: qa ſi ſe vẽdidit, multo for
tius vẽderet aliũ. Prędictis addit Sũ. Piſ. eũ q amotus eſt
à ſenatu. ſed Supple. dicit de iſto nõ fieri mẽtionẽ in d.l.j.
nec i d.§.tria. vnde Sũ. Roſ. eius autoritatẽ ſecuta, de hoc
nihil dicit: ſed mirũ eſt, ꝙ hũc nõ viderit expreſſum per
tex.in d.§.tria. Adde prædictis gñaliter, ꝙ pſona infamis
nõ põt eſſe ꝓcurator: vt in d.c. infames.i. aduocatus, ſecũ
dũ gl. ¶ Tertiò, ſpecialiter quærit, vtrũ ſacerdotes & epi-
copi, & ſuperiores poſsint aduocare pro alijs? Et Sum. An
ge. tenet, ꝙ nõ, in quocũq; caſu, quo ad epiſcopos coram
eccleſiaſtico iudice aut ciuili.xj.q.j.te quidẽ.diſt.lxxxviij.
prelatũ.& c.epiſcopus.xiiij.q.v.deniq;.xxj.q.iij. per totũ.
Sũ. autẽ Piſ. videt tenere, ꝙ poſsint corã iudice eccleſiaſti
co in quatuor caſibus, de quibus dictũ eſt in §.priore. &
idẽ videt eſſe de mẽte Pan. q extrà, de poſt. ꝑ totũ. diſtin-
guit: qa epiſcopus in foro ſeculari nõ debet eſſe aduoca-
tus: qa nõ eſt decẽs vt exhibeat reuerẽtiã iudici, quã ex-
hibere debẽt aduocati, q debẽt ꝓponere ſtãdo, & nõ ſe-
dendo.l. quiſqs.C.de poſt. Sed corã iudice eccleſiaſtico ſi
habeat cauſam, eſt in optione ſua vtrũ ꝑ ſe, vel per aliũ ve
lit promouere. hæc ille. Nec obſt. ſi dicatur, ꝙ loquit de
cauſa epiſcopi: quia cauſa eccleſiæ eſt eius, cũ ſit ſpõſus, &
cauſa coniunctorũ ſimiliter, & cauſa miſerabiliũ pſonarũ,
cũ ſit pater reſpectu earũ. Quo ad ſacerdotes aũt, planũ eſt
ꝙ poſſunt corã iudice eccleſiaſtico in quatuor caſibus: vt
dictũ eſt. Et à fortiori q ſunt ordinis inferioris hoc poſ-
ſunt, vt §. ſeq. ¶ Quartò, vtrũ cõſtituti in ſacris nõ ſacer-
dotes.i. diaconi & ſubdiaconi poſsint eſſe aduocati, ſiue
bñficiati, ſiue nõ? Et dico, ꝙ ſic corã iudice eccleſiaſtico,
ſecũdũ Inn.in c.j.de poſt. etiã quo ad negotia ſecularia: vt
patet ſecũdũ Pan. in d.c.j. à cõtrario ſenſu: & cõiter tenẽt
Doct. & etiã iudicio ſeculari pro negotijs eccleſiaſticis: vt
ibidẽ patet in illo verbo, in negotijs ſecularibus. vbi Inn.
arguit dicens: ergo ſecus in eccleſiaſticis. Et dicitur ſecun
dum Pan. negotiũ eccleſiaſticũ ratione pſonæ: vt qa perſo
na eccleſiaſtica ſequẽdo forũ rei litigat corã ſeculari. Itẽ
rõne delicti: vt ſacrilegiũ, & hmõi. Itẽ rõne rei: vt qa res
eſt ecclæ. Nõ licet aũt eis aduocare corã iudice ſeculari
pro negotijs ſecularibus.c.j.& c.fi.de poſt. niſi in quatuor
dictis caſibus, ſ. pro cauſa ſua, vel ſuæ eccleſiæ, vel pſonarũ
cõiũctarũ, aut miſerabiliũ, ſecundũ Pan. vbi ſ. & ſecundũ
Spe.ti.de aduo. Pan. tamẽ dicit hæc ꝓcedere, ſi cõſtitutus
in ſacris habet beneficia, qbus ſuſtẽtari põt. ſi verò nõ ha
bet, licet glo.in d.c.j. dicat, ꝙ nõ põt aduocare, ſed debet
agere cõtra epm vt ſibi prouideat: melius tamẽ videtur ſe
cundũ Hoſt. ꝙ ſi de facto egeret, licet ei ex tali aduocatio
ne quærere victũ: & hoc verũ eſt. nec dicta gl. ſtare põt: qa
xv.q.ij.c.vnico. cõcedit clerico aduocãti, vt recipere poſ-
ſit oblata ſpõte: tñ nihil pro ſalario quęrere debet. & gl.
dicit, ꝙ hoc nõ ſeruatur: qa nemo militat ſtipẽdijs ſuis.c.
cũ ex officij.de pręſcr. quę glo. ſi loquit de nõ beneficia-
tis, habet intentũ, ꝙ poſſunt ſalariũ petere: ſi verò loquit
de beneficiatis, à fortiori licet petere nõ beneficiatis, qui
ſunt in neceſsitate maiori, & cõſequenter eis licet aduoca
re. ¶ Quintò, vtrũ aduocare poſsint clerici in minoribus
ordinibus cõſtituti? Et dico, ꝙ ſi ſunt beneficiati, nõ pñt,
niſi corã eccleſiaſtico iudice.c.j.de poſt. ꝙ ſecũdũ Pan. &
Hoſt. limitatur, qñ habẽt beneficiũ ad ſuſtentationẽ: quia
alioquin poſſunt ſibi ꝑ aduocationẽ acqrere. Si verò non
ſunt beneficiati, aduocare poſſunt corã iudice eccleſiaſti
co & ſeculari in cauſa ciuili, nõ aũt criminali corã ſecula-
ri: vt in c.ſentẽtiã. ne cle.vel mo.xxiij.q.viij.his à qb⁹.diſt.
lj. aliquãtos. Et licet qdã dicãt, eos poſſe poſtulare ſeu ad
uocare ꝓ reis, & ꝓſequi appellationẽ: arg.xxiij.q.v.c.j.&
c.eos. tñ tutius eſt abſtinere totaliter.d.c. ſententiã.& no
gl.in c. aliquãtos. ¶ Sextò, vtrũ monachus poſtulare poſ-
ſit? Et dico ꝙ nõ, niſi expoſcẽte neceſsitate monaſterij, &
abbate imperãte.c.ex parte.de poſt. &, vt patet ibi, hoc ex
tẽdit etiã ad canonicos regulares. & Pan. dicit idẽ intelli
gendũ de oĩbus religioſis, q largo mõ dicunt monachi: &
ſecũdũ eundẽ oportet prædicta duo ſimul cõcurrere, ſ. ne
ceſsitatẽ & imperiũ: q̃ ſi cõcurrãt, aduocare poſſunt, etiã
corã iudice ſeculari, ſecũdũ Pan.ar.c.j. & c.fi. de poſt. ſ. in
cauſa ciuili tñ: ſi verò nõ cõcurrãt, nõ licet eis, etiã corã
eccleſiaſtico. ¶ Septimò, qũo intelligatur p̃dicta neceſsi-
tas monaſterij? Et dico, ꝙ ſecundũ Doc. ſi cauſa eſt mona
ſterij, indubitatũ eſt, ꝙ eſt neceſsitas. ſi verò cauſa non ſit
monaſterij, ſed monach⁹ aduocat vt lucretur ad releuãdũ
monaſteriũ ab aliqua neceſsitate, vel debito: vtrũ ſit licitũ
in vtroq; foro. Io. An. in reg. in arg. in mercu. cõcludit, ꝙ
nõ. dicit tamẽ quòd Abbas Lap. ſeruauit cõtrariũ, & facit
ꝓ hoc notabile dictũ Inno. in c.cũ I.& A.de re iudi. vbi di
cit, ꝙ monachus põt eſſe procurator vel aduocatus, etiã
ꝓ amico monaſterij imperãte abbate, qa ꝑ conſequentiã
tractatur de vtilitate monaſterij, q̃ per amicos monaſterij
promouet. Pan. aũt dicit, ꝙ primũ videtur honeſtius & ſe
curius, licet adhęreat opinioni Inn. ſed prima magis pla-
cet, arg.c. nõ magno. ne cle.vel mo.xvj.q.j. alia eſt. Sed tñ
aduerte, ꝙ cleri. vel monachi ſolũ ꝓhibẽtur, vt dictũ eſt,
poſtulare, qñ indifferẽter exercere volũt officiũ tale, ſecũ
dum Inno.in c.vnico.de ob.ad ratioci. ſec⁹ ſi volũt ſolùm
aſſumere in vna cauſa. & hoc ſequitur Archi.in c. puenit.
lxxxvj.di. ſed Colle.in c.dilecti.extrà, de arbi. tenet, ꝙ nec
etiã in vna cauſa. & hoc eſt verius: quia p̃cepta negatiua
obligãt ſemp, & ad ſemper. & eadẽ ratio prohibitionis in
3 oĩbus eſt. ¶ Octauò,* vtrũ prohibitus aduocare à iudice
vnius ciuitatis, aduocare poſsit in alia? Et dicit gl.in l.j.C.
eo. ꝙ aut fuit prohibitus ex cauſa quę infamiã nõ irrogat.
& ſic ꝓhibitio ſe nõ extẽdit vltra locũ iuriſdictionis iudi
cis ꝓhibẽtis. aut ex cauſa irrogãte infamiã: & tũc videtur
ꝓhibitus in oĩ loco: vt in l.ex ea.ff.de poſt.no. tamẽ Bart.
in l.Paulus. la j. aliàs incipit, eũ.ff.de leg. ꝙ ꝓhibitus ad-
uocare, ſi mittat ſchedulã iudici, vel ei loquat, nõ ꝓpter
4 hoc videtur aduocare. ¶ Nonò,* qs ſit debit⁹ modus ad-
uocãdi? Et dico ſecũdũ Ray. vt nõ ꝓducat falſa inſtrumen
ta, aut teſtes falſos vel corruptos: nec mentiat, nec inducat
falſas leges, aut probatiões: nec q̃rat in grauamen alteri⁹
ptis dilatiões nõ neceſſarias: & ꝙ fideliter, quãtũ iuſtitia
ꝑmittit, cauſam foueat, nihil de cõtingẽtibus omittẽs.iij.
q.vij.ſi qs aũt. & arg.extrà, de teſti.intimauit.C. de iud.l.
properãdũ.§.illo ꝓculdubio.iiij.q.iiij.c.j.& ij. Itẽ nõ ꝓ-
caciter aut vociferãdo: qa propter hoc impeditur proceſ-
ſus.v.q.iiij.in loco.iij.q.vij.ſi qs adeò. Itẽ dicit S.Th.ij.ij.
q.lxxj. ꝙ aduocato defendẽti cauſam iuſtã, licitũ eſt pru-
dẽter occultare ea, q̃ poſſent impedire ꝓceſſum: nõ autẽ
5 vti aliqua falſitate. ¶ Decimò,* vtrũ liceat aduocato de-
fendere cãm iniuſtã? Et dicit S.T.ij.ij.q.lxxj. ꝙ ſi hoc ſciẽ
ter facit, abſq; dubio grauiter peccat: & tenet parti de dã-
no illato ꝑ ei⁹ auxiliũ cõtra iuſtitiã. Si verò hoc facit igno
rãter, excuſat ſcđm modũ, quo excuſari põt ignorãtia. Si
aũt in principio credidit cãm iuſtã, & in proceſſu appa-
ret nõ iuſta cã, prodere nõ debet, vt ſ. alterã partẽ iuuet,
aut ei cauſæ ſecreta reuelet: debet autẽ cauſam deſerere,
vel eũ, cuius cauſam agit, ad cedendũ inducere, ſiue ad cõ

ponendũ ſine dãno aduerſaij. hæc ex illo. Quandiu autẽ
cauſa eſt dubia,ſecũdũ Veruec.bene põt patrocinari.No.
etiã,ꝙ ſi ſcienter hoc facit, tenetur etiã cliẽtulo,ſi eũ de-
cepit ſuadẽs cauſam eſſe iuſtam, quia aliter nõ litigaſſet:
ar.C.de admi.tu.l.nõ eſt ignotũ.¶ Vndecimò,quõ eũ ex-
cuſet ignorantia cauſæ iniuſtæ? Et dico, ꝙ ſi prouenit ex
culpa ſua: puta,quia nõ eſt peritus in iure,aut nõ inquiſi-
uit à cliẽtulo,vt debuit,merita cauſæ,nõ excuſatur: ſed te
netur parti læſæ & clientulo,ſi aliter nõ litigaſſet,ſecũdũ
modũ culpæ & regulas,de quibus j.Culpa.Si verò ignorã
tia illa ꝓuenit ex qualitate negotij,vel falſa, aut mala in-
formatione cliẽtuli,excuſatur:ſed tamẽ cognita iniuſtitia
cauſæ, eã dimittere tenetur.l.rẽ nõ nouã. §.patroni.C.de
iudi.& ſecũdũ Monal. reſtituere tenetur ſalariũ receptũ.
quod verũ eſt,ſi fuit in culpa:nõ aliter ſecundũ Hoſ.& eſt
6 mẽs S.T.¶ Duodecimò,*vtrũ aduocatus habẽs iuſtã cau-
ſam,licitè poſſit vti cauillatiõibus?Et dicit gl.in c.cupien.
tes.in verbo,malignãtiũ.de elec.lib.vj.dicit cõſueuiſſe,ꝙ
habẽs ius in principali, cauillatiões & malitias aduerſarij
ꝑ alias repellere põt. & ſic poteſt intelligi c.nullus.iiij.q.
iiij.& de hoc xxiiij.q.ij.domi.noſter. Et ibi glo.idẽ tenet,
dicẽs,ꝙ per inſidias,& dolũ licitè vincere poſſumus ho-
ſtes:vt xxij.q.ij.c.vtile.dũ tñ hoſti fidẽ nõ rũpamus.Idem
dicas de aduocatis,ꝙ ſi habent iuſtam cãm, licitè poſſunt
decipere aduerſarios ſuos.hęc glo. ſed intellige,dũmodo
nõ opponãt falſas allegatiões, aut faciãt aliquid de ſe ma
lum. ſicut do. Matt.xxj.volẽs excludere principũ cauilla-
tiones, q̃ interrogãtibus de vna q̃ſtione nõ reſpõdit : ſed
aliã oppoſuit,volẽs clauũ clauo retũdere, & oſtẽdere lici
tũ eẽ cautelis vti cõtra malignorũ cautelas. ¶ Decimoter
7 tiò,* vtrũ aduocatus aduocare poſſit ꝓ vtraq; parte bona
fide?Et Sum.Roſel.tenet,ꝙ nõ (qa inquit) nõ video quõ
vtriq; partiũ cõtrariarũ purè ſeruire poſſit. Sed Sũ.Ang.
& Spe.in tit.de aduo.tenet,ꝙ ſic in caſu, & facit quod nõ.
xlv.diſt.diſciplina.in tex.& in glo.quod Archi.limitat,qñ
ex aduocatione nõ fit præiudiciũ parti.Sed veritas eſt,ꝙ
vbi ſcit iuſtitiã,vel iniuſtitiã cauſæ,hoc nõ põt:quia ſemp
ex vna parte tueretur iniuſtã cauſam ſciẽter, quod nõ li-
cet. vbi verò hoc neſcit, ſed eſt in dubio , ſicut licitè põt
tueri ſingulas,ita & vtraſq; partes: quia in caſu dubio pa-
trocinari põt, ſecundũ San.Tho.& Rod. Quod indubitã
ter verũ eſt,primò vbi poſtquã patrocinatus eſt vni parti,
& deinde cognoſcẽs ſe malè allegaſſe,reuocat ſuũ cõſiliũ
vt tenet,cautè tñ propter ſcãdalũ puſillorũ:ar.Bart.in l.fi.
C.de fur.& Ang.in l.Labeo.ff.de aqua plu.ar.Ioã.And.in
c.fi.de teſti.Secũdò, in diuerſis articulis, & diuerſa inſtã-
tia:puta,aduocãdo ꝓ vna parte in cauſa principali, & pro
alia in cauſa appellationis: cauẽdo tñ à ſcãdalo puſillorũ.
gl.in l.fi.ff.de poſt.Spe.tit.de aduo.Ioã.And.& Domini.
& Præpoſi.in c.diſciplina.diſt.xlvj. Sed in eadem inſtãtia
etiã in dubijs hoc fieri nõ põt: tũ quia nõ eſt ſine ſcãdalo
& detrimẽto famæ,niſi rariſsimè:tũ quia videtur impoſſi
bile, vt viſa materia diligenter habeat bonã fidẽ reſpectu
vtriuſq; cauſæ:tũ etiã,qa videtur cõtra iura:qa allegãs cõ
traria nõ eſt audiẽdus.l.j.C.de fur.l.cũ preciũ.C.de li.cau.
de app.ſolicitudinẽ.ad fi.Vnde eo caſu debet ex toto deſi
ſtere:vel ĩ dubio eligere partẽ rei cõtra actorẽ.iuxta regu
lã,cũ ſunt.in ſexto.vel cõſulere pro matrimonio, pro te-
ſtamẽto,ꝓ dote,ꝓ libertate,vel pia cauſa:vt in dubijs tex.
dicit eligẽdũ.de re iud.c.fi.de ꝓba.ex literis.de fi.inſt.in-
ter dilectos.ad fin.Aliter eſt prę varicator & puniẽdus.l.j.
C.de aduo.diu.iud.ij.q.iij.c.fi. & glo.in d.c.diſciplina. &
8 ibi Domini.& Præpo.¶ Decimoquartò,*vtrũ poſſit quis
aduocare cõtra eũ, à quo recepit beneficiũ ſine ingratitu
dine?Et dico,ꝙ nõ:vt patet in.c.fi. de poſt.vnde põt dona
tio libera,vel gratuita reuocari.ff.de inoffi.teſt.l. Papini.
& arg.d.c.fi.iuncto c.fi.de dona. donatio tamẽ vel benefi
cium factũ ratione laborũ,ac ſeruitiorũ reuocari nõ põt,
ratione ingratitudinis:quia nõ eſt gratuitũ. Facit l. Aqui
lius Regulus.ff.de don.vbi donatio facta magiſtro ratio-
ne diſciplinæ,nõ eſt mera donatio.Fallit tamen quod di-
ctum eſt de aduocato,quãdo aduocat pro ſe,vel pro patre
aut matre impotẽte,vel alia perſona miſerabili:vt colligi
tur ex Spe.in tit.de aduo.quia tũc põt ſine ingratitudine.
Et ex his colligitur,primò,ꝙ clericus, qui cõtra eccleſiã à
qua beneficiũ obtinet,pro extraneis aduocat,vel procura
tor eſſe præſumit, poſſet tãquã ingratus huiuſmodi bene
ficio ſpoliari, ſecundũ Pan.de poſt. & probatur ꝑ c.fi.ibi,
ſecũdò,ꝙ vaſallus aduocãs cõtra dominum,poſſet feudo
9 priuari. ¶ Decimoquintò,* vtrũ aduocatus aduocare poſ-
ſit cõtra rẽp.à qua ſalariũ recipit.Et dicit Bart.in l.ij.C.de
aduo.di.iud.ꝙ nõ. ſed contrariũ ſentit Pan. & Spe. in tit.
de aduo. dicẽs iſtũ textũ intelligendũ in beneficio gratui
tò : cuiuſmodi nõ eſt ſalariũ. & de hoc §.priore. ¶ Deci-
10 moſextò,* vtrũ iudex teneatur dare aliquãdo aduocatũ.
Et dico,ꝙ ſic:vt eis,qui aduocatũ habere nõ poſſunt pro-
pter paupertatẽ,aut partis aduerſæ potentiã.ff.de off.ꝓc.
l.nec quicquã. §.fi.Et ſi hoc iudex alicui aduocato præci-
piat,& ille deneget ſine cauſa:põt per iudicẽ perpetuo re
moueri ab officio aduocationis.C.eo.prouidendũ. vnde
obedire debet:ſi tñ ſibi ſalariũ cõpetẽs ſtatuatur : de quo
j. §.ſeq. & iterũ in alio ſequẽti. ita tamẽ ſecundũ Hoſt.ꝙ
ſi indigẽs aduocato ſit paup , aduocet gratis, à Deo remu
nerationẽ expectãs.qđ ſi nõ facit, videt̃ peccare:intellige,
niſi ipſe ſit pauper.¶ Decimoſeptimò,vtrũ aduocatꝰ poſ
ſit ſalarium petere? Et dico ſecundũ Ray.ꝙ poteſt petere
moderatũ à principio , vel in fine cauſæ. quod quidẽ dici
tur moderatũ cõſiderata cauſa,quãtitate,& labore,& con
ſuetudine regionis , & ſciẽtia, ac honeſtate aduocãtis.iij.
q.vij. §.apud vrbem.& ar.xij.q.ij.Vulteranæ.& c.cõceſſo,
extrà de prebẽ.de mulcta.ver.circa ſublimes.& diſt.lxj.mi
ramur.& cõcor.Sã.Tho.ij.ij.q.lxxj. Imò in principio cau
ſæ ea nondũ incœpta,petere põt vt libet:niſi vbi alius bo
nus nõ inueniretur:quia tũc nõ poteſt petere niſi mode-
ratum:arg.eorũ, quæ notan.in l.j.C.de epiſc. aud. Nõ ta-
men poteſt in vna cauſa ſalariũ petere vltra centũ aureos,
ſecundũ leges.ff.de va.& extraor.co.l.j.vel xx.libras,ſecũ
dũm Greg. decimũ. licet hoc ſit reuocatũ ꝑ prooemiũ vj.
Nec ſimiliter põt illud petere cũ graui dãno litigatoris.
iij.q.vij. §.arcetur. Nec cauſa incœpta,& nõ finita,poteſt
cũ litigatore paciſci:quia poſſet eſſe occaſio magni mali.
ibidẽ. §. præterea. & videndo cauſam in periculo poſſet
clientulũ cogere,vt ſalariũ daret ad libitũ:nec finita cau-
ſa petere poteſt,niſi moderatũ:vt colligitur iij.q.vij. §.ar
11 centur.iuncta glo.¶ Decimooctauò,*vtrũ teneatur aduo
care gratis pro impotente?Et dico, quòd Hoſtien. ſic di-
ſtinguit : quia ſi eſt potens ad ſoluendum,vera eſt opinio
Gofre.Fred.dicentis,quòd non tenetur: ſed iudex ſtatuet
ſalarium moderatum. ſi verò eſt impotens,tenetur gratis
aduocare lege diuina hoc præcipiente. Matth.xxij. Dili-
ges proximum tuum ſicut teipſum. Et ſecundùm aliquos
peccat mortaliter,ſi inde ſequatur impotenti notabile dã
num.& hoc rationabiliter : quia dicit Sanc.Thom.ij.ij.q.
lxxj.quòd eſt idem iudicium de hoc,ſicut de eleemoſyna.
vnde aduocatus tenetur præſtare patrocinium pauperi
nõ ſemper,ſed ſolùm quando eſt in neceſsitate magna, &
nõ apparet quõ aliter ei ſubueniri poſſit.Et cũ his intelli-
ge,ꝙ licet poſſit pauperi ꝑ aliũ ſubueniri:tñ ſi ei nõ ſub-
uenitur,nullus ſubuenire potens excuſatur.lxxxj.diſt. pa-
ſce.vnde nullatenus debet aduocatus ꝑmittere , ꝙ pereat
iuſtitia pauperũ,ſi põt,ſecũdũ Ray.dicẽtẽ, ꝙ tenet̃ aduo-
care,& de ſua ſciẽtia eleemoſynã facere pro miſerabilibꝰ
perſonis:quę cauſas perdũt propter defectũ aduocati,quẽ
cõducere nõ poſſunt.xj.q.iij.pauper.Cõcordat Verue.ſed
limita,niſi dato caſu,quo oporteret aduocatũ ratione pau
pertatis ꝓ ſe lucrari,& cũ hoc nõ poſſe inſeruire pauperi.
Eadẽ aũt ratione peccat mortaliter iudex,qui talẽ impo-
tentiã ſciens nõ prouidet de aduocato:præcipiẽdo alicui
eorũ vt gratis aduocet, ſicut de iure põt. ¶ Decimononò,
12 * an liceat aduocato paciſci de certa quota litis,puta deci
ma,vel cẽteſima?Et dico ꝙ nõ, ſecũdũ Bart.C.de poſt.l.ſi
q̃s aduocatorũ. nec ſimiliter licet paciſci de certa quãtita
te,ſecũdũ eundẽ,& cõiter Doc.Veruec.tñ tenet cõtrariũ,
quo ad ſecundũ.vnde & Spe.dicit,ꝙ hodie põt paciſci de
quanta,nõ de quota litis.Sed ad horũ notitiã oportet ter
minos declarare.Sciendũ igitur,ꝙ hoc adiectiuũ, quotꝰ,
importat numerũ & ordinẽ. ſicut interrogãti,quotꝰ ſis in
bancho:reſpõdes,tertius aut quartus.inde venit aliquotꝰ:
vel dicat̃ pars aliquota, quę aliquoties ſumpta reddit ſuũ
totũ pręciſe,ſecundũ Philoſophũ in Prędi.& gl. in proœ.
ſexti. ſicut vnũ & duo & tria reſpectu ſenarij: quia ſexties
vnũ ſunt ſex: ſimiliter duo & bis tria: quatuor aũt nõ ſunt
pars aliquota, qa ſi bis ſumatur, facit plus.i.octo. Legiſtæ
tñ nõ ſic ſumũt partẽ aliquotã:alioqn ſi totalis eſſet, cẽtũ
paciſci poſſent de lx.qa nõ eſt pars aliquota: ſed quotã di
cunt omnẽ partẽ litis indeterminatę:puta dimidiã aut ter
tiã,aut quartã,aut aliquid tale.Sciẽdũ eſt etiã,ꝙ palmariũ
ſecũdũ gl.in l.j.ff.de var.cog.dicit̃ à palma,quę victoriã ſi
gnificat. & accipitur à Legiſtis pro eo quod dat̃ aduocato
ſecũdario prius cõſtituta mercede,vel ſalario pro labore.
Igitur aduocato de quota litis paciſci nõ licet:vt in l. ſi q.
C.de poſtul.& in l.litẽ. C.de proc.Et ratio prohibitionis
eſt,ne per fas & nefas ad victoriã conetur:ex quo nihil ha
bet niſi vincat,etiã ſi nulla fuit facta mẽtio de victoria:q̃
in hoc caſu ſemper intelligit̃.Et nõ licet etiã ei paciſci de
certa quãtitate:vt tenet gl. cõiter per Doc.approbata in l.
ſumptus.ff.de pac.& ſequũtur Doc.in d.l.ſi qui. reproba-
ta gl.Sed hoc intellige de certa quãtitate ꝓmiſſa, nõ qdẽ
abſolutè,ſed ſub cõditione ſi vincat,ſeu ꝓ victoria: qa eo
caſu eadẽ eſt ratio ꝓhibitionis, ſicut & de quota litis.ſecꝰ
aũt ſi promittatur abſolutè,ſeu ꝓ mercede:qa valet ꝓmiſ
ſio:vt l.j.in fi.ff.man.Ex his ſequitur,ꝙ vna & eadẽ cauſa,
puta q̃ eſt cẽtũ aureorũ,nõ licet paciſci de vno aureo, ſub
ratione.ſ.quotę.i.cẽteſimę partis: quia hîc ſtat ratio dicta
prohibendi: & licet paciſci l. vel lx.& amplius.ſ.abſolutè,
ſub ratione mercedis iuſtę,ſi ita circũſtãtię requirãt: quia
iam hîc nõ habet locũ dicta ratio ꝓhibẽdi:qa ſiue vincat,
ſiue nõ vincat,habebit ſuã mercedẽ.Et ex his patet veritas
& cõcordia Doctorũ variè loquẽtiũ.Quãtũ verò ad palma
riũ,dicit do.Alex.de Imo.in d.l.litẽ.ꝙ promiſſa mercede
ſiue vincat,ſiue nõ,ſiue vltrà promittat̃ aliqd nomine pal
marij,ꝓmiſsio valet.& ita intelligitur d.l.j.in verbo, & ſi
nomine palmarij. quia iſto caſu,dato ꝙ ꝓcurator perdet
cauſam,nõ perdit laborẽ:cùm mercedẽ habere debeat ꝓ
miſſam.& ſic ceſſat ratio pręd icta.Et ita dicit Sal. in d.l.ſi
qui.& Spec.in tit.de ſalarijs. §.ſequitur.vbi quærit,quid ſi
litigator ꝓmiſit dare cẽtũ, ſi vinceret,ſi aũt non vinceret
l.& dicit ꝙ pacta ſeruẽtur.quod do.Alexan .intelligit,qñ
iſta cẽtũ promittũtur nomine palmarij.Sed Ang.in d.l.ſũ
ptus.facit differẽtiã,an in caſu victoriæ promittatur certa
quãtitas,puta x.de illa propria q̃ litigatur:& non valet pa
ctũ:quod valet,ſi promittat̃ de alia,& idẽ innuit gl.in d.l.
ſumptus.Sed iſta opi.nõ placet do.Alex.qa vtroq; caſu lo
cũ habet dicta ratio.vnde tutior eſt opinio præcedẽs:quę
tñ videtur limitãda ex verbis Sal.in d.l.ſumptus. qñ.ſ.no
mine palmarij,vltra mercedẽ ꝓmittitur aliqd modicũ . ſe
cus ſi aliqd magnũ:qa tũc videretur habere locũ ratio prę
dicta.quod tene mẽti,qa aliter fieri poſſet fraus. ¶ Vigeſi
13 mò*,vtrũ litigatore trãſigẽte cũ aduerſario aduocatus ha
beat ſalariũ integrũ?Et Spec.in ti.de ſala.dicit,ꝙ ſecundũ
Hoſt.& multos alios habebit totũ ipſe, vel eius hæres eo
mortuo.C.de aduo.diuer.iud.l.poſt duos. alij verò dicũt
ꝙ de iure habebit totũ:de ęqtate verò ꝓ rata. & ſi ipſe ad
cõpoſitionẽ operatus eſt,nõ perdet qcquã.Sed Spe.cõcor
dando dicit,ꝙ habebit totũ,ſi cliẽtulus in fraudẽ eius trãſ
egerit:quaſi ꝑ eũ nõ ſteterit,quo minus vinceret.ſi aũt bo
na fide, vt qa lis erat dubia:habebit ꝓ rata ſeruitij,cõſide-
rata ſua facũdia:niſi aliud actũ ſit ĩter eos.¶ Vigeſimopri-
mò,qđ ſi aduocatus aliquo caſu ĩpeditus aduocare nõ po
tuit:nõ tñ ſtat ꝑ eũ?Et dicit Spe.ꝙ nõ videtur ſibi imputã
dum,quo minus habeat ſuũ ſalariũ.& idẽ ſentit gl. in d.l.
poſt duos.& de hoc videtur caſus in l.j. §.diuꝰ.de va.cog.
vbi habet̃,ꝙ licet aduocatus nõ poſsit adimplere aduoca
tionẽ per caſum fortuitũ in eius ꝑſonã cõtingẽtẽ: tñ totũ
ſalariũ habere debet.ſed tñ ſingulariter limitat Bart. in l.
diẽ functo.ff.de of.aſſe.dicẽs,ꝙ aduocato nõ debetur ſala
riũ,niſi ꝓ rata tẽporis,loquẽdo de ſalario ꝓmiſſo à parte.
nõ à publico:de quo in d.l.poſt duos.Et ſic cõcludit,ꝙ ſa-
lariũ pro rata tpis debetur:cũ labor recipiat diuiſionẽ. Et
iſta limitatio eſt ſecũdũ verã iuſtitiã cõmutatiuã,qua pro
mercede exhibetur meritũ & ecõtra. ¶ Vigeſimoſecũdò,
14 * vtrũ ſi aduocatus cauſam tãquã deſperatã deſeruerit, ſit
habiturus totũ ſalariũ?Et dicit Spec. ꝙ aut deſeruit ex cã
quã prius potuit ꝓuidere:& tũc ſibi imputat̃, ꝙ imperitè
vidit.aut ex cã noua & repẽtina:vt qa cliẽtulꝰ aliqd cõtra
ſe cõfeſſus eſt:& tũc nihilominus ſalariũ habebit:vt ff. de
15 vaca.mu.l.pen. §.fi.¶ Vigeſimotertiò,* vtrũ ſalariatus de
publico poſſit aliqd ab aliquo particulariter petere? Et di
cit Pan.in c.j.de poſtu.ſecũdũ Inn.ꝙ nõ ab aliquo litigan
te:ſicut nec ſalariatus medicus ab aliquo cõſtituto in infir
mitate:ſed à nõ litigãtibus vel ſanis licitè recipiũt:qa ſala
ria ſunt cõſtituta talibus ſolùm pro litigãtibus & infirmiſ.
& idẽ dicit Bar. & probatur in l.antepenulti.C.de profeſ.
16 & medi.lib.x.¶ Vigeſimoquartò* quæritur de quibus, &
qñ aduocatus teneatur ad reſtitutionẽ?Et dico ſecundùm
Ray.ꝙ tenetur omniũ,quę illi cõtra quos aduocabat pro
pter ipſiꝰ patrociniũ iniuſtè amiſerũt,ſeu dãnificati ſunt.
vñ tenetur aduerſario ad intereſſe,ſi ꝑ cauillationẽ abſtu
lit ei bonã cauſam,vel cũ grauauit petẽdo dilationẽ ſuper
fluã,vł allegãdo falſum, aut faciẽdo cauilloſam poſitionẽ,
vel inſtruẽdo falſum teſtẽ, vel inſtruẽdo clientulũ de ne-
gãda veritate,& ſimilibus.Itẽ tenetur illis,quibus auxiliũ
præſtitit,ſi propter ſuã infidelitatẽ, vel negligẽtiã,vel im
prudentiã amiſerunt. Et hoc quãdo iactabat ſe ſcientẽ, &
non erat,ſecundũ Verue.quòd intelligo,ſi cliẽtulus igno
rabat eius ignorãtiã.ſecus ſi cognoſcebat: quia in hoc ca
ſu nõ tenetur,niſi de dolo,vel lata culpa, maximè in foro
animę.quod patet:qa Inn.in c.ſicut dignũ.de hoc dicit,ꝙ
in foro animę nõ punitur q̃s ad ſatisfactionẽ dãni,ſi intu-
lit illud ꝑter propoſitũ:ſed punitur negligẽtia,quaſi velit
ꝙ in foro animę habeat̃ reſpectus ad volũtatẽ delinquẽ-
tis.Quod dictũ ſequẽs Pan.in c.qa pleriq;.de immu. eccl.

& in multis alijs locis dicit, quòd in foro animæ nõ tenet
quis ad emẽdã dani, niſi fuerit in dolo vel lata culpa dun
taxat. & idem tenet Dir. li. j. vbi quærit, quid ſi quis culpa
ſua, vel negligẽtia dedit dãnũ, vt ſi bene nõ cohibuit ignẽ,
ne ad domos aliorũ vagaret? Et ſentit, quòd ſecũdũ leges
ciuiles, q̃ intẽdũt cõſeruationes patrimoniorũ, tenetur ad
reſtitutionẽ dãni. ff. ad leg. Aquil. l. lege Aquil. per totũ. in
foro aũt pœnitẽtię, pœnitẽtia imponẽda eſt de negligen
tia, nõ de dãno. ar. v. q. j. inebriauerũt. niſi intẽderet dãnũ:
vel eſſet in lata culpa: vt ſi ignẽ proijceret in domũ plenã
ſtipula. Idẽ tenet Hoſt. in d. c. ſicut dignũ. & d. Ant. de Bu.
Et licet Pa. in c. ſi egreſſus. & ĩ c. fi. de iniur. teneat, quòd ẽt
in foro cõſciẽtię teneatur quis de leui & leuiſsima culpa:
tamẽ prima opinio eſt cõior: quã etiã ipſe Pan. in multis
locis approbauit, maximè vbi datur opera licitę rei. Et hãc
theoricã no. quia facit ad multa: vt puta ad artifices, aurifi
ces, locatores operarũ, & hmõi: vt in foro cõſciẽtię nõ te
neãtur, niſi de dolo & lata culpa. ĩ. Culpa. §. iiij. & Reſtitu
tio. ij. §. xvj. & xvij. Itẽ ſecũdũ eũdẽ Ray. ſimiliter tenetur,
ſi extorſit ſalariũ vnde non debuit, vel vltra quàm debuit.

DE AEQVITATE.

1 *Aequitatis finitio: & quid in ferendis legibus legumlatores maximè ſpectent.*

2 *Legem ſequi quãdoque malum: at quod æquitas ac cõmunis utilitas efflagitat, legis uerbis omiſsis, bonum.*

1 AEQVITAS* ſecundũ mẽtẽ S. Tho. ij. ij. q. cxx. artic.
j. eſt virtus, qua quiuis ſeruata legis intẽtione, legis
verba non ſeruat. Ibi enim ſic dicit: Legis latores attẽdũt
ad id quod in pluribus accidit, ſecundũ hoc legẽ ferẽtes:
quam tamẽ in aliquibus caſibus ſeruare eſt cõtra æqualita
tem iuſtitię & bonũ cõmune, quòd lex intendit: ſicut ali-
quando nociuũ eſt depoſitũ reddere: puta, gladium furio
2 ſo. ¶ Et* in his malum eſt ſequi legẽ: bonum verò eſt præ
termiſsis verbis eius, ſequi id quod poſcit iuſtitia; ratio,
& cõmunis vtilitas: ad quod ordinatur Epijcia, quæ apud
nos dicitur æquitas: hæc ex illo. Sed vide infrà Ius. §. j.

DE AETATE.

1 *Aetas ab æuo dicta, quid importet.*

2 *Aetas determinata, in quibus à iure requiratur, ſeptẽ axiomatis demonſtratur.*

3 *Aetas pubertatis, quàm uariè in iure aſsumatur.*

4 *Annus cõpletúsne ſit, ac inchoatus, ubi de ſtatuẽtis mẽte addubitatur, quõ dignoſcatur. Et an in anno biſsextili duo anni pro uno ſupputẽtur, ubi anni abſolutio et cõplemẽtũ deſideratur. nu. ſequenti. Et quid de mẽſe, in quo biſsextilis occurrit dies. nu. 6.*

1 AETAS* quaſi æuitas, ab æuo dicta eſt, quòd duratio
nem importat infinitã à parte poſt. Vnde ętas primò
videtur importare durationẽ valde longã, & deinde quã
libet partẽ durationis hominis, vt dicatur ætatis trium an
2 norum, vel decẽ, & huiuſmodi. ¶ Primò* verò quæritur,
in quibus ętas determinata requiratur à iure? Et dico mul
ta. ¶ Primũ. In ſponſalibus requiritur ętas ſeptẽ annorum
cõpletorũ de deſpon. impu. c. vnico. lib. vj. in matrimonio
verò, xij. annorũ in fœmina, & xiiij. in maſculo, niſi fortè
malitia ſuppleret ętatẽ. quod tunc eſt, quãdo ſunt ad ſimul
coẽundũ potẽtes: vt no. in d. c. vnico. ¶ Secundũ. In voto
aũt religionis, ſeu profeſsione fiẽda. xij. annorũ in mulie
re, & in maſculo xiiij. cõpletorũ: vt de muliere habetur in
c. cùm virũ. de regular. & in c. puella. xx. q. j. & in c. puella.
xx. q. ij. de maſculo verò in c. ſignificatũ. de reg. li. vj. quod
tamẽ fallit in caſu, de quo infrà Religio. v. §. j. ¶ Tertium,
quãtũ ad ordines ſuſcipiẽdos, in prima tonſura requiritur
ætas ſeptẽ annorũ completorũ. diſt. lxxvij. in ſingulis. & ſi
militer in tribus minoribus, vt in d. c. in ſingulis. & ante
dictam ætatẽ cõferẽs alicui, niſi religionẽ intret, ſuſpẽſus
eſt ipſo facto per annũ à collatione eiuſdẽ ordinis. de tẽp.
ordi. nullus. lib. vj. in acoluthatu poſt xij. anno. vt in d. c. in
ſingulis. in ſubdiaconatu. xviij. inchoatorũ, in diaconatu
verò xx. & in presbyteratu xxv. vt in cle. generalẽ. de ætat.
& quali. ordi. Si tamẽ quis ante dictã ętatẽ ordinetur, ordi
nis quidem characterẽ ſuſcipit, ſed nõ executionẽ vſq; ad
tẽpus cõpletũ: vt no. in d. cle. generalẽ. nec poteſt epiſco-
pus diſpẽſare: vt ibi no. ¶ Quartũ, quo ad beneficia regula
ria, in abbatiſſa requiritur ętas xxx. annorũ cõpletorũ: & ſi
militer & in prioriſſa, ſeu matre, vel miniſtra, quæ habet
regere monaſteriũ: vt in c. indẽnitatibus. de elec. li. vj. In
abbate aũt xxv. anno. incœptorũ, per c. cùm in cũctis. in §.
inferiora. de elec. vbi regulariter ad quamlibet dignitatẽ
acq̃rendã tẽpus illud exigitur: licet de abbate nõ ſit ali-
quid ſpãliter expreſſum. In prioratu verò collegiato. i. ha
bẽte ſub ſe collegiũ, xxv. anno. incœptorum: ar. cle. ne in
agro. §. cæterũ. de ſta. reg. in prioratu verò nõ cõuẽtuali,
ſeu nõ collegiato, ſi curã habet, quã per ſe habet exercere,
ſimiliter req̃ritur ętas xxv. an. incœptorũ: q̃a oportet q̃ ſit
ſacerdos: ſi aũt nõ habet p̃ ſe exercere, ſufficit ætas xx. an.
cõpletorũ. d. §. cęterũ. in prioratu verò nõ habente curã
requirit̃ ętas xiiij. an. cõpletorũ: q̃a oportet, q̃ ſit pfeſſus.
c. nullus. de elec. lib. vj. & ita tenet Pa. in c. ſuper inordina-
ta. de prebẽ. licet Fed. dicat ſufficere ętatẽ ſeptẽ an. cui nõ
credit̃: q̃a oportet, q̃ ſit pfeſſus in religione, vt dictũ eſt.
¶ Quintũ, quo ad beneficia ſecularia habẽtia dignitatẽ, in
epiſcopo req̃ritur ętas xxx. ann. cõpletorũ. de elec. cùm in
cũctis. in inferioribus verò epiſcopatu req̃rit̃ q̃ q̃s atti
gerit xxv. ann. d. c. cùm in cũctis. §. inferiora. & ſi ante ali-
cui cõferat̃ eccleſia curata, ipſo iure vacat: nec põt epiſco-
pus diſpenſare. c. licet canon. de elec. lib. vj. licet diſpẽſare
poſsit in dignitatibus vel pſonatibus, curã aĩarũ nõ habẽ-
tibus, vt xx. an. cõpleto habeantur. c. pmittimus. de æta. &
qual. lib. vj. ¶ Sextũ. In beneficijs verò ſimplicib⁹ ſunt opi
niones: ſed approbo dictũ Cald. quod ſequitur Pan. in c.
ſup ordinata. de preb. q̃ ſi beneficiũ ſonat in nomẽ recto
riæ: puta, q̃a eſt eccleſiã, vel capella p̃ ſe ſtãs, habens ad re-
gimẽ clericũ: tũc req̃ratur ętas xiiij. an. cõpletorũ: vt in c.
indecorũ. de ęta. & quali. or. q̃a q̃ neſcit ſe regere, nec ec-
cleſiã. Si verò nõ ſonat rectoriã, ſed eſt bñficiũ in eccleſia:
tũc ſi req̃rit maturitatẽ cõſilij, vt in canonicatu eccleſiæ
cathedralis: Hoſt. & Arch. tenẽt req̃ri ætatẽ xiiij. an. q̃a an
tè nõ põt ſapiẽtũ iura tractare: ſicut dicimus in milite vo
lẽte teſtari ante illã ętatẽ, in l. licet. C. de teſtam. mili. Si ve
rò maturitatẽ cõſilij nõ requirit: tũc ſeptẽ an. eſt ætas. Et
iſta ſunt bñficia in multis eccleſijs p̃ clericis pueris. ¶ Se-
ptimũ, in electionibus monialiũ req̃ritur ætas annorum
xij. cõpletorũ: & antè nulla admittitur ad eligẽdũ: vt in c.
indẽnitatibus. de elec. lib. vj. In iuramẽto aũt & teſtimo-
nio req̃ritur pubertas, vt in c. paruuli. xxij. q. v. & in c. te-
ſtes. xiiij. q. iij. & ſimiliter in teſtamẽto, & in electione ſe-
3 pulturæ: arg. c. licet. de ſepul. lib. vj. ¶ Aetas* autẽ puberta-
tis diuerſimodè accipitur: q̃a in nuptijs cõtrahẽdis in ma
ſculo eſt xiiij. ann. in fœmina xij. Inſti. de nup. in princip.
cum ibi no. Nõ autẽ idẽ eſt tẽpus, ſi alimẽta req̃ritur vſq;
ad pubertatẽ: quia debẽtur maſculo vſq; ad xviij. annum,
fœminæ ad xiiij. ff. de alimẽ. & cib. leg. l. Mela ait. in prin.
de ætate inquiſitionis hæreticæ prauitatis. ĩ. Hæreſis. ij. §.
4 j. ¶ Secundò* quæritur, quomodo cognoſcetur, ſi annus
debeat eſſe cõpletus, vel inchoatus, quando dubitatur de
mẽte ſtatuẽtis, vel diſponẽtis? Et dicẽdũ eſt ſecũdũ glo. in
clemẽ. generalẽ. quòd ſi annus ſignificatur in ablatiuo cũ
præpoſitione, in: ut ibi dicitur in ann. xviij. quo ad ſubdia
conatum. xx. quo ad diaconatum. xxv. quo ad ſacerdotiũ:
ſufficit inchoatio. Si uerò in genitiuo: vt xxx. anno. requi
ritur complementũ. Et idem dicit, licet latius, Io. de Li. in
d. cle. ſed cõpletiſsimè Bart. in l. ſi cui. ff. de leg. j. dicens, q̃
qñ ætas profertur in genitiuo, requiritur q̃ ſit cõpleta: in
ablatiuo autẽ cũ præpoſitione, in, ſufficit q̃ ſit inchoata. ſi
ne præpoſitione verò requiritur q̃ ſit completa. cle. j. de
ſeque. poſ. in accuſatiuo autem cum verbo ſignificãte rem
perfectã, vt præpoſitio, per, vel cum futuro coniunctiui,
requiritur cõpleta. l. nõ putabã. & l. ſi annos. ff. de condit.
& demon. ſine tali autẽ verbo, ſi de fauore agitur, ſufficit
inchoaſſe: ſi de odio, requiritur complementũ. l. ad rẽ pu-
blicã. ff. de mu. & hon. in accuſatiuo autẽ cum præpoſitio
ne, ad, ſufficit inchoatio. l. qui filiũ. ff. ad Trebel. ¶ * Ter-
tiò quæritur, an in anno biſſextili duo dies computentur
pro vno, vbi requiritur annus completus? Et dico q̃ Pan.
in c. quærenti. de offi. deleg. dat regulã, q̃ vbi à iure datur
annus, intelligitur ccclxv. diebus cõtinuis: nec curãdũ eſt,
q̃ illo anno currat biſſextus. & eſt bonus tex. in l. cùm hę-
res. §. Stichus. ff. de ſta. li. Sed idẽ Pan. in c. queſiuit. de ver.
ſig. videtur hoc limitare in odioſis, dicẽs, q̃ ſi terminus ſta
tuitur per numerum annorũ aut mẽſium, ſecundũ opinio
nem gl. diſtinguemus inter fauorabiliora & odioſa: quia
in odioſis annus intelligitur de ccclxv. diebus, licet illo an
no cõtingat biſſextus. ſecus in fauorabilibus: quiã tũc duo
dies cõputãtur p̃ vno. Si verò terminus ſtatuitur per nu-
merũ dierũ, puta q̃ ſeruiat vel ſtet ſuſpẽſus per xl. dies: tũc
tã in fauorabilibus, q̃ in odioſis nõ cõputantur p̃ vna die:
q̃a in veritate ſunt plures dies. Cõſentire videtur Dir. lib.
iij. ti. vij. per l. cũ hæres. s̃. all. dicẽs, q̃ ſi libertas relicta eſt
tibi vt ſeruias vno anno: dies ille in anno biſſextili nõ cõ
putatur, ſed ccclxv. dies. ¶ Quartò* quæritur, quid dicen-
dũ ſit de mẽſe, in quo dies biſſextilis occurrit? Et dicit gl.
in c. quã ſit. de ele. li. vj. q̃ fiet cõputatio ſecundũ quod mẽ
ſes occurrunt. ſed poteſt dari ſolutio præcedẽs quãdo eo
menſe accidit biſſextus: vt in Februario: quia in fauorabi-
libus cedent pro vna die, in odioſis ſecus. Vnde ſi dicatur,
ſtet ſuſpenſus per menſem, die vltima poterit celebrare.

¶ AFFINITAS, Vide infrà Matrimonium viij. §. v.

DE ALCHIMIA.

1 *Alchimia inter quas ſcientias deputetur. Et quid ſit. Et an ſpecies una in aliam per artem tranſmutari queat.*

2 *Beatus Thomas quid de alchimiſtarum opificio ſenſerit, & an dæmones uerum effectum corporalẽ efficere poſsint. Et quid de auro alchimico. num uerũ aurum efficere alchimiſtæ queant.*

3 *Alchimiam exercere num liceat.*

4 *Alchimia quædam ſtultitia ridicula. Et quibus illicita, & ob quid dicatur.*

5 *Aurũ uel argentum alchimicum uendere pro uero num liceat. Et quid ſi pro non vero vendatur.*

ALCHIMIA* computatur à beato Tho. ſuper Boe.
de Tri. inter ſciẽtias ſubalternatas Philoſophię natu
rali habentes opus corporale, quæ dicũtur artes mechani
cæ, cuiuſmodi eſt etiã medicina, & videtur reduci ad artẽ
fabrilẽ, quantũ ad materiã: & eſt ars tranſmutandi metal-
la, ſecũdum formã ſubſtãtialẽ, & naturales qualitates verè
vel apparenter ¶ Primò verò dubitatur, vtrũ vna ſpecies
ab arte mutari poſsit in aliã? Et diſtinguo ex parte artis,
quia dupliciter operatur. primò, ſcilicet operatione artis
præciſe, nulla interueniẽte operatione naturæ: ſicut ſutor
veſtẽ, & faber cathedrã ſine omni naturali actiuo perficit.
& ſecũdò operatur interueniente aliqua operatione na-
turæ: ſicut piſtor formã panis, & figulus formã lateris in-
ducit per operationẽ ignis. Diſtinguo etiã ex parte ſpecie
rũ: quia tripliciter vna intelligitur in aliã mutari. Primò
ſic, q̃ vna mutetur in aliã ſecũdum partẽ: quia ſcilicet ſtat
eadẽ materia, ſed variatur forma: vt cũ ex vino fit acetũ: &
ex fumo flãma. Secũdò ſic, q̃ mutetur ſecũdùm totũ, ita q̃
forma in formã, & materia in materiã mutetur: vt in cõſi-
deratione Euchariſtiæ. Tertiò ſic, q̃ vna non mutetur in
aliã, ſed fit alia: puta ſi dicatur, q̃ homo ſic mutetur in auẽ,
aut catã: q̃ vere dicatur, homo eſt cata. Igitur ars inquan-
tũ ars præciſa operatione naturæ nullã formã ſubſtantia-
lẽ põt inducere: nec vnã ſpeciẽ naturalẽ mutare in aliam:
& hoc docet S. Tho. ij. ij. q. lxxvij. art. ij. ad primum. & iij.
parte. q. lxvj. art. iiij. & in alijs locis innumeris. In quãtũ ve
rò ars vtitur inſtrumẽto naturæ, inducere põt formã na-
turalẽ ſubſtãtialẽ, & vnã ſpeciẽ ſecũdùm partẽ mutare in
aliã: vt in dictis locis apparet, & pbatur etiã, q̃a panis ſub-
ſtãtialiter differt à maſſa & farina: cũ ex eo cõſecretur Eu
chariſtia, nõ ex prędictis. Nõ aũt poteſtas creata, quocũq;
modo operetur, vnã ſpeciẽ in aliã mutare ſecũdùm totũ:
quia operatio artis ſemper præſupponit operationẽ natu
ræ: quæ hoc nõ põt. & præterea ars nõ ſe extẽdit ad ſubſtã
tiã materiæ; quã ſemper præſupponit: vnde hoc eſt ſoli⁹
Dei pprũ. Mutare aũt ſpeciẽ in ſpeciẽ tertio modo, ſic q̃
vna ſit, etiã diuina omnipotẽtia nõ põt: q̃a cõtradictio eſt.
2 ¶ Secũdò* dubitatur quid ſenſerit S. Tho. de operatione
Alchimiſtarũ? Et dico, q̃ in ſecũdo Sententiarũ, di. vij. q.
iiij. ar. j. tenuit, q̃ demones facere poſſunt verũ effectũ cor
poralẽ, ſicut magi Pharaonis virtute dęmonũ virgas in ſer
pẽtes verterũt Exod. vij. & deinde cõtra ſuã determinatio
nẽ arguit quinto loco, quòd dæmones hoc nõ poſsint, ſic:
Dæmones nõ operãtur, niſi per modum artis. Sed ars nõ
põt dare formã ſubſtãtialẽ: vnde dicitur in c. denuis. Sciãt
authores alchimię ſpecies trãsformari nõ poſſe. Ergo nec
dæmones formas ſubſtantiales inducere poſſunt. Ecce ar
gumẽtũ: ſequitur ſolutio. Ad quintũ, inquit, dicẽdũ, q̃ ars
virtute ſua nõ põt formã ſubſtãtialẽ cõferre: q̃ tñ põt vir
tute naturalis agẽtis: ſicut patet in hoc, q̃ per artẽ inducit
forma ignis in lignis. Sed quædã formę ſubſtãtiales ſunt,
quas ars nullo modo inducere põt: q̃a ppria actiua & paſ-
ſiua inuenire nõ poſſet. Sed etiã in his põt aliquid ſimile
facere: ſicut alchimiſtæ faciũt aliquid ſimile auro, quantũ
ad accidẽtia exteriora: ſed tamẽ nõ faciũt verũ aurũ: quia
forma ſubſtãtialis auri nõ eſt per calorẽ ignis, quo vtũtur
alchimiſtæ, ſed per calorẽ Solis in loco determinato, vbi
viget virtus mineralis. Et ideò tale aurũ nõ habet opera-
tionẽ cõſequẽtẽ ſpeciẽ: & ſimiliter in alijs, quę eorũ ope-
ratione fiũt. hęc ille. Sed & xxij. q. lxxvij. ar. ij. ad primũ, ar
guit q̃ vẽditio nõ ſit illicita pter defectũ rei, eo q̃ aurũ
& argẽtũ alchimicũ vẽdi poſsit, cũ ſit aptũ ad oẽs huma-
nos vſus, ad quos eſt neceſſariũ aurũ vel argẽtũ: puta ad va
ſa, & huiuſmodi. & ſoluit dicens, aurũ & argẽtũ nõ ſolùm
cara ſunt pter vtilitatẽ vaſorũ, quæ ex eis fabricãtur, aut
aliorũ huiuſmodi: ſed etiã pter dignitatẽ & puritatẽ ſub
ſtãtię ipſorũ. Et ideò ſi aurũ vel argentũ ab alchimiſtis fa-
ctũ verã ſpeciẽ nõ habeat auri & argẽti, eſt fraudulenta &
iniuſta venditio, præſertim cùm ſint aliquæ vtilitates auri
& argenti ſecũdùm naturalẽ operationẽ ipſorum, quę nõ
conueniunt per alchimiam ſophiſticato: ſicut quod habet
proprietatem lætificandi, & contra quaſdam infirmitates
medicinaliter iuuat: frequentius etiã poni poteſt in ope-
ratione, & diutius in ſua puritate manet aurũ verũ, quàm

ſophiſticatū. Si autē per alchimiā fieret aurū verum,non
eſſet illicitū ipſum pro vero vendere:quia nihil prohibet
artē vti aliquibus naturalibus cauſis ad producendū ve-
ros,& naturales effectus .ſicut Aug. dicit in iij.de Tri. de
his quæ arte dæmonum fiunt.¶ Tertiò quæritur, quid in
prædictis S. Tho.ſenſerit circa veritatē auri alchimici? Et
dico ꝙ ſecundū venerabilem Thomiſtā magiſtrū Pet. de
Bergo.S.Tho.in ij.Sententiarum intendit,ꝙ alchimia,id
eſt,alchimiſtæ nō faciūt,id eſt,nō poſſunt facere verū au-
rū.In ij.ij.verò dicit contrariū:& ſoluit idē Thomiſta tri-
pliciter.Primò, quia vbi dicit ꝙ nō faciūt verū aurū, ſcili-
cet in ſecundo,loquitur de veritate auri quātū ad omnes
proprietates,non quantū ad eſſentiā:vbi verò dicit,ꝙ fa-
ciūt ſcilicet in ij.ij.loquitur de veritate eius quantū ad eſ-
ſentiam,non ꝓprietates.Cōtrà,primò quia in ſecūdo lo-
quitur de auro quantū ad formā ſubſtantialē: ergo quātū
ad veritatē eſſentiæ:ſecūdò,qa vbi eſt eſſentia,eſt impoſ
ſibile deeſſe proprietates,quæ ab ea ſunt etiā diuinitus in
ſeparabiles.ſecūdò ſoluit,quia in ij.ij.loqtur de arte agen
te in virtute naturæ.ſed in ſecūdo,de arte in virtute pro-
pria.contrà,quia in ſecūdo dicit, ideò artē nō poſſe indu
cere formā auri,qa nō pōt inuenire ꝓpria actiua & paſsi
ua:vnde negat artē id poſſe,etiā per actiua naturalia:quia
ea nō pōt inuenire.Soluit tertiò,quia in ij.ij. loquitur de
alchimiſtis habētibus perfectā artē:in ſecūdo verò de agē
tibus ſophiſticè ex ignorātia artis.Et iſta ſolu.eſt bona.qđ
patet:quia in ſecūdo nō ſolueret argumētū,niſi intēderet
dicere,ꝙ ideo alchimiſtæ nō faciūt verū aurū,quia actiuè
naturalia non pñt īuenire:dęmones aūt hoc ideo poſſunt,
qa illa poſſunt inuenire & applicare in loco mineræ.Quā
do ergo in ſecūdo dicit,ꝙ iſta ars aurū verum facere non
pōt,loquitur de ea,vt eſt in hominibus ſecūdū cōmunem
vſum,in quibus eſt ſophiſtica, & nō vera: quando verò in
ij.ij.videtur dicere,ꝙ hoc poſsit,loquitur de iſta arte ſe-
cundū ſe,vel inquātū eſt in aliquo artifice ꝑfecto, ſiue ſit
dæmō,ſiue homo doctus à Deo vel dęmone. vnde ibi ad
3 ducit exēplū de dæmōibus. ¶ Quartò* quæritur,vtrū lici
tū ſit exercere artē alchimiæ?Et dico ꝙ Sum.Ang. multis
rationibus nititur ꝓbare ꝙ nō,ſed oīno alchimiſtæ ſemp
ſunt cōdēnādi.ſed in hoc paſſu not.hæc Sū.ſiue reprehē-
ditur à Hier.Zaneti.in ſua rep.ſup c.j.de acc.vñ Sum.Ro.
tenuit cōtrariū all.Pan.in c.ex tuarū.de ſor.qui Pan.ſentit
cū Old.eā eſſe licitā.qđ ipſe Old.in ſuis cōſilijs ꝓbat,qa,
inquit,tales metallarij ſunt, qui labore ꝓprio ſibi & reip.
cōmoda cōparāt.C.de meta.l.j.& iura fauēt eis ꝓpter pu-
blicā vtilitatē ex eorū officio reſultātē:qa pñt inuito do-
mino ingredi ad inquirenda metalla.C.de metal.l.iij.& l.
quoſdā.quod aliter nō licet.C.de theſau.l.vnica.& ff. de
acq.re.do.l.iij.Cōcludit ꝙ eſt licita,niſi fiat per artē ma-
gicā,vel aliā legib⁹ odioſam:vt dicitur in d.l. vnica.Et rō
eſt,qa operatur per virtutes ꝗ ſunt in elemētis aut herbis.
4 hæc ex illa. Dico* ergo ꝙ iſta ars poſſet eſſe illicita huic
vel illi:qa ꝓpter ſuā imperitiā exponit ſe ꝑiculo cōſumē-
di patrimoniū ſuū ſtultè,vel ꝓpter aliā cām: imo dico,ꝙ
cōiter,& vt in pluribus,eſt quædā ſtultitia ridiculoſa . ſe-
cundū ſe tamē nihil cōtinet illicitū : quia vti naturalibus
cauſis ad naturalē effectū,non eſt illicitū de ſe,qa pōt fie-
ri ad experiēdū vel ad exercēdū iā experta:puta ad facien
dū aliquod metallū,quod licet nō ſit verū aurū vel argen
tū,eſt tñ aliqđ ei ꝓpinquū,& nobili⁹ eo ex quo fit.& hoc
frequēter expertū eſt.Ad rationes Sū.Ang.reſpōdeo. Nā
dicit primò hoc eſſe illicitū:qa nullus inuenitur habēs ve
rā artē.Ad hoc dico primò,ꝙ multi habēt verā artē,vt ali
quid veraciter faciāt , etſi nō verū aurū. Dico ſecundò,
nō habere verā artē,eſt pœna vel ignorātia, & nō culp
nec ex hoc ſequitur ꝙ vera ars ſit illicita. Dico tertiò h
ꝓbare hanc artē eſſe poſsibiliter illicitā iſti vel illi, nō
ſe.Dicit ſecundò eſſe illicitā, quia cōmuniter tales mu
cōſumūt.Ad quod dico ꝙ verū eſt,& ſtulti ſunt, ſicut et
ſunt ſtulti,qui volūt mihi cauſationē facere quā ignor
& depauperātur,cū quo ſtat,ꝙ ars in ſe ſit licita.Et terti
inquit,quia nō faciūt verum aurū,ſed apparēs. & dico
hoc poſito,id tamen quod faciunt aliquid eſt particip
alqualiter naturā auri:ſicut & lateres facti à figulo nō ſu
veri lapides:ſed aliquid de lapidū natura participant.
quartò,inquit,quia nemo hācvult exercere in publico.
quod dico,non ideò eſſe,quia ſecundū ſe ars ſit mala:
quia tales timēt irrideri:ſicut & quilibet licitè multa f
cit ſecretè,quæ in publico nō faceret.Et quintò, quia t
exercitiū eſt cōtra publicā vtilitatē, ſed dico ꝙ aliquā
faciūt aliqua vtilia reipublicæ, vt ex inductis legibus p
tet.Et præterea dū ipſi depauperātur, qui vt plurimū h
bēt ſuperflua,ditātur alij à quibus emūt, qui pecunijs i
digebant.Et præterea hoc probat iſtā artē illicitā eſſe i
5 vel illi ratione imperitiæ,nō in ſe. ¶ Quintò*querit,vt
liceat vēdere aurū vel argētū alchimicū pro vero,cū n
ſit verum?Et dico ex S.Th.ij.ij.vbi ſ.ꝙ non,quia eſt fr
dulentia,ut patet ex allegatis. ſi tamē eſſet verum aur
vel argētum,non eſſet illicitum uendere pro uero, ut
dicitur.Item ſi non eſſet verum, licitum eſſet vendere
lud pro non vero,quia nulla eſt iniuſtitia vendere rem
eo quod eſt aut valet, ſicut quotidie vendūtur corallia
phiſticata,& margaritæ,& torques:quod nullus illicit
dicit,niſi pro veris vēderētur.& hoc etiā videtur S Th
aſſerere,dum dicit,ꝙ non poteſt vendi pro vero:quaſi
linquat indūbitatum,quòd vendi poſsit pro eo quod e

¶ ALEA,vide infrà Ludus.

DE ALIENATIONE IMMOBILIVM, maximè eccleſiaſticorum.

1 *Alienatio propriè ſumpta,quidnam ſit . Et qualiter in negoti fauorabili,& item in odioſo accipiatur.*
2 *Alienatio rei eccleſiaſticæ & immobilis num in omni caſu lic ta ſit.Et huius alienandæ quot legitimæ cauſæ ſint.*
3 *Alienatio rei eccleſiaſticæ num ſub omni forma effici poſsit.E quæ ſolennitas in ea obſeruanda ſit, luculēter ex Panor. Et ſi hæc num requiratur decretum.*
4 *Subſcriptio notarij in alienatione rei eccleſiaſticæ,an neceſſa deſideretur. Et quibus caſibus neceſſaria ſit. Et an in oī hu alienatiōe capituli,ſeu ſuperioris ſit neceſſaria,& requirat*
5 *Abbas res monaſterij ſine conuētus aſſenſu,& etiā epiſcopi alienare poſsit.Et quid de presbytero parochiali.Et an ſatis conſenſum poſt contractum celebratum accedere. Et an u dus ſit canonicorum conſenſus non in communi præſtitus.*
6 *Alienatio rei eccleſiæ,nū corruat,ſi ſine prædicta ſolēnitate, aliqua de prædictis cauſis,facta ſit:& an ſit prohibita.& n*
7 *Quænā ſint ea,quæ ſeruari ſeruādo nequeant. Et nū in his p cunia deputāda ſit.Et quid ſi ſtatuto cautū ſit ; ut mulier ſuperſtes dimidiā bonorū immobilium mariti partē lucret nū pecunia ad imobilia emēda deſtinata immobilis cēſebit*
8 *Iura,actiones & nomina nū immobilia cenſēda ſint,ut in ip rū alienatione,uel ceſsione neceſſaria ſit prædicta ſolēnitas. nomina debitorū in teſtamētis,quorū appellatiōe cōtineāt*
9 *Mobilia eccleſiæ pretioſa, nū imobiliū appellatiōe cōtineāt*
10 *In alienatione rei eccleſiaſticæ quot tractatus neceſſarij ſi Et num prædicta forma in omni alienatione rerum eccleſia carum immobilium,requiratur.*

Sta

11 *Statutū ubicunq;,aut conſtitutio in materia iuris loquitur , aliquas excipiēs cauſas,non ob id regulam firmat,in non enumeratis contra ius antiquum cōmune,quinimo in non exceptis caſibus à iure cōmuni ſuppletur.Et qualiter intelligatur,quòd exceptio regulam firmet in non exceptis.*
12 *Solennitas in rerum eccleſiaſticarū alienatione requiſita,nū tolli poſsit.*
13 *Electio ſi de iure naturali tenuit,nimirū ratione conſenſus eorū qui elegerūt,quāquā ꝓpter iuris poſitiui ſolēnitates omiſſas nulla ſit,nō tamen ipſi electus renūciare in foro conſcientiæ tenetur.*
14 *Rem eccleſiaſticam ſine requiſita ſolennitate recipiens, num eā cum fructibus reſtituere teneatur.*
15 *Alienare prohibitus num ſaltem ad magnū tēpus locare poſsit. Et quodnam tempus modicum dicatur.*
16 *Prælatus iuratus papa inconſulto nō alienare , an nihilo ſecius alienare queat. Et ibidem quòd iuramentū ſtricti iuris eſt . Et num legatus de latere aduerſus huiuſmodi iuramentū alienandi facultatem concedere poſsit. ibidem ad finem.*
17 *Prælatus nū exceptioni eccleſiæ cōpetenti renuntiare , aut in eius damnum euidenter tranſigere,aut liti cedere poſsit.*
18 *Prælatus ſolus num ſine ſolennitate legatū rei immobili repudiare queat.Et prælatum eccleſiæ præiudicare poſse modis multis intelligi poſſe.Et quibus modis poſsit.Et inter hæc, quòd donatio eccleſiæ ſub modo facta, ſtatim tenet.*
19 *Donatio ſub modo eccleſiæ facta,ſi prælatus modū ipſe ſolus non ſeruarit,an ſeruari queat.Et quid ſi ſub conditione relicta, nec eā ſolus prælatus implerit.*
20 *Pactū de re eccleſiæ donata non alienādi,an licitū ſit . Et quid tum,ſi neceſsitas immineat.Et quid ſi legatū ſit ſub huiuſmodi pacto,monaſterio,quòd poſſeſsiones tenere aut habere nequeat.*
21 *Oeconomus Eccleſiæ,cui certo caſu cōmiſſa eſt alienatio,nū illā in cōſāguineos facere poſsit.Et quid in alijs eccleſiæ adminiſtris.*
22 *Sede uacante,num eccleſiarū bona alienari poſsint. & quæ.Et ſubinde,quid ſi prælatus bona à capituli bonis diſtincta habeat, illa poſsit ad uitam ſuam alicui ſine capituli cōſenſu & alia ſolennitate,concedere.*
23 *Alienatio bonorū minoris,num aliquam ſolennitatem deſideret.Et quibus in bonis interuenire debeat. Et quid in alienatione bonorum mulieris.remiſsiuè.*
24 *Vtilitas,quæ bona eccleſiæ alienare permittit , quatenus accipiēda ſit.Et quid oporteat emptorē facere,ut reſpectu ipſius emptio efficax ſit.*
25 *Alienationes bonorū eccleſiæ ſchiſmaticis factæ,uel intruſis,num efficaces habeantur. Et quid de eo,qui ſcelus capitale admiſit. Et quid de alienatione in creditorum, aut patronorū fraudem facta.Et ibidem de compluribus alijs,remiſsiuè.*

ALIENATIO* propriè & ſtrictè eſt omnis actus,
per quē dominiū trāsfertur.C.de fun.do.l.j. & ſecū-
dùm glo.in c.cùm nulli liceat.de re.eccle.non alie. quam
doct.ibidē ſequuntur.largiſsimè autē alienatio dicitur da
tio in emphyteuſim,& locatio ad longū tempus:vt voluit
Iac.de Bellaper. in auth.de non alie. §.quia verò.etiā quā
do ſola poſſeſsio in aliū transfertur:vt not.Inn.de reb.ec.
non alie.c.epiſcopi.& Alber.in auth . hoc ius porrectum.
C.de ſac.ſan.ec.vnde Panor.in d.c.nulli. dicit, ꝙ in mate
ria odioſa alienatio capitur ſtrictè, & conſequēter ſolùm
pro cōtractu,per quē dominium transfertur:in materia ta
men larga & fauorabili,vt hic capitur largiſsimè.& ſic, vt
dicit tex,in d.c.nulli. alienationis verbū continet condu-
ctionē.ſ.ad longum tēpus,donationē,venditionem,per-
mutationē,& emphyteuticū perpetuum contractum.Alij
tamen tex.habēt non conductionē,ſed conditionē,id eſt,
venditionem ſub aliquan cōditione:ſed exponit Archid.
contractum ſub cōditionē factum: vt ſi ſoluatur tributū,
2 aut nauis veniat ex Aſia,do tibi talē rem.¶ Primò * verò
dubitatur,vtrum alienatio rei eccleſiaſticæ immobilis li-
ceat in omni caſu?Et dico,ꝙ non:ſed Pan. in d. c. nulli li-
ceat.dicit quatuor eſſe legitimas cauſas alienādi prędicta:
quas etiam ponit gl . ſummaria xij.q.ij.in prin. Prima eſt
neceſsitas:vt ſi debita vrgeāt eccleſiam,& de fructibus ſa-
tisfieri non pōt.Secunda,vtilitas, vt res melior habeatur:
& iſti duo caſus probantur in auth.hoc ius.C.de ſac.ſanc.
eccl. Tertia eſt pietas pro redimendis captiuis.xij.q.ij. au
rum &c.ſine exceptione.Quarta eſt incōmoditas:vt quia
res alienāda eſt magis damnoſa,quàm vtilis. facit xij. q.ij.
terrulas.Ad has tamen reducūtur aliæ.quia ad vtilitatē re
ducitur fabricatio eccleſiæ vel applicatio cœmeterij, pro
qua vēditio prædicta licet ſecundū Sūm.Piſa.Arch.addu-
centē c.aurū.xij.q.ij.Ad pietatem verò reducitur cibatio
pauperū tpe famis,pro qua etiā licet,ſecūdū prędictos:vt
in d.c.aurū.& ea.q.in c.ſine exceptione. reducitur etiam
alia cauſa:quia epiſcopus cū aſſenſu clericorū pōt donare
quinquageſimā partē rerū eccleſiæ ſuæ pro cōſtructione
3 monaſterij in illa diœceſi:vt xij.q.ij.bonæ rei. ¶*Secūdò
vtrum alienatio prædicta fieri poſsit ſub omni forma? Et.
dico,ꝙ ſicut fieri non pōt in omni caſu,ita nec ſub omni
forma,ſed ſub determinata:qa dicit tex.in c.nulli.de reb.
eccl.nō alie.ꝙ nō valet,niſi in certis caſib⁹,& debita for-
ma ſeruata.Sed qa de hac forma ſit mētio in auth.hoc ius.
de ſac.ſanc. ec.quæ auth. infertur ſacris canonib.x.q.ij.in
prin.ſit etiā mētio c.ſine exceptione.xij.q.ij.ideò gloſ.in
d.c.nulli.dicit in alienatione rei eccleſię ſeruandā eſſe ſo
lennitatē d.auth.hoc ius. Gof.verò dicit,ꝙ difficile eſt eā
ſeruare:ſed ſufficit ſeruare ſolennitatē ſecundū cōſuetu-
dinē loci introductā: & ſecundū aliquos ſatis eſt ſeruare
conſuetudinē illius eccleſiæ, de cuius rei alienatione agi
tur.quod tamē nō placet Hoſt.ſed dicit illud eſſe cōtra c.
j.de re.ecc.nō alie.Io.aūt And.dicit ſe credere,ꝙ cōſuetu
do adimere nō poſsit ſolennitatē d.c.ſine.licet adimere
poſsit introductā, ꝑ d.auth.hoc ius.& augere introductā,
per d.c.ſine.Et cū hac opi.Ioā. And.cōiter trāſeunt doct.
vt recitat Pan.in d.c.nulli. qui infert,ꝙ cōſuetudo non va
let cōtra ſolēnitatē d.c.ſine. & cōſequēter,qa indiſtinctè
loquit,poteſt inferri,ꝙ ſubſcriptio eorū qui ſunt de col-
legio,tolli nō pōt per diſſuetudinē: qa ponitur in d.c.ſi-
ne.Itē quo ad ſolēnitatē d.auth.hoc ius.dicit nō eſſe ne-
ceſſariā cōſuetudinē ad illā tollendā:qa ius ciuile intro-
ducere nō potuit ſolennitatē in alienatione rei eccleſia-
ſticæ:qa ꝓuiſum eſt, per ius canonicū. & ita vult Inno. &
Io.And. Et ideo cōcludit Pan.ꝙ ſi cōſuetudo quæ cōtra-
riatur d.c.ſine.ſit eccleſiæ grauoſa,nō tenet:vt in cap.j.de
conſue. & cōſequēter ſufficit obſeruare conſuetudinē d.
c.ſine.& idē tenet glo.in c.j.e.tit. lib.vj.nō obſtante,ꝙ d.
auth.ſit incorporata canonib. quia fuit poſita, vt ſciretur
affectus principū ad eccleſiā.Debet ergo obſeruari,ſicut
dicit Panor.in c.j.de his quæ fiunt à præla. & in cap.tua.
& in cap.cū apoſtolica. & in c.nulli.de reb. eccl.nō alien.
primò ꝙ præcedat tractatus,ſcilicet an expediat necne. ſe
cundò ꝙ interueniat capituli cōſenſus. tertiò ꝙ interue-
niat authoritas ſuperioris: intellige ſuperioris, ſcilicet
qui eſt proprius epiſcopus in nō exēptis:in exemptis au-
tē eſt prælat⁹, cui immediatè ſubeſt eccleſia pleno iure:
vt abbas in eccleſijs ſibi ſubiectis:& ꝓuinciales Prædica-
torꝫ vel miniſtri Minorꝫ,quo ad eorꝫ monaſteria,ꝑ Car.in
c.ſtatuimus.de trāſact.quartò,ꝙ fiat pro vtilitate Eccleſię.
quintò,ꝙ interueniat ſubſcriptio clericorum. De quo ta-
men

men vide. §. ſequent. & adde ꝙ non oporte. ſubſcriptio-
nē eſſe manu clericorum factā, ſed notarij: vt interpreta-
tur conſuetudo. Sed nota differentiā inter cōſenſum, ſeu
collationē, decretū, & authoritatē: quia ſecundū glo. in d.
c. j. eo. tit. lib. vj. decretū eſt ſententia, qua iudex contractū
futurum iuſtū fore decernit, authoritatē ſuā interponen-
do, vel aliquē in poſſeſsionē mittendo, vel mittendū de-
clarando. ff. de dāno infecto. l. ſi finita. & non interponitur
ſine cauſę cognitione. vnde in ſcriptis dandū eſt. C. de ſen.
ex breu. re. l. ij. ff. de re. eo. qui ſunt ſub tu. l. j. & l. magis pu-
to. ſępe tñ decretū vocatur in iure authoritas: quę autho-
ritas eſt authorizabilis conſenſus, qui ſibi cōpetit ex offi-
cio publico vel adminiſtratione legitima: ſicut cōſenſus tu
toris & curatoris. Cōſenſus autē ſiue collatio eſt multorū
voluntas, ad quos res pertinet, ſimul iuncta. Et dicunt qui-
dā, quòd in alienatione rei eccleſiæ non requiritur decre
tū, ſed cauſæ cognitio, authoritas epiſcopalis, & conſen-
4 ſus cleri. hęc glo. ¶ Tertiò,* vtrum dicta ſubſcriptio requi
ratur neceſſario? Et dico, ꝙ Panor. in cap. j. de his quæ fi.
à præl. dicit Inn. dare regulam, ꝙ nunquā requiratur ſub-
ſcriptio, niſi in caſibus à iure expreſsis. Ratio eſt: quia re-
gulariter in qualibet diſpoſitione ſufficit conſenſus, nec
ſcriptura requiritur. l. pactum. C. de pact. pro quo videtur
gl. in cap. j. de cenſi. lib. vj. Et ideo venditionē, permutatio
nem, & donationē prælatus facere non poteſt, niſi de con
ſenſu capituli, & ſubſcriptione canonicorū. vnde & Albe.
in d. auth. hoc ius. tenet, ꝙ in alienatione rei eccleſiaſticæ
ſubſcriptio non eſt neceſſaria regulariter, niſi in tribus ca
ſibus prędictis. ſ. venditione, permutatione, & donatione:
vt in d. c. tua. & in caſibus no. per Are. in ca. ſine exceptio-
ne. xij. q. ij. ¶ Quartò, vtrum eodē modo in omni alienati
one rei eccleſiaſticæ requiratur conſenſus? Et dico ꝙ nō:
ſed variatur iuxta varietatē eccleſiarū. Et vt colligitur ex
d. cap. hoc ius. & c. ſi quis epiſcoporū. & xij. q. ij. placuit. &
c. alienationes. & cap. abbatibus. & cap. ſine exceptione.
& vt ſpecificat Veruec. epiſcopus res ad ſuam menſā perti
nētes, vel res cathedralis Eccleſiæ alienare nō poteſt, ſine
cōſenſu capituli, licet dictus cōſenſus nō ſit neceſſarius, ſi
res parua eſt, & neceſsitas magna. xij. q. ij. terrulas. Et ſi nō
habet capitulū, quia ſ. eccleſia eſt deſtructa per guerras, &
huiuſmodi, ſecundū doct. vt dicit Pan. in cap. j. de his quæ
fi. à pręl. loco canonicorū aduocet aliquos clericos hone-
ſtos. Et hoc etiā vtile eſt ſeruare in alienatione, quā facit
5 eccleſia inferior. Similiter* nec abbas res monaſterij ſine
cōſenſu ſui cōuētus & etiā epiſcopi. quod tñ intelligitur
in nō exēptis: qa in exēptis, ſecūdū Zab. poſt Inn. in clem.
monaſteriorū. eod. tit. requiritur cōſenſus papæ vel pręla
ti immediati, cui ſubſit eccleſia pleno iure: etiā ſecundūm
gl. ſi prælatus alienare volēs habeat cōuētum, ſicut multi
priores habent ſuos abbates. quāuis d. cle. videaī loqui de
non habēte cōuētū. de quo dic ſecundū glo. ꝙ ſi alienans
alienat conſenſu cōuentus, ſine conſenſu tamen ſuperio-
ris prælati, euadit quidē pœnā illius clem. j. ſuſpenſionē:
ſed tamen contractus non valet. Similiter nec presbyter
parochialis ſine conſenſu epiſcopi ſui: vt dicunt iura ſupe
rius alleg. Et hoc de rebus immobilib. In alienatione autē
mobiliū ſolēnitas prædicta nō requiritur: ita tamē ꝙ nul-
lus prælatus religioſus pōt reditus vendere aut cōcedere
alicui ad vitā vel ad certū tempus: niſi neceſsitas vel vtili-
tas loci expoſcat: & de conſenſu cōuētus, ſi illū habet: vel
prælati ſui, ſi conuentū non habet: vt clem. monaſteriorū.
de re. eccl. non alien. vbi tamē declarādo ſubditur, præmiſ
ſa non extendi ad locationes, aut fructuū vel redituū vē-
ditiones ad tēpus modicum faciendas. Poteſt tamē, vt
dicit Fran. conſenſus interuenire poſt contractū celebr
tum: vt not. eod. tit. c. j. lib. vj. Et dicitur tēpus modicū, i
fra decenniū, ſecundū gl. ¶ Quintò, vtrū valeant conſe
ſus canonicorū non habiti in cōmuni? Et dico, ꝙ non, ſe
cundùm Lau. & Hoſt. & Inn. & Comp. ſed cōtrariū ten
Goſ. quia licet inueniatur, ꝙ in electione requiritur co
munis cōſenſus. de elec. in genere. ſecus in alienation
gl. autē vbi ſ. dicit primā opinionē verā, vbi nō præceſ
tractatus: vt in c. j. de re. eccle. non alie. lib. vj. vbi verò pr
ceſsit, & deliberatū eſt alienare, licet ſingulariter conſe
6 tiāt, valet conſenſus, & locū habet opinio ſcda. ¶ Sexto,
vtrū omnis alienatio eccleſiaſticæ rei ſit ꝓhibita ſine pr
dicta ſolennitate facta, vel ſine aliqua de prædictis cauſ
Et dico ꝙ nō, ſecūdū doct. in d. cap. nulli. ſed rerū imm
bilium tantū, quarū nomine cōprehenduntur ea, quæ ſ
uādo ſeruari poſſunt. facit l. tutores. la ij. C. de admin. tu
& cap. tua. de his q̄ fi. à prela. ſed Albe. in d. auth. hoc ius.
net, ꝙ mobilia, quæ etiā ſeruari poſſent, alienari poſſun
ſine dicta ſolēnitate. vt oues, &c. niſi ſint ad diuinū cult
deputata: qa tūc ſeruabitur auth. præterea. C. de ſac. ſan
eccle. ſ. vt non vendantur, niſi pro neceſsitate & vtilitat
7 ¶ Septimo,* quæ ſunt illa, q̄ ſeruādo ſeruari poſſunt? E
dico ſecundū Ang. in §. qa parū. in authen. de nup. ꝙ tal
dicitur omne, quod nō corrūpitur triennio. & eſt glo. ſi
gularis in l. vnica. C. ſi adu. vſur. ſed limita, quādo non co
poris triennio, & cū hoc huc ſeruatū fructificat, vt ouis. a
l. j. §. fuit quæſitū. ad Treb. & ita intellige glo. in d. §. fu
quęſitū. & facit tex. in l. Ariſt. §. fi. cū l. ſeq. ff. de iur. deli.
ſic quæ vſu cōſumūtur, vt frumentū, vinū, & oleū, & hmō
non ſunt de his, quæ ſeruādo ſeruari poſſunt. licet hoc a
quando fallat in pecunia, vt dicetur. ¶ Octauò, vtrū pecu
nia ſit de his quæ ſeruādo ſeruari poſſunt? Et dicit Paul.
d. cap. nulli. ꝙ non: qa retēta nihil operatur. lxxxviij. di
emens. & not. in l. cum plures. ff. de admin. tut. Hoc tame
fallit in duobus caſibus. ¶ Primò, quādo pecunia eccleſi
eſſet deputata ad emēda bona immobilia: quia tūc iudica-
tur bonum immobile, nec mutari poſſet. & tex. eſt ſingu
ris, & ibi Bart. & Ludou. de Ro. in l. iij. §. quid ergo. ff. de
cōtr. iudi. tu. & vti. act. Et ꝓpter hoc tenuit Albe. vt aliqu
referūt, ꝙ quādo ſtatuto cauetur, ꝙ mulier lucretur dimi-
diam partē bonorū immobiliū mariti decedētis ſine lib
ris, ꝙ lucrabitur partē pecuniæ deputatę ad emēda imm
bilia bona: quia illa pecunia iudicabitur immobilis. Bald
tamē ſentit contrariū in l. cætera. §. fi. ff. de leg. j. allegan
mirabilē tex. in l. cùm in fundo. §. ſi fundus. ff. de iure do
& hoc eſt verū, quo ad dictū ſtatutū, quod eſt contra cōm
nē diſpoſitionē iuris: quia iura quæ adducit Alb. loquun-
tur in actu fauorabili vltimę volūtatis, vel in fauorē eccl
ſiæ: & ideò ad illud ꝓpoſitū incōuenieter allegātur. Dico
autē pecuniam deputatā eſſe ad emēda bona immobilia,
quādo prelatus vel capitulū eam inueſtire tenetur: nō au-
tem quādo ſimpliciter ſine voto aut iuramento inueſtir
deliberauit: qa cū ex tali deliberatione ſimplici nulla in-
naſcatur obligatio, ſicut ante deliberationē, ita & pòſt pe
cunia exponi pōt. ita innuitur ex illa l. iij. §. qd ergo. ff. de
cōtra. iu. tu. ¶ Secundò fallit ſecundū aliquos, quādo pecu
nia eſſet in magna quātitate: facit cap. licet Heli. de ſimo.
vbi accuſatur prælatus, qñ male expēdit non modicā pecu
niā, & cōſequenter ea vti non pōt ſicut fructibus: ſecus ſi
eſſet in modica quātitate. Sed iſta nō videntur bene dici:
quia licet malè exponēs magnā pecuniā eccleſię ſit repre
henſibilis quaſi dilapidator: non tamen venit contra iu-
ra de alienatione immobiliū: alioquin Eccleſiæ conueni-
ret repetitio. quod nō videtur. ¶ Nono,* vtrum iura, actio
nes, & nomina debitorū cenſeantur immobilia, vt in ho-
rū alienatione ſiue ceſsione ſeruanda ſit dicta ſolennitas,
vel ſint mobilia? & dicit Pan. in d. c. nulli. qđ proprie non
ſunt mobilia vel immobilia: quia mobiliū & immobiliū
appellatio locū habet in his, quę certo loco vel tertio cō-
prehenduntur: cùm immobile dicatur qđ loco moueri nō
pōt: mobile verò quod pōt localiter moueri: vt in l. mouē
tium. ff. de ver. ſi. Actiones aūt, cùm ſint quid incorporeū,
loco non cōprehenduntur. vnde Iuriſconſultus actiones
in nomine debitorū ponit, vt tertiā ſpeciē: vt in l. à diuo
Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Et ideò in teſtamētis ap
pellatione bonorū mobilium vel immobiliū nō veniunt
nomina debitorū, quia debemus capere verba proprie. l.
qui hæredi. ff. de condi. & demō. vnde cōſuluit Old. quòd
ſi princeps reliquit bona ſua mobilia diſtribuēda in pios
vſus, nō veniūt pœnæ adhuc nō exactę. Aliquando tamen
neceſſe eſt, ꝙ actiones trahantur ad bona mobilia vel im
mobilia, vt puta, quia diſpoſitio volens cōprehendere to
tū patrimoniū vnius hominis, facit mentionē dūtaxat de
mobilibus & immobilibus, quia hoc caſu iſta tertia ſpe- 12
cies aſſumit naturā alterius extremorū. & ſeruāda eſt tūc
opi. gl. in authen. eo. ti. §. j. quæ dicit, quòd ſi actiones dan
tur ad res mobiles, cōputātur inter mobilia: ſi ad res im-
mobiles, cōputātur inter immobilia. Et idem in ſeruituti
bus dicēdum eſt, & alijs iuribus incorporalibus, ſicut in a-
ctione: vnde & in cle. exiui. de ver. ſig. annui redit9 cēſen
tur inter immobilia bona. Ex omnib9 his collige, ꝙ actio
nes ꝓpriè nō cadunt ſub altero illorū: ex intētione tamē
alicuius cadunt ſub altero, & tūc ſub eo mēbro cadūt, ſub
quo ſunt ea, ad quæ ipſæ ordinātur. Et ſic iura ad immobi
lia nō requirunt dictā ſolennitatē. ¶ Decimò,* vtrū mobi
lia eccleſiæ pretioſa cēſeantur immobilia. Et dico ꝙ ſic, ſe
cundùm Pan. in d. c. tua. de his quę fi. à pręl. quia res immo
bilis & mobilis pretioſa æquiparantur quo ad difficulta-
tem alienatiōis. & hoc colligitur ex l. lex quæ tutores. C.
de admi. tut. & ex gl. in c. epiſcopus qui mancipiū. xij. q. ij.
ſimul. iunctis. ¶ Vndecimò,* vtrū alienatione rei eccle-
ſiaſticæ reqrantur tres tractatus. Et dicit Pan. in c. tua. de
his quæ fi. à præl. de mente doctorū ꝙ ſufficit vnicus ſolē
nis & diligens. vbi etiā dicit gl. quòd tractatus nō requi-
rit deliberatū conſenſum, ſed quandā diſcuſsionē & inda
ginē circa rem diſponendā in futurū. vnde tex. in d. c. tua.
ponit tractatū & cōſenſum vt diuerſa. Nam primò fit diſ
cuſsio, vtrū magis expediat alienare vnā rem, quàm aliam. 13
vel vtrū ſubueniri poſsit eccleſiæ ſine alienatione, & poſt
tractatum peruenitur ad ipſam alienationē, in qua præſta
tur cōſenſus. Quod nota pro ſtatutis puniētibus eos, qui
ſuper aliqua re tractatū faciūt, quia dicūtur tractaſſe, licet
delictū non perfecerint. ¶ Duodecimò, vtrū præfata for
ma requiratur in omni alienatione rerū eccleſiarū immo
bilium. Et dicit Paul. vt refert Gemi. in c. j. de reb. eccl. nō
alie li. vj. quaſi in fi. ꝙ tractatus nō requiritur, niſi in eccle
ſijs cathedralibus, nō aūt in inferioribus: ſed ſufficit con
ſenſus ſuperioris. quod verū intelligo, quādo eccleſiæ in- 14
feriores capitulū nō habent, aliàs nō. ar. cle. j. de reb. eccl.
nō alie. Cauſa autē legitima ſemper requiritur, ſcilicet ne
ceſsitas vel vtilitas, vt in d. cle. j. vbi licet mētio nō fiat ni
ſi de neceſsitate & vtilitate, tamen etiam fieri poteſt pro-
prietate. Et ratio, quia* vbicūq; ſtatutū vel conſtitutio lo-
quitur in materia iuris, & aliquas cauſas excipit, non pro
pter hoc firmat regulā in nō enumeratis cōtra ius cōmu-
ne antiquū, quinimo in caſibus nō exceptis ſuppletur, à iu
re cōmuni. Facit c. ad audientiā. cū ibi no. de cle. non reſi.
& glo. Bar. in l. ſerui. ff. de vſuca. vbi no. volunt, quòd ſi v-
num ius ponit regulā, & excipit aliquos caſus cum dictio
ne taxatiua, quòd nihilò minus excipiuntur alij caſus, q
reperiuntur à iure excepti in alia parte iuris. Facit etiā c.
quoniā frequenter. iuncta gl. j. reſpon. vt lit. non conteſt.
& gl. in l. j. C. de condi. inde. quæ videtur velle, quòd exce
pto vno caſu à regula, videntur excipi omnes ſimiles, ſa-
tis eſt tantū vnū poſitum exempli gratia. ar. l. nō poſſunt.
ff. de legi. & c. trāſlato. de cōſtit. Et quod dicitur, exceptio
firmat regulā in nō exceptis, vt in c. dominus. xxiij. q. vij.
& in c. quoniam. de cō. lepro. debet intelligi, ꝙ regula fir
mat in caſibus diſsimilibus & nō exceptis ſpecificè. Facit
lex j. ff. quod vi aut clā. & c. cū dilecta. de cōfir. vti. Diſtin-
guendū eſt tamen, quia ſi caſus cōſimiles nō excipiuntur
ſpecificè alibi, tunc in materia fauorabili, & pia extendi-
tur per idētitatem rationis, vt ſentit gl. in l. illud. C. de ſa.
ſan. ecc. ſecus in materia reſtringibili. vt not. in l. ij. C. de
pa. q fil. di. Vide quod no. in c. īter alia. de immu. eccl. & d.
c. cū dilecta. & d. c. quoniā. & no. illud, quia facit ad multa.
12 ¶ Decimotertiò,* vtrū prædicta ſolennitas requiſita tolli
poſsit. Et dico ſecundū Pan. in d. ca. nulli. ꝙ niſi alienatio
fiat ſeruata illa forma, & in caſu à iure conceſſo, eſt nulla.
Et de formæ defectu eſt clarū, quia ſemper inducit actus
nullitatē, quia forma dat eſſe rei. & hoc ꝓbatur in c. tua.
de his quæ fi. à præla. & in d. c. ſine. xij. q. ij. De defectu aūt
caſus legitimi, probatur in d. c. nulli. quia prohibetur alie
natio rei eccleſiaſticæ à iure, ergo alienatio eſt nulla, niſi
ſit in caſu cōceſſo. l. nō dubium. C. de leg. & in regula, &
ea quæ. de re. iur. li. vj. licet aliud tenuerit gl. xij. q. ij. in ſū.
& d. c. ſine. vbi voluit tenere alienationē ſeruata forma e-
tiam nō facta in caſu licito. & hoc videtur ſequi Arch. alle
gans c. cū nos. de his quæ fi. à præl. dicēs tamē, ꝙ ſi aliena
tio fuerit dānoſa eccleſiæ, reſtituitur. extrà, de in int. reſ.
c. j. ſed primum eſt verius. Vide tamen quæ not. d. Ant. de
But. in c. qa pleriq;. de immu. eccle. vbi dicit, ꝙ ſi alienatio
facta fuit in caſu licito, licet defuerit ſolēnitas iuris, ſi nul
la fraus cōmiſſa fuit, & interuenit cōſenſus eorum qui ha
bebant cōſentire, in foro animæ eſt tutus iſte habens ſine
ſolēnitate, quia quantū ad metas iuris naturalis, vbi eſt ve
rus titulus, quāuis deficiāt ſolēnitates poſitiuæ: quia, in-
quit, in foro animæ ſufficit cōtractū tenere ſecundū limi
tes iuris naturalis ſeu gētiū, ad quod ſufficit conſenſus. Et
hæc opi. placet Pan. in c. qa pleriq;. de immu. ecc. & in c. re
13 quiſiuit. de in inte. reſt. Et* pro hoc adducit ſingulare di-
ctū Inno. in c. quia propter. de elect. dicentis, ꝙ ſi electio
tenuit de iure naturali, ſcilicet ratione cōſenſus eligētiū,
licet ſit nulla ꝓpter ſolēnitates iuris poſitiui nō ſeruatas,
nō tñ tenetur electus in foro cōſciētię renūtiare, quia ius
poſitū adinuenit iſtas ſolēnitates ꝓpter ſcandala, & dece-
ptiones euitādas. vnde ex quo omnia iſta ceſſant, & inter
uenit ver9 cōſenſus, ſatis eſt tutus quo ad Deū. Et no. hoc
dictū: quia valet in omni actu, in quo eſt prætermiſſa ſolē
nitas iuris poſitiui, ſeruato iure naturali. ¶ Decimoquar-
14 tò,* vtrū recipiēs eccleſiaſticā rē ſine dicta ſolennitate, te
neatur eā reſtituere cū fructibus. Et dicit Mona. ꝙ ſic, nec
pōt repetere pretium ab eccleſia. xij. q. ij. nō liceat. quod
limitatur verū, niſi in duobus caſibus. primò ſi pretiū eſt
cōuerſum in vtilitatē eccleſiæ. ar. c. j. de depo. ſecundò qñ
cā alienationis fuit legitima, ſed nō fuit ſeruata forma, qa
in cōſciētia nō tenetur reſtituere, iuxta dicta in §. priore.
Hæ duæ limitationes ſunt in Sum. Ange. ſed in prima ali-
ter.

ter eſſet diſtinguendũ:quia ſi talis emit mala fide, & deti
net,perdit ĩdiſtinctè in foro iudiciali pretiũ, nullũ habẽs
ad illud regreſſum:ſecus ſi ignorãter & bona fide emit, ſe
cundũ Inn.Cal.Imol.& Abb.in c.ſi quis presbyterorũ. de
reb.ecc.nõ alie.cũ ſua cõcor.quibus plures addit Fel.in c.
cũ cauſa.de re iudi. Quod tamẽ in foro cõſciẽtiæ nõ pro-
cedit:quia ſi effectu alienatio vtilis eſſet eccleſiæ, omnia
ſtarent, & cõtrahẽtes eſſent tuti etiã à cenſuris latis ad e-
uitandas fraudes eccleſiæ præiudiciales, ſi interuenerit
cõſenſus eorũ,qui de iure gentiũ habent cõſentire:vt re-
ctor eccleſiæ ſit ſolus, vel caput cũ mẽbris, ſi ſit cũ colle-
gio.Ita tenet But.& Abb.in c.quia pleriq;.de immu. eccl.
Feli.de cõſtit.c j.& ſic intellige dicta in §.priore. ¶Deci
15 moquinto,*vtrũ prohibitus alienare,locare poſsit ad ma
gnũ tẽpus.Et dicit Pan.in d.c.nulli.ꝙ nõ,vt eſt tex. in cle.
j.de re.ecc.nõ alie.& gl.ibi,in verbo,ad tẽpus modicũ.di
cit ꝙ hoc determinat tã verbũ,locatiões, quàm verbũ,vẽ
ditiões:vt ſit ſenſus,ꝙ locatio ad modicũ tẽpus,& vendi
tio fructuum ad modicũ tẽpus nõ includitur ſub prohibi
tione.Dicitur autẽ modicũ tẽpus,ſecundũ gl.ff. de ſuper.
l.j. §.quod aũt ait iudicis arbitrio cui relinquitur,tamẽſi.
gl.videtur dicere,ꝙ modicũ tempus dicatur infra decen-
niũ.C.de præſc lon.tẽp.l.fi.Sed circa hæc aduerte ad ex-
trauagantẽ Pauli, quã habes in calce operis huius . de qua
dic vt j.Lex. §.vj.de lege moribus vtẽtiũ nõ recepta. ¶De
16 cimoſextò,*vtrũ prælatus qui iurauit nõ alienare incon
ſulto papa,alienare poſsit nõ obſtante iuramento.Et dicit
Pan.in c.vt ſup.de reb.ecc.non alie. ꝙ aut res eſt modica,
vel modicæ vtilitatis:& tũc nõ includitur ſub iuramento
de nõ alienãdo:quia nõ eſt veriſimile,ꝙ ſuperior volue-
rit iſtũ illaqueare in iſtis minimis,cũ iſta modica ſint exẽ
pta ab omni ſolennitate iuris,vt in c. terrulas.xij.q.ij. vn-
de iuramentũ ſimpliciter præſtitũ debet intelligi ſecun-
dũ materiã ſubiectã, & ſecundũ iuris diſpoſitionẽ. Itẽ iu-
ramentũ eſt ſtricti iuris,& conſequenter debet reſtringi:
arg.c.pen.de iureiu. & hoc notabis ſemp.Et idẽ ſentit Fe
deri.nã hodie prælati cõiter iurãt nõ alienare inconſulto
papa.Et ſic debet intelligi text.in d.c.vt ſup.ꝙ nõ obſtãte
iuramẽto poſsit iſtehãc alienationẽ facere.& ſic procedit
expoſitio Gof.qui exponit,cõcedimus, id eſt, conceſſum
eſſe oſtẽdim⁹.& ſimile habetur xiij.di.c.nerui. Aut res eſt
nõ modica:& tũc diſtingue ſecũdũ formã iuramẽti.Nam
aut iurauit nõ alienare ſimpliciter:& tũc in caſu vtilitatis
eccleſiæ poterit alienare : qa in caſu neceſsitatis eccleſiæ
hoc iuramẽtũ nõ adſtringit:vt in c.fi.de ecc.ædi.ergo nec
in caſu vtilitatis:quia neceſsitas & vtilitas æquiparãtur in
iure:vt no.xij.q.ij.in Sum.vnde refertur illud iuramentũ
ad alienationẽ illicitã:vt ſic prælatus metu iuramẽti faci-
lius abſtineat ab alienatione illicita. Aut iurauit non alie
nare incõſulto papa:& tũc alienare nõ poterit : quia tunc
fieri nõ põt alienatio etiã licita incõſulto papa: cùm hoc
importẽt illa verba.Item neceſſe eſt, vt dicta verba intelli
gantur de alienatione aliàs licita: quia incõſulto papa nõ
faceret illicitã.Et ita volunt cõmuniter Doct. Aut iurauit
non alienare ſine licentia ſuperioris:& tunc idem dicen-
dũ,vt proximè dictũ eſt.Hæc Pan.in d.c.vt ſuper. & idem
tenet in c.fi.vbi facit ſingularẽ theoricã ex illo text.quòd
iuramentũ ſimpliciter præſtitũ de reb.ecc.nõ alie.reſtrin
gitur ad alienationẽ illicitã , non autẽ ad neceſſariam.Et
idem putat de ea, quæ ſit ob vtilitatẽ. Quãtũ verò ad præ
ſtitum ſecũdo vel tertio modo,dicit quòd ſi imminet ſum
ma neceſsitas, & tãtã requireret celeritatẽ,quòd ſuperio-
ris conſultationẽ non patiatur:putat alienationẽ fieri poſ
ſe conſenſu papæ,vel alterius ſuperioris, cui fuit tale iura
mentum præſtitum,minimè requiſito: arg.optimũ in l.tu
tor qui repertoriũ.ff.de admi.tuto.vbi in cauſa neceſsita-
tis poteſt tutor inuẽtario non confecto adminiſtrare bo
na pupilli,quod aliàs ceſſante neceſsitate nõ poteſt. Facit
quod no.Io.de Fan.in cle.de reb.eccle.vbi dicit in caſu il
lius clem.poſſe fieri alienationẽ impunè, illa ſolennitate
non ſeruata,ſi neceſsitas non capit tãtam dilationẽ.& idẽ
tenet Pau.in diſputatione,condemnatus.&c.Et hæc nota:
quia faciunt pro exẽptis habẽtibus ſuperiorẽ in locis re-
motiſsimis.Io.tamen And.dicit ſecundùm aliquos hoc iu
ramentum nõ ſolùm extẽdi ad illicitã alienationem: ſed
non potuerunt,inquit,defendere conſiliũ ſuum . & cõtra
eos inducit tex.in c.aduerſus.de immu. eccle.vbi etiã ne-
ceſſaria vel vtilis contributio nõ fit inconſulto papa : ne-
quid agatur indiſcretè.Sed hoc dictũ Ioan.And.intellige
verum eſſe regulariter:cum quo ſtat quod dicit Panorm.
ſcilicet de caſu ſummæ neceſsitatis. ¶Decimoſeptimò,
vtrum legatus de latere poſsit dare licentiã alienandi cõ-
tra prædictum iuramentũ.Et reſpondet Spec.in tit. de di-
ſpenſatio. quòd non. & idem tenet Panormit.in d.c.fina.
17 ¶Decimooctauò,*vtrũ prælatus eccleſiæ renuntiare poſ
ſit exceptioni competẽti eccleſiæ,aut tranſigere euiden-
ter in damnum eius. Et dicit Panor.in c.j.de depoſ.quòd
non,ſecundùm Inno.ibidem,niſi ex ſpeciali conceſsione
papæ.& facit l.præſes.C.de tranſact.& l.contra iuris ciui-
lis regulas,ff.de pact.Ex quo infertur,quòd cedere nõ po
teſt liti & cauſæ,aut tranſigere,niſi ſit cauſa euidens, & ſo
lennitas debita,ſi actio ſit ad rem immobilẽ : iuxta not.in
c.nulli liceat.de reb.ecc.non alie.ſi verò ſit ad rem mobi-
lem,ſic poteſt:vt no.gl.in d.authen.hoc ius. Et hoc eſt ve
rius per l.cum hi. §.ſi cũ lis.ff.de tranſac.& l.nõ ſolùm.C.
de præd.minor.quamuis aliqui teneant indiſtinctè,quòd
18 tranſigere põt:vt no.Albe.in d.auth.hoc ius. ¶*Decimo-
nonò,*vtrũ prælatus ſolus poſsit repudiare legatũ ſine ſo
lennitate præfata , maximè de re immobili. Et videtur, ꝙ
non:quia incontinẽti eccleſiæ etiam ignoranti fuit acqui
ſitum dominiũ rei legatæ.l.cũ pater. §.ſurdo.ff. de legat.
ij.& conſequenter ſi prælatus repudiaret, alienaret rẽ ac-
quiſitam eccleſiæ:ſicut de hoc eſt caſus in ſimili.l. magis.
§.fundum.ff.de reb.eo.vbi dicit tex.quòd pupillus nõ po
teſt repudiare fundum ſibi legatum:cùm non poſsit alie-
nare rem ſuam. Sed hoc nõn obſtante videtur contrariũ.
Et arguitur quòd hoc poſsit: quia dominium non eſt ve-
rè acquiſitum eccleſiæ ante acceptionem legati:& conſe-
quenter repudiando potius non acquirit quàm alienet.
In non acquirendo autem ſolennitas non requiritur. Et
facit c.cum apoſtolica.de his quæ fiunt à prælat. vbi ſolen
nitas requiritur,cùm alienatur res quæ poſsidetur ab ec-
cleſia.& nõ eſt par ratio,lucra nõ capere,& quæſita perde
re.l.ſi ſponſus. §.ſi maritus.ff.de dona.inter vir.& vxo.Et
hanc rationem Federi. conſil.viij.inducit & ſequitur, te-
nens quòd repudiare poteſt vtrunque.Panor.in c.tua. de
his quæ fiunt à prælat.dicit quòd caſus iſte eſt dubius, li-
cet ſuſtentari poſsit opinio Fede.& ad §.fundũ. quo mul
tum vrget,dicit poſſe dici,quòd loquitur in pupillo, qui
ſuarũ rerum nõ habet adminiſtrationẽ : ſecus in prælato.
Vnde quẽadmodum tutor tenetur,ſi potuit acquirere pu
pillo, & non acquirit.l. quicquid.C. arbit.tut.& prælatus,
vt eſt tex.cum glo.xij.q.iiij.c.ij. & pro hoc gl.xvj.q.vj. §.
fi.quæ dicit,quòd in acquirendis prælatus poteſt cõditio
nem eccleſiæ facere deteriorem.Pau.autem de Caſt.in cõ
ſil.xj.tenet quòd non poteſt repudiare legatum,ſed dona
tionem

tionem ſic.quod dicit probari ex l.magis puto. §. fundũ.
ff.de re.eorũ qui ſub tute.Ratio diuerſitatis eſt:quia in do
natione nõ acquiritur donatario niſi volẽti, & nõ igno-
rãti:ſed in legato ſufficit factũ teſtatoris ſolius,quia acqui
ritur ignorãti,licet reuocabiliter.l.cũ pater. §.ſurdo.ff.de
le.j.& d. §.fundũ.& cõſequẽter legatũ eſt quęſitũ ipſo fa-
cto.Et huic ſentẽtię hęret Sum.Ang.ſed Sum.Roſel. hoc
reprobat:quia videtur tex.ĩ cõtrariũ in c. verũ.de cõd. ap.
vbi Pan.ſummãdo illũ tex.dicit,ꝙ res donata eccleſię ſub
modo,ſtatim eſt eccleſię : nec reuocatur modo nõ ſerua-
to,niſi hoc expreſſum ſit in cõtractu:& cõſequenter appa
ret,ꝙ donatio facta eccleſię ſtatim tenet,etiã facta ſub mo
do:& cõſequenter ius eſt acquiſitum eccleſię etiã ignorã
ti,licet reuocabiliter:ſic dicitur de legato.vnde in vtroq;
intelligitur tacite iſta conditio,ſi eccleſia volet:quæ tamẽ
conditio nõ facit donationẽ,aut legata cõditionalia.ff.de
cõdi.& demon.l.cõditiones.& ſic ius eſt acquiſitum eccle
ſię:& in acquiſitis ſolus prelatus non poteſt eccleſiæ noce
re:vt dicit glo.& doct.xvj.q.vj. §.fi.& ſic tenẽda eſt diſtin
ctio Bar.in l.iubemus nullã.C.de ſac.ſan.eccl. vbi optimè
diſtinguit poſt gl.quia prelatũ preiudicare poſſe eccleſię,
cùm multipliciter poſsit intelligi:aut intelligitur cõtrahẽ
do,& ſic nõ poteſt ei præiudicare,niſi licitè cõtrahẽdo:vt
dicit l.iubemus.& auth.hoc ius .e.ti. Aut aliquid faciẽdo:
& hoc dupliciter:quia aut loquimur in quęrẽdis,& poteſt
eccleſiæ preiudicare. Aut in iã quęſitis: & hoc dupliciter:
quia aut negligẽdo,& ſic poteſt preiudicare,puta faciẽdo
cõtra ſe preſcribi,vt in auth.quas actiones.e.ti. Aut aliud
faciẽdo,& hoc dupliciter:quia aut facit cũ capituli cõſen
ſu:& poteſt ei preiudicare. ita loquitur dicta lex,iubem⁹.
Aut ſine cõſenſu capituli:& tũc nõ põt:vt in regula,deli-
ctũ.hęc ex illo.Sed tamẽ intellige, ꝙ dupliciter eſt aliqd
eccleſiæ quæſitũ.primò,quia ad eã ꝑtinet de iure & facto:
quia ſcilicet iam eſt in poſſeſsione pacifica:& in talib⁹,ſi
ſunt immobilia,prælatus etiã cũ c.preiudicare aut renun-
tiare nõ poteſt,niſi in caſibus,& modo ſupra expreſsis.ſe-
cundò,quia pertinet ad ipſam de iure,ſed non de facto:pu
ta,quia ſuper eo litigatur:& in talibus ſicut poteſt prælat⁹
cũ c.trãſigere,ita videtur quòd poſsit renuntiare , etiamſi
ſint immobilia.ſed hoc nõ põt in foro animæ,niſi ex ali-
qua rationabili cauſa:quia nec ipſe nec capitulũ ſunt do-
mini,ſed diſpenſatores rerum eccleſiaſticarum.ideò nihil
ſine peccato de his diſponere poſſunt,niſi cõformiter ad
19 voluntatem veri domini,id eſt,Dei. ¶Vigeſimò,* vtrum
reuocari poſsit donatio facta ſub modo,ex quo ſol⁹ præ-
latus modum non ſeruauit.Et dico ſecundùm Pan.in c.ve
rum.de cond.appo.ꝙ licet tam in cõtractibus nominatis,
quàm nõ nominatis,ſi modus appoſitus fuerit finalis cau
ſa cõtractus,poſsit agi ad reuocationẽ, ſi modus nõ ſerua
tur:vt in l.cùm te fundum.C.de pactis.inter emp.& vẽ. &
in l.j.C.de dona.quæ ſub modo.ſi tamen modus nõ fuit
finalis cauſa contractus,nõ agitur ad reuocationem , niſi
ſit dictum,vt poſsit reuocare:ſed ad obſeruantiã modi.Et
ita debet intelligi tex.in l.ea cõditione. C.de reſcin.ven.
ſed reſpectu donationis factæ eccleſiæ.tex.videtur ſing.in
d.c.verum.quòd ſemper debet preſumi,quòd modus nõ
ſit finalis cauſa contractus:quia ſecundùm Pan.donãs ec-
cleſię ſub modo,videtur pricipaliter donaſſe ꝓpter Deũ,
& pro remedio ſuorum peccatorũ . Ad quæſtionẽ igitur
motam,Vincen.in d.c.verum.vt recitat Pano.dicit,ꝙ nõ:
vt ſi daretur eccleſiæ poſſeſsio ſub modo ,quòd alienari
non poſsit:& ſi alienetur,dictum eſt,quod poſsit ab eccle
ſia reuocari:nõ poteſt fieri reuocatio ſolo prælato alienã
te:quia,inquit,delictum ſolius prælati non debet eccleſię
nocere:vt in regula,delictum.ſecus ſi alienat prælatus cũ
c.& idem dicit in alijs modis.Et idem ſentiunt doct.in c.
breui.de iurei.Sed reſpectu conditionis implẽdæ, ad hoc
vt res acquiratur,ibidẽ dicũt aliud eſſe:qa tũc ſatis eſt, ꝙ
prælatus nõ impleat cõditionẽ ad hoc,vt res nõ acquira-
tur eccleſię.Et ratio diuerſitatis eſt,ſecũdùm Pan.quia in
quęrẽdis ſolus prælatus poteſt eccleſiæ nocere: non autẽ
in quæſitis,vt dictum eſt. Quomodo autẽ differat modus
20 & conditio,vide j.Cõditio. ¶Vigeſimoprimò,*vtrum pa
ctum appoſitũ in donatione facta eccleſiæ,vt alienari nõ
poſsit,ſit licitum?Et videtur expreſſum,ꝙ ſic. §.ſanctiſsi-
mas.in auth.de alien.& emphy.colla.ix.vbi dicitur, ꝙ res
eccleſiæ alienari poſſunt pro redẽptione captiuorũ : niſi
ſint donatæ eo pacto,vt alienari non poſsint.Sed dubium
eſt,quid faciendũ ſit,ſi neceſsitas immineat. Quidã igitur,
vt recitat gl.tenẽt indiſtinctè,vt alienari nõ poſsit quocũ
que caſu talis res,etiam pro redemptione captiuorũ:vt vi
detur in d. §.Alij dicũt,ꝙ in tali caſu alienari põt , dum-
modo eccleſia non habeat alias poſſeſsiones: nõ autem ſi
alias haberet propter inhibitionẽ teſtatoris, vel donato-
ris.quam opinionem tenuit Hug.x.q.j.ſic quidã. & domi.
Ant.dicit,quòd alienari poteſt , etiam pro vtilitate, q̃ ne-
ceſsitati æquiparatur in hoc à iure.xiij.q.ij.ſine exceptio-
ne.& ſimiliter dicit Dir.ꝙ alienari poteſt in caſibus à iure
conceſsis,ſi nõ ſint alia,quæ poſsint alienari.xij. q. ij. au-
rum.nam pactio ne liceat mihi rem meam alienare,repro
batur à iure.ff.de pact.l.pen.Et idem ſentit Goſ.& Hoſti.
& multi alij.& placet Pan.quia ſi aliter ſenſiſſet donator,
non videretur fuiſſe mentis compos:cùm inſtante tali ne
ceſsitate pia,ipſe hoc facere debuiſſet:vt in c.ſicut.xlvij.di
ſtin.Idem prius ſentit Ray.dicens,quòd eo caſu prohibi-
tio facta à donatore,tãquam turpis,pro nõ adiecta haben
da eſt.& concord.Goſ.Inno.& Hoſti. Si autem legaretur
monaſterio,quòd poſſeſsiones tenere non poteſt addita
pœna ſi alienetur,ſecundùm Arch.non erit locus huic pœ
nę:quia conditio tanquam turpis habẽda eſt. Et intellige
non eſſe locum huic pœnæ,ſi vẽdantur in quocũq; caſu,
etiam extra neceſsitatem . Nec obſtat d. §. ſanctiſsimas.
quia ſecundùm Archid.illud non eſt verum,nec valet tale
pactum:cùm ſit contra legem Dei.c.aurum.quòd licet lo
quatur de mobilibus,tamen quando ſunt pretioſa,cõparã
tur immobilibus,quo ad difficultatem alienãdi,vt dictum
21 eſt. ¶*Vigeſimoſecundò,vtrum œconomus eccleſiæ, cui
in caſu alienatio commiſſa eſt,poſsit illam facere ſuis con
ſanguineis?Et dicit Pan.in c.vt ſuper.de reb.ecc.non alie.
quòd Legiſtæ tenent,quòd per auth . quibuſcunque mo-
dis.C.de ſacroſan.eccle.poſitam.x.q.ij.ſimiliter nec alius
adminiſtrator,cuiuſcũq; ſit conditionis. ſed Panor. dicit
hoc non eſſe verum in prælato,ſed in œconomo, & alijs.
Sed tamen in cõſcientia credo,quòd poſsit,ſi hoc facit ex
legitima cauſa,bono fine,& ſine damno eccleſiæ:arg.cap.
22 j.de coh.cleri.& mu.in tex . & in gloſſ. ¶* Vigeſimoter-
tiò,vtrum ſede vacante alienari poſsint bona eccleſiarũ?
Et dicit Panor.in cap.j.ne ſed.vac.quòd ſi ſunt bona , quæ
ſeruando ſeruari non poſſunt:tunc in eccleſia epiſcopali
œconomus ſiue capitulum ſine alia licentia poterit : ſicut
dicimus in tutore.l.lex quæ tutores.C.de adminiſtratio-
ne tutorum.& l.tutor qui repertorium.ff.eod.Si verò bo-
na ſeruari poſſunt:tunc in eccleſia epiſcopali alienari non
poterunt ſine licentia papæ:argu.dicti capitis primi.& in
capi.primo.de rebus eccleſiæ non alienandis.libro ſexto.
In eccleſia verò inferiori , ſi magna neceſsitas vrget , &
eccl

eccleſia diu eſt vacatura,nec prelati creatio commodè ex-
pectari poteſt,tũc in iſtis duobus caſibus dicit Inn.ꝙ dabi
tur curator bonis:& per illum alienatio fieri:nec prius fie
ri poterit etiã per archiepiſcopũ,quàm ſit dat⁹ adminiſtra
tor eccleſię vacãti:vt in d.c.j.li.vj.& facit l.ij.ff.de cu. bo.
da.& quod not.in cle.ij.de reb.ecc.nõ alien.& concordat
Ant.& Hug.¶ Vigeſimoquartò,vtrũ prælatus habẽs bona
diſtincta à bonis capituli,poſsit illa cõcedere alicui ad vi-
tã ipſius ꝓlati ſine capituli cõſenſu,& alia ſolẽnitate? Et di
cit Pan.in c.continebatur.de his quæ fi.à prælat.Federicũ
conſi.l.tenere ꝙ ſic.vide doct.in c.veniẽs.de trãſact.& ma
ximè cauſa pietatis:per tex.iũcta gl.xvj.q.j.vide Archi. in
23 c.j.de rebus eccle.nõ alie.lib.vj. ¶*Vigeſimoquintò,vtrũ
in alienatione rei minoris requiratur aliqua ſolẽnitas?Et
dicit Inn.in c.j.de reb.ec.non alie.lib.vj.ꝙ ſic, ſcilicet cau
ſæ cognitio,& decretũ,& cauſa legitima.C.de predi.min.
l.minorũ.& l.minores.ff.de reb.eo.qui ſunt ſub tu.l. ma-
gis puto. §.nõ paſsim.& §.ſi es.Et hoc verũ,etiã in mobi
libus pretioſis,ſecundũ eundẽ ibidẽ:aliàs habẽt cõtra poſ
ſidentẽ rei vendicationẽ:contra tuto.aut curato. perſona
lem actionẽ tutelæ vel nego.geſt.d.§.ſi æs.& §.ſeq.C. de
præ.mi.l.ſi præſes.De alienatione rei mulieris,vide ĩ.Cõ
24 ſilium. §.xix.in fi.¶*Vigeſimoſextò,quomodo intelligi-
tur vtilitas eccleſiæ:ꝓ qua fieri debet alienatio?Et dico ſe
cundũ Lan.ꝙ oportet pretiũ rei vẽditæ eſſe verſum in vti
litatẽ eccleſiæ:& ſic illã vtilitatẽ eſſe perpetuã & euiden-
tẽ:vt in ædificijs perpetuis, emptionibus alienarũ rerum,
vel ſolutione debiti grauis,& emptor debet eſſe curioſus,
vt videat ꝙ ſic cõuertatur.Sed tamẽ Zaba.ſup cle.mona-
ſteriorũ.eod.ti.dicit non eſſe neceſſe,ꝙ duret verſum in
vtilitatẽ eccleſiæ.& gl.x.q.ij.c.ea enim.§.hoc ius.dicit, ꝙ
nõ oportet emptorẽ ſcire ad quẽ vſum pecunia conuer-
tatur:ſed ſufficit probare , ꝙ tunc eccleſia pecunia indi-
gebat.Vel poteſt dici,ꝙ vtilitas iſta iudicanda eſt arbitrio
boni viri:ſicut quãdo omnib⁹ cõſideratis iudicatur,quòd
eccleſia bene facit: vel quia inde percipit reditũ maiorẽ:
vel ſi parem aut minorẽ,tamẽ cõmodiorẽ,vel aliquid ta-
le.Ita fuit de mente gl.in c.ea enim. §.hoc ius.in ver.pro-
bat.x.q.ij.Nec inuenitur aliquo iure cautũ,quòd oporteat
emptorẽ aſſecurari de iſta vtilitate:ſed ſufficit ſibi rẽ eme
re iuſto pretio:reliquum relinquere conſcientijs venden
25 tiũ.¶*Vigeſimoſeptimò,vtrũ alienationes bonorũ eccle
ſiaſticorũ factæ à ſchiſmaticis, vel intruſis valeãt? Et dico
ꝙ non.extrà,de ſchiſma.c.j.xij.q.ij.alienationes.& tenen-
tur reſtituere omnes prædicti locata,& res,& fruct⁹ perce
ptos,& qui ꝑcipi potuiſſent:ſicut & quilibet raptor.extrà,
de reſt.ſpo.grauis.& qui talibus alienationibus innititur,
eſt excõicatus:vt infrà Excommunicatio.viij.§.viij. ¶ Vi
geſimooctauò,vtrũ valeat alienatio facta per eũ, qui cri-
men capitale commiſit,etiã ad piã cauſam?Et dicit Inno.
in c.quia propter.de elect.ꝙ alienatio tenet,dũmodo fiat
ante ſentẽtiam.l.poſt cõtractũ.ff.de don.& l.ſi quis poſt-
hac. C.de bo.dam.quæ præcipit,ꝙ bona illius,qui cõmi-
ſit crimẽ capitale, publicentur. & intelligẽda eſt poſt ſen
tentiã inuenta, vel ex ſuſpicione pœnæ alienata:vt ff.de
do.cau.mor.l.ſi aliquis.Fallit tamẽ in crimine læſæ maie-
ſtatis:vt in gl.d.l.poſt contractũ. ſimiliter & hereſis : vt in
c.cùm ſecundum.de hær.lib.vj.quia ſunt in commiſſum à
die commiſsi criminis:vt ĩ.Heretic⁹. & idẽ dicito in cri-
mine quocũq;,per quod bona ꝑpetrãtis eſſent ipſo facto
confiſcata.¶Vigeſimononò,vtrũ valeat alienatio facta in
fraudem creditorũ,vel patronorum?Et dicit Inn. vbi ſ. ꝙ
nõ,quia venit reuocãda: vt ff.de his quę in frau.cre.per to

tum,imò quamuis non ſit facta in fraudem: ſi tamen fraus
eſt in ipſo facto,reuocatur.l.omnes.§.Lucius.ff.eod. titu,
Vtrum autem valeat alienatio rei litigioſæ,vide ĩ.Ceſsio.
Vtrum autem valeat alienatio fundi dotalis,vel rerum do
natarum propter nuptias.ĩ.Dos.Vtrũ aliqui prohibeãtur
alienare,& qui.ĩ.Donatio. §.j. De alienatione bonorum
mobilium,quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt,facta per ec-
cleſiaſticas perſonas,infrà,Clericus,quartò.per totum.

DE AESTIMATIONE.

1 Aeſtimationem,rei taxationem,aut eius pretij diffinitionẽ eſſe, & reſpectu temporis quando ea fieri debeat. & quid reſpectu quantitatis.

2 Aeſtimatio uenditionem quot caſibus faciat.Et ibidẽ ſubditur limitatio.utrum autem periculum tranſire faciat,remittit.

1 AESTIMATIO*ſiue æſtimatio rei,eſt taxatio vel diſ
finitio pretij eius,quæ quãtum ad tempus,fieri debet
tempore contractus:de emp.& vend.cùm dilecti.& in l.ij.
C.de rei vẽd.quãtum verò ad quãtitatẽ,fieri debet ſecũdũ
reditus,quos affert,ſi ſit fructuoſa:ſecundũ glo.in auth.de
alie.& emphy.§.ſanctiſsimas.& facit tex.ibi.& in auth.de
ecc.ti.§.ſi autẽ annale.& tex.in l.ſi quis.C.de rei ven.qũo
eã æſtimãdo tãtũ valere debet,quod fructus ꝓducit in an
nis xx.vt in auth.de non alie.§.quia verò Leonis.vel ſi eſt
res,quæ debetur eccleſiæ,in xxxv.annis:vt in d.§.ſi aũt an
nale.Si verò non eſt fructuoſa,æſtimabitur ſecundũ quod
cõmuniter appretiatur.l.pretia.in prin.ff.ad leg.Fal. Ho-
die tamen hoc locũ habet in omnibus rebus:& de hoc ſ.
2 Emptio.§.iiij.¶Aeſtimatio* aũt vẽditionẽ facit in duo-
bus caſibus.Primò,cùm eo animo fit,vt ipſa pręſtetur:ſec⁹
ſi fiat,vt appareat quãti res ſit facta deterior:vt in l.ſi inter
virum.C.de iure do.quod tũc apparet,quãdo in pacto eſt,
vt trãſacto certo tempore res,quæ ęſtimata data eſt,redda
tur:quia tũc venditionẽ nõ facit:vt in d.l.ſi inter. Secũdò,
quãdo res ſimpliciter datur æſtimata in contractu, de cu-
i⁹ natura eſt,vt dominiũ transferat:vt in l.quoties.& l.ple
runq;.ff.de iure do.& l.æſtimatio.ff.ſol.ma.ſicut ſi mulier
dedit viro ſuo rẽ ęſtimatã,cẽſebitur vir emiſſe.Fallit hoc,
quãdo natura cõtract⁹ repugnat,vt faciat vẽditionẽ: vt in
l.ſeruos.ff.famil.ercif.Sicut ſi ego & tu ſumus hæredes,&
facim⁹ æſtimationẽ de hęreditate:tũc nõ facit vẽditionẽ.
Vtrũ aũt ęſtimatio faciat periculũ trãſire in accipientẽ, vi
de ſ.Caſus fortuitus.§.v.

DE ALIMENTIS.

1 In legatis alimentorũ appellatione,quid contineatur.Et quid ſi uictus,alimonia,aut cibaria relicta ſunt.

2 Parentes num liberis & contrà,alimenta exhibere teneantur & ibidẽ aliquot limitationes.Mater autẽ liberos quãdiu exhibere atq;alere debeat.Et ſub hæc quid de uiro reſpectu uxoris. Item de nuru,ac pronuru,& ſocero.

3 Frater fratrem num alere teneatur.Et an dominus ſeruum.

4 Tutor pupilli matrem,aut ſororem , num iure alere obſtrictus ſit.& quatenus extendantur alimentorum præſtationes.

5 Qui mulieri alimenta debent,num etiam & dotem. Auum autem & patrem filius quatenus conuenire poſſit.

1 ALIMENTORVM*nomine ĩ legatis veniũt veſtimẽ
ta,& calceamẽta,lectus,habitatio,& huiuſmodi,ſine
quibus homo viuere non poteſt:vt ff.de ali.& ci.le.l. lega
tis. & idẽ eſt ſi legatus eſt victus:vt in ff.de ver.ſi.l.verbo
victus.Secus ſi cibaria ſunt relicta:vt ff.de ali.& ci.leg.l.an
tepe.Et ſimiliter nomine Alimẽtorũ veniũt medicinę,ſe-
cundũ Dy.Ang.& Imo.in l.cùm dotẽ.§.ſi marit⁹.ff.ſolu
ma.per l.verbo,victus.cũ ſeq.vbi eſt caſus.ff.de verbo.ſig.
& probatur in l.legatis.ff.de ali.& cib.leg.& Bald.in l. re
bus.ff.cõmo. quãuis dixerit contrariũ in d.§.ſi maritus.
per copulã,quę ponitur inter diuerſa:vt no.glo.in rub.ff.
de iur.& fac.igno.Sed hoc nõ eſt verũ:qa ibi ponitur in-
ter genus,& ſpeciẽ:vt in ſimili notat glo.in l.j.C.de ſer.&
aqua. Appellatione tamẽ cibariorũ nõ veniũt medicinę:
ſecundũ Ang.in d.§.ſi maritus. Similiter noĩe alimoniæ
veniũt neceſſaria vitæ, ſecundũ Pan.in c.cùm ſecũdũ. de
præbẽ.& patet ex c.nõ liceat.de pręb.in fi.literæ.qđ no-
men,ſcilicet vitæ neceſſaria,importat veſtes,cibos, medi
cinas,& huiuſmodi: ſicut dicim⁹ de alimẽtis legatis in d.
l.legatis.vbi etiã tenet Bar.ꝙ ille,cui debent alimẽta,de-
bet habere expẽſas ꝓ ſtudio neceſſario , ſine quo viuere
nõ poſſet,ſecũdũ cõpetentiã perſonæ:puta grãmaticæ,&
huiuſmodi. ſed ſecus de expẽſis in ſtudijs,in quibus dici-
tur militare, ſine quibus honeſtè viuere poteſt. Et idem
2 notatur in l.de bonis. §.nõ ſolùm.ff.de Car.edic.¶*Pri-
mò verò quæritur,vtrũ parẽtes filijs,& ecõtra, teneantur
præſtare alimẽta? Et dico ꝙ ſic,& omnia onera inuicẽ ſuſ
ferre.C.de alen.lib.l.j.ij.& iij.Fallit hoc,quando filij poſ-
ſent ſibi ſufficere in alimentis ex ſuis bonis, vel artificio.
quod ſecundũ Bar. limita, niſi ſit nobilis, quẽ talem artẽ
exercere nõ deceat.adde etiã,niſi ſit infirmus:vt ff.de lib.
agno.l.ſi quis à liberis.Et idẽ puto in liberis erga parẽtes.
ff.de alen.lib.l.ſi quis. Fallit etiã, quia mater nõ tenetur,
niſi pater, vel aſcẽdẽtes ex eius linea deſierint, vel ſint e-
gẽtes:vt l.ſi qs.§.vtrũ.& l. nõ quẽadmodũ.ff.de alen.lib.
Fallit etiã,vt infrà Filius. Nomine etiã patris,hîc veniũt,
omnes aſcendẽtes ex linea paterna, & nomine matris,ex
linea materna.Nec diſtinguo,an filius ſit emãcipat⁹ néc-
ne,vel an ſit legitimus nécne:quia de iure canonico tã pa
ter,q̃ mater, tenetur alere ſpurios:vt not.Inno. in c.ij. de
regula.& Pan.in c.cũ haberet.de eo,qui dux.&c. & cõſen
tit Bar.Idẽ dic de filio adoptiuo. Nota tamẽ ſecũdũ Bart.
in d.l.ſi quis.ꝙ pater nõ tenetur alere filios ex iure patrię
poteſtatis:ſed ex charitate,& iure naturali, infrà Fili⁹. §.
xxj.& xxij. ¶ Secundò,vtrũ mater omni tẽpore teneatur
alere filiũ ? Et dicit Bart.vbi ſ.ꝙ ad eam ſpectat onus ali-
mentorum intra triẽnium:vt l.nec filium.C. de patr.pot.
quod intellige, ſi poteſt.vltra trienniũ aũt educatio per-
tinet ad patrem,niſi mater eſſet diues,& pater pauper:qa
tũc ipſa filiũ alere teneret. ¶ Tertiò,vtrũ vir vxorẽ alere
teneatur,& nurũ,ac pronurũ?Et dico ꝙ ſic.ff.de do.inter
vir.& vxo.l.ſi qs pro vxore.& ecõtra vxor virũ, ſi vxor ſit
diues,vir autẽ pauper.C.vnde vir & vxor. auth.præterea.
ff.ſol.mat.l.ſi cũ dotẽ.ff. ad Sil.l.j.ff. de iure dot.l.mutus.
Et ſimiliter ſocer tenet alere nurũ. Fallit primò, ſi in cõ-
trariũ pactio fiat.Secũdò,ſi vir aut vxor eſſet ĩ culpa, quo
minus alter exhiberet obſequia debita:arg.l. Iulianus.§.
3 offerri.ff.de act.emp.cũ ſimi.¶*Quartò,vtrũ frater tenea
tur alere fratrẽ ſi egeat,& eadẽ ratiõe ſororẽ? Et dico ſic,
ſecundũ gl.in l.parentũ.C.de alen.lib.& d.l. ſi quis à libe
ris.quã approbat Sal.in d.l.parentũ.dicẽs,hoc eſſe rõna-
bile:quia ſi tenetur alere fratrẽ naturalẽ tãtùm: vt in aut.
licet.C.de natura.li.multo magis naturalẽ,& legitimũ:ar
gu.ff.de adm.tu.l.tutor ſecundũ dignitatẽ. §.in ſoluẽdis.
Et idẽ dicit Bar. ¶ Quintò,vtrũ dominus teneatur alere
ſeruũ?Et dico ꝙ ſic.ff.de admi.tut.l. cũ plures. §.pe.alio-
quin fiet,quod eſt in l.ij.ff. de his,qui ſunt ſui,vel alie.iu.
4 & in l.vnica. §. ſed ſcimus.C. de Lati.lib.tol. ¶*Sextò,v-
trum tutor teneatur alere matrẽ,& ſororẽ pupilli,ſi egẽt?
Et dico ꝙ ſic:vt ĩ d.§.in ſoluẽdis.Et nota,ꝙ parari debẽt
alimẽta,ſcđm cõſuetudinẽ regionis arbitrio boni viri:&
ſcđm facultatẽ debẽtis, & dignitatẽ legatarij, ſcđm Bart.

in tract.de duobus fratribus.facit l.alimẽta.ff.de alimẽ.&
5 cib.leg.& l.cũ hi. §.in perſona.ff.de tranſac. ¶*Septimò,
vtrũ q debet mulieri alimẽta,debeat & dotẽ? Et dico, ꝙ
pater tenetur dotare filiã baſtardã, ſicut & alere. Et caſus
eſt in l.vxorẽ. §.pater naturalis.ff.de leg.iij. qa cauſa do-
tis fauorabilior eſt,quàm alimentorũ.Frater etiã tenetur
dotare ſororẽ,ſecundũ Bar.in l.dedit.ff.de colla.bono.&
de hoc eſt gl.in l.cùm plures.ff.de adminiſt.tut. Sed tamẽ
ex do.Alex.de Imo.in l.j.ff.ſol.mat.no.quòd nõ ſequitur:
pater tenetur alere filiã naturalem : ergo tantum dare in
dotem,quod ad alimenta ſufficiat:quia annua,& mẽſtrua
præſtantur alimẽta.l.pecuniæ.ff. de alim.& cib.lega. dos
autẽ vnica præſtatiõe tradi debet. Vnde nõ parum inter-
eſſet patris,potius minutatim præſtare alimẽta,quàm do
tem vnico aceruo exponere. Adde etiã, ſecundũ eũdem,
quòd nec pater,nec auus coguntur filiã dotare, niſi prius
deducto ne egeãt:vnde tm̃ eis ſupereſſe debet,quòd poſ-
ſint cõmodè viuere,& ſecundũ dignitatẽ.quod probatur
primò ex l.fi.C.de do.promiſ.ibi in verbo,idoneã.iuncta
glo.Secundũ hoc apparet manifeſtè,quia ex nulla obliga
tione pater, vel auus poſſunt à filio cõueniri vltrà, quàm
facere poſſunt,& deducto ne egeant.l. ſunt qui. & l.inter
eos.ff.de re.iud.Qũ autẽ maritus facit vxorẽ vſufructua-
riã & dominã,vide infrà, Vſusfruct⁹. §.xiiij. particula vj.

DE ALTARI.

1 Altare cuius materiæ eſſe debeat. Et ibidem quotuplex ſit. Et quãtæ magnitudinis,aut paruitatis portatile altare eſſe poſſit. Et quot modis unumquodque inſtituatur. & quis poſſit altare inſtituere.nume.2.

3 Altare portatile, nũ ex duobus lapidibus inſertis duobus lignis inuicẽ colligatis inſtar tabulæ altaris , quæ occludi , ac aperiri poſſit inſtar libri,ut in altero lapide hoſtia, in altero calix locetur, inſtitui queat.

4 In altaris conſecratione,num Chriſti corpus,reliquiarum loco, quæ deſunt,apponi poſſit.Et an in eccleſia eadem, eodemq; die plura poſſint altaria conſecrari.

5 In altari portatili quis celebrare , ac Chriſti corpus conficere queat.Et num in quo epiſcopus celebrauit,poſſit eodem die ſacerdos celebrare.

6 Altare ſiue ſtabile,ſiue portatile,qualiter,ac quot modis execretur,ut rurſus conſecratione egeat.

7 Eccleſia execrata,num execratũ quoq; ſit altare,ut noua egeat rurſus conſecratione. Et quid ſi polluatur eccleſia. Et abs quo tum utrunque reconcilietur.

1 ALTARE* nõ debet eſſe ligneũ vel terreũ, ſed lapi-
deum.de cõſe.diſt.j.altaria.el j.Sã.Tho.iiij.diſt.xiij.
& ij.parte.q.lxxxiij. Et eſt duplex.vnum ſcilicet ſtabile,&
aliud viaticũ,id eſt,in via portandũ,vel portatile : vt in c.
quoniã.de priui.lib.vj.Quod quidẽ quaſi deſcribẽs Pan.
in c.j.de cõſe.eccle.vel alta. dicit, ꝙ paruus lapis cõtinẽs
in ſe foramen cum cõſecratione,& ſigno ſuperpoſito. Et
ꝑ cõſecrationẽ capit res ſacras clauſas ſigno.i. ſigillo. Et
hoc altare tantæ debet eſſe latitudinis, & lõgitudinis,ſe-
cũdũ Pet.de Pal.in iiij.ſcilicet lapis in capſula, ꝙ in eo ca
pi poſsit pes calicis, & hoſtia cõſecrata: vel ꝙ ĩ cõficiẽdo
cùm ſacerdos tenet in manibus nauẽ, aut calicẽ ſupra lapi
dem teneat:& ſic ſuper lapidẽ cõficiat.ar.c.cõcedimus.de
cõſe.diſt.j.ſed intellige, ꝙ iſta ſint ſuper lapidẽ, pro ma-
iori parte. Et ſic habens calicẽ minimũ,poteſt cõficere in
paruiſsimo lapide.¶Primò verò dubitatur,quomodo in
ſtituatur altare? Et dico ꝙ Pan.vbi ſ.innuit,ꝙ altare ſtabi
le fiat tribus modis,dicẽs,ꝙ cũ altare, ſcilicet ſtabile con
ſecratur, fit vnũ foramen paruũ, vel in ſuperiori parte in

ipā mēſa lapidea altaris, vel añ altare, vel in latere dextro
altaris: & poſt conſecrationē clauditur lapide paruo qua-
drato, vel rotūdo, qui vocatur ſigillū: & in ipſo foramine
ponuntur reliquiæ, & nomē ipſius cōſecrantis, & nomen
ſancti, in cuius honorē cōſecratur. Sed vt patet per Inno.
in c.j. oportet addere quartū modū: quia aliquādo ipſum
foramē fit in ipſo altari ſub menſa, & eadē menſa claudi-
tur. Altare aũt portatile, etiā ipſum fit tribus modis, quā-
tum ex eccleſiæ practica colligitur: quia aliqñ fit ex ligno
& lapide: ita ꝙ lapis eſt ſigillū, & ſepulcrum eſt in ligno:
aliquādo verò ex lapide ſolùm, ita ꝙ in ipſo lapide eſt ſe
pulcrū: aliquādo ex ligno & lapide, ita tamen quòd in la-
pide eſt ſepulcrū & ſigillū, & lignū ponitur pro augenda
latitudine: aliquādo aũt fit in lapide ſolo, ſine ſepulcro &
reliquijs: ſed iſte quartus modus nō eſt tutus: quia licet di
cat Hug. de cōſe. diſt. j. nullus. nō eſſe de ſubſtātia cōſecra
tionis, vt reliquię ponātur: & idē Aſten. tenet lib. iij. titu.
xxxix. de altari portatili, allegās c. cōcedimus. de cōſe. diſ.
j. iura autē, quę loquũtur contrariū, dicat loqui de altari
ſtabili: & facit rubrica in miſſalibus antiquis, dicens, ꝙ ſi
reliquiæ non fuerint, dimittatur illa particula orationis,
oremus te Domine per merita illorū Sanctorū, quorū re
liquiæ hîc ſunt &c. Tamē oppoſitū videtur eſſe in cōmu
ni vſu, & cōſuetudine eccleſiæ, & doctrina Sanctorū hoc
2 magis ſonat. ¶* Secūdò, quis poſsit inſtituere altare? Et
dico quantū ad cōſecrationē, ſolus epiſcopus inſtituit. i.
cōſecrat, tā ſtabile, quàm viaticū. de conſe. diſt. j. c. nullus.
el ij. & c. cōcedimus. nō autē presbyter. xxvj. q. j. miniſtra-
re. ſed quātū ad extructionē, ſiue erectionē eius, portatile
quidē inſtituere pōt quilibet lapicida, cùm nullo ſit iure
prohibitū: ſtabile verò licitū eſt p̄sbyteris erigere, vel in-
ſtituere in eccleſia nō cōſecrata: in cōſecrata verò nō niſi
de licētia epiſcopi. ar. lxviij. diſt. quāuis. & de conſe. diſt. j.
nullus presbyter. Et eodē modo in eccleſia cōſecrata ſine
cōſenſu epiſcopi nō ſunt altaria deſtruēda. arg. de cōſecr.
diſt. j. c. eccleſiæ. & c. placuit. ſecus in nō cōſecrata. argu. à
3 cōtrario ſecundū gl. in c. quāuis. pręallegato. ¶* Tertiò,
vtrū inſtitui poſsit altare portatile, ex duobus lapidibus
inſertis duobꝰ lignis inuicē colligatis ad modū tabulæ al
taris, quę claudi pōt, & aperiri ad inſtar libri: vt in vno la-
pide hoſtia, in alio calix collocetur? Et dico hoc fieri non
poſſe licitè ſine peccato, vt in eo celebretur, niſi fortè de
ſpeciali licētia Papæ: qa eſt cōtra vniuerſalē cōſuetudinē
eccleſię: & cōtra myſteriū, quo altare Chriſtū ſignificat, in
quo nō eſt, niſi vna pſona: quia in iſto caſu, cùm ſint duo
altaria, ſicut & duo lapides, cōſequenter in Chriſto ſignifi
caretur duplex pſona. Et præterea idē eſſet, ac ſi in vna ec
cleſia cōſecraret̃ corpus, in alia ſanguis: nec eſſet differē-
tia, niſi maioris & minoris diſtātiæ: qđ non videtur bene
4 ſonare. ¶* Quartò, vtrū in cōſecratione altaris poni poſ-
ſit corpꝰ Chriſti loco reliquiarū, quę deficiūt? Et dico, ꝙ
Ioan. in c. placuit. de cōſe. diſtin. j. tenuit, ꝙ ſic. Hug. etiam
dixit nō eſſe de ſubſtātia cōſecrationis, ꝙ reliquiæ ponā-
tur, vt dictū eſt. Hoſt. autē in Summa, refert ſe conſuluiſſe
Innocentiū Papam, ſuper dicto Ioannis, vtrum ſcilicet li-
ceat ponere corpus Chriſti &c. & illū reſpōdiſſe de con-
ſilio aſtantiū, ꝙ nō: ſed rationē nō reddidit: quam tamen
reddit Io. And. dicēs, ideo poſſe eſſe, quia corpus Chriſti
eſt cibus animę. de cōſe. diſt. ij. panis. nec debet cōſeruari,
niſi cauſa infirmorū, vel alia de cā neceſſaria: vt in c. vni-
co. de cōſer. euc. & vti debemus rebus ad vſum deſtinatū.
in c. iij. de appellationibus. Et hæc opinio multum placet
Pan. licet, inqt, feratur, ꝙ Leo Papa deficiētibus reliquijs
dedit partē corporalis, & Euchariſtiæ in cōſecratione cu
iuſdam eccleſiæ. videt̃ mihi, ꝙ hoc ſit peruertere vſum ſa
cramenti. ¶ Quintò, vtrū eodē die in eadē eccleſia poſ-
ſint altaria plura cōſecrari? Et dico ꝙ ſic: ſicut & cōſecrari
poſſunt plures epiſcopi eodē die. c. cùm ſis. de conſecra.
5 eccleſiæ vel alta. ¶* Sextò, quis celebrare poſsit ſup altari
portatili? Et dico, quòd in omni miſſa celebrāda oportet
eſſe altare cōſecratū, vel ſaltē parua tabula lapidea, q̃ di-
citur altare viaticū, in quo epiſcopis & eorū ſuperioribꝰ
concedit̃ celebrare in itinere, & celebrari facere vbicun
que. de priui. qm̃. lib. vj. Et idē Prædicatoribus & Mino-
ribus cōceditur, vt vbicunq; liberè. i. ſine licētia diœceſa
norū, celebrare poſsint ſuper eo ſine præiudicio eccleſiæ
parochialis. extrà, de priuileg. in his. Ius autē parochiale,
vt habetur in quodā priuilegio Gregorij noni, quod inci
pit, nos attēdētes. circa tria cōſiſtit. ſ. oblationes, decimas,
& primitias. Pro his tamē no. ꝙ ſecundū Inn. vt ei adſcri
bit Sum. Roſ. de iure cōmuni licet celebrare ſuper altare
portatili in loco nō cōſecrato, ſine licētia epiſcopi: ſed ſe
cundū Panor. poſt Archid. requiritur licentia epiſcopi in
eccleſijs nō cōſecratis. Et hoc eſt verū, alioquin dictū pri
uilegiū fruſtra cōcederetur epiſcopis. & facit c. vnicuiq;.
& c. ſi quis. de cōſecra. diſti. j. vbi dicitur, ꝙ in priuatis ora
torijs nō debet celebrari ſine licētia epiſcopi. & intelligi
tur cū altari portatili: quia aliter licētia epiſcopi nō ſuffi-
ceret. dictū tamē Inn. ſecundū Rich. eſt verū in caſu ma-
gnæ neceſsitatis, vbi licētia haberi nō poſsit: quia ſcilicet
tunc locū haberet ratihabitio. ¶ Septimò, vtrū in altari,
in quo celebrauit epiſcopus, poſsit eadē die celebrare ſa
cerdos? Et dico ꝙ nō, ſecundū Ioā. de cōſe. diſt. ij. c. ſi. niſi
de licētia epiſcopi, aut in neceſsitate, cùm epiſcopus per-
6 ficere nō pōt. vj. q. j. nihil. hæc gl. ¶* Octauò, qualiter exe
cratur altare, vt ſit recōſecrādū? Et dico, ꝙ ſtabile violat̃,
vel execratur, quantū colligit̃ ex doctoribus in rub. & in
c. j. de cōſe. ecc. vel alt. quatuor modis. Primò ſi mēſa pe-
nitus vel enormiter frāgatur, ſic vt appareat deformitas,
quod ſecundū Hoſt. arbitrio epiſcopi determinabit̃, quā-
uis Io. exponat. i. vltra medietatē: vel etiā ſecundū Rodo.
ſi fracta fuerit in cornibus, in quibus cōſueuit fieri cōſe-
cratio: ſecus ſi fructura eſſet modica. extrà eod. ligneis. &
idē eſt ſecundū Hoſt. ſi ſit mota. quod Ro. intelligit quā-
do erat affixa. & de hoc j. §. vij. Secūdò, ſi mota ſit iūctu
ra, qua mēſa ſtipiti adhæret. & hoc ſiue ſepulcrū ſit in la-
tere altaris, ſiue etiā multo magis ſi ſub ipſa menſa. Nā in
illa cōiūctione precipuè intelligitur eſſe cōſecratio alta-
ris, ſecūdū Pan. in c. propoſuiſti. de cōſe. eccl. vel alt. Ter-
tiò, ſi qđ de lapidibus ſtipitis tāgēs ipſam mēſam mouea-
tur: vt in c. ad hoc. & in c. quod in dubijs. eo. titu. ſecūdùm
Ray. quod tamē gl. & Rod. & Archi. intelligūt, qñ menſa
fundata eſt ſuper quatuor colūnas, quarū vna mouetur: ſe-
cus de lapidibus parietis, vel de ipō pariete, cui cōpagina
tū eſt altare in quibuſdā eccleſijs: qa propter motionē ta-
lium lapidū, vel parietis, altare manēs immotū nō execra
tur, aut recōſecratur. & idē de lapidibus ſtipitis nō tāgēti
bus mēſam, ſcđm Sum. Piſ. & idē de tāgētibus mēſam, ſed
nō principalibus: vt in Sū. Cōſ. lib. iij. ti. xxiiij. q. cl. & hoc
niſi tot moueant̃, ꝙ altare formā amittat, ſcđm gl. Ray. vt
ibi. Quartò, ſi moueatur, vel frāgatur, vel minuatur ſignū
ſepulcri. de conſe. diſt. j. ſi motū. x. eod. quod in dubijs. Et
hoc vbicūq; ſit ſigillū, etiā in latere, ſcđm Archi. Quintò
ſi tm̃ augeatur, vel minuatur altare, ꝙ formā amittat: quia
forma eſt eſſe rei. ar. x. q. ij. hoc ius. & hoc tenet gl. i. c. j. de
cōſ. ecc. vel alt. Quatuor primi modi ſunt ēt de mēte Pan.

in cap. ad hæc. & in c. quod in dubijs. eo. ti. De quinto ve-
rò indirectè loquitur in c. ligneis. eo. titu. vbi dicit, ꝙ vbi
cunq; cōtingat enormis fractura in altari, execratur, quia
videtur perdere formam: non autē ſi fractura nō ſit enor
mis. hæc ille, qui videtur idem ſentire de enormi, vel no
tabili addito: quia ratio eſt eadē. Portatile autē execratur
multis modis. Primò per remotionē lapidis à ligno, quan
do ſepulchrum eſt in ligno, ſecundū mentē Io. An. in c. li-
gneis. eo. ti. Secūdò, quādo mouetur ſigillū ſepulcri exi-
ſtentis in lapide, ſiue lapis ſit in ligno, ſiue non, ſecundùm
Inno. & Panor. & omnes: Tertiò, ſi lapis ipſe notabiliter
frangatur: vt in d. c. ligneis. & hoc ſolo modo violari pōt,
quādo nō habet reliquias. Non autem execratur propter
hoc, ꝙ in eo celebrauerint degradati, & huiuſmodi, vt in
digeat recōſecratione. extrà, de ſac. nō iter. à nobis. Et idē
videtur de recōciliatione, ꝙ ſcilicet ea nō indiget, cū nul
4 lo ſit iure cautū. ar. cap. is qui. de ſent. excō. li. vj. ¶* Nonò,
vtrū execretur altare portatile, ſi lapis ſit in ligno, & ſepul
crū in lapide, & amouetur lapis à ligno, ſtāte ſigillo ſepul
cri? Et dicit Abbas, & Io. Andr. in d. c. ligneis. ꝙ nō: qa con
ſecratio eſt in lapide ipſo. Panor. autē ibi dubitat: quia cū,
inquit, altare recipiat formā ab ipſo ligno, & lapide: puta
quia lapis eſt ita paruus, ꝙ nō ſufficit ad formā altaris via
tici, ſublato ligno verū eſt dicere, ꝙ altare patit̃ enormē
lęſionē. hęc ille, cuius opinionē approbat Sum. Ang. qñ la
pis eſt ita paruus, ꝙ cōtinere nō pōt calicē cum hoſtia, eo
modo, quo debent ſuper ipſum poni ad celebrandū. Aliàs
vera eſt, inquit, opinio Abb. & Io. And. Ego dico, ꝙ prima
opi. eſt vera indiſtinctè, & indubitatè: quia ex quo altare
nō pōt cōſtare ex ligno, de conſec. diſt. j. altaria. cōſecratio
vel eſſentia altaris, nec pōt eſſe in ligno, nec in cōnexione
ad lignū: ſicut cōſtat in cōnexione mēſæ ad ſtipitem lapi
deum in altari ſtabili: qa ille ſtipes eſt pars integralis alta-
ris, cū ſit lapideus: & ideò remoto lapide à ligno, nulla ſit
diminutio in ſubſtātia altaris: vnde aut prius nō erat con-
ſecratū, aut eſt etiā poſt. Et per hæc patet ad motiuum Pa-
nor. qa aſſumit tria dicta falſa. Primū, ꝙ altare recipiat for
mam à ligno, & lapide. Secundū, ꝙ lapis exiſtens in ligno,
ſuper quo celebratur, ſit ita paruus, ꝙ non ſufficiat ad for
mā altaris viatici: qa quilibet lapis talis quātūcunque par
uus, pōt dictā formā habere, & cōſecrari: alioquin nō exe-
craretur per remotionē à ligno: qa execrari non pōt nō
cōſecratū: in eo tamen nō licet celebrare, qñ lapis eſt par
uus, niſi habēti calicē, & hoſtiā in tam parua quantitate, ꝙ
ſuper eo collocari poſsint. Tertium, ꝙ ſublato ligno lędi
tur altare: quia ſi hoc eſſet verū, lignū eſſet pars altaris. Ad
motiuum Angelicę iam patet. Si enim aliquādo reperia-
tur, ꝙ lignū poſsit eſſe altare, vel pars eius, verū eſt ad hūc
ſenſum, ꝙ aliquando lapis eſt paruus adeo ꝙ totū calicē
& totam hoſtiā locare non pōt, ſed partem horū maiorē,
& ornamento ligni ſuppletur. Et ſic intellige Albe. in ſuo
dictionario, in verbo, altare. & glo. in cap. altaria. de con-
ſecra. diſt. j. ¶ Decimò, vtrū execretur altare ſtabile mota
tabula de loco ad locū? Et dico, ꝙ glo. in c. j. de cōſec. eccl.
vel alta. primò dicit, ꝙ nō: deinde videtur dicere contra-
rium, ꝙ ſic. dominus autē Anto. videtur ſentire, ꝙ ſecun-
dum dictū ſit verū, quā lo mēſa claudit totā cōſecrationē,
id eſt, qñ ſepulchrū eſt ſub ipſa mēſa: qa mota menſa vio
latur cōſecratio. Primum autē eſt verū, qñ cōſecratio, id
eſt ſepulchrū eſt ſuper ipſa mēſa. Inn. vero eo. ti. in rubric.
cōtrariū ſentit: vbi vult, ꝙ violetur altare mota mēſa, etiā
ſi cōſecratio ſit in latere. Et hoc probat Pan. quantū ad al-
tare ſtabile: licet dicat dictū domini Ant. eſſe verū, quo ad
portatile. & placet, excepto, ꝙ ſi menſa altaris ſtabilis in ſe
habet conſecrationem, & nunquàm fuit affixa altari, ſed
ſolùm ſuprà poſita: ea mota, cum ſibi adhærētibus nō exe
cratur altare, ſecundū Rodo. Et ratio eſt, quia ipſa menſa
7 tunc eſt altare portatile. & idem Archidi. ¶ Vndecimò,*
vtrum execrata eccleſia execretur altare, vt indigeat recō
ſecratione? Et dicit Panor. in cap. propoſuiſti. de conſe. ec
cle. vel al. ꝙ non. ſecus ſi polluatur: quia tūc etiam pollui-
tur altare, & indiget recōciliatione. & hoc intellige de al
tari ſtabili: nō autem de portatili. Rationē autē diuerſita-
tis ipſe aſsignat: quia, inquit, eſt quia cōſecratio eccleſiæ
cōſiſtit in parietibus, & ſeparata eſt à conſecratione alta-
riū: vnde illa violari poteſt combuſtis vel collapſis parie-
tibus, cōſecratione altaris remanēte intacta. & ita ecōtrà
deſtructo altari, & parietibus illęſis: ſed pollutio cōcernit
totū corpus eccleſię: qa ex homicidio cōmiſſo in eccleſia
totū corpus eius, cū ſit vnū indiuiduū, polluitur. Vñ etiā
in altarib. ante reconciliationē eccleſiæ celebrari nō pōt.
cùm ſint in corpe eccleſiæ. Ex quibus elice primò, ꝙ quot
modis eccleſia polluitur, tot polluitur & altare, qa ea pol
luta, polluitur. Secundò, ꝙ nec altare exiſtens in eccleſia
ſine eccleſia, nec eccleſia ſine tali altari polluit̃: quia pollu
to altari, polluitur eccleſia: cùm talis pollutio in eccleſia
fiat. ſicut econuerſo, polluta eccleſia polluitur altare, vt di
ctum eſt. ſecus de eo quod eſt extra eccleſiā: niſi eſſet vnū
cum pariete eius. Ab eodē aũt, & eodē modo reconcilia-
tur, ſicut & eccleſia: de qua infrà Cōſecrat. ij. §. vij. & viij.

DE ALTERNATIVA.

1 *Alternatiua pœnali in cōplexu orationis locata, ſiue ad iudicē, ſiue ad reum, ſiue ad neutrum directa, electio cuinā tum libera ſit. Et quid in legatis ſolutè, ac alternatiuè factis.*
2 *Obſtrictus alternatiuè ad alterum duorum præſtandū, nūc liberè utrum uelit, præſtare, ac dare poßit.*

1 ALTERNATIVA* ſecundū Iuriſtas, ſecundū Dia-
lecticos dicit̃ diſiunctiua: & quādo eſt pœnalis, ſecū
dùm Barto. in l. quicunq;. C. de ſer. fugi. ſi verba dirigun-
tur iudici, tūc optio eſt iudicis: puta cùm dicit, puniatur
vel cōdemnetur. Si verò dirigūtur reo, puta, ſoluat mille:
tunc optio datur reo. Si verò nec iudici nec reo dirigun
tur: puta dicit ſtatutū, ſit pœna pedis aut manus: tūc in pœ
nis corporalibus electio eſt iudicis. l. j. §. expilatores. ff.
de effra. in pecuniarijs erit rei. ar. l. plerūq;. de pœn. vide
infrà Pœna. §. iij. ¶ Primò verò dubitatur, cuius ſit optio
in legatis alternatiuè factis? Et dico, ꝙ ſecundū Dynum
de regulis iuris. lib. vj. & doct. in l. Lucio. ff. de leg. ij. ſimi-
lis ſit diſtinctio. Vnde ſi verba ad legatarium referantur:
vt, lego tibi Titio fundū vel vſumfructū: eius erit optio,
& vendicabit Titius quod voluerit. Si verò ad hæredē,
erit hæredis. Si verò ſimpliciter ſit legatū, nō magis refe-
rendo verba ad hæredē, quàm ad legatariū, vel econtrà,
2 electio eſt legatarij. ¶ Secundò,* vtrum quando quis te-
netur ad alterum duorū ſub alternatione, poſsit dare qđ-
cunque voluerit? Et dicit gloſ. in cap. inter cæteras. de re-
ſcriptis. ꝙ ſic. Inſtitutio. de hæredib. inſtituen. §. penulti.
C. de condic. inde. l. penul. & d. l. plerunq;. ff. de leg. ij. l. ſi
ita. extrà, de præben. referente. Cōtrariū habetur Inſtit. de
leg. §. ſi generaliter. Soluit autē glo. prædicta, ꝙ prima iu
ra vera ſunt, niſi eligēs fuerit in mora. ff. de opt. le. l. man-
cipiorū. ff. de lega. l. ſtatuliberū. §. j. ff. de ſoluti. l. Stichū.
primo reſpōſo. ff. de petitio. hæredi. l. item. §. idem rectè
ait. Vnde talis ſi loco & tēpore debito offerat alterū, cui
tenebatur, & noluit recipere, debitor liberatur. Vnde ſi
pereat, aut alio modo alienaret, non propter hoc tenetur

ad alterũ: ex quo ſolus creditor eſt in culpa, per iura primo loco allegata. Si verò nullus ſit in culpa, debẽs duo alternatiuè, puta Stichum, aut Pamphilum: ſi perijt, periculum primi ad venditorem, periculũ ſecũdi ad emptorem pertinet. l. datio. §. ſi emptor. ff. de ac. empti. & vendi.

¶AMBASIATOR. ſuprà Abſens. infrà Legatus.

¶AMBIGVITAS. infrà Dubium.

¶AMBITIO. infrà Superbia.

¶ANGARIA, & Perangaria. infrà Gabella.

DE APPELLATIONE.

1 *Appellatio, quæ eſt à minore ad maiorẽ, ſuperiorémue prouocatio, bipartita eſt. Aut enim iudiciaria eſt, aut extraiudicialis. Et ibidem quotuplicem pariat effectum.*

2 *Appellatio, quo iure, & quorſum inducta ſit. Et nũ Princeps ſolennem formam appellationis ſummouere, ac tollere queat. Et quid de ſubſtantiam reſpectantibus.*

3 *A ſententia Principis, num appellari queat. & an ſupplicẽ libellum admittere Princeps teneatur.*

4 *Appellatio extraiudicialis, nũ ſic interpoſita, aut facta, poſt annullet, ut & iudicialis. Et ex qua cauſa extraiudicialis appellatio interponi debeat. Et quid de ſententia excommunicationis appellatione interpoſita.*

5 *Appellare quandiu, ac intra quantum tempus liceat. Et nũ iudex tempus appellationi proponendæ, aut proſequendæ deſtinatum contrahere poſsit.*

6 *Appellatio qualiter fieri, ac proponi debeat. Et à qua ſentẽtia quis appellare de iure ciuili poſsit.*

7 *Appellatio Canonum iure facilius admittitur. Nã & ab interlocutoria non modò appellatur, ſed a quauis hominis ſentẽtia, uel grauamine inflicto, quiuis appellare poteſt. Et ibidem uarij ſubnectuntur caſus ac modi, quibus id liceat.*

8 *Appellatio quando, & qualiter inefficax, atq; inualida ſit. Et quandiu de nullitate aduerſus ſententiam obijci queat.*

9 *Appellare quiſnam poſsit, uel id minime. Item abs quo, ubi, & ad quem appellandũ. Et ſub hæc Raph. Fulg. cautela pro epiſcopo, ut cauſa non poſsit ipſius iuriſdictionem exire.*

10 *Iudex appellationis, ſi deſit, ad quem appellandum. Et iudicem huiuſmodi deeſſe, quot modis contingat.*

11 *Ab rectore collegij ad quem appellandum ſit.*

12 *Appellans ſimpliciter, iudice ad quem non declarato, ad quem appellaſſe intelligẽdus ſit. Et quid ſi nõ dixerit, appello. ſed dixerit, ſubijcio me Apoſtolicæ ſedis protectiõi, uel alterius iud. ap.*

13 *Iudicis à cuius ſententia appellatum fuerit, quænã partes ſint, & qualiter gerere ſe debeat, ſiue in dãdis reuerentialibus apoſtolis, ſiue refutatorijs. Et quid ſi in iudicis abſentia ob ipſius metum, appellatum ſit.*

14 *Iudicis appellationis in inhibitiõibus decernẽdis iudici ad quẽ, ne procedat. quodnam ſit munus, ac partes.*

15 *Statutum, aut municipij cõſtitutio, qua cauetur, ne ad alium, quàm loci iudicẽ, appelletur: num efficax ſit. Et num ſaltẽ municipes legem condendo appellationi renunciare poſsint.*

16 *Quid ſi quis à iudice inſtãtiæ primæ, iniuriã ſibi illatũ iri ueritus ac timẽs, nõ appellet, ſed eidẽ ex Principis nomine præcipiat, ne iniuriã inferat, moxq; ad Principẽ iter arripiat: num hmõi comminata præceptio, itinerisq; arreptio uim appellationis, & cuiuſnam habeat. Et an iudex contrà faciens, puniendus ſit.*

17 *Terminus appellatiõi proſequẽdæ definitus, nũ prorogari poſsit.*

18 *Læſus iudicij iniquitate, num aduerſus iudicem ipſum ad id, quod intereſt, prætextu iniquæ ſententiæ, agere poſsit.*

1 APPELLATIO,* eſt à minore ad maiorẽ, vel ſuperiorem prouocatio. ij. q. vj. cap. omnis oppreſſus. & capit. ſi quis. & cap. placuit. Et eſt duplex. ſ. iudicialis, quæ, vt ibi refert gloſ. ſummaria, eſt prouocatio iniquæ ſententiæ querelam continens. ff. de mino. l. præfecti. ſiue, vt diffinit Panor. in rubr. de appella. eſt à minore iudice ad maiorem Prouocatio. Et extraiudicialis, quæ eſt à præſenti aut veriſimiliter futuro grauamine ad ſuperiorẽ prouocatio. Appellatur enim, & extra iudicium, vt in electione: vt extrà, de appella. cõſtitutus. Prima ſi eſt legitima, ſuſpẽdit pronuntiatũ, ac etiã iudicis iuriſdictionẽ, quo ad illã cauſam, & ipſius ad ſuperiorẽ transfert cognitionem. ſecũdò vero, ſi eſt ꝓbabilis, ipſam cauſam ad ſuperiorẽ trãsfert: vt ea pendente nihil in ipſius preiudiciũ attentetur. Vnde appellatio operatur duplicẽ effectũ. ſ. deuolutiuũ, & ſuſpenſiuum: qui ſuſpenſiuus eſt triplex, id eſt, in iudiciali: quia ſuſpendit pronunciatũ, & iurisdictionẽ iudicis, quãtũ ad illam cauſam. extrà eo. ſuper. & præſumptionẽ, quæ erat pro ſententia: ſed tamen nõ ſemper omnes iſtos effectus operatur. Et exemplũ eſt in appellatione ſententiæ cenſurę eccleſiaſticæ: quia propter ſequentẽ appellationẽ talis ſentẽtia nõ ſuſpẽditur: ſed appellatio tunc operatur effectũ deuolutiuũ, deuòluendo cauſam ad ſuperiorẽ. & de hoc infrà Excõmunica. vlt. §. j. Et idẽ eſt, quãdo appellatur à ſententia nulla, quia talis appellatio non ſuſpendit pronunciatũ, cũ iuribus nõ ſubſiſtat: ſed operatur effectũ deuolutiuũ duntaxat: & hoc reſpectu appellari põt à ſententia nulla: vt in c. dilecto. extrà eo. Cõcordat Pan. vbi ſuprà. Et quia appellãtes debent apoſtolos petere intra xxx. dies. vt extrà eo. cordi. & cap. ab eo. lib. vj. Hoc declaro, & dico ſecundũ glo. in d. c. cordi. hoc non intelligi de Petro & Paulo, ſed de literis dimiſſorijs. ff. de li. dimiſ. l. vna. q̃ literę dicũtur apoſtoli. ab apo, qđ eſt de, & ſtolon miſsio, quaſi dimiſsio, quam facit vnus iudex ad alium. hæc ibi.

2 ¶Primò* verò queritur, quo iure adinuẽta ſit appellatio.
Et dicẽdũ videtur, ꝙ ſubſtãtia appellationis eſt de iure naturali: cũ ſit defenſio quędã, ſeu ꝓſidium innocẽtię: vt in c. ſpeciali. eo. ti. qđ etiã excõicato cõceditur, de except. cũ inter. formalitas aũt eius eſt de iure poſitiuo: vt probatur in l. vna. C. de ſen. prefec. prætorio. nam olim reddebatur ius manu regia: nec ẽt inuẽtę actiones, & ſolẽnitates iudiciorũ, & appellationũ: vt in l. ij. col. iij. ff. de origine iuris. Et principaliter inducta eſt ad iniqtatẽ, vel imperitiã iudicis corrigẽdã, vel ad ſupplẽdũ qđ incautè in priori iudicio fuerat omiſſum. Ex qbus inferri põt prima frõte, ꝙ licet princeps tollere poſsit appellationis formalitatẽ: non tñ ſubſtãtiã: vt ſ. iuſtitia nõ reddatur aduerſus iudicis iniquitatẽ, vel imperitiã: cũ tollere nõ poſsit ea quæ ſunt iuris naturalis, vel gentium: vt in cle. paſtoralis. de re iudic. Eſt aũt de ſubſtãtialibus eius inter cętera, ꝙ appelletur ad maiorem: de accidẽtalibus verò, ꝙ appelletur gradatim. vnde valet cõſuetudo, ꝙ appellet omiſſo medio: vt in ca. referẽte. iũcta glo. de pręb. & in ca. Romana. eo. ti. libr. vj. Imo valet appellatio omiſſo medio, etiã ceſſante cõſuetu-
3 dine, ſi nõ fuit obiectũ: vt no. gl. in c. dilecti. eo. ti.* Sed tñ
finaliter teneo, ꝙ à ſentẽtia principis appellari nõ poſsit: nec tenetur admittere ſupplicationẽ, ſi nõ vult. quia licet nõ poſsit directè tollere defenſionẽ, pro eo tñ præſumit, cũ ꝓceſsit cauſa cognita: ideò nõ eſt dicẽdũ, ꝙ defenſionẽ tollat. & ad hoc faciũt multa. hęc oĩa Pan. vbi ſuprà. ¶Se-
4 cũdò,* vtrũ appellatio extraiudicialis ſic annullet poſt facta, ſicut iudicialis? Et dico ſecũdũ Inn. in ca. ex parte. el j. de ver. ſig. ꝙ ſic. & facit cap. ad audiẽtiã. de app. in hoc tamen ſecundũ eundẽ, eſt differẽtia in ca. j. de his quę fiunt à ma. par. capit. quia iudex, qui procedit in forma iudicij, debet audire legitimas exceptiões: & niſi audiat, iuſtè appellatur ab eo. Sed ſecus eſt in eo, qui non vt iudex, ſed vt priuata

priuata perſona perficit factũ ſuũ: quia iſte in forma iudicij nõ procedit, nec procedere põt: & ideo non dimittet, quin perficiat factũ, ſup quo appellatur: nec reuocabitur veritas cauſæ: nec imputabitur ei, ſi nõ audit cõtradictionem, vel appellationẽ aduerſarij, niſi probet veritatẽ cãæ appellationis: vt de elect. c. cũ dilectus. & melius c. cũ inter canonicos. iuncto quod nota. in c. interpoſita. in glo. in ver. ſed etiã. de app. Et ſic collige. Primò, ꝙ appellatio extraiudicialis debet fieri ex cauſa probata iure ciuili, vel canonico, vel cõſuetudinario. Secũdò, ꝙ tenẽt geſta etiã poſt appellationẽ ipſam, niſi approbata veritate cãæ. Tertiò, ꝙ eo ipõ approbatur veritas cauſæ, quo nõ probatur cõtrariũ. Quartò, ꝙ ſentẽtia excõmunicationis nõ tenet poſt appellationẽ ex cauſis legitimis interpoſitã, etiam ſi non probatur veritas. quod quartũ eſt ſpeciale in excommunicatione, & cõtra ſupradicta. Et ratio eſt: quia nũquã debet quis excõicari, niſi cauſa probetur. ij. q. j. de quo vide Inno. in c. dilectis filijs. de appel. qui in hoc cõcordat.
5 ¶Tertiò,* quãdo appellandũ eſt? Et dico, ꝙ intra decem
dies: aliàs appellatio reijcitur. C. de ap. l. vl. qui dies hodie currũt à die ſentẽtiæ: vt ibi not. & in gl. ij. q. vj. anteriorũ. quia quantũ ad ſui initiũ, hoc tempus eſt vtile. currit etiã hoc tempus à tempore, quo poteſt agere, vt ibi patet: ſed quantũ ad progreſſum eſt cõtinuũ, vt ibi patet. Vnde ſpõtanea appellationis omiſsio purgat ſententiæ turpitudinem: vt no. extrà, de offi. dele. c. paſtoralis. ita quòd lapſu decẽ dierum ſentẽtia, etiã ſi iuſta ſit, executioni mãdatur: quia lapſu termini renũciationẽ inducit. ff. de acqui. hæ. l. quãdiu. in fi. Et hoc niſi iuſta cauſa ætatis, vel alia reſtitutionẽ ad appellandũ indulgeat. ff. de mino. per totũ. Nec poteſt iudex hoc tempus decem dierũ ad appellandũ ſtatutum, aut tẽpus anni, vel biennij ad ipſam proſequendũ, & tẽpus reſtitutionis in integrũ conceſſum minuere: vt not. extrà, de app. cũ ſit. & idem eſt, ſecundũ Dy. in omni dilatione, quæ datur ſine miniſterio iudicantis: vt no. extrà, de reg. iur. lib. vj. qa indultũ à iure beneficiũ nemini eſt auferendũ. Hinc eſt, ꝙ ſi iudex mãdat alicui, vt aliquid ſoluat, aut faciat, intra x. dies ei licebit appellare. vñ licet ſentẽtia ſit data ſub cõditiõe, vel etiã ad terminũ maiorẽ quàm x. dierũ, tamẽ intra x. dies debet appellari, licet cõditio in ſentẽtia adiecta nondũ exiſtat, & terminus nondum aduenerit. ff. qñ app. ſit. l. j. nec poſt x. dies licebit appellare: vt not. Inno. de app. in c. præterea. Sed ſi datur ita breuis terminus, in quo deliberare nõ poteſt ad plenũ, & ſic incipere poteſt in prõptu periculũ, vt puta triũ dierũ, vel alius minor x. diebus, qui terminus modicus appellatur: licebit à breuitate termini appellare. extrà, de dil. c. j. & hoc niſi ex cauſa minor daretur, quæ tñ cauſa eſt in di-
6 latione exprimẽda: vt no. in d. c. j. ¶* Quartò, qualiter ap-
pellatio eſt faciẽda? Et dico, ꝙ ſufficit facere viua voce ſine ſcriptis, ſi fit incõtinenti eadẽ die, iudice in eadẽ figura iudicij exiſtẽte: & hoc iure ciuili. ff. eo. l. j. C. eo. l. litigatoribus. Si aũt nõ fit incontinẽti, debet porrigere libellũ appellatoriũ intra x. dies. C. eo. authen. hodie autẽ. qui libellus debet cõtinere nomẽ appellãtis, & eius aduerſarij, & iudicis à quo, & ad quem appellatur: vt no. in l. j. §. fi. ff. eo. Exemplũ, Ego Titius dico ſententiã nullã, quã tuliſti dñe iudex cõtra me, condẽnãdo me Sẽpronio in x. libris perſoluẽdis: & ſi aliqua eſt, ego ſentiẽs me grauatũ ad talẽ iudicẽ appello in ſcriptis, petẽs apoſtolos &c. Iure aũt Canonico ante ſententiã appellãdo, nõ valet etiã eadem die, niſi fiat in ſcriptis. Vnde qñ dicitur licitum appellare viua voce, intelligit à diffinitiua, in qua nõ oportet inferri cauſam: ſi tñ appellãs viua voce ab interlocutoria exprimat cauſam legitimã, non videtur ratio, quare non valet. vbi no. ex Pan. in c. ſacro. de ſentẽ. excom. ꝙ appellans ab interlocutoria, tenetur exprimere cauſam, ſeu grauamẽ: & ſimiliter appellãs ab excõmunicatione: vt ſentit Inno. in c. per tuas. de ſen. excom. & Ioan. And. in c. venerabilibus. eo. tit. lib. vj. ¶ Quintò, à qua ſentẽtia poſsit quis appellare, aut nõ poſsit? Et dico primò, ꝙ à pœna, vel ſentẽtia legis, appellari nõ poteſt. l. ſi qua pœna. ff. de ver. ſig. & in c. quia nos. de app. & ibi glo. Et ſecundò nõ põt appellari à ſentẽtia interlocutoria, vel aliquo grauamine ante ſententiã de iure ciuili regulariter: vt in l. iij. C. quo. app. non re. & in l. ij. C. de epiſ. aud. Et ratio eſt, quia grauamẽ, quod per illã infertur, reparari poteſt per appellationẽ a diffinitiua. Fallit tamẽ, qñ iudex in criminali, vel ciuili negotio quæſtionẽ per tormenta interlocutus eſt, contra l. ante ſententiã. ff. de app. reci. quia tũc poteſt appellari. & facit gl. in l. ante ſententiæ tempus. C. quo. appel. nõ re. Et ſimiliter licet, quãdo grauamen illatũ reparari non poteſt per appellationẽ à diffinitiua. Imò quidã tenẽt, ꝙ ſemper ab ea licet appellare: vt in l. ait prætor. §. quid tibi. ff. de min. ſed primũ verius. Et tertiò nõ appellatur in iudicio momẽtaneæ poſſeſsionis, quãuis hoc liceat de iure Canonico: vt in c. ſignificauit. de teſta. Et quartò nõ appellatur à mero executore. extrà, de ap. c. nouit. niſi modum excedat, vel arctius exequatur, vt not. ibi. Et quintò nõ appellatur à terminatione, vel nominatiõe muneris, quod eſt vtilitate tãtùm priuatũ, vt tutela, & cura. ff. quãdo ap. ſit. l. j. §. ſi quis. ſed à reprobatione excuſationis poteſt appellari, vt ibi: in alijs autẽ muneribus publicis autoritate, & vtilitate, ſecus eſt. Et ſextò nõ appellatur ab arbitro: quia nulla eſt eius ſententia. vt C. de arbit. l. ij. licet hoc fieri poſsit, iure Cano. ſecũdũ Sũ. Ang. quæ allegat c. à iudicibus. ij. q. vj. ſed. vt ibi patet in textu, quicqd ſit de gl. licet appellare à iudice ordinario tãtùm, & ordinario ſimul ac arbitrario, nõ aũt ab arbitrario tantùm. Et horũ omniũ rationẽ pulchrè reddit S. Tho. ij. q. lxix. arti. iij. ad ſecundũ. Sunt aũt innumerabiles aliæ ſententiæ, & cauſæ & crimina, à quibus de iure ciuili non licet appellare. de
7 quo vide, ſi vis Arch. iij. parte. tit. ix. c. xiiij. ¶ Poteſt* verò
appellari, primò ab interlocutoria, de iure Can. ſi appellatio cõtineat cauſam ꝓbabilẽ, & nõ aliter. vt extrà, eo. c. vt debitus. Et ſecũdò à declaratione, vel denũciatione excõmunicationis, ſeu alterius cẽſuræ, ſecundũ Pan. in c. peruenit. de app. quia hæc non eſt ſentẽtia iuris, à qua non licet appellare: ſed iudicis declarãtis, q̃ eſt ſentẽtia hominis. & facit gl. in c. cupiẽtes. de elect. lib. vj. & hoc verum, niſi ſit notorius exceſſus: quia notorius criminoſus nõ auditur appellans. Facit, quod no. Inno. in c. ex parte. el j. de ver. ſig. qui dicit, ꝙ in notorijs nõ requiritur propriè ſententia: ſed fit quædam iuris executio. & text. in c. quoniã. de filijs presbyte. ſed intellige in notorio, quod non poteſt aliqua tergiuerſatione celari. Et tertiò, appellari poteſt eadẽ ratione, à declaratione pœnę legis. & glo. eſt ſingularis, in d. c. cupiẽtes. §. ꝙ ſi per viginti dies. de ele. lib. vj. Et quartò, generaliter appellari põt, à qualibet ſententia hominis, vel grauamine: loquẽdo de iure Canonico. quod tñ fallit in delegato, quãdo Papa prohibet appellationẽ: vt ſi dicat, appellatione remota. extrà, de offi. dele. c. ſuper queſtionũ. quo tamẽ caſu ſola friuola appellatio interdicitur: vt de appellatio. c. quod ſuper eo. in gl. vnde nihilominus à grauamine appellauit: quia tunc nõ contra reſcriptũ, ſed contra iudicis malitiam appellat: vt not.

ij.q.vj.dubiũ.Non appellatur etiã à correctione.de appe.
c. reprehenſibilis. Et hoc niſi modũ excedat. Nec à cita-
tione.extrà eo.cùm parati. & hoc niſi appellet à breuita-
te termini: aut niſi citatio fiat cõtra formã canonis. de re
8 ſcript.c.ij.lib.vj. ¶*Sextò, quãdo, vel qualiter non valeat
appellatio? Et dico, ꝙ non valet, ſi appelletur tertiò ſuper
eodem arti.de appel.directæ. Et San.Tho.ij.ij.q.lxix.ar.
iij.ad tertiũ. Sed hoc ſecundùm Ioã.And.vt refert Panor.
in d.c.directæ.intelligitur in eadem perſona. Archi. autẽ
dicit, ꝙ ſecũdùm canones toties licet appellare, quoties
iudex ſuperior inuenitur: ſecundũ leges autem bis tantũ:
in caſu autẽ ſemel tantùm appellatur: vt in auth.de ſacro-
ſan.ec. §. ſi quis. Nõ valet etiã ſi nõ fiat in ſcriptis, vt di-
ctum eſt. Nec ſi iudex reuocat grauamẽ, à quo appellatur.
extrà eo.cùm ceſſante. dicit tamẽ Inno. ꝙ iudex reuocare
non poteſt ſententiã interlocutoriã poſt x. dies ſine licẽ
tia illius, pro quo data eſt: poteſt autẽ ante x.dies, niſi ap-
pellans aliquas feciſſet expẽſas: quia tunc non poteſt, niſi
prius refectis expenſis, quibus non reſtitutis, nõ videtur
grauamen plenè reuocatũ. Nec ſi appellans pœniteat, nec
proſequens intra tempus ſtatutũ ab homine, vel à iure. de
ſen.ex.c.licet.lib.vj. Nec ſecũdũ aliquos, ſi nõ ſunt petiti
apoſtoli.extrà eo. cordi.lib.vj. ſed hæc petitio apoſtolo-
rum nõ eſt de ſubſtãtia appellationis: quia peti poſſunt in
tra xxx.dies, à die latæ ſentẽtiæ.extrà eo.ab eo.lib.vj. Sed
ſi intra illos nõ petãtur, deſerta videtur appellatio.C. de
ap.l.nõnulli. Nec ſi deficit in forma, vt quia nõ continet à
quo, aduerſus quẽ, & à qua ſentẽtia: vt in l.j. §.fi.ff.eo. Nec
ſi nõ interponitur corã illo, à quo appellatur.ff.de ap.l.cũ
quidã. niſi quãdo eius copia haberi nõ poteſt: quia inte-
rim etiam tempora appellationis nõ currunt: & niſi eius
violẽtia iuſtè timeatur: vt in d.l.cũ quidam. Quia tũc pro
appellãte reputat, dũmodo publicè proteſtetur: vt in d.l.
cùm quidam.& C.de his, qui proter metũ iudicis non ap-
pellãt.l.ij. Sed de hoc vide, quod plenè no.extrà, de ap.c.
appellatio. Non valet etiam ſi appellatur ad iudicem in-
feriorẽ, vel æqualem iuriſdictionẽ habẽtẽ: quia debet ad
maius tribunal appellari.diſt.xxj.inferior.etiã licet ſit ma
ior is, ad quẽ appellatur, nõ tamẽ eſt iudex cõpetẽs inter
ipſos litigãtes: ſicut appellatur ad metropolitanũ prouin
ciæ, cui nõ ſubſunt litigãtes, nec iudex à quo prouocatur.
xj.q.ij.c.j.& de offi.or.c.paſtoralis. Nec etiã ſi non fiat ex
ordine gradatim.extrà eo.dilecti.omiſſis tamẽ medijs ap
pellatur ad principẽ. Nec, ſecundũ aliquos, quãdo ſenten
tia, à qua appellatur, eſt nulla: quia ex hoc nõ videtur iudi
cium deuolutũ ad iudicẽ appellationis, ſed primus iudex
pronunciat, ſi cognoſcit.C.quo. & quãdo iud.l. ſi præſes.
ſed verius eſt, ꝙ valeat appellatio, & ꝙ iudex appellatiõis
poteſt de nullitate cognoſcere: qa & ſi non principaliter,
tamen incidenter quæritur de nullitate: quod tamẽ verũ
eſt, ſi in appellatione de nullitate fit mẽtio. extrà, de ap.c.
cordi.lib.vj. De qua quidẽ nullitate, & poſt dies decem, &
quãdocũq; poteſt obijci, & cognoſci. habes extrà, de offi.
iudi.deleg.in c.paſtoralis. §.quia verò. Et, ſecundũ Oddo
nem, tãto tempore poteſt obijci de nullitate, quãto tẽpo
re durat actio, cuius nomine iudicatũ eſt. Poteſt etiã obij
ci cõtra perſonam iudicis, ad quem appellatur, ꝙ eſt excõ
municatus, interdictus, vel ſuſpẽſus, vel infamis, vel quòd
eius iuriſdictio eſt finita: & alia, quæ obijci poſſent cõtra
iudicẽ cauſæ principalis, de quibus dicit Spe.in ti.de iudi
cijs. Nõ valet etiã, ſi appelletur ab electione, vt nõ fiat. ex-
trà, de elect.cõſiderauimus. ſed vt nõ fiat niſi canonicè be
ne valet, vt ibi. Sunt & alij caſus, quos not. Spe.in ti.de ap
9 pella.§.item. ¶*Septimò, quis poteſt, vel nõ poteſt appel
lare? Et dico, ꝙ nõ appellat is, cuius non intereſt: ſed ille,
cuius intereſt: aliàs per alium facta non valet.l.j.ff. de ap.
non reci.& c.ex ore.de his, quę fi.à ma. par.c. niſi quando
prouocaret, ſeu appellaret pro eo, q ducitur ad ſuppliciũ:
vt in l.nõ tantum.ff.de ap. Et poteſt appellare vtraq; pars,
qñ ſententia præbet diuerſa capitula: vt in c. Raynaldus.
extrà, de teſtam. ſicut aliqñ vna pars appellat à principali
ſentẽtia, per quã condemnatur: alia verò appellat à ſentẽ
tia, quia expenſæ factæ, ſibi nõ reſarciũtur: puta, quia pars
condẽnata habuit iuſtã cauſam litigãdi, quia materia erat
dubia valde. Nõ appellat etiã religioſus à correctiõe ſuo
rum prælatorũ, ſi fiat ſecũdùm ſtatuta regulæ, vel ordinis:
aut ad effugiendã eccleſiaſticam diſciplinam.c.ad noſtrã.
c.reprehenſibilis. & c.cũ ſpeciali.extrà, de ap.niſi prælat⁹
excedat modũ in corrigẽdo: vt in c.de priore.eo.ti. & de
offi.deleg. ſuper queſtionũ. §. nos autem. vide gl. fi.in d.
c.ad noſtrã. Sed & ſi modus excedat, fieri nõ debet in or-
dine appellãtis, id eſt, ad aliquẽ ſuperiorẽ ordinis præla-
tum: quãdo cõſtitutiones approbatæ per Papã hoc prohi
bent: ſed extra ordinem. Non appellat etiã ſecundùm ali
quos, confeſſus in iure Canonico: quia ipſa cõfeſſio in iu
re facit notoriũ: & à notorio nõ appellatur.extrà eo.c.cũ
ſit Romana.& hęc opinio videtur innui extrà, de ap.c.Ro
mana.lib.vj. Sed cõtrariũ pōt ex illo c. potius haberi.vn-
de iure canonico, & ciuili cõfitens appellat, iuſtã cauſam
inferendo: puta, quia errore, vel propter terrorem tormẽ
torum, vel quia confeſſionẽ expoſitã declarare intendit:
vel aliquid aliud rationabile: vt l.creditor.ff. de ap. Si aũt
appellat abſolutè, ſine expreſſione cauſæ, nõ auditur: vt di
cit Archi.in c.Romana.eo.tit.lib.vj. ¶Octauò, à quo, vbi
& ad quẽ eſt appellandũ? Et dico, ꝙ fieri debet primò à
iudice, qui pronunciauit. Et ſecundò, vbi ius reddi con-
ſueuit: cùm regulariter, quæ pertinent ad cauſas agendas,
in eo loco fieri, & agitari debẽt.ff. de inter.act.l.volui. §.
quod ait. & corã iudice, qui ſentẽtiã tulit, ſi eius ſit copia:
non p vicos, vel hortos.ff. quãdo ſit appel.l.j. §.dies. Et ſi
nõ vult ille appellationẽ recipere, punitur.l.iudicibus. &
l.quoniã.C.eo. Si aũt timetur iuſte appellare corã eo, ap-
pellatur corã aliqua honeſta pſona, vt dictũ eſt. Et tertiò
fieri debet ad ſuperiorẽ eius, q iudicauit. & in ordinarijs
hoc fit gradatim.ff.eo.l.Imperatores. & C.eo.l. addictos.
& ij.q.vj.anteriorũ. excepto Papa, ad quem omnibus præ
termiſſis appellatur, vt ij.q. vj.c.ij.& alijs ſequenti. Si ve-
rò à delegato appellat ad delegantẽ.C.eo.l.pręcipim⁹. §.
eorũ. Si autẽ à delegato delegati, ſeruetur forma poſita.
C.qui pro ſua iuriſdi.l.vnica.in fi.& in glo.ibidem. In de-
legatis verò diſtingue, quia ſi ipſi alij cauſam cõmiſerũt,
& tota iuriſdictio eſt delegata: appellatur ad primũ dele-
gantem.de offi.deleg.ſuper queſtionum. Si verò non to-
ta, appellatur ad delegãtem ſecundũ.ff. quis, & à quo ap.
ſit.l.fi. Et propterea dat cautelã Raph.Ful. in l.eo caſu.C.
de ap. quòd Epiſcopus, vel alius ordinarius deleget cau-
ſam: quia ſi appellatur à ſentẽtia, deuoluitur ad ipſum, qui
iterũ deleget cauſam appellatiõis, quæ delegari pōt: vt l.
cũ poſt ſententiam.C.de ap.not.gloſſ. & Angl in l.eos.in
prin.C.eo.titu.& ſi iterum appellet, ad eum reuertitur: &
conſequenter, cùm nõ liceat appellare tertio loco, nõ exi
10 bit de eius officio. ¶*Nonò, ad quẽ debeat appellari, cũ
deeſt iudex appellationis? Et dico, ꝙ dupliciter deeſt talis
iudex. Primò propter defectũ ſuperioris, vt qa princeps
ille non recognoſcit ſuperiorẽ in temporalibus: & puto
ꝙ à tali nõ poſſit appellari, cùm ſit loco principis, à quo
non

nõ appellatur. vnde videtur velle gl.diſt.x.quoniã. ꝙ à tali
principe nõ appellatur etiã ad papã: ſi tamẽ iniuſtitia eſſet
notoria, poſſet dici, ꝙ papa tũc adiri poteſt.ar. ex his quæ
notauit Inn.in c.cũ te.de ſen.& re iudi.& in c.licet ex ſu-
ſcepto.de foro cõp. Secundò poteſt intelligi, qñ nõ deeſt
ſuperior, ſed deficit ſpecialis iudex ſuper appellatiõe, pu-
ta ciuitas eligit ſibi Poteſtatẽ, vel aliqs princeps in ſua ci-
uitate, ſed nõ prouidit ſibi de iudice appellationis: & tũc
dic, ꝙ appellabitur ad ſuperiorẽ, qui Poteſtatẽ elegit. & fa
cit c.veniẽtes.de iureiu.hæc Pan. ſuper rubrica, de appel.
11 ¶Decimò,*ad quẽ ſit appellandũ à rectore alicuius colle
gij? Et dico, ꝙ Pan.vbi ſuprà, recitato Bar.& Inn.latius ſic
dicit: Aut ipſum corpus eſt ſeculare, nõ eccleſiaſticum, &
ipſe rector ſecularis: exemplũ in lanificibus, ſutoribus, &
ſimilibus: & tũc indubie appellatur ad maiorẽ officialẽ lo
ci, puta Poteſtatẽ: quia regula eſt, vt ſemper appelletur ad
ſuperiorẽ eius qui iudicauit: vt in l.j. C. vbi & apud quẽ.
Aut ipſum corpus eſt eccleſiaſticũ; puta, quia pro maiori
parte ſunt clerici, iuxta notata in l.fi.ff.de colle.& rector
eccleſiaſtica perſona: & tũc appellari debet immediat⁹ ſu
perior, puta epiſcopus: vt in c.Romana.eo.tit.li.vj. Si aũt
vniuerſitas eſt ſecularis, puta quia plures in eis ſunt laici,
ſed rector eſt clericus, ſicut tenetur eſſe in forma ſtatuti
propter ſcholares clericus: diſtingui poſſet ita æquè, ꝙ
quaten⁹ iudicat de ſcholari clerico, cũ iudicet vt iudex ec
cleſiaſticus, aliter in eũ nõ caderet iuriſdictio: vt no. Inn.
in c.cũ ab eccleſiarũ.de offi.ordi. appellari debet ad epi-
ſcopũ: quia regula eſt, vt ad ſuperiorẽ ſentẽtiantis appellã
dum ſit. Sed quatenus iudicat inter laicos, ad Poteſtatẽ ap
pellãdũ eſt: quia tũc licet ipſe ſit clericus, nõ tamẽ iudicat
vt iudex eccleſiaſticus, ſeu laicus, tãquã rector collegij ſe
cularis. ideo nõ appellãdũ ab eo tãquã à clerico. Hęc ille,
12 qui ad hoc multa adducit ibi. ¶*Vndecimò quęritur, ꝙ ſi
quis appellet ſimpliciter dicens, ego appello à tali veſtro
præcepto. nec dicat ad quẽ? Et dicit Spe. ꝙ valet: & intelli
gitur appellare ad proximũ ſuperiorẽ.ff.eo.l.j. quia in du
bijs nõ eſt recedẽdũ à iure, quòd ſcilicet hoc diſponit, vt
gradatim appellet. Et idẽ ſi nõ dicat, appello: ſed, ſubijcio
me ſub protectionem ſedis apoſtolicę, vel alterius iudicis
appellationis: quia habet pro appellante. ¶Duodecimò,
13 *quæ ſunt partes iudicis, à quo appellat: ſiue quid agere
debeat, ſi appellatio videt ſibi fruſtratoria? Et dico, ꝙ aut
ſibi apparet euidẽter legitima, aut euidenter fruſtratoria
& illegitima, aut de hoc dubitat. Si primũ, deferendũ eſt:
alš nõ deferẽs punit pecuniariter ſecundũ leges xxx. pon
do auri.C.e.l.quoniã. ſecũdũ canones verò deponitur ab
officio.ij.qõ.vj.decreto.& c.de priore.extrà, de app.& o-
mnia attẽtata reuocat iudex appellationis in ſtatum priſti
num.extrà de iureiur.c.veniẽtes. quia nihil eſt innouãdũ
appellatione pẽdẽte. Si ſecundũ, iudex nõ debet ei defer
re.extrà eo. cum appellationibus.li.vj. vnde ea nõ obſtãte
exequet: quia ſi deferret, nõ eſſet reuerẽtia, ſed malitia &
imprudentia: & ſic teneret.ff.de euic.l.ſi per imprudẽtiã.
& faceret litẽ ſuã.Inſt.de obl.ex quaſi delic. §.impij. quan
uis iudex appellatiõis poſſit tractare quod actũ eſt: vt no
tat ij.q.vj.ad Romanã. Si tertiũ, debet deferre.extrà eod.
cum ſpeciali. poteſt tamen vti cautela verborũ, quæ legit
& notatur eo.ti.cũ ceſſante. ſcilicet dicendo, admitto ſi &
inquantũ de iure debeo. Et cũ petunt apoſtoli, poteſt iu-
dex ſumere dilationẽ ad cogitandũ quos apoſtolos velit
dare: & ſi defert appellationi, ſecundũ Arch, dicat, appella
tioni defero, & apoſtolos reuerẽtiales cõcedo. ſi verò nõ
defert, dicat, appellationi nõ defero, & apoſtolos refutato
rios concedo. Quãdo verò appellatur in abſentia iudicis
ex metu: appellatur corã aliqua honeſta perſona, & ab ea
14 dantur apoſtoli teſtimoniales. ¶*Decimotertiò, quæri-
tur quę ſint partes iudicis appellationis in faciẽdis inhibi
tionibus iudici à quo appellatũ eſt, ne pcedat? Et dico, ꝙ
circa hoc dicit Spe. valde plenè in ti.de app. §. de officio.
& breuius Arch.iij.parte.ti.ix.c.xiiij.circa fi. de qbus bre
uiſſime dicitur ſic: Cõparẽte corã eo appellatore, nec eũ
debet audire, nec ad citationẽ, vel inhibitionẽ pcedere,
niſi facta fide de ſua appellatione: quia nõ pōt dici deuo-
lutum ad eũ cauſæ negotiũ: vt in c.Romana.de app.li. vj.
Illa verò exhibita corã eo, ſi apparet interpoſita ante ſen-
tẽtiã, & nõ eſt ibi cauſa iſerta, faciat idẽ: imò illã omnino
reijciat: vt in d.c.Romana. Et idẽ eſt, ſi ſit interpoſita à ſen
tentia diffinitiua, in caſibus à iure expreſſe phibitis: qui
ſunt.ff.de app.reci.l.fi. quia reijciẽda eſt.ff.vbi ſ.per totũ.
Si verò de prædictis nõ apparet, & eſt dubiũ: debet partes
citare: quia de vnoquoq; negotio pſentibus &c.ff. de re.
iud.l.de vnoquoq;. & appellato nõ cõparente poteſt inhi
bere: imò & pronũciare in cauſa, ſecũdũ Azo. altera parte
abſente. Sed partibus præſentialiter cõſtitutis, ſi ſic oppo
natur, ꝙ cauſę negotiũ nõ ſit ad eũ deuolutũ, quia ſcilicet
appellatio nõ valuit: nõ debet inhibere, niſi prius cõſtite
rit cauſam ad ſe delatã.de reſcri.dilectus. & in d.c.Roma
na. Quando autẽ appellatũ eſt ante ſentẽtiã, & obijcitur,
ꝙ nõ eſt emiſſa ex cauſa probabili: tũc ſi appareat patẽter
probabilis, puta in iure expreſſa, poteſt inhibere antequã
cognoſcat vtrũ ſit vera: vt extrà, de app.c.nõ ſolũ.li.vj. &
inhibitione facta nil eſt innouandũ: extrà, vt lit.pen.nihil
inn.& ideo reuocãdũ eſt ſi innouetur. Si verò dubitat an
cauſa ſit probabilis: nõ debet inhibere, donec incipiat co
gnoſcere: vt in d.c.Romana. quę cognitio in hoc videtur
cõſiſtere, vt ſufficiat ſuper hoc litẽ cõteſtari: & ex tũc inhi
beat: quia tũc iudiciũ cognitionis initiũ ſumit: quę quidẽ
litis cõteſtatio in cã appellationis fit etiã vna parte abſen-
te. hęc Arch. qui etiã ibi multa alia ponit circa reuocatio-
15 nẽ innouati. ¶*Decimoquartò, vtrũ valeat ſtatutũ, vel or
dinatio alicui⁹ municipij, ꝙ appellari nõ poſſit, niſi ad iu
dicẽ illius loci? Et videtur ꝙ ſic: quia ſtatutũ eſt quidã co-
ſenſus & pactũ ciuiũ illius loci vbi fit. cõſtat aũt, ꝙ poteſt
quis remittere per pactũ ius appellãdi. C. de tẽp.ap.l.fi.er
go & per ſtatutũ: maximè cùm per ſtatutũ tollitur ius cõe
in illo municipio.ff.cõia præd.l.vẽditor. Sed tamẽ in cõ-
trariũ eſt veritas: qa iuriſdictio collata in iudices appella-
tionũ per legẽ aut principẽ, per ſubditos tolli aut minui
nõ pōt.diſt.xxj.inferior. imò etiã ponitur neceſſitas obſẽ
quendi.extrà, de cõſt.ca.eccleſia. quia iam ex hoc videret
eneruari iuriſdictio imperij & eccleſię Romanæ, & vires
principalis negotij exhauriri.C.de prec.Impera.offe.l.iij.
circa quod nulla cõſuetudo valere pōt: extrà, de cõſue.c.j.
Itẽ pactũ litigatorũ facere nõ poteſt, ꝙ appellatiõi gene
raliter renuncietur.extrà, de ap.ca.ij. ergo nec ſtatutũ. Itẽ
tale ſtatutum eſſe diminutiuũ iuriſdictionis & libertatis
eccleſiæ, & imperij: ideoq; ipſo iure eſt nullum. Et hæc eſt
veritas: qa in oibus ſemper intelligit ius ſupioris exceptũ.
de iureiu.veniẽtes. Poſſent tñ municipes nõ cõdẽdo legẽ
16 renũciare appellationi: vt no.Inn.in d.c.veniẽtes. ¶*De-
cimoquintò querit, quid cùm aliquis timẽs ſibi inferri in
iuriã ab aliquo iudice, pcipit ei ex parte principis, ne ſibi
iniuriã faciat, & arripit iter ad Principẽ? Et dico, ꝙ hoc p-
ceptũ cũ arreptione itineris habet vim cuiuſdã extraiudi-
cialis appellationis, qa per hoc videt poſitus ſub Principis
protectione. facit quod no.Bar.in l.de pupillo.ff.de noui

ope.nũci.& Inn.& Ioã.And.in c.vt debitus.de appel.facit
etiam cap.dilecti,el j.& c.ad audientiã.eo.tit.vbi patet, ꝙ
arreptio itineris ad ſuperiorem conſtituit ſub eius prote
ctione:& tali inferens iniuriã punitur, dum ius contẽnit,
& eum ſub cuius protectione ſe poſuit:vt not.Pan.in c. in
17 cauſis.de elec. ¶*Decimoſextò,vtrũ prorogari poſsit ter
minus appellanti conſtitutus? Et dico,ꝙ terminus proſe-
quendę appellationis eſt triplex. Primus ſtatus ad iter ca
piendũ,de ſen.& re iudic.cũ cauſa.Secundus ad ſe præſen
tandũ iudici:vt in c.cùm ſit Romana.& hi duo ſunt ab ho
mine.Tertius ſtatuitur à lege,annus, vel bienniũ.Primus
ergo & ſecũdus prefigi & limitari põt tã à iudice, quàm
à parte.extrà eo.Romana.& c.oblatæ.& tenetur appellãs
proſequi cauſam ſuã intra terminũ ſibi prefixũ:vt ibi dici
tur.quod ſi non faciat,proceditur,& fit vt no.in c.ſępe. in
glo.de ap. Si verò nec à iudice,nec à parte aſsignatus eſt
terminus:tũc licet appellato etiã ante finẽ anni, vel bien
nij impetrare iudicẽ,& cauſam appellationis corã eo pro
ſequi tenebitur appellãs: vt in d.c.oblatæ.niſi appellãs im
petratum iudicem vt ſuſpectũ recuſet, & niſi præmaturè
18 fuerit ab appellato iudex impetratus.¶*Decimoſeptimò
vtrũ poſsit agi contra iudicẽ ad intereſſe pretextu inique
ſententię?Et dicit Pan.in rubr.de appel.ꝙ ſic,ſiue nõ fue-
rit appellatũ excommunicando lites,ſiue ſuccumbens bis
appellauit:& nunc nõ licet tertiò appellare. Nec obſtabit
exceptio rei iudicatæ:quia ad aliũ,& contra aliũ nũc agi-
tur.de quo vide bonam gl.& quod ibi no.in c.paſtoralis.
§.quia verò.de offi.deleg.ibi idẽ Inn.& doc.in c.ſępe. de
appel.& Io.poſt Inn.in c.ſacro.de ſen.excõ.Idẽ Bar.in l.j.
ff.eo.in verſi.vlti.Arbitrator autẽ tenetur ſolùm de dolo
& lata culpa.l.ij.ff.de ꝓxenetis.& in l.fi.ff.ſi menſ.fal.mo.
di.& Bar.ibi. & idẽ dicẽdũ in aſſumẽtibus officia ſimilia.

DE APOSTASIA,& Fuga Monachorum.

1 *Apoſtaſia,quæ à Dei militia defectio eſt,tribus modis cõtinge-*
re poteſt.Vnde & Apoſtaſiæ ſpecies triplex conſtituta eſt.
2 *Apoſtatæ ſpeciei primæ,et hæretici,& inteſtabiles habẽtur:ac*
proinde excõmunicati.quorum bona confiſcantur:nec poſt per-
actam pœnitentiam ad priſtinum ſtatum admittuntur, ut qui
infames habeantur.
3 *Secunda Apoſtaſiæ ſpecies in quo conſiſtat.& in quo tertia.*
4 *Apoſtata à fide,aut uerè, aut apparenter quis dicitur. Et id*
quot modis eſſe poſsit.Et ibidem Apoſtatam omnem hæreticũ
eſſe,non contra.
5 *Apoſtata à clericatu quis cenſendus ſit, & cuinam clericorum*
generi conueniat huiuſmodi Apoſtaſia.
6 *Clericus in ſacris deferens ueſtes uirgatas,aut partitas, quibus*
& quot concurrentibus Apoſtata efficiatur.
7 *Clerici Apoſtatãtes qualiter peccent,& ad quid coërcẽdi ſint.*
Et quomodo cum his,qui in ſacris ſint,ſi uxorem duxerint, di-
ſpenſandum.Et quid ſi in minoribus.
8 *Tonſuram primam ſi quis ſemel aſſumpſerit,num eam deſerere*
liberè,ac impunè poſsit.
9 *Apoſtata ab religiõe,quis dici poſsit.Et quis ſit.Et quis eiectus.*
10 *Eiecti ac fugitiui,ſi redeant,num admittendi ſint.Et quid, ubi*
regula ac uita, & Canon, ordinis receptionem non admittit.
Et an huiuſmodi fugitiuos,teneatur Abbas,& id quãdo,requi
rere.Et ter egreſſum regula Bernardi nõ admittit.Et quid tũ.
11 *Apoſtatantium pœna,quænam ſit.Et id per ſingula Apoſtaſiæ*
genera proſequitur.
12 *Monachus Apoſtata fugitiuus,aut eiectus,cuinam interim ac*
quirat.Et fugitiuum monachum cum bonis interim quæſitis,
num poſsit Abbas diuẽdere.Et quid ſi huiuſmodi fugitiuus diu
in quaſi poſſeſsione libertatis perſtiterit.
13 *Conieçto & traducto in monaſterium aliud,quiſnã impenſas*
miniſtret.Et quid ſi monaſt.ad nouã regulam reformato,optio
ne monachis antiquis data,ut ibidem poſsint libere permanere,
ſi alibi eligant manere,ac uiuere,quorum impenſis alentur.

1 APOSTASIA*ſecundũ Etymologiam vocabuli di-
citur quaſi retroſtatio,vel retromiſsio,ab apo,quod
eſt re:& ſto,quod eſt ſtare:vel ſtolos,quod eſt miſsio.Sed
quantũ ad vſum loquentiũ,importat quandã retroceſsio
nem:quia ſcilicet qui nõ progreditur,retro ſtat, niſi regre
diatur primò,vel quandam retromiſsionẽ pro quãto pro
gredientem in via Dei diabolus ſuggerendo retromittit.
Quantum aũt ad propoſitum pertinet,ſicut dicit S. Tho.
ij.ij.q.xij.apoſtaſia importat retroceſsionẽ à Deo:quę tri
bus modis fit,ſecundũ tres modos coniũctionis ad illum,
ſcilicet per fidẽ,obedientiam,& religionẽ.Vnde ſecundũ
Ray.Gofr.Hoſt.& Alex.& mentem S.Tho.ſic diffinitur:
Apoſtaſia eſt temerarius à ſtatu fidei,obedientiæ, vel reli
gionis receſſus.Et ſic triplicẽ collige apoſtaſiam:vt etiam
notat gl.in c.j.de apo.Prima eſt perfidiæ,qua ſcilicet quis
recedit à fide.Et intellige ſecundũ Archidiaconũ,quãdo
ſimpliciter & ex toto recedit. In qua apoſtaſia fuit Iulia-
nus apoſtata:vt in c.Iulianus.xj.q.iij.& quicunq; recedit
2 à fide.ij.q.vij.non poteſt.Et* iſti,ſecundũ Hoſtiẽ.in d. c.j.
ſunt verè hæretici:& in ipſis locum habent omnia iura lo
quentia de hereticis:& cõſequenter ſunt excommunicati
ipſo facto.extrà,de hære.excõmunicamus.el j.& ij.Et ita
tenet Inn.in d.c.j.nec poſſunt etiã condere teſtamentũ:&
eorum bona cõfiſcantur:nec peracta pœnitẽtia redeũt in
priſtinũ ſtatum.C.eo.l.ij.& iij.& hodie iſta confiſcatio fit
ipſo iure.extrà,de hæreti.cùm ſecundũ.lib.vj.& recipi de
bent,ſicut hæretici:de quibus infrà Hæreticus. Itẽ ſunt in
fames,& repellũtur à dignitatibus,& alijs multis.de iure
3 iuran.querelã.vj.q.j.infames.& cõcor. Ray.Secunda*in-
obedientiæ,quæ ſcilicet importat voluntatem à mãdatis
Dei reſilientẽ:& in omni peccato mortali inuenitur,vt di
cit S.Tho.Sed tamen iſta inobedientia aliquãdo venit ex
infidelitate:vt puta ex hoc,ꝙ credit Papã authoritatẽ non
habere condendi canones. & talis vt hæreticus puniri de
bet.xix.diſt.nulli fas.vbi dicit Hug. ꝙ eſt excõmunicatus
& hæreticus,& ſchiſmaticus.c.licet.de elec.c.excõmuni-
camus.de hære.& Pan.in cle.j.de æta.& quali.dicit, quòd
eſt infamis.& no.gl.vj.q.j.infames.& in c.generali.de elc.
lib.vj.& ibi Gemi.Aliquãdo autẽ venit ex cõtemptu for-
mali.ſ.quo quis cõtemnit obedire præcepto Dei, ſiue ca-
nonum,ſiue prælatorũ:& talis efficitur infamis,& repelli
tur à teſtimonio,& eſt excõmunicãdus. iij.q.iiij.ſi quis à
ſuo.xj.q.iij.ſi autem nobis.Et ſi perſtiterit in contumacia,
creſcere debet & pœna.extrà,vt lite nõ cõteſtata. quoniã
frequenter.& ſi redierit, non prius excõmunicatus recipi
tur ad pœnitẽtiã:excõicatus autẽ prius recipitur cum ſa-
tisfactione,quã facere tenẽtur excommunicati iniuriam
paſsis,ſecundũ Sum.Cõfeſ.Aliquando autẽ venit ex igno
rãtia,vel fragilitate,ſiue appetitu alicuius delectabilis:&
tũc minus punitur.Et de his vide infrà Obediẽtia.& infrà
Contẽptus.Tertia eſt irreligioſitatis,ſiue irregularitatis.
& hæc eſt duplex: vna ſcilicet, qua quis à ſtatu clericatus,
alia qua à ſtatu aſſumptæ religionis recedit.xlvij.diſt.quã
tumlibet.xvj.q.j.legi.Et de iſta tertia hîc principaliter in
4 tenditur. ¶*Primò verò quæritur,quis dicatur apoſtata
à fide?Et dico,ꝙ is qui receſsit à fide penitus, ſecundũ Ar
chidiaconum,& ſponte,vt videtur velle Ray.& hoc vere
quo ad Deũ,aut apparẽter quo ad eccleſiã,quę nõ iudicat
de occultis.Ex his infero primò,ꝙ recedens à fide in par-
te,puta

te puta quia decredit reſurrectionem, licet credat incar-
nationẽ,non eſt apoſtata,ſed hæreticus : quod eſt in plus:
quia omnis apoſtata eſt hereticus,& nõ ecõtra.Secundò,
ꝙ faciẽs id quod faciũt recedentes penitus à fide, vt ado-
rans idola,vel ſepulcrum Machometi,non eſt apoſtata, ſi
hoc nõ facit ſpõte,ſed ductus timore,nec hæreticus, vt te
net Ray.nec etiã eſt excõicatus:ſed tamẽ peccat mortali-
ter,vt idẽ dicit. Tertiò,ꝙ nec qui vtitur habitu infideliũ
nõ ſponte,id eſt,re ipſa delectatus:ſed timore, vel alia iu
ſta cauſa, imò ſine peccato in caſu fieri poteſt,vt dicit Ver
uec.ſicut beatus Sebaſtian⁹ ſub chlamyde militari Chri-
ſtiani militiã gerebat abſconditã:niſi, inquit Veruec. eſ-
ſet inſtitutũ aliquod determinatũ ſignũ,ad cognoſcendũ
profeſſores alicuius idololatriæ:quia eo caſu non liceret.
Sed tamẽ nõ intelligas,ꝙ eo ipſo ꝙ non liceret,iudicaret
apoſtata,niſi appareret ꝙ talia ſponte deferat. Quartò, ꝙ
qui haberet ſanam fidem catholicã in animo, & nec tamẽ
extrinſecus oſtẽderet ſe ab illa ſponte recedere:puta adeũ
do partes Sarracenicas ex deſperatione vel libidine du-
ctus:& ibi ſeruãdo ritus eorum,quãtũ ad eccleſiam, eſſet
vere apoſtata:quia eccleſia de occultis nõ ſe intromittit:
vt infrà Excõmunicatio.vij. §.ij.vnde frequẽter aliq tales
fatentur ſe nũquam fidem catholicã perdidiſſe:& tamen
5 vt apoſtatæ recipiuntur. ¶Secundò* quæritur, quis dicat
apoſtata à clericatu,vt de inobediẽtia tanquã de manife
ſta taceatur?Et dico quòd apoſtaſia nõ cõuenit clerico in
minoribus,quia impune põt ſeculariter viuere,& renun-
ciare in totum ordini clericali:& ſi non verbo, ſaltẽ facto
exercendo actũ omnino contrariũ:vt docet Pan.in c.tuæ.
de apo.fallit tamen ſecundũ Inno.vt recitat ibi Pan.ſi ha-
bet beneficium:quia eſt apoſtata,ſi dimittat habitũ & tõ-
ſuram:& cogi põt habitum reaſſumere.ſecus ſi habitũ ſo-
lum,ſecundùm Inno.licet alij dicant contrarium : & facit
pro Inno.cle.quoniam.de vit.& hon.cle.vbi non punitur
clericus in minoribus portans veſtes inhoneſtas,niſi etiã
portet tonſuram:quam ſi portat,punitur deferens veſtes
laicales.ſecus ſi per omnia incedit vt laicus.Si aũt cleric⁹
ſit in ſacris,eſt apoſtata,dimittendo ſolũ habitũ, ſecundũ
Pan.quod intellige,quando dimittit non aſſumptur⁹ ſta-
tim,ſed conuerſaturus laicaliter: imò ſi ducat vxorem,li-
cet retineat inſignia clericalia in fraudẽ.extrà,de cler. cõ
iu.ex parte.& gñaliter quicũq; talis ad negotia ſecularia
ſe cõuertit.extrà,de vi.& ho.cle.ex literis.& de ſen.excõ.
6 in audiẽtia.& c.perpendimus.*Igitur colligi põt,ꝙ cleri-
cus apoſtata,eſt clericus in ſacris deferẽs habitũ,vt laicali-
ter viuat,aut laicaliter viuẽs,vel cõſtitutus in minoribus,
cũ beneficio nõ deferẽs inſignia clericatus, animo viuen
di laicaliter.Vnde clericus in ſacris portãs veſtes virgatas
vel partitas nõ eſt apoſtata,niſi cõcurrẽtibus duobus.Pri-
mò,ꝙ ita ſint alteratæ vt nõ cẽſeant habitus clericalis.Et
ſecũdò niſi taliter deferat eas, vt appareat eũ renunciaſſe
clericatui,& velle viuere laicaliter.eſt tamẽ hoc ei & re-
ligioſo illicitũ,ſecundũ Inn.in clem.quoniã.de vi. & ho.
cle.imò peccat mortaliter,vt patet per no.in d.cle.niſi qñ
cã paupertatis portaret veſtes diuerſi coloris:quia ſecun-
dũ Zen.& Imo.tũc nõ cadit in pœnã d cle. ſimiliter ſecũ
dũ Zen.nec is in eã cadit,q talẽ veſtẽ cõtinuè nõ portat,
nec cã vſus ꝓprij,ſed ob feſtũ doctorale,vel vxorale,ſimi
le,vel ob honorẽ alicuius magnatis,de cuius vrbe eſt, qa
dicta cle.loquitur de vſu, qui cõtinuationẽ not.dicit etiã
Veruec.ꝙ clericus cõiugatus vtẽs tali veſte,perdit priuile
giũ clericale:qa eſt veſtis laicalis.& alleg.de cleri.con.c.j.
7 li.vj.Et de hoc etiã j.Excõicatio.vj. ¶Tertiò,*vtrũ & qua-
liter peccẽt clerici apoſtatãtes?Et dico ꝙ ſi ſunt in ſacris,
peccãt mortaliter:& coërcẽdi ſunt ad reaſſumendũ habi-
tũ & tonſurã:vt in d.c.tuæ.de apo.Quomodo aũt diſpen
ſetur cũ eis,ſi acceperint vxorẽ de facto,j.Bigamia. §.vij.
Exiſtentes aũt in minoribus,ſecundũ Alex.peccãt apoſta
tãdo prima vice:quia faciũt cõtra illud quod dixerũt:Do
minus pars hereditatis meę &c.nõ aũt peccãt poſtea.& ſe
cundũ aliquos peccãt mortaliter.vide Rich.in iiij.diſ.xx-
iiij.tenet ꝙ habẽs primã tonſurã,nõ poteſt eã deſerere ſi
ne peccato mortali:quod tamẽ limitat bene Naaſon,verũ
qñ ex ſola libidine laicãdi deſerit:ſecus ſi ex cauſa rõnabi
li.Ego verò dico,ꝙ quantũ eſt ex parte deſertionis,nullo
modo mortaliter aut venialiter peccat , ſed ſolũ ex inten
tione deſerẽdi:quia nec voto nec iuramẽto,nec precepto
aſtrictus eſt ordini clericali,ſed liber eſt ad laicãdũ, licet
peccet laicando ſine bona intẽtione vel cã.& hæc haberi
poſſunt ex c.fi.de vi.& ho.cl.& ex c.Ioannes.de cle.cõiu.
vnde ſecũdũ Pã.põt clericatui renũciare facto:imò & ver
bo pari ratione,licet Pan.hoc neget,ſine ſufficiẽti ꝓbatio
ne:quia c.ſi diligẽti.de fo.cõp.quod adducit,põt intelli-
gi de clerico aſtricto, id eſt,exiſtẽte in ſacris.& irrationa-
bile eſt,ꝙ liceat mihi de facto renũciare clericatui,& lai-
caliter viuere:& nõ liceat mihi dicere, ꝙ ſic facere volo.
8 Pro*hoc ſcito ꝙ de hoc antiquitus fuerũt opiniões,vt no.
in Sũ.Cõf.li.j.ti.vij.q.vij.Et licet p antiqua iura videat,ꝙ
habẽs primã tõſurã,eam deſerere nõ poſsit,hodie tñ hoc
põt,tã de cõſuetudine q̃ de iure,vt dicit Sum.Piſ.& cõcor
dat Albe.& habetur c.vno.de cle.cõ.li.vj. vbi patet,ꝙ tali
cõtrahere licet,& cõſequẽter ſe ad ſecularia cõuertere.Si
tñ talis habeat bñficiũ,& illud retinet, peccat mortaliter:
& eſt apoſtata verè.de coh.cle.& mu.c.Io. & diſt.xxx.c.fi.
9 ¶Quartò*quæritur,quis dicatur apoſtata à religione?Et
dico,ꝙ nouitio cõſtituto in ꝓbatione apoſtaſia nõ cõue-
nit,qa exire põt ſine peccato,niſi peccet ex intẽtione vel
cauſa exeũdi:vt j.Religio.v. §.viij.In ꝓfeſſo aũt apoſtaſia
& fuga vidẽtur æquipollere,ſecũdũ Ray.dicẽtẽ ꝙ nõ de-
bet iudicari apoſtata ſeu fugitiuus, etiã ſi ad lõginquum
diu euagetur,niſi poſtquã ſic viuit,ꝙ animũ redeũdi ſe de
poſuiſſe oſtẽdit.ff.de re mil.l.deſertorẽ. hæc ille: q videt
vti ly ſeu,expoſitiuè,p id eſt,ꝓpriè tñ ſecũdũ Io.An.fugi
tiuus eſt,q per ſe exiuit,& ſtetit extra monaſteriũ ſe celãs
abbati,quod ſufficit:licet poſtea ductus pœnitẽtia redeat
ad abbatẽ.ff.de ædi.edi.l.quis ſit fugitiuus.Igit collige,ꝙ
apoſtata à religiõe eſt religioſus ꝓfeſſus,ſine licẽtia exiẽs
à monaſterio,cũ intẽtione non reiterãdi illud vel aliud,
ſed viuẽdi irreligioſe, puta clericaliter, aut laicaliter,vel
inobedienter:vnde ſi egrediatur quidẽ, ſed intrat mona-
ſteriũ laxius,nõ eſt ꝓprie apoſtata,ſecũdũ gl.in c.fi.de a-
po.& in c.ex parte. imò ſecũdũ aliquos,nec fugitiuus. qd
intelligo ſi licitè intrat,id eſt,cũ aliqua licẽtia: vel ſi ĩtrat
monaſteriũ eiuſdẽ religionis,licet nõ eiuſdẽ rigoris,quo
rũ vtrũq; ſubſit eidẽ ſimpliciter:alioqn capi poſſet à prio
ri plato vt fugitiuus ſubditus.Si verò exeat & tñ retineat
habitũ & tõſuram,ſed nõ ingrediatur aliud monaſteriũ,
nec ſubijcit ſe alterius obediẽtiæ,eſt apoſtata ꝓpriè, ſecũ
dũ Inn.in c.fi.de renũtiatione.& in c.intelleximus.de æt.
& qual.qa oportet,ꝙ ingrediat monaſteriũ,ſi vitare vult
apoſtaſiã.& de hoc no.c.ex pte.de tẽp.ordi.& in c.Ioã.de
reg.Et ſic patet ꝙ omnis apoſtata eſt fugitiuus,nõ ecõtra.
Eiectus aũt dicitur,q à ſuo ſupiore forte ſua culpa exigen
10 te fuit eiect⁹. ¶Quintò,*vtrũ eiecti & fugitiui reuerti vo
lẽtes admittẽdi ſint?Et dicit d.Anto.de But.ꝙ ſic,imò ad
hoc plati cõpellũtur.extrà,de reg. ne religioſi. & hoc niſi

regula cõtradicat: qa cõtradicẽte nõ ſunt habẽdi in dere-
licto, ſed ſunt alimẽtandi in locis cõpetẽtib⁹, ſi id ſine ſcã
dalo graui fieri põt: alioquin in alijs domibus eiuſdẽ ordi
nis id fiat: vt ibi dicit etiã Arch. quòd regula vt authenti-
ca põt allegari & diſponere, vt nõ recipiãtur vagabũdi: &
quòd monaſteria, etiã ſi ordo repugnet, arctari pñt ad ꝓ-
ſtandum alimẽta fugitiuis & eiectis, vbi velint ad cor re-
uerti. ¶ Sextò q̃ritur, vtrũ monachi apoſtatæ ſiue fugiti-
ui ſint à ſuo abbate requirẽdi? Et dico, ꝙ abbas & quilibet
conuẽtualis prælatus, requirere debet monachos fugiti-
uos: & ad clauſtrũ reducere ſalua ordinis diſciplina. extrà
de regu. ne religioſi. alioquin ſi redire volentem recipere
noluerit, imò ſecundũ Archi. ſi eũ reuocare neglexerit, &
ipſe manẽs in ſeculo acq̃ſierit aliqua, & poſtea moriatur
extra monaſteriũ nõ receptus: nihil de bonis eius petere
põt abbas: quia impiè monacho ſuo alimẽta negauit: ex-
trà, de lãgui. expo. c. vno. vbi de hoc in gl. & ꝑtinebit ad ſe
cundũ monaſteriũ, ſi ingrediatur illud: aliàs ad episcopũ,
ſecũdũ Archi. Et hoc verũ eſt, ſi cõuẽtus tot⁹ aut pars ma
ior delinquit: aliàs delictũ perſonæ in dãnũ eccleſię redũ
dare nõ debet, ꝑ regulã, delictũ. de re. iur. li. vj. idẽ aũt vi-
detur de monacho eiecto, de quo ſimul cũ fugitiuo loq-
tur. d. c. ne religioſi. Sed tamẽ iſta req̃ſitio ibi mãdatur &
præcipitur fieri annuatim in tpe capituli. Quãdo tñ aliqs
talis eſſet ſcãdaloſus & periculoſus alijs, & aptè nõ poſſet
capi, corrigi & detineri: fortè prælatus vel cõuẽtus nõ te
netur reducere talẽ, ſecundũ Archi. ne alijs noceat, ſi non
ſperatur poſſe emẽdari: qa vtilitas cõis ꝑponitur priuatæ:
q̃ etiã nõ ſequeretur in incorrigibili. xxiiij. q. ij. reſecãdæ.
Si aũt ſperatur correctio vel impeditio malorũ eius, ſi co
erceatur vel detineatur: tenetur prelatus vel cõuentus eũ
corrigere, & cogere ad redeũdũ: extrà, de apo. à nobis. &
ſi nolũt, debẽt incarcerari: vt ibi. ¶ Septimò q̃ritur de q-
buſdã terminis cõtentis in duobus. §. prioribus. Et dico,
ꝙ exẽplũ qñ prædicti recipi nequeũt ſalua ordinis diſci-
plina, ponitur in regula beati Benedicti, q̃ habet, ꝙ ter e-
greſſus monaſteriũ, ad monaſteriũ recipi non debet: vt in
c. ij. eiuſdẽ regulæ: loca aũt cõpetẽtia, in q̃bus ponũtur qñ
regula ꝓhibet receptionẽ, ſecũdũ An. de Bu. ſunt loca ſer
uiẽtiũ, cũ q̃bus ponẽtur, nõ cũ monachis: vel, ſecũdũ Ho.
ponẽtur ĩ ergaſtulis, de quib⁹ exire nõ poſſint. Graue aũt
ſcãdalũ dicitur, qñ alij dicũt ſe poti⁹ exituros q̃ moratu-
ros cũ illo, qa cũ eo durare nõ poſſent: ſicut & Ho. dicit ſe
aliquãdo vidiſſe de facto, & ſimiliter Arc. in quadã monia
11 li. In hoc tñ puto ſtãdũ arbitrio bonorũ. ¶ Octauò* quæri
tur, quæ ſit apoſtatãtiũ pœna? Et dico, ꝙ apoſtatæ à fide q̃
cito denunciãtur excõmunicati ꝑ ſñiam ipſo facto, eorũ
ſubditi abſoluti ſunt à dominio & iuramento fidelitatis,
quo eis tenebãtur. Iulianũ tamẽ tolerauit eccleſia: qa non
habebat cõpeſcẽdi ptãtem de facto, ideoq; fideles obedie
bãt ei in his quæ nõ erãt cõtra fidẽ, vt dicit Ambr. xj. q. iij.
Iulianus. & hoc ad vitãdũ ſcãdalũ maius ꝑſecutionis. Apo
11 do. l. litigatores. de arbitris. ¶* Duodecimò quæritur, qs ſit ipſe bonus vir, ad cuius arbitriũ recurritur pro iniqtate arbitramenti? Et cõiter dicitur, ꝙ eſt iudex loci. l. continuus. ff. de ver. ob. & gl. in c. potuit. de loca. vbi dicitur, ſecundũ Pan. ꝙ vbi fit mẽtio de arbitrio boni viri in gñe, intelligitur de iudice. per d. l. cõtinuus. no. etiã. gl. in c. ſtatutũ. de reſcrip. & ſequitur ibi Gemi. & Spe. in tit. de arbi. Sed iſta intelligo vera in foro cõtentioſo. in ſpectantibus aũt ad forũ animæ, bonus vir dicitur prudẽs, & timorat⁹: & (vt inquit Bald. in l. j. circa mediũ. C. de ſolu.) qui facit alteri, qđ vellet ſibi fieri. Sed reſultat alia queſtio: cũ fiat aliqñ cõpromiſſum à clerico in laicum, & ecõuerſo: vel ſi oẽs cõpromittentes, & etiã arbitrator, ſunt laici, ſed diuerſi fori: quia tũc dubitatur, an iſte iudex cõpetens ſit iudex arbitratoris, vel iudex rei, vel actoris. Et, vt recitat Bar. in d. §. arbitrorũ. cõiter tenẽt aduocati, ꝙ ſit iudex appellatiõis: cũ iſta reductio ſit quædã ſpecies appellationis. l. nõ diſtinguemus. ff. de arbi. §. cũ quidã. ipſe verò hoc nõ tenet: ſed potius ꝙ iudex, q habet iudicare in principali cã, ita ꝙ ſi actor ĩ cauſa originali petit reductionẽ, debet recurrere ad iudicẽ rei: ſi verò ipſe reus petit, habet recurrere ad iudicẽ ſuũ. Et hoc placet do. Ant. niſi laudũ eſſet iuratũ, & dubitaretur ſuper reductione propter iuramẽtũ: quia tũc deberet adiri iudex eccleſiaſticus: vt in d. c. Quintauallis. Et idẽ ſi laudũ eſſet in materia pertinẽte ad eccleſiam, vt ibidẽ: vel ſi euidẽs nutriret peccatũ: de iud. nouit. Pan. tñ dicit, ꝙ ſi ex forma ſtatuti municipalis laudũ habeat executionẽ paratã, debet adiri iudex arbitratoris. & ꝙ vbicũq; pro parte eccleſiæ petitur reductio, ex ſpeciali priuilegio poterit adire iudicẽ eccleſiaſticũ, ſi allegatur fraus, vel minus legitimus cõtractus: vt in omni caſu voluit Inno. vtrũ aũt à tali iudice in cauſa reductionis poſsit
12 appellari, vide Pan. vbi ſuprà. ¶* Decimotertiò, vtrũ arbitrator debeat pronũciare partib⁹ pręſentib⁹? Et dicit Cy. ꝙ ſic: aliter ſentẽtia nõ valeret. & ſequitur Bar. licet recitet quendã ſolennẽ aduocatũ cõſuluiſſe cõtrariũ. Fran. autem de Are. quem ſequitur do. Anto. dicit, ꝙ ſi partes ſunt pręſentes in diſcuſsione, nõ eſt neceſſaria vocatio in arbitratione. Si aũt nõ fuerũt pręſentes in diſcuſsione, vel nõ cõſtat, dicit ꝙ ſi nõ requirũtur, nõ propter hoc laudũ eſt nullũ: quia talis modus procedẽdi, nõ reperitur ſtatut⁹ à iure in ipſis arbitratoribus: quia habẽt poteſtatẽ arbitrãdi æquũ, ſine obſeruatione alicuius formæ: debẽt tñ de honeſtate partes vocari: & ſi detrectẽt venire, nõ cogitur iudicare: quia poteſt dicere, ſibi nõ liquere de cauſa: & hoc modo ſtare poterit ꝑ nõ venientẽ quo minus arbitretur. Et hãc opinionẽ ſequitur Pan. & originaliter fuit Guliel. de Cu. & ſequitur Bal. & Car. & Hoſ. in eo, quòd ſentit arbitratorẽ poſſe teſtes recipere, & publicare, & ſentẽtiã ferre partibus abſentibus. Et idẽ ſentit Inn. ſecundùm Pan. in eo, ꝙ dicit, corã arbitratore nõ eſſe iudiciũ, vel quaſi, ſed totũ in ſua poſitũ volũtate. Sed tñ Pan. addit limitationẽ: quia ſi arbitrator proceſsit ex abrupto, parte non audita, nec requiſita, laudũ eſt nullũ. Et cõſentit Bal. & Bar. & ſic ad cõcordiã reduci poſſent cõtrariæ opiniones. In arbitro autẽ, ſi partes nõ ſunt præſentes in cõcluſione, & ſi in diſcuſsione ſentẽtia nõ valet, ſecundũ Pan. per l. diem. ff. de arbi. licet Ia. de Ra. Pet. & Cy. teneãt contrariũ. ¶ Decimoquartò quæritur, ſi cõpromiſſum eſt in duos arbitratores, & diſcordãt: nũquid iudex poſsit eligere tertiũ, vel cõpellere eos ad eligendũ? Et ſecũdùm Pan. de arbi. non eſt dubiũ, quia compellũtur eligere: vt in c. cum ſpeciali. de ap. & in l. idem ſi vnus. ff. de arbi. Sed de arbitratorib⁹ Bal. recitat fuiſſe reſponſum per quoſdam ſapiẽtes, quòd nõ: quia arbitratores ſunt ad ſimilitudinẽ proxenetarũ. l. ſi de meis. ff. de arb. in quibus proxenetis certũ eſt, nõ eſſe tractãdũ de electione tertij. Et hoc idẽ Bal. placet, & Pan. quia in quinta perſona nõ arbitrãte non receditur. l. ſi qs. ff. de verb. obl. & l. ſi merces. ff. loc. Sciendũ verò, ꝙ totũ, quod hactenus in hoc tit. dixi, in prædictis differentijs, & quæſtionibus, quæ ſequũtur, de Pan. ſumptum eſt, ſuccisis multis allegationibus, quas ibi, ſcilicet in c. Quintauallis.
13 de iureiu. vide ſi placet. ¶* Decimoquintò quæritur, in quo differãt arbitria à iudicijs, ſiue q̃ poſsit iudex, & non arbiter? Et dico, ꝙ arbiter primò nõ poteſt punire teſtẽ, q dicit falſum teſtimoniũ corã eo, vel partes producẽtes falſa inſtrumenta, ſi ſolùm eſt arbiter, vel arbitrator, & non alius iudex, habẽs merũ imperiũ: quia poteſtas puniendi nõ eſt attributa, niſi ꝑ iuriſdictionẽ, qua caret arbiter, vt arbiter, quod patet, quia ab eius ſentẽtia nõ appellať: nec ex ea oritur actio, vel executio: vt l. j. C. de arbi. Item poteſtas arbitri eſt ita limitata, ꝙ de reb⁹ extra cõpromiſſum, & partes cõpromittẽtes iudicare nõ valet, niſi de his, ſup quibus in eũ eſt cõpromiſſum, vel eis cohærẽtibus: vt dicit gloſſ. extrà eo. in c. cũ dilectus. Teſtis autem in eũ non cõpromiſit: & eius falſitas eſt omnino extra cauſam, & ꝑſonas cõpromittentes. Nec obſtat, ſi arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorũ: vt l. j. ff. de arbi. qa hoc eſt verũ, quantum ad ea tantũ, quæ cõpromittũtur. De ſumptibus tamẽ poteſt condemnare, licet hoc non ſit expreſſe cõpromiſſum: quia cauſa ſumptuũ nõ eſt extra cauſam & ꝑſonas cõpromittentium. Si autẽ eſſet arbiter, habẽs iuriſdictionẽ à ſtatuto ciuitatis, vel iudex aliàs habẽs merũ imperium, poſſet punire, nõ vt arbiter, ſed vt iudex: qa & iudex teſtẽ corã arbitro falſum deponentẽ punit. C. de teſti. l. cũ app. hæc Ang. de Peru. ¶ Secũdò, vt dictũ eſt, arbiter iudicare nõ valet, niſi de his, ſup quibus inſi eũ eſt cõpromiſſum. extrà eo. cũ dilectus. in gl. Incedit enim ſtricta via: quia id ſolũ venit in arbitriũ, de quo dictũ eſt, vt veniat. ff. eod. l. ſi cũ dies. ¶ Tertiò, nõ poteſt punire contumaciã litigatoris, ſcilicet mulctãdo, niſi ad hoc actũ ſit. ff. de iudi. l. ij. Condemnare tamen poteſt, in expẽſis condẽnando: quia cognoſcit de intereſſe: nec poteſt cogere, niſi in caſu, qui habetur de offi. deleg. ſuſpicionis. ¶ Quartò, non poteſt pronũciare, niſi vtraq; parte pręſente: niſi hoc inter litigatores cõuenit. ff. eo. l. diem. §. ſi quis. ¶ Quintò, non poteſt citare partes, niſi ad locũ, in quo factũ eſt compromiſſum. ff. eo. l. ſi cũ dies. Sufficit tamẽ, ꝙ citet in eadẽ ciuitate, in qua cõpromiſſum eſt. ¶ Sextò, nõ pốt delegare arbitriũ. ff. eo. l. ſi cõpromiſſum. ¶ Septimò, nec coram eo præſtatur ſatiſdatio, ſed ſufficit pœnæ promiſsio. Cũ enim partes cõuenerũt ſtare ſentẽtiæ arbitri ſub certa pœna, poteſt pœna peti ab ea parte, quę recedit à ſentẽtia: qua ſoluta, cogi nõ poteſt, vt tali ſentẽtiæ ſtet: niſi in cõpromiſſo dictũ ſit, vt etiã pœna ſoluta, vel nõ ſoluta, nihilomin⁹ ſtetur arbitrio. xxv. q. ij. quicũq;. Bar. in gl. ſuper c. dilecti. extrà eod. ¶ Octauò, in arbitrio mora purgari non pốt, vbi præfixus eſt dies ab homine. ff. eo. l. Celſus. ſecus in iudicijs. ¶ Nonò, ſentẽtia arbitri nõ ĩfamat: qa nõ pốt cognoſcere de crimine, qđ infamet. ff. eo. l. nõ diſtinguemus. In his oĩbus, ſcđm Archi. diſtãt arbitria à iudicijs. ¶ Decimò etiã in alio: qa ſi partes renũciãt appellationi, & faciunt pactũ de nõ recedendo ab arbitrio; nihilomin⁹ recedere poſſent ſoluta pœna poſita, vt dictũ eſt: ſec⁹ circa iudicia. Conueniũt aũt in quibuſdam, quia ꝑ vtrũq; interrũpitur

præſcriptio: & quantũ ad iuramentum de calumnia: Ber.
¶ Vndecimò, cõpromiſſum ſoluitur per mortem alterius
compromittentiũ : extrà eo. ex parte. & etiã per mortem
alterius arbitrorũ: extrà, de offi. del. c. vno delegatorũ. niſi
fiat mentio in cõpromiſſo, quòd tranſeat ad hæredes v-
triuſq; partis cõpromittentis. ſecus in iudicijs: quia tranſ-
eunt ad hæredes, etiã ſi de ipſis mẽtio nõ fiat. Ber. ¶ Deci
14 mòſextò* quæritur, quis, & qualis debeat eſſe arbiter? Di-
co, quòd non poteſt eſſe mulier, vt dictum eſt ſuprà. §. ij.
differẽtia vj. nec monachus. ſecũdũ Spe. ſine vtilitate mo
naſterij, & licẽtia abbatis: arg. c. ij. de poſtu. & c. monachi.
xvj. q. j. ſed arbitrator poteſt eſſe ex ſola licẽtia abbatis. Et
hoc placet Pan. Debent verò arbitri, ſecũdùm gl. in c. licẽ
tia. de app. li. vj. eſſe nõ ſuſpecti: aliàs poſſent, ſicut & iudi
ces, recuſari. Nec debẽt eſſe multùm remoti, per c. ſecun-
dò requiris. de ap. Ex quo tex. no. ꝙ recuſans iudicem, vt
ſuſpectũ, nõ tenet arbitros eligere in eo loco: ſed eligere
poteſt alibi, dũmodo non valde remotè, ſecundùm Doct.
vt puta nõ vltra duas dietas: ar. c. nonnulli. de reſcrip. vel
hodie vltra vnã. argu. c. ſtatutũ. de reſcrip. lib. vj. quia ſæpe
iudex in loco eſt tã potẽs, quòd recuſans nõ poterit in lo
co inuenire idoneos arbitros. Debent etiam eſſe in locis
competentibus, vt poſſit haberi copia peritorũ. d. c. ſtatu
tum. ¶ Decimoſeptimò, quot debẽt eſſe arbitri? Et dico,
quòd debẽt eligi vn⁹, vel tres: & vbi tres eligũtur, duorũ
ſentẽtia retinet vigorem. extrà, de arb. c. j. vbi dicit gloſſ.
quòd hoc ex honeſtate, non ex neceſſitate dicitur: quia ſi
etiã eligerentur duo, in quos cõpromitteretur, tenet cõ-
promiſſum: & ſi nõ cõcordauerint, cogendi ſunt, vt con-
cordent, vel tertiã partẽ aſſumãt. Non tamẽ valeret duo-
rum ſentẽtia tertio abſente, quę valeret eo p̃ſente, & diſ-
ſentiente. ff. eo. l. ſi in tres. niſi in cõpromiſſo ſit exp̃ſſum,
quòd duo ſine tertio procedãt. Et idẽ in iudicibus dele-
15 gatis: vide tamẽ infrà §. xxj. ¶* Decimooctauò quæritur,
vtrũ cõpromitti poſſit ſuper rebus ſpiritualibus? Et dico,
quod extrà eo. c. contingit. dicitur: Generaliter prohibe-
mus, ne ſuper rebus ſpiritualibus cõpromittatur in laicũ,
ſcilicet, vt in arbitrũ, vel arbitratorẽ, ſecũdùm Pan. & ſe-
cundũ glo. etiã incidẽter: quia laici eccleſiaſtica negotia
tractare nõ debent. de iudi. decernimus. Dicit tamẽ glo.
in d. c. cõtingit. ꝙ de rebus merè ciuilibus, quibus nullum
ſpirituale annexum eſt, in laicũ poteſt compromitti: quia
cùm ibi prohibeatur de ſpiritualibus, de temporalibus
permittitur: argu. quia quòd de vno prohibetur, de altero
cõceditur. xxv. diſt. qualis. & in c. expoſita. de arb. Et intel
lige in merè ciuilib⁹, etiã ſi eſſent bona, vel iura eccleſia-
ſtica. Vnde ſecundũ Inno. in d. c. cõtingit. clerici compro
mittere poſſunt in laicũ arbitrũ, de rebus temporalibus:
quòd ſi de rebus ſpiritualibus cõpromittatur in laicũ, ſe-
cundũ Bar. nõ tenet arbitriũ, ſimiliter nec ſi cõpromitta-
tur in laicũ, & clericũ ſine autoritate ſuperioris: interue-
niente aũt autoritate ſuperioris, valet: tum quia non ſim-
pliciter in laicũ: tum quia ſuperioris autoritate: vt eo. tit.
per tuas. Vnde, vt colligitur ex gl. in d. c. cõtingit. nullus
citra Papam cõmittere poteſt cauſam ſpiritualẽ laico: vel
autorizare, ꝙ in ſolũ laicũ de iure ſpirituali cõpromitti
poſſit. Quod vtiq; verũ eſt: quia nullus diſpenſat contra
cõſtitutionẽ Papæ, niſi in caſibus cõceſſis: vt in c. dilect⁹.
de temp. or. & cõſequẽter cũ ſolũ ſit iure expreſſum, vt ſu
perioris autoritate cõpromitti poſſit in clericũ, & laicũ,
per d. c. per tuas. in ſolũ laicũ nõ poteſt ſuperioris autori
16 tate cõpromitti. Ratio* autẽ, quare laicus in cauſa ſpiri-
tuali prohibetur arbitrari, ſecũdũ Pan. in d. c. per tuas. eſt,
non propter incapacitatẽ, ſed ratione honeſtatis: quę ho-
neſtas cõſeruatur ex miſtura clerici, qui ſociatus laico fa-
cit eũ capacem: etiã ſi laici eſſent plures, & clericus vnus
non tamen extẽdas caſum huius capituli ad actũ ſpiritua-
lem: quia laicus effici nõ poteſt capax iuris ſpiritualis per
miſturã clericorũ: vt in c. Meſſana. de elect. vidẽ §. ſequẽ.
17 ¶ Decimononò,* vtrũ epiſcopus poſſit clerico, & laico
cauſam ſpiritualẽ cõmittere, vel delegare, ſicut eius auto
ritate in eos, de eadẽ cõpromitti poteſt? Et dico ꝙ nõ. Et
ratio diuerſitatis eſt, quia ſecundùm Ioan. And. in d. c. per
tuas. arbitriũ de re ſpirituali nõ eſt actus ſpiritualis: vnde
meritò in clericũ, & laicũ poteſt cõpromitti: ſed iudicare
de cauſa ſpirituali, eſt q̃d ſpirituale: vt in c. quãto. de iud.
Laicus autẽ nõ eſt capax iuris ſpiritualis, etiã aſſociato ſi-
bi clerico: vt in d. c. Meſſana. poteſt tamẽ laicus cõiter ſe-
18 cũdùm Doct. eſſe aſſeſſor iudicis eccleſiaſtici. ¶* Vigeſi-
mò, quomodo debeãt arbitri pronũciare ſententiam? Et
dico, ꝙ cũ ab vno de pluribus arbitris, vel iudicibus, alijs
præſentibus, & mandantibus ſentẽtia ſcripta recitatur, ꝓ
eodẽ eſt, ac ſi ab oĩbus eſſet recitata: vnde oportet vt reci
tans vtaſ verbo pluralis numeri, dicẽdo: Nos arbitri, vel
iudices tales pronũciamus &c. niſi in arbitris ſup electio-
ne, quæ fieri debet ab vno vice omniũ. de re iudi. cùm ab
vno. lib. vj. & præſentibus oĩbus arbitris, ſecũdùm Pan. in
c. ſane. de arbi. Dicit tamẽ Bar. in l. duo ex tribus. ff. de re
iudi. ꝙ ſi tertius fuit præſens in diſceptatione ſuper meri
tis cauſæ, & dicit quicquid voluit, & monitus ab alijs duo
bus nõ vult eſſe præſens, nec allegat cãm legitimã abſen-
tiæ: tũc poſſent procedere duo ſine tertio. ¶ Vigeſimopri
mò quæritur, quomodo arbiter teneatur ad intereſſe? Et
dico, ꝙ ſi permittit trãſire tẽpus ex dolo, vel lata culpa, te
netur partibus ad intereſſe: aliàs nõ, niſi ſe obtuliſſet: q̃a
tũc teneſ de leui. Multo magis aũt teneſ ad reſtitutionẽ,
ſi dedit ſententiã iniuſtã ex dolo, vel lata, vel etiã leui cul
pa, q̃ñ ſe obtulit. Arbitrator aũt videſ teneri ſimiliter de
dolo, & lata culpa, & etiã de leui, ſi ſe obtulit, inde habens
ſalariũ: quaſi cõtractus ſit gratia vtriuſque. Et iſta omnia
deduci poſſunt ex dicendis infrà Commodatũ. §. viij.

DE ARCHIDIACONO.

1 *Archidiaconi, qui de iure multa poteſt, officiũ in quo poſitũ ſit,*
ac verſetur. Et quòd in hoc locorũ ſpectandæ ſint cõſuetudines.
2 *Archidiaconus iuriſdictionẽ num habeat. Et ibidẽ quæ poſſit:*
& quæ, prohibente Epiſcopo, non poſſit. Et an ordinariam, an
verò delegatam iuriſdictionem habeat.
3 *Archidiaconus de iure communi, de quibus cognoſcere queat.*
4 *Archidiaconus animarum curam cõmittere, aut ad illam inſti*
tuere, num poſſit. Et ibidem ad animarum curam inſtitutionis
genus triplex: & quid, ac quale unumquodque.
5 *Animarum curam, num Archidiaconus habere dicatur. Vbi ꝙ*
cura dupliciter conſideratur. Et num id rectè ſecundùm Hoſt.
6 *Archidiaconus num excõmunicare queat. Et quid de prælatis*
iuriſdictionem à collegijs, vel ab alijs, quàm Epiſcopis dũtaxat
habentibus. Item quid de religioſorũ antiſtitibus, ac præſertim
eorum, qui exempti ſunt.
7 *Archidiaconus indignum præſentans, an ſolus ipſe puniẽdus ſit,*
ſi talis ad ordines promotus fuerit. Et ibidem de ſignificatione
verbi, bonitas.
8 *Archidiaconus de promouẽdi idonea qualitate interrogat⁹, epi*
ſcopo reſpondens, quem idoneũ eſſe, & id ſcire quatenus fragili
tas ſinit humana, num peccet, ſi promouendus idoneus non ſit.
9 *Archidiaconus ſi quem promouerit, num promoto ipſi de victu*
prouidere obſtringatur. Et q̃d ſi promotus in patrimonij titulo
mentitus ſit. Et ibidem quid de his, qui ad titulũ ſuæ pauperta
tis promouentur.
10 *Decani rurales, an inſtitui atq; deſtitui per epiſcopũ de ipſius*
Archidiaconi conſenſu debeant. Et num promouendis ad ordi-
nes, literas commendatitias Archidiaconus dare poſſit.

1 ARCHIDIACONVS* multa de iure põt: ſed quia ſe
cundũ Inn. in c. j. de of. arch. cõſtitutiones & cõſue-
tudines per diuerſa loca pręualẽt in officijs. de cõſue. cũ
olim. ipſis ſtabitur. q̃, vt Ray. dicit, ferè tot ſunt in officijs
archidiaconatus præpoſiti, vel decani, quot ſunt eccleſię.
vnde in officio ſuo facit ſecũdũ q̃d habet eccleſiæ ſuæ con
ſuetudo pręſcripta. Vbi verò nõ eſſet talis cõſuetudo, vel
ſtatutũ, locũ haberẽt capitula totius tituli iſtius, ſecundũ
Inno. & ſic poſt epiſcopũ eſt vicarius in oĩbus, & habet cu
rã in clero tam in vrbe, q̃ in parochijs habitãtiũ: & ipſos
debet de tertio in tertiũ annũ, ſi epiſcop⁹ nõ põt, viſitare:
vt in d. c. j. & debet auſcultare epiſtolã & Euãgeliũ & re-
ſpõſoria ſic, vt nullus ea in eccleſia cantet, niſi prius auſcul
tatus ab eo, & de iuſſu eius: & ceroferarios ordinare: vt in
c. ij. eo. ti. & ſi quid ex ſua negligẽtia vel alteri⁹ fraude pe
rijt de reb⁹ eccleſię, tenetur, niſi pro poſſe ꝓuideat: vt eo.
ti. in c. ij. debet ẽt examinare clericos ad ſacros ordines ꝓ
mouẽdos. c. ad hoc. & c. vt noſtrũ. eo. ti. & abbates ac abba
2 tiſſas ponere in ſua ſede: vt in d. c. vt noſtrũ. ¶ Primò* ve-
rò quæriſ, vtrũ archidiaconus habeat iuriſdictionẽ? Et di-
co, ꝙ ſecundũ Ho. in aliq̃b. eccleſijs habet officiũ, de quo
dictũ eſt: & in aliquib. iuriſdictionẽ, de qua Io. An. in No
uel. in c. officiũ. eo. ti. ſic dicit: De iuriſdictione archidia-
coni tractatur in multis locis. Primò enim iurgia audit.
di. xxv. plectis. & de offi. archid. adhuc. Scđò inſtituit, lxiij.
di. ſi in plebi. & eo. ti. cũ ſatis. Tertiò, pœnas infligit: vt de
pœ. licet. Quartò, priuat beneficijs: de p̃b. referẽte. Quin
tò, ſubiectis pręcipit obſequia: vt de exc. prel. ad hęc. Sex-
tò, habet ꝑpetuã vicariã & curã, & cõſequẽter iuriſdictio
nẽ ordinariã. eo. ti. c. j. Sunt tñ quędã iura, quę faciũt cõtra
eũ. Primò enim nõ inſtituit. xvj. q. vij. nullus. eo. tit. cũ ſa-
tis. Secũdò, q̃a eſt vicarius, & cõſequenter epiſcopo prohi
bẽte nihil poterit. eo. ti. c. j. vbi dicitur, Sciat archidiaco-
nus poſt epiſcopũ in oĩbus ſe eſſe vicariũ. Tertiò, quia de
paruis tãtùm cognoſcit, maiora refert: vt in ca. ad hæc. eo.
ti. ꝑ q̃d patet, ꝙ eſt pedaneus paruus, aut nullus iudex, aut
delegatus. hęc Io. An. Sed intellige, ꝙ inſtituit authorita-
te & mandato epiſcopi, & non inſtituit authoritate pro-
pria: vt in allegatis iuribus patet. & ſic tollitur oppoſitio.
ſed de hoc ĩ. §. iij. Intellige etiã, ꝙ iudices pedanei dicun
tur, quorũ officiũ eſt de minutis cauſis & infimis cogno-
ſcere, licet ſint ordinarij: maiores verò cauſas tenẽtur ma
iorib. referre, cũ ipſi ꝑ ſe terminare nõ poſſint. C. de ped.
iudi. l. ij. ¶ Secũdò, vtrũ habeat iuriſdictionẽ ordinariam
vel delegatã? Et dico, vt recitat Archi. ꝙ Io. in gl. di. xxv. in
c. plectis. mota q̃õne arguit ad vtranq; partẽ, nec determi
nat. Barth. autẽ Brix. addit, ſibi videri, ꝙ in ciuitate ſolus
epiſcopus ſit iudex ordinarius. vij. q. j. in apibus. niſi ſecus
ſit de cõſuetudine pręſcripta. de offi. arch. c. vlti. Augu. ve
rò de Ancho. diſtinguit, q̃a ſi eligiſ ab vniuerſitate, & cõ
firmaſ per epiſcopũ, habet iuriſdictionẽ ordinariã de iu
re: vt probatur in c. perlectis. eo. ti. cap. j. & vlt. Et idem eſt
de eo, qui præficitur collegio vel vniuerſitati per epiſco-
pum diœceſis: ar. diſt. xciij. legimus. Si verò pręficiatur in
eccleſia ꝑ epiſcopũ, maximè vbi ſunt plures archidiacõi,
non creditur habere iuriſdictionẽ ordinariã, ſed tantùm
delegatã: & tantum poterit exercere, quantũ epiſcopus ſi
bi cõmittit. Et ſic intelligitur d. c. nullus. xvj. q. vij. & eo. ti.
cum ſatis. & hoc niſi plus obtineat de cõſuetudine p̃ſcri-
3 pta, cui ſemper ſtabitur. Verùm* de iure cõmuni hæc vi-
dẽtur ad eius officiũ pertinere, iurgia minora clericorũ,
examinatio ac præſentatio clericorũ ad ordines, ſtallatio
prælatorum ſiue inductio in poſſeſsionẽ, clericorũ præſi
ciẽdorum examinatio, & viſitatio parochianorũ: quę o-
mnia habentur eo. titul. cap. ad hæc. & cap. j. Hæc Archid.
4 ¶ Tertiò,* vtrũ archidiaconus poſſit animarũ curã com
mittere, ſiue inſtituere ad illã? Et dico, ꝙ extrà eo. in cap.
cum ſatis. ſummatim dicitur, ꝙ hoc nõ pręſumat ſine mã-
dato epiſcopi, etiam obtentu alicuius conſuetudinis: ſed
Ioan. An. in Nouel. ſuper d. c. ponit circa curam triplicem
inſtitutionẽ. Prima eſt authorizabilis, quæ ad ſolũ epiſco
pum ſpectat. de exceſ. præl. c. iij. & de offi. deleg. ſuper eo.
quæ habetur loco inſtitutionis, antequã nec præſentatus,
nec is, cui collata eſt eccleſia, debet adminiſtrare. de prę̃b.
cũ iam dudũ. quod ſi fecerit, eũ debet epiſcop⁹ amouere.
de præben. cùm iam. niſi gratioſè diſpẽſauerit. Et hæc eſt
iuris huius ratio, quare cõſuetudini præſcribi nõ põt. Nã
cũ ſine authoritate epiſcopi nullus eccleſiã intrare poſ-
ſit, vel delinquere: vt de renun. c. admonet. nec debeat ali
quis talibus ſe ingerere: ſed qui vocatus eſt à Dño tanquã
Aarõ: vt de electione. qualiter. Ingerit aũt ſe, qui ſine diœ
ceſani authoritate intrat. de offic. or. quoniã. Et quilibet
debet per oſtiũ, id eſt Chriſtũ intrare: aliter fur, & latro cẽ
ſetur. Ioan. x. Cõcluditur, ꝙ qui ſine epiſcopo intrat, ſpre-
to oſtio, id eſt Chriſto, cuius eſt vicarius, beneficiũ eccle-
ſiaſticũ ſibi vſurpat. viij. q. j. qui vos. & cap. ſequẽti. Secun-
da inſtitutio eſt corporalis ad archidiaconũ ſpectãs de iu
re cõmuni, & ſequens authorizabilẽ, tanquã illius execu-
toria. arg. de re iud. cùm Bertoldus. ibi de cõſenſu epiſco-
pi. Et de hoc habetur eo. ti. ad hæc. & c. vt noſtrum. Eſt &
tertia, quæ pro collatione ponitur, quã poſſet archidiaco
nus habere de cõſuetudine: vt de inſtit. ca. cùm veniſſent.
vnde & cõceſsio pro inſtitutione ponitur: de offi. lega. di
lectus. Sed licet cõferat archidiaconus, recipiens antequã
corporali vtatur, ad authoritatẽ epiſcopi habet neceſſe re
currere, propter rationẽ dictã, & iura allegata, ſecundùm
Ho. Et quãuis gl. in verbo, obtẽtu cõſuetudinis, exponat
de non pręſcripta: quia p̃ſcripta daret archidiacono poſſe
cõferre curam animarũ. Hoſt. tamẽ reprobat dictã expoſi
tionem, dicens ꝙ nec præſcripta hoc poteſt ſibi dare: lo-
quendo. ſ. de prima, ſiue authorizabili inſtitutione: ſecus
de tertia, quę præſcribi põt: ſecundam verò habet de iure
5 cõmuni. ¶ Quartò,* vtrum archidiaconus habeat curam
animarũ? Et Inno. in verbo, curam. diſtinguit, ꝙ cura du-
pliciter dicitur. Primò ſtrictè: & eſt poteſtas ligandi, & ſol
uendi in foro pœnitentiali: & hęc non eſt in prælato, qui
non eſt ſacerdos. diſtinct. xxj. in nouo. Secũdò dicitur cu-
ra largè: & eſt poteſtas eijciendi & recipiẽdi in eccleſia, &
corrigendi exceſſus. diſt. xxj. §. j. Et ſub hac cura eſt, excõ-
municare, viſitare, corrigere, & huiuſmodi. Et hanc habe-
re poſſunt archidiaconi, & alij inferiores. Sed Hoſt. dicit,
hanc diſtinctionem ſe non intelligere: quia prima nõ põt
dici cura: nec ſecundùm ius, cùm nullo iure caueatur, nec
ſecundùm naturalem rationẽ, imò omnino aliud eſt cura,
aliud poteſtas: cùm multi habeant illã poteſtatem, qui nõ
habent curam: ſicut ſacerdotes non curati, qui ex licentia
vel priuilegio audiunt confeſsiones aliorum. Et ecõtra,
multi habent curam, qui non habent illam poteſtatẽ: quia
non ſunt ſacerdotes. Igitur potius dicendum eſt, ꝙ cura
eſt poteſtas habendi aliquos in ſubditos illis conferendo
ſacramẽta per ſe, vel per aliũ, & alia faciẽdo, quę pertinẽt
ad curã, vel ſalutẽ animarũ: vt corrigendo, & huiuſmodi,

& hanc habet Archidiaconus, & alij prelati curati, etiam ſi
non ſint ſacerdotes: ſed in foro pœnitentię abſoluere, vel
alia ſacramēta cōferre ꝑ ſe nō poſſunt, ſi nō ſunt ſacerdo-
6 tes, ſed ſacerdotibus iſta cōmittere. ¶ Quintò, * vtrum ar
chidiaconus poſsit excōicare? Et dico, ꝙ in cap. archidia-
conus. eo. ti. Io. And. poſt Inno. dicit, ꝙ ius commune eſt,
vt ipſe, & alij prelati iuriſdictionē habentes ab epiſcopis,
& ex collatiōe aut cōfirmatione officiorū, vel dignitatū;
ad quas aſſumuntur, ſint iudices ordinarij, & poſsint ex-
cōmunicare. xj. q. j. nemo. & hoc niſi ſint mulieres. de pœ.
& re. noua. Et quod dicitur in d. c. archidiaconus. ꝙ excō-
municare nō pōt: intelligitur, vbi eſt cōſuetudo cōtraria,
quę dat iuriſdictionē: vel quia excōicare non pōt cum il
la ſolennitate, de qua xj. q. iij. debēt. quia illud eſt epiſco-
pi ſolū. Dicit etiam, ꝙ prælati habētes iuriſdictionē tan-
tùm à collegijs, vel alijs, quàm epiſcopis, excōicare nō poſ
ſunt, licet habeant aliam iuriſdictionem: quia poteſtatem
excōicandi concedere nō pōt, niſi epiſcopus. xxiiij. qō. iij.
corripiantur. niſi collegiū eligeret authoritate epiſcopi,
vel ab eo confirmarētur, vt dictū eſt. Sciendū tñ ſecundū
Archidiaconū, ꝙ prælati religioſorū, præcipuè exempto-
rum, cū habeāt authoritatē, ſeu iuriſdictionē quaſi epiſco
palem in ſubditos ſuos, excōicare poſsint ſubditos ſuos
ex authoritate ſuorū priuilegiorū, à ſede apoſtolica eis cō
ceſſorū. hęc ille. Sed mihi videtur, ꝙ ex iure cōmuni poſ-
ſint, tanquā prælati collegialiter & canonicè electi, per c.
cùm eccleſiarum. de offi. ordi. de quo ĩ. Excōicatio. j. §. ij.
7 ¶ Sextò, * vtrū ſolus archidiaconus veniat puniendus, ſi
præſentet indignū? Et dico, ꝙ archidiaconus habet exami
nare promouēdos ad ordines, & ꝑficiēdos in eccleſijs, vt
in c. ad hęc. eo. ti. Et hoc ſecūdū Ho. niſi ex cauſa epiſco-
pus hoc ſibi interdicat: qui etiā pōt & alios adiūgere, qui
ſimul cū eo examinēt, ſicut & iterū examinare. Igiť ſecun
dū glo. ſi promoueat indignū, quãuis epiſcopus nō videa
tur puniēdus, ſed archidiaconus, qui examinat, & ꝑſentat
epiſcopo indignum: arg. diſt. liiij. ſi ſeruus. tamen non eſt
ſic: qa tenetur de facto eius qui examinat, cū fiat mādato
eius. niſi fortè examinator talis fuiſſet, vt veriſimile non
ſit, ipſum mētiri: vt de pig. ſigni. ſicut ēt dicūt Inn. & Hoſt.
ꝙ ſi cōis opinio ſit de bonitate archidiaconi, excuſatur
epiſcopus. & idē de alio examinatore: quod ſecūdū Arch.
nō videtur intelligēdū de bonitate ſimpliciter. ſ. vitę: ſed
de bonitate, id eſt idoneitate ad examinandū: vt ſ. ſciat in
quibus ſit quis examinādus, & fideliter agat, qđ eſt dictū,
8 vt ſit prudens, & cōſciētiatus. ¶ Septimò, * vtrū dicēte epi
ſcopo ſcis hūc eſſe dignū, peccet archidiaconus reſpondē
do, ſcio quantū humana fragilitas ꝑmittit? Et dico ſecun-
dùm Inn. in c. vnico. de ſcrutinio in ordine faciendo. ꝙ ſi
talis ordinādus præſentatř à probis, pōt ſana conſciētia re
ſpōdere: dūmodo nihil mali de eo ſciat: arg. de præſump.
dudum. ꝙ ſi de eo ſcit aliqd mali ſecretū, obtinere debet à
prelato, vt eo abſente faciat ordinationē. quod ſi nō pōt,
vel nō ſine ſcādalo: tūc etiā pōt ſana cōſciētia dicere: quia
nō dicit niſi vt miniſtret, nō vt ipſe: & eccleſia, q̄ ꝑ illū lo-
quitur, nihil ſcit de occultis: nec debet omittēdo talia di
cere, indirectè publicare fratris crimē ſecretū. Si verò ta
le crimē eſſet publicū: tūc dicēdo talia, peccaret mortali-
ter. xxij. q. ij. primū. niſi illud eſſet crimen veniale: vt xxv.
9 diſt. §. criminis. ¶ Octauò, * vtrū archidiaconus teneatur
ꝓuidere de victu ei, quē ꝓmouet? Et dico, ꝙ ſi quis ſine ti
tulo ordinatur, & ex ſe nō habet, vt dicit gl. in d. c. ad hoc.
tenetur ei ꝓuidere examinator, qui ꝑſentauit eū. ꝙ ſi nō
eſſet ſoluēdo, tūc tenebitur ei epiſcopus, ne contingat eū

mendicare in opprobriū ordinis clericalis: quia ſaltē de-
bebat prius videre epiſcopus quis, à quo, & ad quē titulū
præſentaretur. de æta. & quali. ord. accepimus. Si verò ar-
chidiaconus fecit aliquē ſcribi ad titulum ſui patrimonij
ordinandū: & apparet illū non habere patrimonium, aut
minus ſufficiens: ſi hoc archidiaconus fecit ſcienter, age-
tur primò cōtra eū, qui fuit in dolo; ſecūdò cōtra epiſco-
pū, qui fuit in culpa: qa dolus ꝑpōderat culpæ. ff. ad legem
Aqui. l. itē ſi obſtetrix. Nec obſtat exceptio de dolo ordi-
nati, ad cuius inſtātiā factū eſt: Ho. tñ placet, ꝙ imputetur
ei, q mētitus eſt: ideoq; ſibi eſſe victū quęrat. xcj. diſt. cle-
ricus. & per hoc multis ſubtraherētur decipiēdi materia,
q mētiendo ſe fecerāt ordinarij, vt ſuſtētarētur ab ordina
tore, vel examinatore. Et placet, qñ ſolus eſt in dolo: alij
verò in culpa ſolū. Qui aūt ſe faciūt promoueri ad titulū
10 ſuę paupertatis, vt mēdicātes: illā ſequātur. ¶ Nonò, * vtrū
decani rurales eſſe debeāt, & deſtitui per epiſcopū de cō
ſenſu archidiaconi? Et dico, ꝙ ſic. vt in cap. ad hæc. eo. tit.
quod Io. An. dicit melius intelligi ſecundū cōſuetudinē
Franciæ, vbi tales decani inſtituūtur ad tēpus pro maiori
parte per epiſcopū & archidiaconū ad quædā officia eius
cōia: & cōſequēter, ſecūdū Inn. vbi nō eſt talis cōſuetudo,
hoc nō vēdicat ſibi locū. Quòd ſi in deſtitutiōe, aut inſti-
tutione cōcordare nō poſſent: ſecundū aliquos, vt recitat
Inn. & Arch. ſequi videtur, nihil agitur: cū vnus ſine alio
nō poſsit: de offi. dele. cauſam. niſi cōſuetudo haberet cō
trariū. Sed tñ alij dicunt, nominatum ab epiſcopo habere
locū: cū ei⁹ authoritas ſit principalis, & archidiaconi, quaſi
vicaria. & hoc ſequiť Inn. addēs, ꝙ ſi archidiaconus in-
ſtitui videt indignū, poſſet pro iure ſuo appellare, vel alſ
cōtradicere. ¶ Decimò, vtrū archidiaconus poſsit dare li
teras cōmēdatitias ꝓmouēdis ad ordines. Et dico, ꝙ non:
vt in c. ſignificaſti. eo. ti. quod glo. intelligit, qñ epiſcopus
eſt preſens. ſ. in diœceſi. nam ſi eſt abſens, & neceſsitas vel
vtilitas ſuadeat ordinandorum, poterit eos alijs epiſcopis
cōmēdare, & ſic literas cōmēdatitias dare: qa eo abſente
ſupplet vices eius: vt in ca. j. eo. ti. Et idē poſſet, ſecundùm
Hoſt. generalis vicarius epiſcopi, cui aliqs de ſpeciali. caſi
bus cōmiſſus eſt, cū clauſula generali: vt de offi. vic. c. ij. li.
vj. Sed in preſentia epiſcopi, qui ſic gñaliter cōmiſit ſine
ipſius licētia, nō debet hoc expedire. de offi. leg. volētes.

DE ARCHIEPISCOPO.

1 *Archiepiſcopus, qui & Metropolitanus dicitur, quā & in quos iuriſdictionem habeat. & de quibus cognoſcere, & quatenus committere poſsit.*
2 *Archiepiſcopus in epiſcopi ſubditos, quot caſibus iuriſdictionem ordinariam habeat. & ibi quòd XII. de quibus ſigillatim.*
3 *Epiſcopali ſede uacāte, quis Epiſcopi uices ſuppleat. Et ibidē qđ ſi Epiſcopus, aut excōicatus, aut à Paganis interceptus, aut mu t⁹, aut furioſus effect⁹ ſit. Et nū cathedrali uacāti eccleſiæ uiſita torē Archiepiſcop⁹ dare poſsit. Et ceſſāte ſuffraganeorū negligē tia, an poſsit uiſitatiōes iterare, ac procurationes recipere. nu. 4.*
5 *Archiepiſcopus ſubditos ſuffraganeorū ſuorum num abſoluere queat. Et nū Primate irrequiſito, concilium celebrare poſsit.*
6 *Archiepiſcopus num poſsit Crucem ante ſe geſtari facere. Et ibi dem quod ſic, cum multis alijs.*

1 ARCHIEPISCOPVS * & metropolitan⁹ ſunt nōia
ſynonyma ſignificātia idē: ſed archiepiſcopus diciť
ab archos princeps; & epiſcopus, quaſi princeps epiſcopo
rum: metropolitanus verò ἀπὸ τῆς μήτρας, καὶ πόλις: i. à Mā-
trice vrbe, ex qua colonię deductę. vj. qō. iij. ſcitote: licet
non ſit neceſſe, quòd habeat illum numerum. ſ. decem epi
ſcoporū ſub ſe. vt ibi dicitur. habet autē ſecundū Hoſtie:
ius ping

guius in epiſcopū, quàm in ſubditos eius: & habet
iuriſdictionē, & eā exercere pōt in tota ꝓuincia, tollēdo
prauā cōſuetudinē, & fulminādo ſentētiā excommunica
tionis in ſeruātes eā, ſecūdùm Inno. quē ſequitur Pan. in
c. ex frequētibus. de inſti. & ſentit gloſ. in Sum. ix. q. iij. Et
cognoſcere pōt de crimine epiſcoporū, & eos punire: vt ĩ
c. ſacro. de ſen. exc. licet nō poſsit ꝓcedere ad eorū depo
ſitionē, quæ ſoli Papæ reſeruatur: vt in c. ij. de trāſ. prela.
De cā vō ciuili, cognoſcere pōt indifferēter, ēt ſi ſubdit⁹
epiſcopi illū cōueniat: quia corā archiepō debet eū con-
uenire. Sed ſi epiſcopus habet cauſam cōtra ſubditū, nō
cōuenit eū coram archiepiſcopo, quia nō eſt iudex ſubdi
ti epiſcopi, nec habet in illū iuriſdictionē, niſi in certis ca
ſibus, de quibus infrà: nec etiā cōuenit eū corā ſe. quia nō
debet eſſe iudex in propria cauſa. Vnde eligi debēt arbi-
tri iuris. Et probātur hæc in c. ſi cleric⁹ aduerſus clericū.
xj. q. j. Nō poteſt autē cōpellere ſubditū ſuffraganei ſui ad
ſuſcipiendū cōmiſsiones eius in cauſis: niſi ſit cōſuetudo
de foro cōpe. Romana. lib. vj. de off. or. paſtoralis. Super
quo c. dicit Hoſt. ꝙ cū epiſcopus ſubſit archiepiſcopo, qa
pinguius ius habet in eū, quàm in ſubditū eius, poteſt epi
ſcopum cogere, vt cōpellat ſubditū ad ſuſcipiendū. qđ ſi
intra certū tempus ſibi aſsignatū, hoc facere neglexerit,
nec aliquod iuſtū impedimentū prætenderit, demū pōt
cogere vtrūq;: ar. de of. ord. quāro. in fi. & c. irrefragabilis.
§. exceſſus. & concor. Bernar. etiā ſi ab epiſcopo appella-
tum fuerat. Iure tamen nouo archiepiſcopus cauſas, quæ
ꝑ appellationē, vel alio iure metropolitico deferūtur ad
ipſum nō poteſt audire, ſeu cōmittere alibi, quàm in ſua
ciuitate, vel diœceſi: aut in eis, in qbus appellatū exiſtit,
vel cauſæ ipſæ conſiſtūt: niſi aliud ſibi cōpetat de conſue
2 tudine. de offi. ord. litigātes. lib. vj. ¶ * Primò verò quæri-
tur, ſi in aliquibus caſibus archiepiſcopus habet iuriſdi-
ctionem ordinariā in ſubditos epiſcopi? Et dico, ꝙ ſic in
multis, quæ no. in c. paſtoralis. de offi. ordi. ¶ Primus eſt,
cū deuiat in diuinis officijs à cōſuetudine eccleſiæ me-
tropolitanæ. xij. diſt. de his. quod tamē limitat Hoſt. niſi
eccleſiæ prouinciæ haberēt ſpecialē conſuetudinē, quod
Pan. placet, vt valet cōſuetudo cuiuſq; eccleſiæ, dūmodo
ſit aliàs rationabilis: arg. c. de trina. de cōſe. diſt. iij. Ad qđ
facit, quod no. gl. in c. j. de ſum. trin. in vj. vbi dicitur, ꝙ in
cōcernētibus fidē ſequi debemus cōſuetudinē eccłiæ Ro
manæ: in alijs nō tenemur, niſi Papa diſponat. ¶ Secūdus
eſt, quādo ſubditus epiſcopi delinquit in diœceſi archi-
epī. vj. q. iij. placuit. quia in hoc caſu efficitur aliquis de iu
riſdictione cuiuſlibet alterius. ¶ Tertius eſt, ſi habet præ
dium in diœceſi ſua. extrà, de fo. cōp. c. ſi. & iſte etiā caſus
pertinet ad quēcūq; aliū. ¶ Quartus eſt, ſi cauſa defertur
ad eū ꝑ appellationē. de offi. leg. c. j. de offi. ordi. duo. ſed
hoc caſu diſtingue, vt ſ. ¶ Quintus eſt, cū abſolutus ab ar
chiepiſcopo nō vult parere epiſcopo. de offi. or. ad repri
mendā. ¶ Sextus eſt, ſi cauſa criminalis ſit inter epiſcopū,
& clericū ſuū: quia deduci debet ad ſynodū, in qua archi
epiſcopus præeſt. vj. q. ij. c. j. ¶ Septimus eſt, ſi clericus ha-
bet ciuilē cauſam cōtra epiſcopū ſuum. xj. q. j. ſi clericus.
¶ Octauus eſt, quādo epiſcopus eſt negligēs in eo, qđ fa-
cere debet. ix. q. iij. cū ſimus. Pro quo Pan. in c. ex frequēti
bus. de inſti. facit regulā generalē, ꝙ ſola negligētia epi-
ſcopi deferat iuriſdictionē in archiepiſcopum. & gl. in c.
Romana. de ſupplen. neg. præl. lib. vj. dicit, ꝙ in negligē
tia epiſcopi, archiepiſcopus ſupplet vices eius, nō autē in
delicto, quod limita ſecūdùm Doct. & Pan. in d. c. ex fre-
quentibus. niſi delicta ſint notoria. ¶ Nonus eſt, quando

defuncto epō, eccleſia idoneos clericos nō habet. xij. q. ij.
non liceat. ¶ Decimus eſt, cū euidens eſt, ſententiam epi-
ſcopi eſſe iniuſtā. extrà, de ap. ſolicitudine. ¶ Vndecimus
eſt, cùm viſitat prouinciā: extrà, de præſcri. cū ex officij. &
de cenſi. ſopitæ. & c. cum nuper. ¶ Duodecimus etiā pōt
addi, ſecundū aliquos, ratione notorietatis criminis, quę
facit, vt in ſua diœceſi exiſtēs ſua ſententia afficere poſsit
ſubditos epiſcopi delinquentes: quia licet tex. in d. c. Ro-
mana. in §. notoria. loquatur dū viſitat: tamē Doct. in d. c.
ex frequentibus. illud cōmuniter extendūt, etiā dum viſi
tat. ſed hoc ego credò verū in caſu viij. quādo ſcilicet epi
ſcopus eſt negligēs. vide etiā ſuprà, Abſolutio ij. circa fin.
3 ¶ Secundò, * vtrū archiepiſcopus ſuppleat vices epiſcopi
ꝑ ſolā vacationem ſedis epiſcopalis? Et dico ꝙ non, ſed
capitulum ſupplet. extrà. de ſuppl. neglig. prela. c. ſi epiſco
pus. & c. eccleſiæ. lib. vj. & idē etiā ſi ſit excōmunicatus: vt
in c. Romana. de ſuppl. negl. præl. vel captus à paganis: vt
in d. c. ſi epiſcopus. & idē puto, eadē ratiōe in omni caſu,
quò epiſcopus ſuū officiū exercere, & cōmittere nō poſ-
ſit. puta, ſi efficiatur mutus, aut vertatur in furorē. ¶ Ter-
tiò, vtrū poſsit eccleſiæ cathedrali vacāti, dare viſitatorē?
Et dico ꝙ nō, niſi forte capitulū in ſpiritualibus, & tēpo-
ralibus negligēter, aut male adminiſtret: quia tunc voca-
to capitulò, & cauſæ ſuper hoc agnitione præmiſſa, viſita
torē, ſeu miniſtratorē poterit deputare: q quãuis habeat
legitimā adminiſtrationē in ſpiritualibus, & tēporalibus,
tamē illa beneficia, quę ad ſolā epiſcopi collationē per-
tinent, cōferre nō pōt, ſi ab alio, quàm à Romano pontifi
ce fuerit deputatus: vt in c. eccleſiæ. de ſupp. neg. præ. lib.
4 vj. ¶ Quartò, * vtrū ceſſante ſuffraganeorū ſuorū negligē
tia, poſsit viſitationes iterare, & recipere procurationes?
Et dico ꝙ ſic, nō obſtāte contraria conſuetudine: & dum
viſitat, poteſt confeſsiones ſubditorū ſuffraganeorū au-
dire, & abſoluere, & iniūgere pœnitentiam. extrà, de cen.
perpetuo. lib. vj. ſed vtrum aliquid poſsit recipere, vide ĩ.
5 Viſitatio. vbi de viſitatione eius multa dicētur. ¶ * Quin-
tò, vtrū abſoluere poſsit ſubditos ſuffraganeorū ſuorū?
Et dicit Gemi. in c. ꝑpetuo. de cenſi. lib. vj. ꝙ eos non pōt
ligare, vel ſoluere, niſi dū viſitat: vt ibi tex. innuit: nec etiā
abſoluere ab excōmunicatione minori: vt in c. nuper. §. j.
Secūndò verò, de ſen. excō. & hoc verū niſi per appella-
tionem cauſa ad eū deuoluta ſit, vel in caſib⁹ ſibi ſpeciali
ter à iure permiſsis, de quibus dictū eſt. Sed tamen de his
etiā vide ſuprà, Abſolutio ſecundò. dubio v. vj. & vij. ¶ Se
xtò, vtrū poſsit celebrare conſiliū irrequiſito primate? Et
dico ꝙ ſic. diſt. xcij. ſi quis epiſcopus vacās. & ix. q. iij. c. ij.
6 & iij. ¶ Septimò, * vtrū poſsit facere crucē portari ante ſe?
Et dico ꝙ ſic, tranſiens per quæuis loca ſuæ prouinciæ: &
benedicere populo: in pontificalibus, & ſine pōtificalib⁹
celebrare, & celebrari facere, tā in locis exemptis, q̄ non
exemptis: quæ etiā ſimiliter facere pōt epiſcopus, etiā in
locis exemptis ſuæ diœceſis: vt in cle. archiepō. de priui.
ſed tamē, vt ibi dicitur, hæc fieri debent ſine exemptorū
præiudicio. Multa alia tangentia archiepiſcopum, vide ĩ.
Epiſcopus, per totū. & ĩ. Pallium, & Prælatus, per totū. &
ſuprà Abſolutio ſecundò. §. vij. & ſequen.

DE ARCHIPRESBYTERO.

1 *Archipresbyter, qui aliorum presbyterorum, id eſt, ſacerdotū princeps eſſe dicitur, in duplici differētia eſt. Aut enim ruralis eſt, aut ciuitatenſis. Et quid unumquodque, & in quibus poſitum ſit utriuſque officium.*
2 *Archipresbyter ciuitatenſis, num à caſibus epiſcopo reſeruatis abſoluere poſsit. Et quid de rurali, nū poſsit omnes de epiſcopā*

tu ad ipſum accedentes abſoluere. Et de quibus poßit.
Archipresbyter ruralis, inſtituẽdi, aut confirmandi ſibi à patro
nis in eccleſijs ſub ſuo plebanatu, num autoritatem habeat.

1 ARCHIPRESBYTER,* Princeps dicit aliorũ preſ
byterorũ, id eſt, ſacerdotũ. Et duplex eſt. ſ. ruralis, ꝙ
præeſt ſolũmodo plebi: vt in c. fi. de offi. archipreſ. & ciui
tateſis, ſiue eccleſiæ cathedralis, ꝙ alio nomine dicit deca
nus: vt in c. ad hæc. de off. archi. & eſt ſub archidiacono, &
eius præceptis debet obedire. extrà eo. c. j. vbi dicit gl. ꝙ
archidiaconus eſt minor ordine: cũ ille ſit presbyter, iſte
diaconus: ſed dignitate, & adminiſtratione eſt maior. qđ
ſecundũ Inn. verũ eſt, vbi ſic eſt de cõſuetudine, & in ſpe
ctãtibus ad officiũ archidiaconi de iure, vel cõſuetudine.
In aliquibus aũt eccleſijs, vbi nõ eſt archidiaconus, ſed ar
chipresbyter, vel præpoſitus tantũ loco archipſbyteri: ad
talẽ archipſbyterũ, vel præpoſitũ vltra ea, quæ ſunt ſui of
ficij, pertinẽt ad eũ, quę de archidiacono dicuntur, prout
habet conſuetudo loci, quę in huiuſmodi dat iuriſdictio
nem. ¶ Primò verò queritur, quod ſit officiũ archipresby
teri ciuitateſis? Et dico, ꝙ Leo in c. officiũ. extrà, de off. ar
chipreſ. ſic dicit: Officiũ archipſbyteri de vrbe cõſtat, qñ
ibi præſul defuerit, vice eius officiũ inchoare: benedictio
nes pſbyterales in eccleſia dare: miſſam, quãdo voluerit,
cantare, vel cui de ſacerdotibus iuſſerit: qñ verò epiſco
pus miſſam canit, debet præcipere ſacerdotib⁹, vt induãt
ſe veſtimẽtis ſacris, & qualiter ad miſſam ꝓcedãt. Debet
enĩ pcipere cuſtodi eccleſiæ, vt in ſacrario eccleſiæ eucha
riſtia Chriſti, propter infirmos nõ deſit: debet infirmis ꝓ
uidere, & prouidẽdo præcipere ſacerdotibus, ne fortè ſi
ne cõfeſsione, vel cõfirmatiõe corporis, & ſanguinis Do
mini noſtri IESV Chriſti moriãtur: cõfeſsiones eorũ, ꝙ
à foris veniũt, recipere cũ oĩbus ſacerdotibus: & exinde ꝑ
prouiſionẽ põtificis magnã debet illis adhibere curã. Ad
Chriſtianos quoq; faciẽdos, & baptizãdos infantes, & ad
ſuccurrẽdum: omnia à ſacerdotibus per iuſsionem illius
fiãt. hæc ibi. vbi dicit glo. in verbo, benedictiones. i. in ma
tutinis, qñ debẽt legi lectiões. Et dicit etiã in verbo, ſine
cõfeſsione. reus erit animæ illius. xxvj. q. vj. ſi pſbyter. Et
rurſus dicit in verbo, foris veniũt. i. extra ciuitatẽ: & eſt ar
gumentũ, inquit, ꝙ quilibet de epiſcopatu pot in eccĩa
maiori ſacramẽta recipere. quod verũ eſt, ar. diſt. l. in capi
te. nec eſt cõtra quod dicitur de pœ. diſt. vj. ꝙ epiſcopus
nõ debet recipere parochianũ alterius epiſcopi: quia tũc
recipit parochianũ alterius, ſed ſuũ: qa omnes recurrere
poſſunt ad archipresbyterũ eccleſiæ maioris, vt hic dicit.
Et ſimiliter in verbo, cũ omnibus ſacerdotibus: dicit Ioã.
And. i. omniũ ſacerdotũ: quia & ipſi archipresbytero cõfi
teri debẽt, ſecundũ Inn. vel ſecũdũ Hoſt. hoc intẽdit, ꝙ ſi
ipſe propter multitudinẽ nõ ſufficit ad cõfeſsiões audiẽ
das, alijs ſacerdotibus cõmittit. ¶ Secũdò quæritur, quod
ſit officiũ archipresbyteri ruralis? Et dico, ꝙ de eo in c. fi.
de offi. archipre. ſic dicitur: Vt ſingulæ plebes archipſby
terũ habeãt, propter aſsiduã populi Dei curã: qui nõ ſolũ
imperiti vulgi ſolicitudinẽ gerat, verũ etiã presbytero
rum, qui per minores titulos, id eſt, eccleſias habitãt, vitã
iugi circũſpectiõe cuſtodiat: & qua vnuſquiſq; induſtria
diuinũ opus exerceat epiſcopo ſuo renũciet. Nec obten
dat epiſcopus nõ legere plebẽ archipresbytero, quaſi ipſe
eã gubernare valeat: quia & ſi valde idoneus ſit, decet tñ
vt ſua onera partiatur: ſicut & ipſe matrici eccleſiæ pẽſt:
ita archipſbyteri præſint plebibus, vt in nullo titubet ec
cleſiaſtica ſolicitudo. Cuncta tamẽ referant ad epiſcopũ:
nec aliquid contra eius decretũ ordinare præſumãt. Hæc
in d. c. vbi dicit glo. ꝙ ſicut c. precedens, de quo ſcilicet in
priori §. loquitur de ciuitateſi archipresbytero: ita pſens
loquitur de rurali: qui in Tuſcia cõiter dicitur plebanus:
alibi decanus. Et in verbo, referat. dicit: Præter minora, q̃
ipſe determinare põt, cùm habeat ordinariã iuriſdictio
2 nem: vt in c. cũ ad eccleſiã. de offi. ordi. ¶* Tertiò quærit,
vtrũ archipresbyter ciuitateſis abſoluere poſsit à caſibus
epiſcopo reſeruatis? Et dicit Hoſt. ꝙ nõ, ſine cõmiſsione
ſpeciali. quòd verũ credit Io. And. de pœn. & remiſ. ſi epi
ſcopus. lib. vj. licet abſoluere poſsit oẽs de epiſcopatu à
nõ reſeruatis, vt dictũ eſt. Nõ põt etiã ſolẽniter pœniten
tem reconciliare, epiſcopo nõ conſulto, ſecundùm glo. in
d. c. ij. niſi eo abſente, in maxima neceſsitate. ¶ Quartò
quæritur, vtrũ archipſbyter ruralis poſsit abſoluere oẽs
de epiſcopatu ad eũ accedẽtes? Et dico ꝙ nõ, niſi quantũ
epiſcopus dat autoritatẽ: qa ſolum præeſt plebi: & nihil
debet facere ſine relatione ad epiſcopũ, ſcilicet, quãtũ ad
maiora: vt in d. c. fi. poteſt tamẽ à nõ reſeruatis abſoluere
omnes ptinẽtes ad eccleſias, quę ſunt ſub ſuo plebanatu:
vt patet: quia, vt dicitur in d. c. fi. ſicut eps eccleſiæ matrici
præeſt: ita ipſe præeſt plebi. licet glo. dicat, ꝙ ly ſicut, non
dicit, ſiue nõ notat oĩmodã ſimilitudinẽ, ſed aliqualẽ: qa
ſcilicet habet autoritatẽ ab epiſcopo, & nõ poteſt termi
3 nare maiora. ¶* Quintò, vtrũ archipresbyter ruralis ha
beat autoritatẽ inſtituẽdi, ſeu confirmandi præſentatos à
patronis in eccleſijs, quę ſunt ſub ſuo plebanatu? Et ſecun
dùm Archi. certũ eſt, ꝙ de cõmuni iure non poteſt: ſecus
ex cõſuetũdine præſcripta: ſicut accidit in archiepiſcopa
tu Florentino: quia vterq;, archiepiſcop⁹ ſcilicet & archi
presbyter ruralis, ſeu plebanus poteſt confirmare præſen
tatum ſibi: & ad quem primò recurritur, ille expedit.

DE ARGVMENTATIONE IVRIDICA.

1 *Argumentationem, conſequentis ex antecedẽte illationem eſſe.*
unde, arguere, nil aliud eſſe, atque id quod implicitè in quopiã
continetur, explicare. Argumẽtatio autẽ iuridica quid ſit: quid
item iuridicè arguere, ibidem plene diſſeritur.
2 *Argumẽtatio à ſimili, num efficax ſit. Et num legis unius ad al*
terius legis ſpeciem, aut rationẽ extẽſio fieri queat. Et quid in
ſtatutis municipalibus, & cõſuetudinibus. Et qđ in pœnalibus.
3 *Argumẽtatio ab etymo, num ualeat. Et ibidem limitationes.*
4 *Scholares ſcholas dũtaxat intrantes, nõ autẽ audientes, ac ſtu*
dentes, priuilegio ſcholariũ gaudere non debent. Quod ad alios
quoque artes priuilegio ſubnixas porrigitur.
5 *Scholares, & itẽ artifices, qui indignè priuilegio artis uſi ſunt,*
ac proinde collitigatores priuilegij occaſiõe grauarũt, & ab ijs
quid conſecuti ſunt, nũquid ipſis grauatis ad reſtitutionẽ teneã
tur. Et quid de ipſorum rectoribus.
6 *Argumentatio, quot modis in iure procedat.*

1 ARGVMENTATIO,* eſt illatio cõſequẽtis ex ante
cedẽte: cũ ſit cõſequẽtia quædã. Et ſic arguere, eſt id,
qđ implicitè cõtinetur in vno, explicare: vt tu es homo:
ergo habes rationẽ. Argumentatio aũt iuridica eſt illatio
cõſequẽtis ex antecedẽte iuridico ſiue contẽto in iure. &
arguere iuridicè, eſt illud, qđ implicitè, & virtualiter cõ
tinetur in vna lege, vel ſnĩa legali explicare: ſicut cũ dicit
de vno ſimili, infertur de alio: vt de cõſti. trãſlato. vnde ar
gumẽtatio iuridica, eſt q̃dã extẽſio iuris, ſiue legis. ¶ Pri
2 mò* verò queritur, vtrũ valeat argumẽtatio à ſimili. Et di
co ꝙ ſic. ij. q. j. multi. in gl. & de cõſti. tranſlato. & ibi dicit
Pan. ꝙ vbi eſt caſus ſimilis, & habet caſum ſpecialẽ in con
trariũ, extenſio fieri nõ debet: qa nõ debet fieri correctio
legũ ex ſimilitudine rationis. vbi aũt contrariũ nõ reperi
tur, bene fieri poteſt extẽſio. Et ſic intellige l. nõ poſſunt.
ff. de leg. & hoc not. Bar. in l. non dubiũ. C. de legibus. vbi
dicit idẽ eſſe in cõſuetudinibus, & ſtatutis: per leg. de qui
bus. ff. de legib. Et ſic nota, ꝙ ſtatutũ municipale, & cõſue
tudo poſſent ad alios caſus ex identitate rationis extẽdi:
dummodo illi caſus non habeãt legẽ contrariã. Et ſic in
tellige quod no. in c. noſtra. de iniu. vbi tenuerũt multi, &
male, ꝙ ſtatutum non debet extendi, quia eſt ſtricti iuris:
ſed, vt dixi, illud procedit, quando extenſio fieret cũ legis
correctione: aliàs ſecus. Nõ debet etiã fieri in pœnalib⁹:
niſi identitas rationis ſit expreſſa, vel indubitatè præſum
pta, ſecundũ eundẽ in collatione gloſſarũ clemẽ. in tit. de
3 reſcrip. ¶ Secundò,* vtrũ valeat argumentatio à nominis
etymologia? Et dico, ꝙ ſic. xvj. q. j. placuit. el j. & ij. Sed li
mita primò, quia valet ſolũ negatiuè: quia valet, Non eſt
teſtatio mentis: ergo nec teſtamentũ. non autẽ ecõtra, Eſt
teſtatio mentis: ergo teſtamentũ. Secundò valet ſolùm in
nomine appellatiuo: quia propria ad placitũ imponũtur:
vt not. Barto. in procœmio Infortiati, ſuper rubrica. Tertiò
valet ſolũ quãdo nomen ſumitur ex eſſentiali natura ſua,
ſecundũ Pan. in c. j de iud. vt mutuum & teſtamentũ. Nam
hoc verũ teſtamentũ eſt teſtatio mentis. l. j. ff. de teſta. vbi
ergo nõ eſt teſtatio mentis, nec teſtamentũ. Similiter mu
tuum eſt, quod de meo tuũ fit. l. ij. ff. ſi cer. pet. vbi ergo de
meo non fit tuum, nõ eſt mutuũ. Secus autẽ quãdo impo
nitur nomẽ ex eo quod deberet ineſſe nominato: ſicut im
perator dicitur Auguſtus, quia deberet augere Rẽpubli
cam: ſed ſi non auget, tamen Imperator eſt: vt notatur in
procœmio ff. veteris. Papa ſimiliter dicitur pontifex, quia
debet eſſe pons per vitę exemplaritatẽ: quod ſi nõ facit, ta
men pontifex eſt: vt in c. j. de con. lib. vj. Sic igitur intelli
ge Inſt. de tute. in princip. ff. de verb. ſig. l. bonorũ. & l. ma
lum. C. de defen. ciui. l. defenſores. la ij. Inſt. de dona. §. eſt
& alius. C. de ferijs. l. à nullo. C. de offic. præfe. vrbis. l. j. Ex
quibus patet, ꝙ argumentum ſumi poteſt à nominis inter
pretatione. Et ſic limita, ſecũdũ Bal. de vaſal. mil. qui arma
belli. dep. illud prouerbium, Si nomine priueris, nec rem
habere mereris, eſſe verũ, ſi nomẽ ſignificat ſubſtãtiã, vel
qualitatẽ neceſſariã ineſſe alicui ſubiecto: vt ff. de fideic.
li. l. Lucius. ff. de pac. l. tale pactũ. §. fi. Secus ſi ſignificat ſo
lam ſimplicẽ demonſtrationẽ. ff. de reb. dub. l. ſi cognatis.
4 Et* ex his patet eſſe verũ, ꝙ ſcholares ſcholas intrantes,
non autẽ attendẽtes, nec ſtudentes, non gaudent priuile
gio ſcholariũ: vt tenet Io. de Lig. in procœmio clem. addu
cens no. per gl. in l. vna. C. de ſtu. li. vr. Ro. tex. in l. ſi quis.
C. de dome. prote. Et idẽ ſi inhoneſtè viuunt. C. de decur.
& ſta. l. agẽtes. aliàs incipit, per id tempus. Et ſimiliter qui
ſunt de collegio alicuius artis, artẽ illã nõ exercẽtes, non
gaudẽt priuilegio eius: vt no. Bar. in l. ſemper. ff. de iu. im
5 mu. per illũ tex. in §. negotiatores. xvj. q. j. generaliter.* Et
faciũt tam cõtra ſcholares & artifices, quàm cõtra eorũ re
ctores, qui grauãt litigãtes cum eis ratione priuilegiorũ.
Et ideo, ſecundũ aliquos, ſi hoc ſit manifeſtũ, tenentur re
ctores ad reſtitutionẽ omniũ, in quibus plus ſunt grauati:
& ſimiliter ſcholares, ſi tales ſunt ꝙ non gaudeant, quãuis
non ſit manifeſtũ. Sed hoc fortè non eſt verũ, niſi in foro
cõſciẽtiæ. ¶ Tertiò* queritur, quot modis valet argumen
tatio in iure? Et dico, ꝙ valet primò à ſimili eo modo, quo
dictũ eſt. Et ſecundò, à nominis appellatiui etymologia: à
nomine aũt proprio fit quidẽ argumẽtũ, ſed inualidũ: vn
de homines quęrũt nomina bona, & dicebat vxor Io. An.
ꝙ ſi venderẽtur, deberẽt emi ꝑtio magno. vnde ipſe extol
lit propriũ nomen ſuũ in proœ. cle. & ſimiliter Accurſius
in l. facta. ff. ad Treb. quia ex horrido noĩe ſępe interpretã
tur homines ſiniſtrũ: putãtes ab euẽtu prauo impoſitũ. Et
tertiò ab oppoſitis, vel cõtrarijs. viij. q. j. ſciẽdũ. Et quartò
ab exẽplis gẽtiliũ. de ver. ſig. forus. de cõſe. di. j. c. j. Et quin
tò ab authoritate. xxxiiij. q. j. dixit. ſed valet ſolũ affirmati
uè ſecũdũ dialecticos. Valet etiã multis alijs modis, ꝓ quo
vide Bal. in l. cõuẽticula. C. de epi. & cle. vide ẽt infrà Lex.

DE ARRHA.

1 *Arrha, quæ realis quædam ſecuritas eſt, in duplici poſita eſt diffe*
rentia. Et ibidem de unaquaque.
2 *Arrha uerè tradita, nũ poßit quis à contractu reſilire. Et quã*
tum perdit, qui à contractu ſic inito recedit.
3 *Arrha ſponſalitia, quæ ſubarrhatio dicta eſt, cuius effectus ſit.*
Et matrimonio non ſecuto, num arrha reddi debeat.

1 ARRHA* videt eſſe ſignũ, ſiue argumẽtũ, & vadimo
niũ, ſiue ſecuritas quędã realis. Et eſt duplex. vna ſci
licet data in ſignum, & ſecuritatẽ emptionis & vẽditionis
contractæ, vel cõtractus ęquiualẽtis: qui tamẽ ſine ea vale
ret. l. quod ſæpe. in prin. ff. de cõtrah. emp. quę adueniente
ſolutione ceſſat eſſe arrha, & trãſit in pretiũ. de quo vide
l. ij. C. quãdo li. ab emp. di. ce. tex. & doc. & hęc põt appel
lari arrha realis, id eſt data in ſignũ pro re venali & pretio
menſurabili. Alia eſt, quę datur ſpõte in ſignũ & ſecurita
tẽ matrimonij contrahẽdi. & dicitur arrha ſpõſalitia, quæ
adueniente matrimonio, perdito nomine arrhæ, trãſit in
donũ, vel dotẽ: vt anulus, pecunia, & huiuſmodi. Et huiuſ
modi arrhæ datio ſubarrhatio dicitur: quę fit præcipuè ꝑ
anuli immiſsionem, & vulgò dicitur deſpõſatio. ¶ Primò
2 *queritur, vtrũ poſt realis arrhę dationẽ poſsit quis rece
dere à cõtractu. Et dico ꝙ non, ſi data eſt nomine arrhę &
in partẽ ſolutionis fiendę: quia cũ pars, vel quæ futura eſt
pars pretij ſoluta eſt, res nõ eſt integra. C. qñ li. ab em. di.
l. vnica. ¶ Secundò, vtrũ is, per quẽ ſtat, ne contractus per
ficiatur, quãdo aliquid datũ eſt ſolũ pro arrha, aliquid per
dat? Et dico ꝙ is, qui eam dedit, eam perdit: qui verò eam
recepit, reſtituet duplicatã. Inſt. de empt. & vend. §. in his.
3 ¶ Tertiò* quæritur, quid operetur arrha ſponſalitia, ſiue
datio arrhę, quę ſubarrhatio dicitur? Et dico, ꝙ ſi hoc in
ter ſpõſum & ſponſam fiat, præſumitur pro matrimonio:
niſi probetur contrariũ, vel eſſet contraria cõſuetudo, vel
ætas repugnet: vt notatur extrà, de deſpon. impu. c. tuæ. Si
verò hoc fiat à parentibus, ſola ſponſalia contrahũtur, vẽl
præſumuntur: vt ibi dicit gl. quod tamẽ intellige per mo
dum, quo à parẽtibus ſponſalia cõtrahi poſſunt. de quo in
frà, Matrimoniũ ij. ¶ Quartò, vtrũ reſtituatur arrha ſpon
ſalitia nõ ſecuto matrimonio? Et dico, quòd ſi ſecutũ non
fuerit abſque alterius culpa, vt per ſuperuenientẽ mortẽ
vel religionis ingreſſum, & huiuſmodi, ſic reſtitui debet
arrha ſimpliciter. Si verò nõ ſequitur propter culpã dãtis
arrhã, perdit illã. Si verò propter culpã recipientis, reſti
tuet eam in duplũ. C. de ſpon. l. arrhis. & l. fi. Quod verum
eſt, ſi accipiẽs ſit maior xxv. annis, aut ſi veniã ętatis impe
trauit, & eam in cõpetenti iudicio probauit. aliàs tenetur
ſolùm in ſimplũ: vt in d. l. fi. & ad illud ſimplũ, cùm ſit pœ
na, ſecundũ aliquos nõ tenetur in foro pœnitẽtię, niſi fue
rit ad hoc facta cõdẽnatio: vt colligi poteſt ex notatis per
gl. ij. qõ. ij. fraternitas. Et de hoc infrà Hęretic⁹, primo. &
Aſſaſsinus. §. vlti. Sed & de hoc & de multis alijs ſpectan
tibus ad hanc arrham, infrà Sponſalia. & infrà Pœna.

¶ ARROGANTIA, infrà Superbia.

¶ ARROGATIO, vide ſuprà Adoptio.

DE ARTIBVS ET ARTIFICIBVS.

1 *Ars, quæ ab Ariſto. recta ratio rerum à nobis factibiliũ deſini*
tur, propriè de mechanica dicitur: cuius partes ſeptem ſunt.

1 *Ars, ſeu corporale exercitium, num licitè exerceri queat. & tū quot & quæ cōcurrere debeant. Et num inter ſe licitè cōueniāt artifices, ut alios non inſtituant: aut quæ facta ſunt, nō niſi certo modo diuendant.*

3 *Arma ac uenena, quibus homines aut læduntur, aut intereūt, num efficere, ac parare liceat.*

4 *Rei flagitioſæ, quæ nullo modo per alterius acceßionem uſui humano utilis effici poteſt, nec emptio, nec ſocietas, nec mandatum ſubſiſtere poteſt.*

5 *Aleas, taxillos ac chartas, num facere, ac uēdere liceat.* Et *quid de fucos, ac deuenuſtandæ faciei lenocinia parantibus.*

6 *Ars baliſtariorū num licita ſit.* Et *quid de hiſtrionatus exercitio.* Itē *quid de his, qui ludos efficiunt, non ſine corporis ac uitæ diſcrimine, & periculo: cuius generis ſunt funābuli, & ſimiles.*

7 *Ars conficiendorum inſtrumentorum muſicalium, nū licita ſit.* Et *quid de his, qui aut tympana aut citharam plectūt, aut qui tibijs, & uiolis uoculantur.*

1 ARs* eſt recta ratio rerum à nobis factibilium, ſecundùm Ariſto. in lib. Ethi. & propriè dicitur de mechanica, quæ diuiditur in ſeptem, ad quas omnes reducūtur, quæ his verſibus cōtinenť: Lana, nemus, miles, nauigatio, rus, medicina. His ars fabilis cōnumerari poteſt. Dicunť tamen, & quędam ſcientiæ ſpeculatiuæ artes: quia ſcilicet ordinantur ad aliquod opus rationis dirigendū: & ſunt ſi-
2 militer ſeptē, de quibus nihil ad nos. ¶ Primò verò* quæritur, vtrū ars ſiue corporale exercitiū, licitè exerceri poſſit? Et dico ꝙ ſic, ſi iſta concurrāt. Primò, ꝙ huic exercenti non ſit ſpecialiter prohibitū: ſicut clericis quædam prohibentur, vt infrà Clericus, ix. per totum. Secundò, ꝙ non ſit etiā prohibitū vel illicitū ex ſe, id eſt naturali iure, nec à Deo, ſiue diuino iure, nec ab eccleſia, vel iure ciuili: ſicut exercitiū fœnerādi, & omne quod nō niſi ad peccatū ordinatur. Tertiò, ꝙ fiat debitis circunſtātijs: puta debito tempore, & non feſtiuo: debito loco, & nō in eccleſia: debito modo, & non cum fraude, dolo, vel mendacijs. Quartò, ꝙ fiat recta intētione: puta ne torpeat otio: vt ex lucro ſubueniat ſuis, vel alienis indigētibus: vt decēter viuat, & huiuſmodi: quibus cōcurrētibus eſt impoſsibile aliquid eſſe illicitum: cùm omne illicitū ſit, vel quia eſt prohibitū, vel quia eſt malū de ſe, aut ex circunſtantia, aut ex fine, vel intentione. ¶ Secundò, vtrū licitè inter ſe conueniāt & paciſcantur artifices, vt non inſtruāt alios, aut non vendāt niſi certo modo? Et dico, ſecundū Inn. in c. ſignificante. de appel. ꝙ peccāt, ſi hoc faciunt frauduleter: ſecus ſi ex priuilegio, vel cōſuetudine. C. de monop. l. vna. Vel dicit, ꝙ hoc locū habet de perſonis, & rebus. de loco autē, vbi fit vēditio, bene licet paciſci. Vel dic tu, ꝙ peccatū de non inſtruēdo aliū ſimpliciter & vniuerſaliter factū, non tenet, & illicitum eſt: quia inſtructio aliquādo poteſt eſſe bona, & debita. vnde ſi interuenerit iuramentū, eſſet de non faciēdo aliquod bonū, & cōſequēter mortale. Licitè tamē poteſt quis aliquando negare inſtructionē: ſicut licitè aliquādo nego eleemoſynā: & tamen nunquam licet paciſci de nō danda eleemoſyna. Si autē fiat pactū de non inſtruendo aliū non ſimpliciter, ſed in aliquo caſu, aut niſi concurrat aliqua conditio, poteſt eſſe licitū, ſi ex legitima cauſa fiat.
3 Et idem dico de pacto non vēdēdi. ¶ Tertiò,* vtrū liceat facere arma & venena, quibus homines læduntur, aut moriuntur? Et diſtinguit Ray. quo ad intentionem, & quo ad opera ipſa ſic. Si enim artifices hæc faciant, aut vendāt vt homines talibus abutātur: vel donēt aut vendāt his, quos ſciunt aut credūt abuſuros, mortaliter & grauiſsimè peccāt, & rei ſunt omniū, quæ inde ſequuntur. xj. qō. iiij. præcipue. xxvij. q. ij. ſi tu. & omnium debēt pœnam ſuſtinere, cùm ſint cooperatores. ij. q. j. notum. Si verò habuerūt intentionem bonam, quia ſcilicet credebāt iſta emi ꝓpter aliquem licitum vſum: vel animo indifferēti nihil ſuper hoc cogitarūt: vel ignorabant illicitum eſſe talia facere, aut vendere: ſubdiſtinguendum eſt. Nam ſi illa vtilia eſſe poſſunt ad vſus humanos, vt arma in bello iuſto: & quędā venena in quibusdā medicinis, vel etiā in coloribus aptādis, & huiuſmodi, non peccāt, niſi ratione corruptæ intentionis, vt dictū eſt: vel niſi ex qualitate temporis & perſonæ dictaret conſcientia, aut dictare deberet, quòd iſta nō quæruntur niſi ad malum, quia tunc vendendo peccarēt. xxiij. q. v. de occidēdis. v. q. v. nō omnis. ſicut, verbi gratia, licet Ray. nō dicat, peccaret vēdens arma offenſiua, puta lanceas, gladios, ſagittas, machinas, iniuſtè bellantibus, ſi hoc eſt manifeſtū, quia cooperaretur peccato eorū: in dubio autem videtur vendens excuſabilis, ſecundū alios: quod verū credo, ſi timēs impetatur ab alio, nō ſi impetat. Et ratio patet: quia eo caſu ſi vēdit impetēti, exponit ſe periculo iniuſtè nocendi: & ſi nō vendit ei, qui impetitur, exponit ſe periculo nō inuādi eum, qui debet iuuari. In armis etiam defenſiuis, puta galea, thorace, & huiuſmodi, quidā credunt, quòd excuſatur vendens, etiā in bello manifeſtè iniuſto. Quod ego verū credo, ſi emens impetitur, nō aliter: quia ſunt occaſio exercendi offenſiua. Si autē ad nullum vſum ſunt vtiles, niſi ad peccandū: ſicut quædā venena mortifera ad nullum bonū vſum vtilia: peccāt faciēdo, tenendo, vendēdo, vel aliàs alienando talia. xxj. q. j. c. j. de conſecra. diſt. v. fucare. argu. de libello famoſo, quē nō debet quis oſtēdere, ſed deſtruere: aliàs peccaret grauiter. v.
4 q. j. per totū. Et* eſt optima lex ad hoc ff. de contrah. emp. l. quod ſæpe. vbi ponitur talis regula, quòd flagitioſę rei, id eſt, quæ nullo modo per additionē alterius poteſt eſſe vtilis vſui humano, nec emptio, nec mādatū, nec ſocietas valere poteſt. Et idem tenet Inno. in ca. j. ne cleri. vel mo. qui dicit, quòd in his nullo modo licet negotiari. Et concordat prædictis Hoſt. & S. Tho. Sed tamen aduertendū eſt, quòd Supple. inter ea, q̄ nulli vſui humano ſunt apta, ponit exemplū de quibusdā ſumptuoſis camiſiarum ſuturis, quas pręcipuè faciūt Hiſpani, dantes pro factura vnius camiſię interdum plus quadruplo, quàm pro tota camiſia. Sed hoc non eſt verum: quia veniunt in vſum ornamenti,
5 quod aliquādo licere pōt. ¶ Quartò,* vtrum liceat facere aut vendere aleas, taxillos, & chartas, & huiuſmodi? Et dico, quòd quo ad factores taxillorū, omnes conueniūt, ꝙ de tali artificio viuere nō licet: quia horum vſus, vt in pluribus, eſt ad malum. Et Veruec. dicit, quòd non eſt ſecurū de talibus viuere, quorū vſus frequētius eſt ad peccatum. quod Arch. intelligit de mortali. Vn̄ tales non ſunt abſoluendi, niſi dimittāt. de pœ. di. v. falſas. & c. fratres. Quo ad factores autem alearū, ſeu tabularū, Archi. dicit idē, quòd & de taxillis. Sed quidā alij dicūt eſſe ſimile: quia eis frequentius luditur ad ſubleuationē tędij, vel laboris: & idē de ſcachis. Et hanc opinionē Supple. dicit verā, ſi ſine peccato luderetur. quod Hoſtien. non videtur: aliàs idē dicendum eſt de his, quod de taxillis, propter eandē rationem: quia vbi modo ratio eadem eſt, ibi idem ius. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Quantum ad chartas quoq;, idem dicit Archid. quod de taxillis. Sed tu dic, quòd circa hęc & ſimilia habetur vna maxima ex S. Tho. ij. ij. qō. clxix. & Piſa. & Archid. quòd nullus poteſt vendere ea, quibus homines bene vti non poſſunt, nec quibus vt plurimum homines male vtūtur, nec quib⁹ vtūtur bene & male, ſi probabiliter crediť, quòd ad

quòd ad vſum malum cōparantur. Aleis autē & taxillis & chartis nō vtūtur vt in pluribus homines ad malum pluſquā fucis, maximè ad mortale, & ſi fortè ad veniale. & iō non eſt in malo ſtatu, qui talia facit aut vendit, niſi vēdat ei, quē probabiliter dubitat huiuſmodi vſurū ad mortale. Vnde eſſet ei cōſulendū, vt abſtineat, nō tamē eſt abſolutio deneganda: quia ſi leges cōcedūt in caſu ludū alearū, vt patebit, etiam ipſam earum fabricationē & emptionē concedūt. In aurea aūt Roſa nō determinaui ex proprijs: ſed opinionem prædictorū recitaui. ¶ Quintò quæritur, quid de factoribus aut venditoribus fucorum, & aliorum ornamentorum? Et Sum. Ang. dicit, quòd facientes taxillos, chartas, pompas, curioſitates, & huiuſmodi, quæ frequentius ſunt peccatum mortale his qui vtuntur, abſolui non debent, niſi à tali arte abſtineant. Sed S. Tho. ij. ij. q. cxix. dicit, quòd quia mulieres ſe poſſunt ornare, vt cōſeruent decentiam ſui ſtatus, vel etiā aliquid addere, vt placeant viris ſuis: cōſequens eſt, quòd artifices talium ornamentorum non peccent in vſu talis artis: niſi fortè inueniendo aliqua curioſa & ſuperflua. Archid. autem diſtinguit, dicens ꝙ vendendo his, quos ſciunt aut credunt vſuros ad prouocandam laſciuiam, eſt mortale: quia cooperantur talibus in crimine. ij. q. j. notum. hoc tamen non debent de facili credere, niſi appareāt ſigna manifeſta, vt in meretricibus: quia nemo eſt iudicādus immemor ſalutis æternę. j. q. vij. iubemus. Sed vbi hoc ignorant, vel non cōſiderant, ſed ſolùm aduertunt de vanitate: cùm talibus vti poſsint mulieres cum mortali & veniali, & licitè ſecūdū quantitatē exceſſus, & intētionem earum: cùm etiam ſit temerarium iudicare, quòd intentio earū, vt in pluribus, ſit laſciuia, aut inanis gloria, quæ ſit mortale: exceſſum etiā eſſe tantū, quod faciat mortale, ſit difficile diſcernere, nō videtur quòd hmōi artifices peccent mortaliter: cùm minus ſit iſta facere, aut vendere, quàm eis vti: quòd vti etiā fucis, quod maximè inter ornamēta ad laſciuiam prouocat, non eſt mortale, vt dictum eſt: niſi forte dicatur, quòd mulieres, vt in pluribus, his vtuntur vt placeant viris alienis: ſaltem ad inanē gloriam: ad quod tamē dicitur, ꝙ in-
6 anis gloria, ex genere ſuo eſt veniale, vt diceť. ¶ Sextò,* vtrum ars baliſtariorū, id eſt, exercēdi baliſtas, quæ ſcilicet ad artē militiæ reducitur, ſit licita? Et dico, ꝙ ſub pœna excōicationis ꝓhibetur inter Chriſtianos. de ſagittar. c. vnico. Sed cōmuniter intelligiť, primò cōtra catholicos, & ſecūdò in bello iniuſto, ſecūdùm gl. & Doct. ibi. quod etiā euidēter probatur ſecūdum aliquos: quia, vt videtur j. Excōicatio. j. excōicatio nūquā inferatur à iure, niſi pro eo quod eſt mortale: & cōſequēter nec etiā iura eā cōminātur, niſi pro tali. Data aūt iuſtitia belli, licitū eſt quibuſcunq; armis vti & pugnare: nec attinet ad iuſtitiā, vtrū qs apertè vel ex inſidijs pugnet. xxiij. q. ij. dn̄s. pugna aūt baliſtarum videtur pugna ex inſidijs. Dicūt tamē cōiter Doctō. ꝙ iſte canō nō eſt latæ, ſed ferēdæ ſn̄iæ. ¶ Septimò, vtrū licita ſit ars hiſtrionatus? Et dico ꝙ hiſtrio eſt, qui ſua perſona ludū facit ſine vitæ periculo: & eius ars, ſecundū bea. Th. ij. ij. q. clxviij. & alios Doct. eſt licita, ſi fiat moderatè, loco, tēpore, & à perſonis congruis, id eſt, laicis: quia ordinatur ad ſolatiū hominibus exhibēdū: quod humanę vitę neceſſariū eſt, ſicut cibo, ſale: & eo caſu licitè ꝑcipiūt mercedē: aliàs eſſet peccatū, etiā mortale: vt ſi fiāt ſimilia tēpore pœnitētiæ, vel in eccleſia, vel à perſonis eccleſiaſticis, aut cū iniuria Dei vel ꝓximi: puta cū verbis turpib⁹ aut actibus repræſentantibus turpia, aut incantationibus. quod patet: qa talibus corp⁹ Chriſti denegatur: vt in c. ꝓ dilectione. de cōſe. di. ij. vnde nō ſunt abſoluēdi. Et de talibus loqtur Cypria. in di. c. ꝓ dilectione. & Au. di. lxxxvj. qui venatoribus. vbi dicit, magnū eſſe peccatū dare aliqd talibus ꝓ opere ſuo, quia in ſcelere ſuo fouentur. Et illud peccatū videtur mortale, qa eſt cooperatio ad mortale: & illud, quod datur, pertinet ad turpe lucrū, erogādū pauperibus de conſilio. Addit tn̄ Veruec. & Rodof. & Sū. Conf. nō eſt mortale, ſiqs talibus dat, ne ab eis infametur aut vituperet: ſiue etiā ſi eis dať ad neceſsitatē ſuſtētandæ naturæ. ſecūdū Rod. Vtrū aūt poſsit talis ordinari. j. Ordinandus. ¶ Octauò, vtrū licita ſit ars facietiū ex ſua ꝑſona ludū cū ꝑiculo vitæ: vt q gradiunť ꝑ chordas in ſublimi, & huiuſmodi? Et dico, ꝙ nō, rōne ꝑiculi: ſed eſt peccatū mortale nō obſtāte ꝙ nō moriantur in pluribus qn̄ ſic ludūt, ſed ſemel tātū: qa ſufficit, ꝙ in plurib⁹ moriātur tales artifices: & ſi nō in plurib⁹, ſaltē frequēter & ſępe. Vn̄ torneamēta ſunt ꝓhibita ſub pœna priuatiōis ſepulturæ, hac rōne: qa ibi hoīes ſępe moriūtur: extrà, de tornea. c. j. ¶ No-
7 no,* vtrū licita ſit ars facietiū inſtrumēta muſicalia? Et dicit Archi. ꝙ cū vſus eorū de ſe ſit licitus, licita eſt eorū formatio & venditio: ſed tn̄ ī vſu eorū pōt multipliciter eſſe peccatū, ſcilicet vtēdo ad laſciuiā, vel ad nimiā cōplacētiā ſenſualē: permaximè verò in diuinis officijs pulſando in organis bellatas, & cātiones laicales: qđ videtur magna irreuerētia Dei: & ſi nō multi, qdā tn̄ carnales & vani ꝑcipiūt de cantionibus, vn̄ magis ad carnalia q̄ ad ſpiritualia trahūtur. Sed vtrū mortale aut veniale ſit viderint ipſi facietes. hæc ille. Sed iſta ꝓcedūt, qn̄ cātiones ſunt laſciuæ, habētes verba aut turpia aut incētiua carnalis amoris: & ſunt ſatis vſitatę, ita, ꝙ veriſimile eſt, aliquos iſta ꝑcipere. ſec⁹ vbi nō ſunt vſitatæ: qa ꝑ accidēs, & rarò eſſet ꝙ aliqs inde moueretur ad malū. Quæ aūt rara ſunt, ſub arte non cadūt. Sicut ēt ex figuris ſanctorū aliq male mouētur, nec tn̄ penitus auferūtur de eccleſia: qa alij plures inde mouētur ad bonū. ¶ Decimò, vtrū licita ſit ars ꝓpter lucrū ludētiū ī tympanis, ſiue taburis, & tibijs, & violis, & hmōi: q ſcilicet cōgregabāt hoīes ac mulieres, aut ad loca, vbi cōgregātur, accedūt, vt ibi lucrētur. Et dico, ꝙ de ſe, id eſt, omni caſu iſta ars nō eſt illicita: qa ſicut organiſtæ, ita & alij muſicātes licitè cōducūtur vt ludāt in diuinis, & cā honeſtæ & neceſſariæ recreationis. de cōſe. di. iij. puenit. Et ſimiliter vt videtur in caſtis nuptijs: alioqn tot⁹ mūdus dānaretur. vn̄ nō pōt eſſe illicita, niſi ex ītētiōe vel circūſtātia loci, tꝑis, & hmōi: q qn̄ ſint peccatū mortale, videre nō eſt facile. Vnde ſicut nō denegatur abſolutio choreizātibus rōne cōis periculi, ſed ſolùm rōne malæ intentionis: ita nec iſtis videtur deneg̃ada: licet cōſulēdū ſit, vt aliūde lucrentur & viuāt. ¶ De arte notoria infrà Sortilegium, ſecūdò.

¶ ARTICVLVS fidei. vide infrà, Fides.
¶ ARTICVLVS mortis. ſuprà Abſolutio. j. §. quinto.

DE ASSASSINIS.

1 *Aßaßini, qui duobus modis uulgariter dicti ſunt, quinam cenſendi ſint.*

2 *Conſtitutio capitis, pro. humani. de homicid. li. vj. in quo hominum genere locum habeat.* Et *quinam pœnis in ea conſtitutione contentis obnoxij ſint.*

3 *Aßaßini num impune occidi & interfici poßint:* Et *bannire & diffidare idem eſſe.* Et *num qui clericum diffidatum occidit, ſit excommunicatus.*

4 *Bona diffidatorum, num eorum, qui ipſos intercipiūt, efficiātur.*

5 *Statutū uel lex, ſi aliquem bonis priuet, uel alioquin ipſo facto, & præterea addat nullam declarationem requiri, an ſit ſententia declaratoria neceßaria.*

ASSASSINI* dicuntur dupliciter, ſcilicet proprie & trāſſumptiōe per quandā ſimilitudinē, ſiue vulgariter. Aſſaſsini ꝓpriè qui fuerint, ſunt opiniones. Nam quidam dicunt, ꝙ ſunt, quicūq; ſub alicuius dominio ꝓ pecunia occidunt homines ad alicuiꝰ inſtātiā: ſed iuxta iſtā opinionē nūc mūdus eſſet plenus aſſaſsinis vel receptoribus eorū, & inumerabiles ſubijcerētur pœnis capituli, pro humani. de homi. li. vj. nec haberet locū d. c. ſolùm in certo genere hominū: quod nō obſeruat cōſuetudo, & etiam rō nō patitur. Primò, quia oēs aſſaſsini ſub vno domino viuūt, vt colligitur apertè ex tex. dicti c. ibi, cùm dicit, ꝙ nonnulli magnates taliter perimi &c. Secūdò, quia ſunt īfideles, quod patet, tum quia dicit tex. ꝙ magnates ab illo eorū dño redimūt vitā, nō abſq; Chriſtianæ dignitatis opprobrio: tū quia ipſis aſſaſsinis imponitur pœna, quæ magna imponitur mādātibus & recipiētibus vel occultātibus: cuius nulla pōt eſſe rō, niſi quia ſunt infideles, de quibus papa nō diſponit: cū foris ſint. Gl. verò in verbo, formidātes. ſic dicit: Aſſaſsini mortē nō timēt: & dicūtur eſſe del vexo dala mōtagna. & additio habet ꝙ iſte eſt quidā baro Sarracenus, & prout dicitur, ſunt illi ſui ſerui ita nutriti, ꝙ parēdo mandato domini ſui credūt ſaluari. & ſecundū Hoſt. multi Chriſtiani principes ꝑ tales occiſi ſunt. Et hāc opinionē ſeqtur Sū. Piſ. dicēs ꝙ aſſaſsini fuerūt, & fortè adhuc ſunt quidā infideles, qui ex qbuſdā falſis opinionibus de facili mittebantur ad occidendū quēlibet Chriſtianorū, nō curātes ſi ob hoc occiderētur & ipſi. Cōtra quorū peſtē Inno. quartus in d. c. ſtatuit, vt quicūq; princeps, vel prælatus, ſeu quęuis alia eccleſiaſtica ſecularisve perſona quēpiā Chriſtianorū per prædictos aſſaſsinos interfecerit, vel mādauerit, quanquā mors forſitā ex hoc nō ſequatur, aut eos receptauerit, vel defenderit, vel occultauerit, excōicationis, & depoſitiōis à dignitate, ordine, honore, & bñficio incurrant ſniās ipſo facto: & illa liberè alijs ꝑ illos, ad quos eorū collatio pertinet, cōferantur: ſint etiā cū omnibꝰ ſuis bonis expoſiti Chriſtianis, & perpetuò diffidati: ita ꝙ, ex quo de ꝓdictis, vel aliquo prædictorū ꝓbabilibus cōſtiterit documētis, nulla alia excōicationis, depoſitionis, ſeu diffidationis ſniā

2 requiratur. ¶ Primò* verò q̃ritur, vtrū iſta cōſtitutio locū habeat ſolùm in certo genere perſonarū, id eſt, aſſaſsinis ꝓpriè: an generaliter in omnibus aſſaſsinis, etiā vulgò dictis: q ſcilicet licet ſint fideles, tamen aſſaſsinorum more Chriſtianos occidunt accepta pecunia? Et dico, quòd Ioā. de Imo. & do. Dominicus de ſancto Gemi. in d. c. pro humani. tenēt, quòd habet locū generaliter, nec refert quòd ſint ſub alicuiꝰ dominio, vel infideles: ſed ſolùm quòd ꝓ pecunia occidāt. quorū opinionē ſequūtur multi: vt Bar. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniurijs. & Sali. in l. ea quidē. C. de accu. Sed Io. And. & Archidia. tenēt quòd habeat locū ſolùm in certo genere perſonarū. Dominus aūt Franſci. de Aret. in conſilio antepenultimo, incip. in Chriſti noīe. dicit, quòd ſi prima opinio eſſet approbata conſuetudine, ſtandum eſſet ei virtute conſuetudinis: qua remota, nō cōſulerem, inquit, ſecundùm eā. Et mouetur prīcipaliter, tum quia tex. qui in principio loquitur de aſſaſſinis ſimpliciter, pòſt loquitur in determinato genere ꝑſonarum, referendo ſe ad nominatos in principio. & cōſequēter declarādo, de quibus in principio intellexit: tū qa ſi intellexiſſet in genere de oībus, q pro pecunia occidūt. eandem pœnam impoſuiſſet faciētibus ſcelus, ſicut mādātibus, quod non facit. Et huius ratio alia non eſt, niſi quia illi erant infideles, de quibꝰ papa nō diſponit. Nec debet iſta decretalis extendi, cùm ſit pœnalis: & nō ſit eadem ratio in alijs: quia illi contēnentes mortē vltra omnes homines: vt ibi tāgitur per Doct. facilius & frequentius talia delicta cōmittebant. hec ille. ¶ Secūdò quæritur, qui ſunt hi qui ligātur pœnis cōtētis in dicta conſtitutione? Et dico, ꝙ ſunt quinq; hominū genera, vt patet in tex. Primò, īterficientes actu & de facto per aſſaſsinos aliquē Chriſtianū: ſecus ſi Iudæū vel Paganū, de mente Ioā. And. qui dicit, ſe quendā defendiſſe prælatum, cōtra quē fuerat probatum, ꝙ occidi fecerat homines per aſſaſsinos: ſed cùm homines illi potuiſſent non fuiſſe Chriſtiani, nō erat ſufficienter probatū. Secundò mandās, quanquā mors nō ſequatur, etiam ſi re integra mandatū reuocauit, ſecundùm Io. And. quia prius ligatus erat ſolo mandato. Tertiò receptans, ſcilicet patenter, ſecundùm Ioā. And. vt differat à ſequēti, ſcilicet occultāte: & receptatores tāquam aggreſſores tenentur. C. de his qui latro. occult. l. j. & ij. Quartò

3 defendēs. Quintò occultās. ¶ Tertiò* q̃ritur, vtrū taliter diffidati interfici poſsint impune? Et dicit Ang. de Per. cōſi. xiij. & ſequitur Gemi. in d. c. pro humani, ꝙ ſic: ſed & ꝑ quencūq; priuatū: quia idē eſt bannire & diffidare, quod ſtatuere & præcipere quòd impune poſsint occidi. vt no. C. de accu. l. reos. ꝙ quantū ad cōſcientiā licitū eſſet, ſi fieret bono fine, id eſt, zelo iuſtitiæ: nō aliter. vide ĩ. Homicidiū. j. §. iij. ¶ Quartò, vtrū percutiēs clericū taliter diffidatum ſit excōmunicatus? Et dico, quod nō: quia ſecūdū Ge. ibi, eſt ſpoliatus omni priuilegio clericali: & ſine alia degradatione occidi pōt aut verberari ſine excōicatione

4 vel alia pœna. De his tñ etiā ĩ. Degradatio. ī fi. ¶ Quītò,* vtrū bona prædictorū ſint capientium? Et dico, quòd ſic ſi ſunt bona mūdana: ſed tamē aduerte hic ſecūdùm Arch. & Io And. ꝙ requiritur prius ſentētia iudicis cōtra ipſum aſſaſsinū, vel fauorem taliū, antequā liceat cōtra tales ꝓcedere in perſonis & bonis. Et ad tex. d. c. pro humani. reſpōdēt nō requiri aliam ſententiā, ſcilicet quæ det licentiam occidendi, & huiuſmodi: quia ſufficit ſi ſit declaratꝰ aſſaſsinus vel fautor. Faciūt aūt regulā generalē valentē ad caſus infinitos, talē: Omnia iura mundi, quę dicūt pœnam imponi ipſo iure vel ipſo facto, debēt intelligi, dum modo ſecuta ſit ſnīa declaratoria, ꝑ quā declaratū ſit, fuiſſe cōmiſſum id ꝓpter quod veniebat imponēda illa pœna: aliàs illa pœna effectum & executionē non ſortitur. Et idem Alex. de Imo. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. quod tamen fallit in pœnis ſecum trahentibus executionem: vt excommunicatio, & huiuſmodi, quæ nō requirunt ad executionem factum hominis. de quibus diffuſè Feli. in c. Rodulphus. de reſcriptis. Tenet tamen Panor. in c. cùm non ab homine. de iud. quòd ſi tale factum ſit notorium facti, ſcilicet quod non poteſt aliqua tergiuerſatione celari, nō requiritur iſta ſententia declaratiua: ſed in hoc non tenetur. Tenuit etiam idem in c. canonum. de conſtitut. quòd vbi alicuius bona ſunt ipſo iure confiſcata, talis nō poteſt illa cum bona conſciētia retinere. quia ſtatim, inquit, ſunt acquiſita fiſco. Sed etiam in hoc reprehenditur ab omni-

5 bus. & de hoc ĩ. Hæreſis. j. §. viij. Nota* tamē, ꝙ vbi lex vel ſtatutū priuaret aliquem bonis vel aliter ipſo facto: & adderet, quòd nulla requiratur declaratio etiā ſuper facto, tunc nulla requiritur declaratiua ſentētia. Et ſic fecit Pau. ſecundus in extraua. quæ incipit, ambitioſe. Et iſta eſt optima cautela, de qua ſ. Alienatio. §. xv.

¶ ASSECVRATIO. vide infrà Negotium. §. iiij.

¶ ASTROLOGIA, infrà Superſtitio. §. vj.

¶ ASTVTIA, vide infrà Simulatio.

De

DE AVARITIA.

1 *Auaritia, quæ habendi inordinatus eſt amor, in tribus cōſiſtere dicitur.*

2 *Auaritia in appetendo conſiſtens, nū peccatum mortale ſit. Et quot modis id contingat. Et quid de ea quæ eſt in acquirēdo. Et item quid in retinēdo. Et quænam ſint auaritiæ filiæ, ac ſpecies.*

1 AVARITIA,* ſecundùm S. Thom. ij. ij. q. cxviij. eſt inordinatus amor habendi, ſcilicet exteriora bona diuitiarum, quæ in quadam menſura ſunt appetenda, ſcilicet vt ſunt neceſſaria ad vitam ſecundū ſuam conditionē: quia omnia ordinata ad aliquem finem, ſecundùm illum, menſurā ſuſcipiūt, ſicut medicina ſecūdū ſanitatem: vt patet in primo Polit. &, vt ex dictis eius ibi colligitur, auaritia conſiſtit in tribus, ſcilicet in appetēdo, in acquirēdo,

2 in retinēdo inordinatè diuitias. ¶ Primò* verò quæritur, vtrum auaritia conſiſtens in appetendo ſit peccatū mortale? Et dico, ꝙ ſic, tribus modis. Primò, appetendo habere animo deliberato aliquid notabile alienū illicito modo: puta non dato pretio, vel re nō petita: quia eſt cōtra illud præceptum Non cōcupiſces, &c. ſi tamen res eſſet modica, vt nō eſſet aliena, vel nō eſſet cōcupita haberi mō illicito, nō eſſet mortale, ſed veniale, vel nullū. Secūdò, appetendo aliquid illicitū appetenti: puta beneficiū eccleſiaſticum, cùm ſit indignus. Tertiò, appetendo ſuperflua appetitu, qui preponderet appetitui charitatis Dei vel proximi: puta quia propter amorē diuitiarū quis nō videtur facere cōtra Dei & proximi charitatē: ſed iſte appetitus nō eſt peccatum actuale, niſi in duobus caſibus. ſ. quādo quis actu de hoc cogitat, deliberans potius admittere aliquid mortale, quàm non conſequi aliquid diuitiarū: vel quādo ex iſto appetitu fit aliqua actualis tranſgreſsio: puta quia deierat, blaſphemat, aut percutit iniuſtè. ¶ Secūdò, vtrum auaritia in acquirendo ſit peccatū mortale? Et dico, ꝙ ſic, quantū eſt ex ſua ratione, niſi res ſit modica: quia omnis illicita acquiſitio eſt cōtra iuſtitiā. & omne quod eſt cōtra iuſtitiā, ex ſuo genere eſt mortale, ſecundùm Tho. Vñ in acquirēdo dupliciter eſt mortale. Primò, qñ acquiſitio fit per iniuſtitiā: vt furando, fœnerando, rapiendo, decipiendo, & huiuſmodi. Secundò, qñ fit per actus, qui etiam ſine acquiſitione eſſent peccata mortalia: ſicut cùm quis turpiter agit cū muliere diuite, vt inde ditetur, vel lucretur: aut ſimoniam cōmittit, & huiuſmodi: in quibus eſt quidē peccatum vnū, ſed duas habet difformitates. ¶ Tertiò, vtrum auaritia in retinēdo, ſit mortale? Et dico, ꝙ ſic tripliciter. Primò, cùm quis retinet ea quæ reſtituere tenetur, & pōt: vt in c. ſæpe. de re. ſpol. & hoc eſt mortale toties, quoties hoc deliberat: ar. d. c. ſæpe. imò & ſi non deliberat, ſed omittit reſtituere, qñ occurrit tēpus, locus, & caſus, in quo reſtituere tenetur. Secūdò, qñ quis retinet ea, q̃ ſunt ſuperflua neceſsitāti ſuæ & ſuorū, vidēs aliquē in extrema neceſsitate: qa tenetur ei de tali ſuperfluo, etiā ſi illud ſit neceſſarium ad decentiā ſubuenire, ſecundū S. Tho. & Ric. de quo vide infrà, Eleemoſyna. §. j. Tertiò, ſecundùm aliquos, qñ quis retinet ſuperflua non ſolùm ſuæ neceſsitati & ſuorum, ſed etiā decentiæ, & videt alium indigentem ad neceſsitatē, vel ad decentiam ſtatus: quia de ipſis tenetur erogare eleemoſynas, etiā non exiſtentibus in extrema neceſsitate: ſecūdùm Rich. in iiij. diſt. xv. quod poteſt eſſe verum, quādo retinet inordinatè, aliàs ſcilicet nō daturus: ſecus ſi retinet vt aliàs daret magis indigenti: vel vt det pluribus, & non totum vni. ¶ De filiabus auaritiæ, qñ ſunt mortale, vide ĩ. in titulis ſuis: & ſunt Proditio, Fraus, Fallacia, Periuriū, Violentia, Inquietudo, & Obduratio.

DE AVDITORE.

1 *Auditor cameræ Apoſtolicæ, quam iuriſdictionem habeat. Et quid de Auditoribus Rotalibus.*

1 AVDITOR* cameræ Apoſtolicæ, ſecūdū aliquos, habet iuriſdictionem ordinariam: alij verò auditores curiæ, id eſt, Rotales, ſecundùm veritatem, habent ordinariam in cognoſcēdo, & delegatum in pronūciando: ſuper quo vide gloſſ. in clem. auditor. de reſcrip.

DE BALNEO.

1 *Balneum ingredi num quis die dominico poſsit.*

2 *Balnea ingredi, nùm clericis, vel religioſis liceat. Et quid ſi cum Iudæo quis ea ingrediatur.*

3 *Balneum cum mulieribus ingredi, an liceat. Et quæ pœna ſit ingredienti cū muliere aliena. Et an ſit mortale peccatū. nu. ſeq.*

4 *Infamis habetur, qui mulieres ad balneatorum veſtes cuſtodiēdas habet.*

5 *Capitulū, non oportet. lxxxj. diſtinct. num præceptū inducat.*

1 BALNEVM* quæritur primò, vtrū die dominica intrare quis poſsit? Et dico, ꝙ pro voluptate aut luxuria oī tempore prohibetur: pro neceſsitate autē licet: vt eſt tex. de cōſe. diſt. iij. peruenit. ſed per voluptatē, intellige delectationē ſuperfluā, quæ ſemper eſt peccatū, licet nō ſemper mortale: per neceſsitatē verò, ītellige etiā honeſtā & opportunā recreationē: quæ etiā die feſto licet: imò ſecūdario ad hoc dies feſtus videtur inſtitutus, ne ſerui nimiū

2 fatigarentur. ¶ Secūdò,* vtrū liceat clericis, vel religioſis balnea intrare? Et dico, ꝙ ſic, cauſā neceſsitatis, ſecūdū gl. xxiiij. q. j. omnis. Sed hāc neceſsitatē intelligo nō ſolùm infirmitatē, ſed etiā quālibet licitā corporis refocillationē. Vnde, vt ibi dicit tex. Io. Apoſtolꝰ ingreſſus eſt balnea gratia lauādi. ¶ Tertiò, vtrū liceat balnea intrare cum Iudæo? Et dico, ꝙ hoc nulli Chriſtiano licet: ſed ſecundū doctores eſt peccatū mortale. quod patet: qa ſi clericꝰ hoc facit, debet deponi: ſi laicus, debet excōicari. xxviij. q. j. nullus. imò hoc nō licet cū aliquo infideli: qa nō debemus lauari cum hoībus alienæ ſectæ, ſecundùm glo. xxiiij. q. j. omnis. vbi dicitur in tex. Ioānē aufugiſſe de balneis nō lo-

3 tū, qa vidit ibi Cherintū hæreticū. ¶ Quartò,* vtrū liceat balneū ītrare cū mulieribꝰ? Et dico, ꝙ nō: vt eſt tex. ī c. nō oportet. lxxxj. diſt. vbi & gl. dicit, ꝙ vir īgrediēs balneū cū muliere aliena, priuatur donatione ꝓpter nuptias: & mulier dote, ſi cum viro alieno. C. de repu. l. vlt. §. iter culpas.

4 ¶ Imò* etiā infamis eſt, q tenet mulieres cuſtodiētes balneatorū veſtes: vt ff. de his qui no. infa. l. athletas. Vtrū aūt ſit mortale, intrare cum aliena muliere: iudicādū eſſet ex ſcandalo & periculo, ſi iſtud cap. nō ſit preceptiuum: tamē vix credo poſſe eſſe ſine periculo cōcupiſcētiæ mortalis.

5 ¶* Vtrum autē illud capitulū ſit præceptiuum, iudicandū eſt ex his, quæ dicuntur infrà Præceptum. §. ſecundo.

DE BANNO.

1 *Bannum iuxta idiotiſmum Gallorum ac Italorum quidnā ſit. Quid item bannire & proſcribere. Item quid proſcriptio, Et quis proſcriptus dicatur.*

2 *Bannientem iniuſtè, ad amiſſorum ratione iniuſtæ bānitionis, reſtitutionem teneri, & in mortale peccatum incidere.*

3 *Bannitus quæ amittere dicatur. Et an capax ſit teſtamenti cōficiendi, & ex eo hæreditatem capiendi.*

4 *Bānitꝰ occaſione delicti, ex quo bona publicationi obnoxia ſūt, & an deportato æquiparetur. Et qd ſit deportare, & relegare.*

5 *Iura, quæ bannitus retinet, quid præſtent. Et ibidē remiſſiones de bannitionis materia.*

1 BANNVM,* ſecundùm vulgare Gallicorū & Italorum, videtur eſſe edictū publicū, iuxta illud quod dicit gl.

de

de foro compe.in c.quod clerici, quòd præco Pariſienſis
nunciat bãnũ nomine epiſcopi & regis. Bannire autem,
ſecundũ dicta vulgariũ, videtur idem eſſe quod proſcribe
re: & bãnitus quaſi proſcriptus de ciuitate: vt in procœmio
Digeſtorũ. Proſcriptio aũt eſt aduerſus abſentẽ iudicia-
lis pronunciatio. vt in poſterũ procul agat, id eſt, maneat
ab imperio: & ꝓſcriptus eſt is, contra quẽ fit pronuncia-
tio talis, & cuius bona palàm & apertè ſcribũtur. ¶ Primò
2 *verò quæritur, vtrũ iniuſtè bãniẽs, teneatur ad reſtitutio
nem de amiſsis rõne iniuſtæ bãnitionis? Et dico, ꝙ ſic, vl-
tra quod incurrit, ſecundũ Inn. in c.ſi. de his quæ vi met.
cauſa fiunt. ff. quod metus cauſã. l. ſi cùm exceptione. §. Pe
dius. quia bãnitio fuit amiſsioni occaſio. d. l. ſi cùm. §. in
hac actione. Nec ob. ff. eod. l. metum. la iij. vbi ſentiens ar
matos cõtra ſe venire, ſi fugerit, & occupatus fuit fundus,
quẽ fugiẽdo dimiſit, nõ tenetur armati: qa loquitur quan-
do metus fuit vanus: qa fortè nõ ibãt cõtra eũ. ſed ſi ꝓmi-
ſiſſent ire cõtra eũ, & huiuſmodi, bene tenerentur de oĩ
damno, quod iuraret ſibi cõtigiſſe eorum occaſione. arg.
3 dictarũ legũ, & d. c. ſi. & ij. q. j. in primis. ¶ Secundò,* vtrũ
bãnitus amittat ea, quę ſunt iuris ciuilis? Et diſtinguo ſecũ
dũ Bart. aut eſt bãnitus taliter, ꝙ pôt impunè offendi, &
ſic bãnitus imperij perdit ea: ſed ſi eſt bãnitus alicuius ci-
uitatis aut regni, non ꝑdit ea quæ ſunt iuris ciuilis ciuium
Romanorũ. ſed quæ ſunt ꝓpria illius ciuitatis aut regni,
vt not. Bar. in l. amiſsione. ff. de ca. di. Addit autẽ, ꝙ ad hoc
vt ſit talis bãnitus, duo requirũtur: vnũ, ꝙ ſit inobediens,
& aufugerit ab imperio cui ſubeſt, & ſic exbannitus: aliud
ꝙ in hoſtiũ numerum ſe conferat, & habeatur pro hoſte.
Vnde ſi quis ſit bãnitus, nõ tamẽ habitus vt hoſtis, nec poſ
ſet offendi impunè ex forma ſtatuti: tũc talis nõ perdit ni
ſi ea, q̃ ſunt ciuitatis. Et ſic patet, ꝙ pôt bãnitus facere te-
ſtamentum, vel ſuccedere: quia hoc primus nõ poteſt. ſ. bã
nitus imperij: bãnitus autem ciuitatis poteſt, & multò for
tius bãnitus, qui non pôt offendi, ſed ſecundus pôt ſecun
dùm ius cõmune: ſecus in ſucceſsione ſecundũ ſtatuta ci-
4 uitatis. ¶ Et* ſic patet, ꝙ bãnitus ex delicto, ex quo veniũt
bona publicãda, non æquiparatur deportato, qui nõ ſuc-
cedit nec ex teſtamẽto nec ab inteſtato. C. de her. inſt. l. j.
quia talis ſuccedit, & poteſt acquirere de nouo, ſi remanet
liber. & hoc ſecundùm diſpoſitionem iuris communis:
ſed non vigore ſtatutorum ciuitatis, vel terræ, de qua ẽ bã
nitus. Intellige tamen: ꝙ deportare, eſt aliquẽ exilio perpe
tuo damnare: relegare autẽ, ad tẽpus eſt. ff. de interdi. l. re
5 legatorum. ¶ Tertiò* quæritur, qd valeãt hęc, cùm in di-
cta ciuitatẽ, vel terra agere non poſsit? Et dico ſecundùm
Barto. in l. certa forma. C. de iure fiſ. pôt cedere alteri iura
ſua: & nõ obſtabit ceſsionario ipſa bãnitio. Qualiter pu-
niatur bãniẽs epiſcopũ. j. Excõicatio. vij. §. xv. De bannis
autem, quæ fieri debent in matrimonio. j. Clandeſtinum.
De bannitione, quæ eſt diffidatio. infrà Diffidatio.

DE Baptiſmo primò quantum ad eius mul-
tiplicem ſubſtantiam & formam.

1 *Baptiſmus quid & quotuplex ſit. Et ibidẽ quòd in baptiſmo ali-
quid ſit res ſacramẽti tantùm: aliquid ſacramentum tantũ: &
aliquid res & ſacramentum ſimul.*
2 *Baptiſmi ſpecies ac formæ tres quibus conueniant. Et an ſicut
martyrizari & ſanctificari in utero puer poteſt, & baptizari.
Et quid ſi Iudæus ſi filiã à Chriſtiano prægnantem in Chriſti
deſpectum abortiri faciat.*
3 *Triplex illud baptiſmi genꝰ, quõ iter ſe, ſe habeat, & cohæreat.
Et ſubinde, quænã baptiſmi forma ſit. Et quæ uerba ſint de eiꝰ
ſubſtantia, & quæ non. Et quid efficiat ſubſtantiarũ omiſsio.*
4 *Formã baptiſmi, num ſicut Apoſtoli immutarũt, baptizantes in
nomine Chriſti: ita & nũc mutare, ſaltẽ per æquipollentia uer-
ba poßimus. Et an baptiſmus in Chriſti nomine datus, foret ue
rus baptiſmus: an uerò rebaptizandus eßet, qui tale baptiſma
ſuſciperet.*
5 *Formæ baptiſmi ſi quid ſubtrahatur, aut ſi quid addatur, aut
ſi uerba corruptè proferãtur: nũ baptiſmi uim habeat, quod agi
tur. Et quid ſi interruptio, tranſpoſitio, aut uocũ uariatio fiat*
6 *Ex his quæ de baptiſmo dicta ſunt, quot concluſiones deciſoriæ
certorum caſuum colligantur.*
7 *Baptiſmus, ſub Græcorum forma ab ipſis Græcis latus, num ue
rus ſit. Et quotupliciter in baptizandi forma Græci à nobis dif
ferant. Et an liceat Latinis ſub forma Græcorũ baptiſmã dare.*

1 BAPTISMVS* vel baptiſma, aut etiam baptiſmum, à
noſtris dici poteſt immerſio, vel intinctio: quia dici-
tur à baptizo, quod eſt immergo, vel, ſecundùm aliquos à
baptes, quod eſt flumen, vel aqua. & ſecundũ S. Tho. ba-
ptizare in Græco eſt lauare: & ſic baptiſmꝰ dicitur, vł ipſa
aqua, qua fit lotio, quæ dicitur lauacrũ: vel ipſa lotio, quæ
eſt vſus lauacri. Et ſic ſumitur baptiſmus proprie: ſed trãſ-
ſumitur per ſimilitudinem ad quædam alia: quo fit vt tri-
plex dicatur baptiſmus, ſecundũ Dama. & Aug. lib. iiij. de
vnico baptiſmo. & de conſec. diſtin. iiij. cap. baptiſmi vi-
cem. Primò ſcilicet baptiſmus ſanguinis: de quo Ioan. xij.
Baptiſmo habeo baptizari. & hic eſt potẽtiſsimus. de con
ſec. di. iiij. catechumenus. & idem eſt, quod martyrium. Et
ſecundò baptiſmus flaminis, id eſt Spiritusſancti. de quo
Actuũ ij. Vos autẽ baptizabimini Spiritu ſancto. & eſt pro
poſitum ſuſcipiendi baptiſmum proprie dictũ modo de-
bito, ſi dabitur facultas. Et tertiò baptiſmus fluminis, id
eſt, aquę, de quo Io. iij. Venit Ieſus in terrã Iudæã, & bapti
zabat. Et ſecũdũ Hug. de ſan. Vic. baptiſmus definitur eſſe
aqua &c. ſed ſecundũ magiſtrum in iiij. eſt ablutio facta
ſub præſcripta forma verborũ. & hæc diffinitio, ſecũdùm
S. Tho. eſt magis propria: qa aqua non ſignificat aut cau-
ſat mundationẽ, niſi vt eſt abluẽs, vel quaſi. eodẽ modo, ſe
cundũ Aug. eſt tinctio in aqua verbo vitæ ſctificata: vel ſe
cundùm Dire. lib. j. ti. iiij. eſt ablutio exterior cũ certa for
ma verborũ, ſine quo nemo ſaluari pôt. de cuius ſubſtãtia
tria ſunt, materia elemẽti, forma verbi, & intẽtio miniſtri,
copulans formã materiæ, vt dicit Auguſt. ꝙ accedit verbũ
ad elementũ, & fit ſacramentũ. j. q. j. detrahe. Et intellige
verbum. ſ. vocale: aliter nihil fit. ſecũdùm S. Bonauen. in
iiij. & facit cap. detrahe. j. q. j. Vnde in hoc baptiſmo ali-
quid eſt res ſacramẽti tãtum, vt infuſio gratiæ, & remiſsio
peccati. aliquid ſacramentũ tantũ, vt aqua & ablutio: intel
lige cum debita forma verborũ aliquid res & ſacramẽtũ,
ſcilicet character. Aqua ergo eſt ſacramẽtũ proprie, vt ſpe
cies panis: character aũt ſecũdario, ſicut corpus Chriſti ve
rũ. Tertius dicitur baptiſmus ꝓprie. duo verò reliqui me
taphorice: quia. ſ. vterq; inſtar baptiſmi habet purificare,
2 & cõſequenter vicem eius implere. ¶ Primò* verò quæri
tur, quibus iſti baptiſmi conueniant? Et dico, ꝙ ſicut ter-
tius, ita & primus cõmunis eſt adultis & paruulis: qa ſi par
uuli nondũ baptizati occidãtur pro Chriſto, puta in dete
ſtationẽ fidei Chriſtianæ, quã tenent parẽtes: ſaluantur, ſe
cundũ Theologos. Vnde Pet. de Palu. dicit in iiij. proba-
biliter, ꝙ puer in vtero martyrizari pôt, ſicut & ſanctifica
ri, licet non baptizari. Vnde ſi Iudæus filiã fœcundatam à
Chriſtiano in deſpectũ Chriſti abortiri faciat, videtur, ꝙ
puer fiat martyr, habẽs cauſam. & pœnã: ſicut ſimiliter ſi ꝑ
gnans propter Chriſtũ interficiatur, vterq; martyr eſt. Se-
cundus verò non cõpetit, niſi habẽtibus vſum rationis. de
conſe.

conſec. diſt. iiij. baptiſmi. quia eſt propoſitũ, quòd ſolis a-
dultis cõuenit. ¶* Secũdò* quæritur, quomodo ſe habeãt
3 inuicẽ ibi baptiſmi? Et dico, ꝙ ſi cõparemus ſecũdũ & ter
tiũ, ſcilicet flaminis & fluminis, dico, ꝙ ſecundũ ęquipol
let tertio, quo ad remiſsionẽ culpæ originalis & morta-
lis, & pœnæ æternalis, ſed nõ quo ad remiſsionẽ pœnæ tẽ
poralis: quia non remittitur in eo tota, ſicut in tertio, ſed
plus & minus ſecundũ deuotionẽ ipſius. Itẽ per ſecundũ
nõ imprimitur character: & priuaꝛ iſte eccleſiaſtica ſepul
tura, ſicut & catechumeni, quãuis pro eis oret eccleſia: &
in eo requiritur cõtritio ad ſalutẽ: nõ aũt in tertio, ſed at
tritio ſufficit. Si verò cõparemus primũ & tertiũ, ſunt æ-
quales in virtute, quo ad remiſsionẽ culpæ & pœnę, mo-
dò adſit cõtritio: ſed primꝰ excedit tertiũ, quo ad premiũ
accidentale, quod eſt aureola, & quo ad eſſẽtiale, ſecũ
dũ Pet. de Palu. quia plus de gratia cõfert, ſicut eſt ibi ma-
ius opus, & ecõuerſo, tertiꝰ excedit primũ, quo ad impreſ 5
ſionem characteris, q̃ nõ eſt in primo, ſed in tertio. ¶ Ter
tiò quæritur, quæ ſit forma baptiſmi? Et dico ſecundũ S.
Th. in iiij. & in iij. parte, ꝙ ſecundũ Græcos eſt hæc: Bapti
zetur ſeruus Dei talis in noĩe Patris & Filij & Spiritꝰ ſan
cti. Sed ſecũdũ Latinos, vt etiã habetur de baptiſmo & e-
ius effectu. c. j. eſt hęc ſcilicet, Ego te baptizo in noĩe Pa-
tris & Filij & Spiritus ſancti. & in Sũ. Cõfeſ. li. iij. ti. xxiiij.
additur amen. licet, vt ibi dicitur, nõ ſit de ſubſtãtia. Quæ
quidem forma cõuenientior eſt Græca, ſecũdũ S. Tho. qa
in ea exprimitur non ſolũ principalis cã baptiſmi, id eſt,
trinitas, ſed etiã inſtrumẽtalis. i. miniſter. In qua quidẽ for
ma noſtra aliqua ſunt de ſubſtãtia ſacramẽti. ſ. primò inuo
catio Trinitatis ſecundũ S. T. & Petr. de Pal. & omnes, vt
etiã habetur de cõſec. diſt. iiij. in ſynodo. & ſecũdò expreſ
ſio actus baptizãdi & tertiò expreſsio perſonę baptizatę,
vt in d. c. j. Aliqua etiã nõ ſunt de ſubſtãtia. ſ. primò expreſ
ſio perſonæ baptizãtis: quia Gręci cõferũt verũ baptiſma,
& illam non exprimunt. ſed tamen eſt de præcepto eccle-
ſiæ Latinorũ: & ſecũdò ly ego, ſecundũ Inn. in d. c. j. cũ gl.
& idẽ Rich. & S. Th. quia ĩtelligitur ſub ly baptizo: ſed ta
mẽ ſic ſtatuit eccleſia: & tertio ly amẽ, vt dictũ eſt, ꝙ etiã
nõ eſt de præcepto eccleſiæ, ſed de quarũdã eccleſiarum
more: & ideo vbi eſt de more, dici debet ad cõfirmationẽ
totius. Igitur ſciendum, ꝙ, vt dicit Pan. in d. c. j. vbi aliqua
verba ſunt de forma ſubſtãtiali alicuius actus, omiſsio ali
cuius verbi vitiat totũ actũ. Secus vbi omitterẽtur aliqua
verba, quæ nõ ſunt de ſubſtãtia, ſed de ſolẽnitate: puta ſi
presbyter omitteret catechiſmum, vel ſalis impoſitionẽ,
vel vnctiones, & huiuſmodi. de cõſe. diſti. iiij. mulier. nec
ꝓpter hoc debet iterari baptiſmus: tamen ſi ſuperuiueret
infans, deberet ſuppleri per ſacerdotem quæ fuerũt omiſ
ſa. In dubio tamẽ forma baptiſmi eſt hæc: Si es baptizatꝰ,
ego non tè rebaptizo: ſed ſi nõdũ baptizatus es, ego te ba
4 ptizo &c. extrà, eo. c. ij. ¶ Quartò* quæritur, qd iuris ſi mu
tetur dicta forma, vt fecerũt apoſtoli baptizãtes in noĩe
Chriſti? Et dicit Dir. li. j. ti. iiij. ꝙ nõ licet eã mutare, etiã ꝑ
æqpollẽtia verba. Et S. T. in iiij. dicit, ꝙ id quod de ſubſtã
tia formæ eſt, nulli licet mutare: & ſi mutetur, nihil agiꝛ,
& ĩcurritur culpa. Si verò mutetur aliqd, qđ eſt de inſtitu-
tione eccleſiæ: incurritur quidẽ culpa, ſed nihilominꝰ eſt
ſacramẽtũ. Apoſtoli aũt mutarũt formã, nõ quantũ ad in-
tellectũ, quia in noĩe Chriſti tota trinitas intelligitur: ſed
quãtũ ad vocẽ, ex familiari cõſilio Spiritꝰ ſancti: vt nomẽ
Chriſti, qđ. ſ. incredulis erat odioſum, amabile reddere-
tur, ad cuius inuocationẽ dabatur Spiritus ſanctus, quod
etiã nũc poſſet eccleſia ex ſpeciali præcepto Spiritus ſan-
cti, nõ aũt ex ꝓpria autoritate. Vnde modò ſic dicẽdo, qs
nõ eſſet baptizatꝰ, licet quidã dicãt cõtrariũ. Quod autẽ
dicitur virtualiter, de cõſec. diſt. iiij. in c. à quodã Iudæo.
in tex. ꝙ talis eſſet baptizatus: intelligitur ſecũdũ Archi.
in d. art. ſ. qñ fieret ex ſpãli cõſilio Spiritꝰ ſancti. Vnde gl.
inquit Io. in d. c. & Ber. in d. c. j. de bap. dicẽs ꝙ baptiſmus
datus in noĩe Chriſti eſſet verus: quia. ſ. in hoc noĩe intel
ligitur vngẽs, inunctus, & vnctio, ſecũdũ Ambr. falſa vtrq;
eſt: nec ſentit Ambr. ꝙ poſsit ſub hac forma baptiſmus cõ
muniter dari: ſed vt dicit S. Tho. in iij. parte. vult oſtẽde-
re, quõ fuit conueniens diſpẽſatio Spiritus ſancti pro illo
tpe: cùm etiã ſic dicẽdo trinitas nõ excluderetur. Sũ. tamẽ
Ang. dicit hũc rebaptizãdũ, quaſi in dubio. i. cõditionali-
ter. Sed primũ eſt veritas, vt ſit rebaptizãdus ſimpliciter:
quia cõiter, ſecundũ oẽs ferè theologos, niſi tota trinitas
inuocetur explicite, nihil fit, niſi ex præcepto Dei, vel in
caſu mortis: vt §. ſeq. ¶ Quintò* quæritur, quid ſi de dicta
forma aliqd ſubtrahatur? Et dicit S. T. ꝙ ſi ſubtractũ ſit de
eſſentia formæ, incurritur peccatũ, & nihil fit: erit aũt ba-
ptizatus, ſi omittatur in, quod nõ eſt de forma quantũ ad
neceſsitatẽ ſacramẽti, ſed ex inſtitutione eccleſiæ: vt ex-
preſsio ꝑſonæ baptizãtis. Dicit etiã, ꝙ ſi expreſſa vna ꝑſõ
na baptizãdus moriatur, creditur ſuppleri inuiſibiliter. Et
ſic dicũt intelligẽdũ eſſe verbũ Amb. dicẽtis, ꝙ ſi fides to-
tius Trinitatis corde teneatur, & vna tãtũ ꝑſona ſit noĩa-
ta, plenũ eſt ſacramẽtũ. Petr. etiã & Ala. & Sũ. Cõf. libr. iiij.
ti. xxiiij. q. xj. quãtum ad ſubſtãtialia diſtinguũt, vt recitat
Suppl. qa ſi dimiſsio eorũ ſit ex voluntate, vitiat baptiſmũ:
ſi verò eſt ex neceſsitate, pie creditur ꝙ ſuppleat ſummus
ſacerdos: vt ſi moriatur puer ante formæ ꝑfectionẽ: vnde
ſepeliẽdus eſt in cœmeterio, ſi moriatur talis: ſi aũt vixe-
rit, ratione dubij eſt ſub cõditione rebaptizãdus. hæc il-
le. q intẽdit tãgere duos caſus: in quorũ vno moriaꝛ puer
ante formæ cõplementũ, & ſepelitur in cœmeterio: in a-
lio verò moriatur, aut impedit ſacerdos: & puer cõditio-
naliter rebaptizaꝛ. ¶ Sextò, qd ſi dictę formæ aliqd adda-
tur? Et dicit S. T. in iiij. duo hic obſeruãda: vnũ ex pte ad-
dẽtis: qa ſi hoc facit intẽdens illud additũ eſſe de forma;
quaſi volẽs inducere nouũ ritũ, nõ intẽdit ꝓferre formã,
qua vtitur eccleſia. & cõſequẽter nec facere, quod ipſa fa-
cit: vnde nõ eſſet baptiſmꝰ. Secus ſi adderet ex aliqua cau
ſa, puta ex deuotione: vt dicẽdo, in noĩe Patris & Filij &
Spiritꝰ ſancti, & beatæ Mariæ inuocatæ: ſ. p modũ inter-
ceſsiõis, aliud ex pte addit: qa ſi eſt corruptiuũ formæ, nõ
eſt baptiſmꝰ, ſicut ſi dicaꝛ, ĩ noĩe Patris maioris, & Filij mi
noris, corrũpitur fides, q̃ forma ꝓfitetur. Si verò nõ ſit eiꝰ
corruptiuũ, ſicut ſi addiꝛ, & beatæ Mariæ, ꝓbabiliꝰ videꝛ,
ꝙ ſit baptiſmus. & cõcordat Petr. & Ala. Et intẽdit S. T. ꝙ
ſi aliqd addatur ad inducẽdũ nouũ ritũ, euacuatur baptiſ
mus, ſiue illud corrũpat formã, ſiue nõ. Si verò additur ex
deuotiõe, euacuat baptiſmũ, ſi corrũpit formã, non aliter.
Si aũt dubitaꝛ vtrũ additũ ſit corruptiuũ formæ, necne: re
currẽdũ eſt ad intẽtionẽ ꝓferẽtis. & ſi intẽdit aliquod er
roneũ, nihil agiꝛ: alſ ſecus. ¶ Septimò, qd ſi verba corru-
ptè ꝓferãtur? Et dicit S. T. in iiij. ꝙ ſi qs hoc facit ex indu
ſtria, nõ eſt baptiſmꝰ: qa nõ videꝛ intẽdere qđ eccleſia. Si
verò hoc facit ex ignorãtia vel defectu linguæ, nõ eſt ba-
ptiſmꝰ: ſi corruptio ſit tãta, ꝙ auferat oĩno ſenſum. Intelli
ge ſecũdũ inſtitutionẽ vel accõmodationẽ vſus: eſt verò
baptiſma, ſi remaneat ſenſus. ſ. quantũ ad vtrũq; horũ, vel
ſaltẽ alterũ. Et idẽ ĩtellige, ſi fiat ex loco: vt in c. retulerũt.
de cõſe. di. iiij. Et ſubdit S. T. ꝙ præcipue nõ mutatur ſen
ſus, quãdo corruptio fit in fine: cuius exẽplũ eſt in c. retu-
lerunt.

lerunt. vt dicẽdo, In noı̃e patria, & filia: mutatio verò, in-
quit, ex parte principij variat ſignificationẽ: ideoq; nõ eſt
baptiſmꝰ: ſed intellige, vt in pluribꝰ ita. ſ. ꝙ ſi in aliqua lĩ
gua mutatio ex pte principij nõ mutaret ſenſum, ſaltẽ ſe
cundũ accõmodationem vſus non vitiatur baptiſmus, ſe
cundũ Pet. & Sum. Cõf. vbi ſ. Credo tamẽ, ꝙ ſicut dictum
eſt in §. v. de ſubtractione, ita & de corruptione ſit dicen
dũ. ſ. ꝙ ſi nõ ſit facta ex malitia, etiã ſi ſenſum tollat, ſi mo
riatur puer, Deus ſupplet, & in cœmeterio ſepelitur: ſi aũt
vixerit, rebaptizabitur cõditionate. ¶ Octauo, qd ſi fiat in
terruptio? Et dicit S. Th. in iiij. ꝙ ſi ita ſit vt intercipiat in
tentionẽ baptizãtis, non eſt baptiſmus; ſicut ſi dicatur, in
noı̃e Patris, & interpoſita longa fabula diceretur, Filij. Si
aũt fuerit parua: vt puta verbi nõ corrũpẽtis formã, ſicut
dicẽdo: in noı̃e Patris oı̃potẽtis: aut ĩterruptio ſilẽtij vel
tuſsis, & huiuſmodi, quod intẽtionẽ nõ diſcontinuet, eſt
baptiſmus. Et idẽ eſt ſi incœpta forma dicat, taceatis, vel
huiuſmodi, & deinde ꝓſequatur. ¶ Nonò, qd ſi fiat tranſ-
poſitio? Et dicit S. T. vbi ſ. ꝙ ſi talis ſit, quæ mutet intẽtio
nem, nõ eſt baptiſmꝰ. Vt ſi dicatur, in noı̃e Patris baptizo
te, & Filij. Secus ſi intentionẽ nõ mutet: vt, in noı̃e Patris
& Filij, & Spiritus ſancti baptizo te. Et ſic intellige dictũ
Petri, quòd mutatio ex ſimplicitate nõ nocet, quãdo. ſ. ſen
ſum nõ tollit: ex malitia aũt nõ nocet, etiã ſi ſenſũ nõ tol-
lat: ſicut de corruptione dicit S. T. quia tollit intentionẽ
in miniſtro. Quidã tamẽ dicũt in forma baptiſmi nõ poſ-
ſe fieri mutationẽ, q̃ ſenſum tollat: qa licet ad fidẽ ptineat
nõ ſolùm numerꝰ, ſed etiã ordo pſonarũ, tamẽ qa illa nõ
eſt durationis aut vocalis expreſsiõis, ſed originis, ſufficiẽ
ter exprimitur noı̄bus pſonarũ qualitercũq; mutatis. Sed
iſta ſtare nõ poſſunt: & inſtãtia eſt dicendo, baptizo te in
noı̃e Patris, vel baptizo te in noı̃e Patris & Filij. & in noı̃e
Spiritus ſancti: quia nullus eſt ſenſus. Similiter & trãſpo-
nẽdo ſyllabas, vt in noı̃e triſpa. vnde meliꝰ loqtur S. Do.
& ſecuriꝰ. ¶ Decimò quæritur, qd ſi fiat variatio vocũ? Et
dico, ꝙ duobus modis fit variatio. Primò quãtũ ad voces
tãtùm, nõ quãtũ ad ſignificata: & nõ tollit baptiſmũ. Vnde
Hebraicè, Græcè, Latinè, & vulgariter forma cũ effectu ꝓ
fertur, debet tamẽ ſecũdũ S. T. eſſe vſus vocabulorũ, quę
magis ꝓpriè ſunt in vſu ad ſignificãdũ pſonas, & alia quę
ſunt de eſſentia formæ. Secundò fit variatio vocum & ſi
gnificatorũ ſimul. quod ſi fiat totaliter: vt te balneo vt qe
tiꝰ dormias, nihil fit. etiã ſi fiat principaliter. i. in prĩcipali
ſignificato: vt dicẽdo, in noı̃e Trinitatis. quod principali
ter ſignificat numerũ perſonarũ, nõ perſonas: vel in noı̃e
genitoris, quod nõ ſignificat principaliter perſonã, ſed a-
ctũ perſonæ, etiã nihil fit. Si aũt fiat in ſignificato nõ prin
cipali: vt dicẽdo nos, vbi ego: & baptizamus, vbi baptizo,
ad ſignificãdam dignitatẽ baptizantis, eſt baptiſmus, licet
peccet baptizans. Nec obſt. prædictis, ꝙ ſecundũ S. T. di-
cẽdo, in noı̃e Chriſti. variatur forma quantũ ad vocẽ, non
ſignificatũ: & cõſequenter videtur ibi eſſe baptiſmus, cõ
tra eũ: quia dico, ꝙ ſignificatũ eſt quidẽ idẽ, ſed nõ eodẽ
modo ſe habet ad duas formas: quia trinitas perſonarũ ꝑ
6 earũ noı̃a ſignificatur principaliter & explicitè: ꝑ ly Chri
ſti verò ſecundariò & implicitè. ¶ Vndecimo* quæritur,
quot cõcluſiones ſequũtur ex p̃miſsis deciſiuæ, aliquorũ
caſuũ? Et dico, ꝙ multę: ſed p̃cipuè quatuor: quarũ hęc pri
ma. Si in forma omittatur ly ego, eſt baptiſmus: quia ly e-
go, non eſt de ſubſtãtia. ſed ſi dimittatur ly te, nihil fit, ſe
cundũ Inn. in d. c. j. quia eſt de ſubſtantia. & hoc niſi loco
eius poneretur nomen propriũ baptizati: qa ſecũdũ Au-
reo. eſſet baptiſmus, licet peccaret baptizans. Et ratio eſt,
qa mutata voce & nõ ſignificato ſtat effectus. ¶ Secũda,
ſi pro ly ego, dicatur ly nos. & pro ly baptizo, baptiza-
mus, ad ſignificãdũ plures baptizantes: nõ eſt baptiſmus,
ſecundũ S. Th. vt dicetur ĩ. Baptiſmus. iij. Sed ſi hoc dicat
ad conſignificandũ perſonę dignitatẽ, ſicut magnates di-
cunt, nos dicimus aut facimus, hoc loquẽtes de vno ſolo,
eſt baptiſmus, ſecundũ S. Bon. in iiij. diſt. v. qa. ſ. ſtat princi
pale ſignificatũ: cũ per ly nos, intẽdatur idẽ quod ego: &
idẽ eſt ſi ꝑ ly te, ponatur ly vos. ſiue ad cõſignificandã di
gnitatẽ baptizati eadẽ ratiõe: ſiue etiã ad ſignificadã plu-
ralitatẽ baptizatorũ. de quo ĩ. Baptiſmus. iij. §. ix. ¶ Ter-
tia, ſi nõ dicatur baptizo, ſed loco eius dicatur linio, vel
hmõi: ſecũdũ Pet. Aure. nõ eſt baptiſmus: qa oportet ex-
primi ablutionẽ. Similiter nec ſi dicatur, intẽdo te bapti-
zare, ſecũdũ S. T. in iij. qui aliqd facere intẽdit, nõ eſt cõ
ſequẽs, vt faciat, & cõſequẽter hoc ptinet ad corruptionẽ
formæ. ¶ Quarta, ſi intermittatur ly in, nõ eſt baptiſmus,
ſecũdũ Gualdẽſem. Et ratio eſſe põt, quia non ſtat ſenſus
verus, cũ ſignificetur, ꝙ id, quo qs abluit vel baptizat, ſit
nomẽ trinitatis, nec ſimiliter ſecũdũ S. T. & Pe. dicẽdo, in
noı̄bus: quia. ſ. dicere in noı̃e, eſt dicere in virtute, q̃ ibi
eſt vna tãtũ: vel in noı̃e, ſecũdũ S. T. i. in inuocatione Tri
nitatis. Similiter nec ſi dicatur, in noı̃e Trinitatis: vt dictũ
eſt. Similiter nec ſi dicatur in noı̃e genitoris, aut geniti,
aut procedẽtis: aut nominãdo perſonas diuinas aliter, q̃ ꝑ
nomina propria, ſecũdũ S. T. & cõiter Theologos. Inn.
Goſ. & Io. tenẽt oppoſitũ. vnde ſecundũ aliquos in dubio
eſſet rebaptizandum. Similiter nec ſi intermittatur ly &,
niſi loco eius ponatur ly que, quod æqpollet: & hoc dicit
7 Inn. in d. c. j. ¶ Duodecimò* quæritur, vtrũ baptiſmus da-
tus ſub forma Græcorũ Græcis ſit verus: vt dicẽdo, bapti-
zetur ſeruus Chriſti Nicolaus in noı̃e Patris &c. Et dicit
S. T. in iiij. ꝙ ſecundũ opi. eorũ de neceſsitate formæ eſt
actus baptiſmi quantũ ad ſignificatũ: ſed nõ quantũ ad cõ
ſignificatũ. ſ. perſonã baptizantẽ, quæ nõ eſt de neceſsita-
te formæ: qa ex ea baptiſmus efficaciã nõ habet: pſona au
tẽ recipiens eſt de neceſsitate formæ: qa actus ad ſuſcipiẽ
tem terminatur. Igitur differũt in forma à nobis, quantũ
ad tria. ¶ Primò, quia nõ exprimũt perſonã miniſtri: ad re
mouendũ errorem attribuentẽ efficaciã baptiſmi, bapti-
zanti, vt patet j. Cor. iij. ¶ Secũdò, quia ſignificãt actũ ſub
alia. i. ſub tertia perſona & ſub alia. i. ſub optatiuo vel ſub
iunctiuo modo: ad ſignãdũ ꝙ actꝰ interior expectatur ab
extra. ¶ Tertiò, quia perſonã baptizatã ponunt in nomi
natiuo caſu, & in tertia perſona: quia quãdoq; baptizatꝰ
nõ habet intellectũ, vt ad eũ poſsit dirigi ſermo. Quidã
aũt dicũt, ꝙ mutant aliquid de ſubſtãtia formæ: vt ſic o-
porteat rebaptizari. tamẽ hoc nõ eſt determinatũ, ſed du
biũ apud quoſdam, quibus videtur, ꝙ ad perfectionem ſa
cramẽti ſufficiat actũ baptiſmi ſignificare, in quo ſcilicet
includitur pſona in quã trãſit: cũ ſignificationis aũt deter
minatio fit ex eccleſiæ inſtitutione. Hoc aũt certũ eſt, ꝙ
forma, qua vtimur, eſt melior: tũ quia perfectior, vt patet
ex dictis: tum quia magis cõſonat Euangelio, quod mini-
ſtros dicit baptizantes: tũ propter authoritatẽ eccleſię Ro
manæ tradẽtis hanc formã ab apoſtolis retẽtã: q̃ nunquã à
vera fide legiſ deuiaſſe. Et ideo non licet, p̃cipue Latinis,
in forma Græcorũ baptizare: quod ſi præſumerẽt, ſecũdũ
quoſdã, nõ eſſet baptiſmꝰ: ſecũdũ quoſdã eſſet, ſed graui
ter peccarẽt. hæc ille. Vnde patet ꝙ omnis baptizatus ſub
illa forma. ſiue à Græco, ſiue à Latino, rebaptizãdꝰ eſt ſub
cõditione: quia caſus eſt dubiꝰ. licet cõmunior opinio ad
hoc magis declinet, ꝙ Græci conferant verum baptiſma.
Rur

RVRSVS de Baptiſmo ij. quo ad materiam.

1 *Baptiſ. quotuplex materia, q̃ ſufficiẽs ſit, & qualis eſſe debeat.*
2 *Liquor ſpeciẽ aquæ habeat nécne, qualiter internoſcendum ſit.
Et ſi aqua permiſta ſit, aut non pura, nũ huius ſacramenti ma
teria eſſe poſſit. Et an ſanctificatã per ſacerdotis orationem, ut
nouum chriſma, eſſe oporteat.*
3 *Corollaria ex his, quæ de baptiſmo ſecundò conſiderato dicta
ſunt, quotnam conſequantur.*

1 BAPTISMVS* ſecundò quantum ad materiã eius, vt
innoteſcat, ſciendũ eſt, ꝙ duplicẽ materiã habet, ſecũ
dùm Pet. de Pal. propinquam ſcilicet, quæ eſt ipa exterior
ablutio, de qua ĩ. Baptiſmus. vj. & remotã, quæ ſecũdũ S.
Th. eſt aqua, q̃ ĩ ſua ꝓprietate, cõſiderata eſt materia qua
ſi remota. ſecundũ autẽ, quòd eſt ad hoc inſtituta ex tactu
carnis Chriſti, eſt materia propinqua: ſecũdũ verò, ꝙ con
ſideratur ſub forma verborũ, & quaſi iam in forma, eſt, ini
qua, ſecundũ eũ, aqua naturalis, quãtumcũq; altera, vel cõ
miſta, dummodo ſpecies aquæ non ſoluatur. & in hoc oẽs
doct. cõueniũt, licet in aliquo particulari differũt, vtrũ ſit
aqua nécne, vt in brodio. Sed tñ intellige primò, ꝙ quidã
doct. dicũt, aquã debere eſſe puram, vel ſimplicẽ: nõ quia
nullo modo ſit miſta, cùm omnes velint, quòd poſsit fieri
baptiſmus in aqua maris, quæ nõ eſt pura, niſi fortè in fun
do. ſed quia nõ eſt ſic miſta vt ꝑdita ſpecie trãſeat ĩ aliud,
ſicut trãſit in vinũ, ſi ipſa ſit modica: vel ambo tranſeũt in
tertiam, ſi ſint æqualia in virtute. Et ſecũdò, ꝙ prædicta a-
qua eſt materia, inquãtũ eſt apta baptizare, vel abluere: vn
de nõ eſt materia baptiſmi, vt eſt in pãno lineo infuſa, ni
ſi exprimatur: nec vt eſt in glacie, niue, grãdine, pruina, &
huiuſmodi, niſi diſſoluatur: nec vt eſt in luto, niſi exprima
tur. Hæc aũt eſt valde cõueniẽs ſecũdũ S. Th. & alios ſan-
ctos. primò, quia ſacramẽtũ omnibus & vbiq; neceſſariũ,
debet habere materiã, quæ omnibꝰ & vbiq; facile adſit. &
ſecũdò, quia cùm ſacramentũ ſignificet quod efficit: mate
ria baptiſmi debet habere ꝓprietates ſignificãtes effectꝰ
baptiſmi. & huiuſmodi eſt aqua: tum quia habet humidita
tẽ: & ex quo ſignificat generationẽ ſpiritualẽ, quã facit ba
ptiſmus. Generatio enim plãtarũ & animalium incipit ab
humido, & ſemina humida ſunt: tũ qa eſt ablatiua ſordiũ
prius & purius quocũq; liquore: cũ alijs liquoribus nõ cõ
ueniat ablutio, niſi inquãtũ participant naturam aquæ, &
aliqualiter locũ inficiũt: & per hoc ſignificat purgationẽ
peccatorũ, quam facit baptiſmus: tum qa refrigeratiua: &
baptiſmus fomitẽ reſtringit: tum quia eſt corpus diapha-
nũ, per quod viſio fieri põt: & baptiſmus in his quæ fidei
2 ſunt illuminat. ¶ Primò* verò quæritur, quomodo cogno
ſcatur an aliqs liquor habeat ſpeciẽ aquæ nécne? Et dicit
S. Tho. in iiij. ꝙ ſicut diuerſitatẽ ſpeciei in aliquibus iudi
camus ex diuerſitate figurarũ: ita in elemẽtis iudicamꝰ eã
ex diuerſitate rari & dẽſi. Vnde ſi tãta fiat alteratio, vł per
miſtio aquæ ꝙ recedatur à termino raritatis & denſitatis
aquæ ĩ actu, vł potẽtia, ſignũ eſt, ꝙ ſit ſpecies aquę trãſmu
tata. Et dico, inquit, in potẽtia, quãdo humor aliquis non
condẽſatur & rareſit calido, vel frigido, ſicut aqua: ſed ali
ter, ſicut patet in vino, lacte, & huiuſmodi. hæc ille, qui in
tẽdit, ꝙ ille liquor non eſt aqua, qui eodẽ frigido nõ põt
habere denſitatẽ, quã habere põt aqua: licet fortè habeat
eam, quam illa habet in actu: ſicut vinum non ita dẽſatur
per cõgelationẽ vt aqua: nec ipſa per calidũ ita rareſcit vt
lac. ¶ Secundò, vtrũ aqua permiſta, vel non pura poſsit eẽ
huius ſacramenti materia. Et dico ex S. Tho. iij. parte. &
in iiij. ꝙ duplex eſt miſsio, vł impuritas aquæ: vna ſcilicet
quæ tollit ſpeciẽ eiꝰ. quod dupliciter fit. Primò per altera
tionem: ſicut cũ trãſit in vinũ per digeſtionẽ aut putrefa-
ctionem. Secũdò per additionẽ alteriꝰ liquoris: ſicut ſi pa
rum aquæ additur multo vino, ipſa trãſit in vinũ, vł ambo
in tertiũ, ſi additũ ſit virtute æquale. Alia etiã eſt, quæ ſpe-
ciem aquæ nõ tollit: quod etiam dupliciter fit. Primò, qñ
ipſa alteraſ ſecũdũ aliquod accidẽs manẽte ſpecie: ſicut
patet in aqua calefacta: & ſecundò qñ additur aliqd aquæ
quod vel nõ cõmiſcetur ei: vt ſolidũ, puta lapis: & ſi cõmi
ſcetur, vt humidum aliquod, tamẽ eſt tam paruæ quantita
tis, quòd non facit miſtionẽ, ſed in aquam penitus cõuer
titur: vt ſi gutta vini addatur dolio aquæ. Prima impuritas
facit vt nõ poſsit eſſe huius ſacramẽti materia, nõ ſecũda.
¶ Tertiò, vtrũ aqua debeat eſſe ſanctificata ꝑ orationẽ ſa
cerdotis, vt chriſma nouũ? Et dicit S. Bon. in iiij. de aqua.
ꝙ non eſt neceſſariũ, ſed cõgruũ: ita ꝙ extra neceſsitatem
peccaret mortaliter ſacerdos baptizans ſine aqua totali-
ter ſanctificata: ꝓhibitũ ẽ ẽt ne fiat baptiſmꝰ niſi cũ chriſ-
mate nouo, ſcilicet illius anni, pręterq̃ in caſu mortis: de
conſe. di. iiij. ſi quis de alio. & idẽ de cõfirmatione: & tãto
magis, quãto ipa eſt minoris neceſsitatis quàm baptiſma.
ar. de ſen. exc. qm. li. vj. ¶ Quartò* quæriſ, quot corollaria 3
ſequantur ex præmiſsis deciſiua dubiorum? Et dico ſequi
primò, ꝙ baptiſmus fieri poteſt in aqua elemẽtari, ſiue ſit
terreſtris, vt maris, ſtagni, fluminis, fontis, ſiue cœleſtis, im
mediate generata ex vaporibꝰ, vt pluuialis: vel nõ genera
ta immediate ex eis, ſed reſoluta immediatè ex immedia-
te generato: puta glacie, rore, pruina, vel grandine: qa oẽs
iſtę habẽt verã ſpeciem aquæ ſcd̃m Pet. de Pal. qbus ſcd̃m
S. Tho. & Ric. adde ẽt aquã paludis: niſi, inquit S. Tho.
eſſet tãtum ingroſſata, ꝙ recederet ab aquæ vera raritate.
¶ Secũdò ſequitur, ꝙ fieri poteſt in aqua ſulphurea & lixi
uio & alijs aquis trãſeũtibus per terram: quia ſtat ſpecies
aquæ. Cuius ratio eſt, ſecũdũ Pet. de Pal. qa licet aqua ele
mẽtaris nõ ſit ſuſceptiua ſaporis: tñ ſapor, qui percipitur ĩ
huiuſmodi aquis, quibus vtimur, nõ eſt in ipa aqua, ſed in
vaporibus ei cõmiſtis, ſecũdũ S. Tho. etiã vt innuit iij. par
te. q. lxvj. ar. iiij. ad quartũ. quia licet aqua elemẽtaris nõ ſit
de ſe ſaporoſa: tñ ſuſcipere põt impreſsionẽ ſaporis à cor
pore per quod trãſit. ¶ Tertiò, ꝙ fieri poſsit in brodio: d
quo tñ eſt q̃ſtio, quibuſdã dicẽtibꝰ, ꝙ ſic, qa ſtat in eo ſpe
cies aquæ: quibuſdã verò, ꝙ nõ, quia nõ ſtat. Veritas autẽ
eſt quã docet S. Tho. iij. parte. q. lxvj. ar. iiij. ad ſecũdũ, di-
cẽs, ꝙ admiſtio chriſmatis nõ ſoluit ſpeciẽ aquę: ſicut nec
ẽt aqua decoctionis carniũ aut aliorũ, ſcilicet deſinit à ſpe
cie aq: niſi inquit, forte ſit facta tãta reſolutio corporũ li-
xatorũ ĩ aqua, ꝙ plꝰ liquor habeat de aliena ſubſtantia, q̃
de aqua: qđ ex ſpiſsitudine percipi poteſt, ſi tñ ex liquore
ſic inſpiſſato exprimaſ aqua ſubtilis, ſic poteſt in ea fieri
baptiſmus, ſicut & in aqua expreſſa ex luto: licet ĩ luto ba
ptiſmus fieri non poteſt. ¶ Quartò, ꝙ fieri potuiſſet in a-
qua fluẽte de latere Chriſti: qa ſec. S. Tho. fuit vera aqua.
¶ Quintò, ſequitur, ꝙ fieri nõ poſsit in aliqbꝰ humoribꝰ
ꝓductis à natura: ſicut eſt humor ſtillãs de plãta, vrina, ſu
dor, ſaliua, aqua ſupnatãs cruori, q̃ dicitur cholera, vł phle
gma: qa nõ ſunt vera aqua. ¶ Sextò ẽt, ꝙ nec aliquo humo
re ꝓducto ab arte: ſicut eſt aqua roſacea, & aqua ardẽs, &
gñaliter lãbicata ex aliquo miſto, vt ceruiſiã, & huiuſmo-
di: qa hmõi ſpecies differãt ab aqua naturali. Si tñ lãbica-
retur aqua naturalis elemẽtaris, liquor inde factus videre
tur eſſe eiuſdẽ ſpeciei cũ aqua pluuiali, q̃ gñatur lãbicãte
ſole, & attrahẽte vapores ex aqua pricipaliter. ¶ Septimò,
ꝙ nec in humore reſoluto ex ſale, quod eſt corpus miſtũ:
quia ſecundũ S. Tho. in iij. parte. vbi ſ. ad v. ideo fieri non
poteſt

pōt in aqua roſacea, quia eſt humor roſæ reſolutus: & ita eſt hic. nec eſt ſimile, inquis, de aquis pluuialibus, q̃ generant ex maiori parte ex ſublimatiōe vaporū reſolutorū ex aquis: minimū aūt ē ibi de liquoribus corporū miſtorum.

RVRSVS de Baptiſmo iij. quo ad miniſtrum.

1 *Baptiſmū dare in neceſſitate etſi quilibet, ſiue cleric⁹, ſiue minimè, ſiue uir, ſiue mulier, quinetiā hermaphroditus, Iudæus, & infidelis ac paganus, pōt: extra tamen neceſſitatem nullus licitè, niſi ſacerdos conferre potis eſt.*

2 *Infidelis qui credit eccleſiā in cōferendo baptiſmo decipi, & nihil facere, quomodo poſſit animum ad id faciēdū intēdere, quod eccleſia facit. Et quot modis uerum baptiſma conferat.*

3 *Angelus, itē anima à carne ſeiūcta, num baptizare queat. Et an ſaltem ipſis baptizandi poteſtas conferri poterit.*

4 *Mali homines ſine Diuino miraculo hic apparere non poſſunt.*

5 *Miniſter malus, num æqualis efficaciæ cū bono miniſtro, baptiſmū conferre poſſit. Et num miniſter malus baptizando peccet. Et quid de petente, uel recipiente, nu. 7.*

6 *Conteri de peccato quot modis quis teneatur.*

8 *Miniſter ab eccleſia non præciſus, ſi adeò malus ſit, ut baptiſmū conferre, nō data pecunia, nolit, quid baptizando, ſi adultus ſit, aut baptizandum puerum offerenti, agendum ſit.*

9 *Plures unū num baptizare poſſint. Et quid ſi ex his unus mutus ſit, alius mancus. Et cōtrà, num unus pluribus baptiſmum conferre queat.*

10 *Monſtro num baptiſmus indi debeat. Et an quis ſibi ipſi baptiſmum conferre poſſit.*

11 *Baptiſmo cōferendo, num baptizantis ac baptizandi propoſitū ac intentio requiratur.*

12 *Intentio actualis in baptiſmi miniſtro num requiratur. Et an ea quidem recta.*

13 *Baptiſmus nū uerus ſit, ſi in baptizando error interuenerit. Et quid de eo, qui quem ex ira baptizat.*

1 BAPTISMVS* tertiò quo ad miniſtrum vt innoteſcat, ſciendum eſt, quòd ſecundùm omnes doctores, præcipuè S. Tho. & Pet. de Pal. omnis homo dare poteſt verum baptiſma ſi ſeruet eccleſiæ formam, & materiā, habeat intentionem baptizandi. & hoc ſi ſit clericus aut laicus, vir aut mulier, aut vterq; ſimul, id eſt, hermaphroditus, ſecundùm Pet. de Pal. etiam ſi eſſet infidelis, id eſt, Iudæus, aut paganus: vt patet in c. à quodam Iudæo. de conſe. di. iiij. Et quod Gre. ij. ſcribit Bonifacio epiſcopo, huiuſmodi eſſe rebaptizandos, intelligitur, vt dicit S. Tho. quādo forma eccleſiæ ſeruata non fuerat. vnde, vt dicitur in c. j. de ſum. Trin. ſacramentum Baptiſmi in forma eccleſiæ à quocunque collatum proficit ad ſalutem. Extra caſum tamen neceſſitatis nullus licitè baptizat, niſi ſacerdos, cuius hoc eſt proprium. extrà eod. ſi quis. etiā ſi eſſet diaconus cardinalis, alioquin omnis talis, ſi ſit vir, eſt irregularis: vt in c. j. de cler. nō ord. mi. imò nec ſacerdos debet baptizare niſi parochianum ſuum, vel de licētia curati, aut ex priuilegio ſuperioris, vel licentia epiſcopi: quia ſacramenta à ſuis preſbyteris parochialibus ſunt recipienda. xvj. q. j. interdicimus. non tamē efficitur irregularis ſacerdos contrafaciēs; quia non eſt expreſſum in iure. In neceſſitate autē, in qua quilibet baptizare pōt, iſte ordo ſeruādus eſt ſecūdū S. Tho. ꝙ vbi plures reperiūtur, minor debet cedere maiori: & ſi laicus præſente clerico, vel nō ſacerdos preſente ſacerdote, vel mulier præſente viro baptizent, peccāt, niſi, vt dicit Pet. de Pal. formā, quā ſcire nō tenētur omnes, ſed quibus incubit ex officio, id eſt, curatus & obſtetrix, melius ſciat minor q̃ maior: quia tunc baptizabat minor. Addo etiam, niſi maior eſſet ab eccleſia preciſus: ita ꝙ preſente ſacerdote excōicato, vel heretico, vel ſuſpēſo, meli⁹ eſt baptizari à laico.

2 ¶Primò* verò quæritur, quomodo infidelis poſſit intēdere facere id, quod facit eccleſia, cùm credat eccleſiā decipi & nihil facere? Et dicit S. Tho. in iiij. ꝙ quāuis ille qui nō credit baptiſmū eſſe ſacramētum, aut habere aliquam ſpirituale̅ virtutē, non intendat dum baptizat conferre ſacramentū, tamen intendit facere quādoq; quod facit eccleſia, etiā ſi illud reputet nihil eſſe: & qa eccleſia aliquid facit, ideò ex conſequenti & implicite intēdit aliqd facere, quāuis nō explicitè. hæc ille. Inn. etiam in c. j. eo. ti. dicit, ꝙ baptiſmus habebit effectum, etiam ſi baptizās nec ſciat, nec credat qd ſit baptiſmus, ſed hoc reputet truffam: & etiā ſi nō ſciat quid ſcit eccleſia, nec gerat in mēte facere quod facit eccleſia: imò ſi gereret cōtrarium, ſcilicet nō facere, quod facit eccleſia, ſed tamē facit, & formā ſeruat, dummodo intendat baptizare: vnde ſi requirat eū quis in neceſſitate dicens: Baptiza me ſecundùm formā. & ille baptizat eum ſecundùm intentionē petentis, & intendēs facere, quod alij baptizantes faciunt, eſſet baptiſmus. Sec⁹ ſi intēderet ſolùm lauare. hæc ex illo. Pro quo ſciendū eſt, ꝙ infidelis, qui credit baptiſmū nihil eſſe, nunquā cōfert baptiſmum ſerioſe, niſi ad cōplacendū alicui petenti. Et conſequēter colligo, ꝙ duobus modis confert verum baptiſma. Primò, quando ad petitionē alicuius, vel cōplacentiā intendit eum baptizare eodem modo, quo eccleſia baptizat quātū ad exteriora, id eſt, materiam & formā, licet credat eccleſiam decipi quantū ad interiora: ſicut quādo aliqua vana facimus ad cōplacēdum phrenetico, vel inſano. Secūdò, quādo nihil cogitat immediatè de faciēdo, quod eccleſia facit, ſed forte potius faceret oppoſitū, ſi illud ſciret: tamē ad petitionē alicuius intendit ei conferre, quod ille petit: & cōſequēter implicitè & mediatè intēdit facere, quod facit eccleſia: qa hoc intēdit petēs, cui ipſe cōplacet.

3 ¶Secūdò,* vtrū angelus, vel anima ſeparata poſſit baptizare? Et dicit S. Tho. in iiij. ꝙ dæmon in figura ſacerdotis apparens, immergere quidem poteſt, ſed nō cōferre ſacramentū, propter duas rationes. Primò, ſacramentorū diſpenſatio eſt conceſſa hominibus ſolùm, qui cū incarnato verbo, à quo ſacramenta fluxerūt, conueniunt in natura, & ſunt ex ſpirituali & corporali natura cōpoſiti: ſicut in ſacramentis eſt ſpiritualis virtus ī corporeis elemētis. Secūdò, quia ſemper timēdum eſſet, ne faceret non intentione baptizādi, ſed decipiendi: quia nō eſt veriſimile: ꝙ homini tantū bonū procuraret. Angelis etiā bonis licet cōferri potuerit baptizādi poteſtas, quia Deus ſuā potentiam nec ſacramētis nec miniſtris ſacramētorum alligauit: tamē nō eſt collata. Primò, quia nō habēt prædictam conueniētiā cū ſacramēto & Chriſto. Secundò, quia nō valeret ad neceſſitatē ſacramēti poteſtas eis cōceſſa, cū non ſint in ꝓmptu hominibus: ſi tamē conſtaret, ꝙ bonus eſſet Angelus, qui baptizaret aliquē, nō eſſet rebaptizandus, quia nō baptizaret niſi poteſtate ſibi cōceſſa: ſicut etiam templū per Angelos conſecratū, iudicatum eſt nō oportere recōſecrare. De ſancto æternæ vitæ idē dicit Aure. ſicut de angelo bono, ſcilicet ꝙ non poteſt: cùm hoc ſit viatorum: factum tamen teneret. Et idē dicūt aliq de anima ſeparata quo ad poſſe: tum quia nō eſt in vita: tū quia nō habet naturam corporalē: & quo ad ratitudinem ſi deceſſit in gratia. Sed S. Tho. in iij. parte, dicit nō eſſe ſimile de Angelis & hominib⁹ beatis quātū ad ſacramēta. Cuius ratio videtur eē: quia poteſtas miniſtrādi ſacramēta, id eſt, character, eſt indelebilis, & cōſequenter manet in anima ſeparata: ſed de

4 hoc nō eſt ſolicitādus: qa* mali homines ſine diuino miraculo hic apparere nō poſſunt: beati verò ſi qd facerēt,

5 ratū eſſet, qa ſine diuina volūtate nō facerēt. ¶*Tertiò, vtrū miniſter malus dare poſſit baptiſmū tātæ efficaciæ ſicut bonus? Et dicit S. Tho. in iiij. ꝙ ſubtracta bonitate miniſtri, adhuc eſt ſacramētū: qa ipſa nō eſt de ſubſtātia ſacramenti, cùm ſit quādoq; ignorata, & nō certa omnino: quę aūt ſunt de ſubſtātia ſacramēti, oportet eſſe certa. Et nō ſolùm dat talis ſacramētū: ſed etiā rē ſacramēti, id eſt, gratiā: qa agēs inſtrumētale nō oportet habere formā inducendā, quę ſcilicet hic eſt gratia, vt ſe diſponētē, ſed ꝑ modū intētionis: vt de forma ſcāni patet in ſerra. Cū etiā effectus ꝑ ſe alicuius ſit, ꝙ per ipſum ad hoc ordinatum producitur, ſicut domus ædificatoris. effectus verò ꝑ accidens, quod cōiungitur effectui ꝑ ſe. ſicut ſi habitatio domus dicatur effectus ædificatoris: dico, inquit, ꝙ effectus ꝑ ſe baptiſmi æqualiter eſt, à quocunq; detur, à malo, vel bono, cæteris paribus ex parte baptizati: ſed cū effectu baptiſmi pōt aliquid aliud baptizato cōferri, ſiue pertineat ad ſalutē corporis, ſiue aīæ ex merito baptizantis. & hoc nō eſt propriè effectus baptiſmi: qa baptiſmus nō eſt cauſa niſi inſtrumētalis: & nō eſt inſtrumētū agēs in virtute miniſtri, qui etiā ipſe inſtrumentum eſt virtute Chriſti, & Dei. hæc ille. Et idē habetur j. q. j. ſi iuſtus fuerit. de cōſec. diſt. iiij. ego dico. & c. Romanus. Cuius etiā rationē aſſignant alij, & eſt etiā mēs S. Tho. quia ſacramētū quod efficaciā habet ex opere operato, id eſt, non à miniſtro, ſed virtute ſibi collata, nō vitiaī ex demerito miniſtri operātis. omnia aūt ſacramēta nouę legis ſunt hmōi. ¶Quartò vtrū malus miniſter baptizādo peccet? Et dicit S. Tho. in iiij. ꝙ qcūq; exiſtēs in mortali exhibet ſe miniſtrū eccleſiæ, etiā in quocūq; ſpirituali peccat, ſcd̄m opinionē quorundā ſatis probabilē: vnde ſacerdos baptizās cū ſolēnitate miniſtrū ecc̄ſiæ ſe exhibēs, peccat mortaliter: ſi aūt ſimpliciter baptizat ī articulo neceſſitatis, nō quaſi miniſter ecc̄ſiæ, ſed ſicut vetula baptizare poſſet: nō peccat. hęc ille. q huius opinionis, quā indubitāter tenet, rationē aſſignat in iij. parte. q. lxiiij. arti. vj. qa miniſtri debēt ſuo domino iuſto conformari, ſecundùm illud Leui. xix. Sancti eritis, qm̄ ego ſanctus ſum. Qui aūt baptizat ex neceſſitate, nō exhibet ſe miniſtrū: ſed ſubuenit neceſſitatem patiēti. hæc ille. Cui cōſentit Ric. Alij verò dicūt, ꝙ in nullo caſu pōt mal⁹ miniſter baptizare, quin peccet. Pet. de Pal. concordat has opiniones, dicēs, ꝙ vera eſt ſecunda opinio, qn̄ ſine ſolēnitate baptizās aduertit de peccato, & nō cōteritur, ſed vult in eo manere: & tū vult baptizare, ſciēs ꝙ iſta ab immūdis tāgi nō debent: etiā ſi baptizet intuitu neceſſitatis, & nō ex libidine, vel cōtēptu, quia nō excuſatur ab irreuerētia: eſt verò prima vera, qn̄ baptizat cū tremore dolēs de peccato in generali, & proponēs poſtea cōteri ꝑfectē: licet propter hoc ſciat ſe nō mūdari à peccato: & ei deficit tēpus ad cogitandū de ſingulis peccatis ꝓ-

6 pter vicinū periculū baptizādi. hęc ex illo. *Ego verò dico, ꝙ dupliciter teneī qs cōteri de peccato, & nō aliter, ex mente Sā. Tho. Primò, qa occurrit memoriæ practicæ. i. ſub ratiōe peccati, & deplorādi. Secūdò, qa imminet ſibi aliquid faciēdū, qđ ſine cōtritione facere nō pōt: vt ſuſcipere, vel exhibere ſolēniter ſacramēta. Baptizās aūt in neceſſitate, nō tenetur ad hoc ratiōe ſecūdi: qa ibi nō habet locū ratio, quā adducit S. Tho. ſcilicet miniſtrū nō cōformari domino. Nec valet dici, ꝙ eſt ibi irreuerētia, qa ipſa nō ſemꝑ eſt mortale: alioquin peccator ſignans ſe ſigno crucis, aut adorās hoſtiā in miſſa, peccaret ſemꝑ mortaliter: niſi eſſet cōtritus. Et cōſequēter tenetur ſolùm ratiōe primi: & cōſequēter ſi nō recolit pc̄tm̄, aut ſi recolit ſpeculatiuè tantū, nō practicè, id eſt, ſub ratione deflēdi, nō peccat: & ſi ibi eſt peccatū, non eſt, quia baptizat, ſed quia cōmittit, vel omittit cōtra aliud præceptū. Et ratio eſt, qa eo caſu baptizare poteſt canonis permiſſione, ſiue autoritate, etiā Paganus, & hæreticus. de conſe. diſt. iiij. c. conſtat. c. mulier. c. in neceſſitate. qui tamē ſine dubio ſunt in mortali. Quod autem fit canone permittente, ſtultum eſt dicere, ꝙ ſit mortale: vt in c. qui peccat. xxxiij. q. iiij. Vnde tūc non tenetur quis cōteri ex hoc, ꝙ vult talem actū exercere: ſed ſi tenetur, aliūde tenetur: & ſi peccat, aliunde peccat, vt dictū eſt. Et ideo male Sum. Ang. opinionē Richard. quę eſt S. Tho. & Alber. & Archi. & cōiter aliorum Theologorū, ꝙ ſcilicet nō peccat malus miniſter baptizans in neceſſitate ſine ſolennitate, limitat, quādo nō ad-

7 uertit de peccato. ¶*Quintò, vtrū petens, vel recipiens à malo ſacerdote baptiſmum, peccet? Et dico, ꝙ Pet. de Pal. poſt San. Tho. diſtinguit. Si enim miniſter ſit ab eccleſia præciſus: vt quia hęreticus, excōicatus, ſuſpenſus, & huiuſmodi, nō peccat, qui offertur baptizādus carēs vſu rationis, nec oblatus aut offerēs habēs vſum rationis, ſed probabiliter ignorās præciſionē: peccat verò mortaliter tam oblatus, q̃ offerēs hoc ſciens, ſi hoc faciat extra caſum neceſſitatis, in quo id licite peteretur à Iudæo, vel Pagano. Et ratio eſt, ſecūdùm Pe. de Pal. quia eodē præcepto pręcipitur ab eccleſia pręciſis ne ſe ingerāt diuinis, & quibuſlibet ne eis cōicent in eiſdem. Si autē miniſter eſt quidem mal⁹, ſed nō pręciſus, nō peccat ab eo recipiēs baptiſmū, etſi ille peccet cōferēs, propter duo, ſecundū S. Tho. Primò, quia iſti certū eſſe non pōt, ꝙ ille ſit in peccato mortali, cū in vno inſtāti Spiritus Sanctus operetur hominis iuſtificationē. Secūdò, quia iſte petit quod iuſtū eſt: quia à ſuo ſacerdote debet ſacramēta recipere: nec ꝓpter hoc cogit, vel inducit eū ad peccādū: quia ille poteſt reddere,

8 quod debet nō peccando. ¶*Sextò, quid ſi miniſter non præciſus, ſit adeo malus, vt baptizare nō velit, niſi data pecunia, quod eſt ſimoniacū? Et dicit S. Tho. ꝙ ſi baptizandus eſt adultus, ſufficit ei ad ſalutē petere baptiſmū: quia baptizatur baptiſmo flaminis: nec debet ꝓpter hoc cōmittere ſimoniā. Si verò ſit puer, potius debet ipſe, q offert, vel alius, puerū baptizare, q̃ dare pretiū pro baptiſmo ſimoniace. licitū tamē eſt ei, aquā emere, ſi aliàs habere nō poteſt: qa aqua nō eſt ſacramentū: & ſi ſit ſanctificata, non operaī ad baptiſmū de neceſſitate eius exiſtēs, quaſi ſanctificata, ſed quaſi aqua: ideo nō emit aquā ſc̄tificatā, ſed aquā. Quidā tamen dicūt, ſcilicet Ala. ꝙ pōt pretiū dare: quia hoc nō eſt cōmittere ſimoniā: ſed ſuam redimere ve-

9 xationē. ſed primū eſt melius. hæc ille. ¶Septimò,* vtrū plures poſſint baptizare vnum? Et San. Tho. in iiij. diſtin. vj. dicit, ꝙ ſi plures immergerēt ſimul, ita ꝙ vterq; intenderet baptizare nō baptizatū, & diceret, ego te baptizo, &c. eſſet baptiſmus: q̄uis peccarēt ritū eccleſiæ nō ſeruantes: nec tū puniendi eſſent quaſi baptiſmū iterantes, niſi hoc intenderēt: quia cōtingit eandē actionē ab vno, & à pluribus exerceri: nō autē contingit eandē actionē eſſe, quæ in diuerſis tēporibus fit. Si autē dicāt, Nos baptizamus, ſcilicet ſtāte ly nos, pro pluribus, nō erit baptiſmus: quia nō ſeruatur debita forma. In iij. parte aūt dicit, ꝙ ſimul plures nō poſſent vnū baptizare: qa actus multiplicatur ſecundū multiplicationē agentiū, ſi perfectè ab vnoquoq; agatur. Et ſic ſi cōuenirēt duo, quorū vn⁹ eſſet mutus, nō potēs verba ꝓferre, & alius carēs manib⁹ nō potēs exercere actum: nō poſſent ambo ſimul baptizare, vno di-

cẽte verba,& alio exercẽte actũ.hęc ille in forma.Sed lo-
quutur,qñ plures baptizãt vt plures:& dicẽdo,baptizamus.
Quod patet ex ſua ratione quã ſubdit:quia, inquit, actus
multiplicatur ſecũdũ multiplicationẽ &c. loqtur etiã de
poſſe iuridico.ſ.quod eſt ſine peccato. qđ patet : qa poſt
pauca loquẽs aduerſatiuè dicit, Poſſunt autẽ,ſi neceſsitas
exigat,plures ſimul baptizari.Vbi patet,ꝙ loqtur de poſ-
ſe iuridico:aliàs nõ ſolùm in neceſsitate,ſed ſine ea multi
ſimul poſſent baptizari.Sed tñ aduertẽdũ eſt, ꝙ triplici-
ter multi poſſent vnũ baptizare.Primò,qa vn⁹ prius alio
formã profert:& ſic primus baptizat:& ſecundus iterat,ſi
qlibet ex cõtentione,vel alia cauſa hoc intendit.Secũdò,
quia ſi multi immergũt,& proferũt formã,& quilibet di-
cit,Ego te baptizo:& tũc baptizant vt vnus,inquantũ oẽs
ſunt vnũ in Chriſto,& repræſentãt vnã perſonam Chriſti
principaliter baptizantis,& conferentis vnum ſacramen-
tum:vnde conferũt vnũ baptiſma.Vnde S.Tho.iij. parte.
q.lxxxij.arti.ij. loquẽs de pluribus ſacerdotibus conſecrã
tibus ſimul vnã hoſtiã, dicit, ꝙ ſi quilibet eorum opera-
retur in virtute propria,ſuperfluerent alij celebrãtes vno
ſufficiẽter celebrãte:ſed qa ſacerdos nõ conſecrat,niſi in
perſona Chriſti:multi aũt ſunt vnũ in Chriſto: ideo non
refert vtrũ per vnũ,aut multos hoc ſacramẽtũ conſecret,
niſi ꝙ oportet ritum eccleſiæ ſeruari. Hæc ille in forma.
Tertiò,quia ſimul immergũt,& proferũt,ſed dicũt,Bapti
zamus.in plurali:& ſic nil faciunt formã mutãtes. Et ratio
eſt,qa homo nõ baptizat,niſi vt miniſter, & vices gerens
Chriſti,qui eſt vnus: & cõſequẽter oportet miniſtrũ eius
eſſe vnũ:hic autẽ plures,vt plures cõueniũt ad vnũ ſacra-
mẽtũ cõferẽdũ,& ad ſpiritualẽ gñationẽ: licet fortè intẽ-
dant integrare vnũ agẽs,ſicut in generatione carnali,ſe-
cũdũ Pet. de Pal.põt fieri vnũ ĩmediatũ generãs,cõmiſto
ſemine duorũ hominũ in matrice ſupueniẽte ſemine ſe-
cundi:vel dæmone ſuccubo recipiẽte ſemina à duob⁹, &
ſimul ea infundẽte.quod tñ in ſpũali generatione eſt im-
poſsibile:qa ſpũales virtutes nõ cõmiſcẽtur, ſed quilibet
totũ efficit.Quidã tñ dicũt,ꝙ dicẽdo,baptizam⁹,eſſet ve
rũ baptiſma:qa nõ eſt de neceſsitate ſacramenti, ꝙ mini-
ſter exprimatur,vt patet ex forma Græcorũ.Sed fallũtur:
quia & ſi neceſſe nõ ſit miniſtrũ exprimi:tamẽ ſuppoſito
ꝙ exprimatur,neceſſe eſt illũ exprimi,vt cõuenit miniſtro,
id eſt,vt vnũ.Vnde ſi dicat, Ego principaliter baptizo te:
nihil agitur:quia repugnat miniſtro eſſe agẽs principale.
Et ſimiliter ſi dicatur baptizamus : qa exprimitur, ꝙ vnus
Chriſtus operetur per duos miniſtros immediatos vnum
effectũ. ¶ Octauò,vtrũ in neceſsitate plures,quorũ vnus
ſit mutus,& alius mãcus,poſsint baptizare vnũ,vno dicẽ
te ꝟba,& alio exercẽte actũ?Et dicendũ eſt ꝙ nõ, ſecũdũ
S.Tho.in iij.parte,vt dictũ eſt §.priori.& in quarta:quia
neuter facit totum, ſed partẽ tãtùm: & ſic eſt cõtra caput,
quorundã.diſt.xxij. Et hanc opinionem firmat Rayne. &
Hoſt.dicens,illũ nõ eſſe baptiſmũ. Sed Pet. de Pal.vide-
tur ſentire ibi eſſe baptiſmũ , diſtinguens,& dicens, ꝙ in
ſacramẽtis,quæ nõ ſunt neceſsitatis,vnus debet facere to
tum aut omittere:& ſic loquitur d.c.quorundã. ſed in ſa-
cramento neceſsitatis omitti põt,quod nõ eſt de neceſsi
tate ſacramenti, cuiuſmodi eſt vnitas miniſtri : vt omnes
cõmuniter dicũt:ſed tamẽ,inquit,oportet nõ eſſe mẽda-
cium in forma:quia nihil fieret,ſicut nec ex falſa materia:
vnde mãcus dicet,baptizetur ſeru⁹ Chriſti &c.vel, iſte te
baptizat in noĩe &c.ſed cõtra dictũ eſt in §.priore.¶ No
nò,vtrũ vnus poſsit baptizare plures?Et dicit S.Th.vbiq;
ꝙ ſic in neceſsitate,aſpergẽdo,vel aliter : & oportebit di
cere in forma,Ego baptizo vos, nec erit mutatio formę:
quia vos,eſt idẽ quod te & te.dicẽdo aũt nos,mutaretur:
quia nos,non eſt idem quod ego & ego:ſed ego & tu. Et
iſta opi.vt dicit Pet.de Pal.cõiter tenetur:ſicut etiã ſacer-
dos ſimul conſecrat hoſtias plures:& forma baptiſmi vna
materialiter,& formaliter,habẽs tantũ vnã virtutẽ,eſt vir
tualiter,& realiter plures habẽs duos effect⁹, ſecũdũ duo
ſubiecta,ſicut in igne ab vno calore eſt vnũ calere in illo:
ſed in calefactis ſunt duo vel plura.Dicit autẽ idẽ Pet.aliã
eſſe opinionẽ,ꝙ hoc eſſe nõ poſsit,quã & ſequi videt, di
cẽs eã eẽ cõformiorẽ doctrinæ cõi, ſcilicet ꝙ de lege cõi
nõ ſunt plures baptizãdi,niſi baptiſmis pluribus realit, &
formaliter.Sed hoc verũ eſt extra neceſsitatẽ:quo caſu ĩ-
telligũtur etiã,q̃ §.ſeq.de mõſtro dicẽtur:quę & ipſe ad-
10 ducit ſatis incõgruè ad cõfirmationẽ dictæ opi. ¶*Deci-
mò quæritur qũo monſtrũ baptizandũ ſit?Et dicit Pet.de
Pal.poſt Laud.Henr.& S.Tho.in quolib.ꝙ ſi certũ eſt ibi
eſſe duas animas rationales, puta: qa ibi ſunt duo capita,
duo pectora,& cõſequẽter duo corda:baptizari debet,vt
duo.& q̃uis præſumatur, ꝙ plures ſimul poſsint baptiza-
ri,dicẽdo,Ego vos baptizo:tñ tutius eſt eos baptizare ſi-
gillatim. qđ intellige,niſi periculũ eſſet in mora. Si verò
nõ eſt certũ,eſſe duos,vt quia nõ ſunt duo capita bene di
ſtincta,& huiuſmodi,tũc baptizato pri⁹ vno,põt alter du-
biè baptizari dicẽdo:Si tu nõ es baptizatus,ego te bapti-
zo,&c.nec baptizet intẽtiõe vaga:qa nihil ageret,ſed de-
terminet ſe ad vnũ,ſcđm Hẽ.in quoli. ¶ Vndecimò,vtrũ
idẽ poſſet baptizare ſeipm̃?Et dicit S.T. ĩ iij.parte,ꝙ nõ:
qa dicẽdo,Ego baptizo me,forma mutaretur.Et idẽ vir-
tualiter dicit in iiij.addẽs, & ſcđm Aug. nulla res ſeipam
gignit vt ſit.Baptiſmus aũt regeneratio quædã eſt. Et idẽ
habetur extrà eo.c.debitum.Quod autẽ dicit Inno.iij.in
quadã decretali.ꝙ Iudæus, q ſeipſum immerſit in aquã di
cens,Ego baptizo me in nomine &c.ad patriã ſi deceſsiſ-
ſet euolaſſet:intelligẽdũ eſt,inqt,ꝓpter vim cõtritionis,
& deuotiõis:ex cuius magnitudine hoc ꝓcedere videba-
tur,vt inter Iudæos exiſtẽs,quaſi periculo mortis ſe offer
11 ret.hæc ille. ¶*Duodecimò quæritur,vtrũ in baptiſmo re
qratur intẽtio baptizãtis,& baptizãdi?Et dico,ꝙ de bapti
zando dicetur ĩ.Baptiſmus,quarto.De baptizãte verò di-
cit San.Tho.in iiij.diſt.vj.q.j.arti.ij.q.j.ꝙ ſic: & intelligit
non de actuali,ſed de virtuali,de qua ĩ. §.ſequẽ.& in hoc
omnes conueniunt.Et rationem ibi ipſe aſsignat: vbi vi-
de,ſi placet.Sed tamen ibi ad ſecũdum argumentũ, quod
fuerat hoc:qa ſi intẽtio requiritur baptizãtis,quę ſcilicet
nulli,niſi ſibi certa eſt : ſeqtur, ꝙ nullus erit certus ſe eſſe
baptizatum: & conſequenter homo erit in dubio ſalutis.
quod incõuenit.dicit, ꝙ ſecundùm aliquos, ſi deſit men-
talis intẽtio miniſtri,nõ eſt baptiſma:tamẽ in adulto ſup-
plet fides baptiſmatis: vt inde periculũ non proueniat: in
puero autẽ piè creditur,ꝙ ſuppleat ſummus ſacerdos. qđ
tamen ſi nõ facit,iniuſtè non facit: ſicut nec in illo qui ſa-
cramento nõ ſubijcitur. Alij verò dicũt,ꝙ in ſacramentis
habẽtibus in forma actũ exercitũ , nõ requiritur intentio
mentalis, ſed ſufficit expreſsio intẽtionis per verba ab ec
cleſia inſtituta:vnde ſi forma ſeruatur, nec aliqd exterius
dicitur, quod intentionẽ contrariã exprimat, baptizatus
eſt. Nõ enim ſine cauſa in ſacramẽtis neceſsitatis, ſcilicet
baptiſmo,& quibuſdã alijs,actus baptizantis,tam ſolicitè
expreſſus eſt ad intentionis expreſsionem . hæc ille. In-
tendit autem iſta opinio, ſecundùm Pet.de Pal. ꝙ ſufficit
intentio faciẽdi exterius,quod eccleſia facit. Et ſecũdùm
eundem prima opinio eſt tenenda:ſecunda autẽ ſuſtineri
poteſt

poteſt.Sed S.Tho.videtur tenere ſecundam in iiij.diſt.v.
q.ij.ar.ij.q.j. in cor.vbi dicit ꝙ ea quæ ſunt de ſubſtantia
ſacramenti, oportet eſſe certa: intẽtio autẽ interior mini
ſtri non poteſt eſſe certa. Et ſimiliter videtur hæc opinio
eſſe de mente domini Bona.in iiij.di.iij.art.ij.q.ij.dicen-
tis,ꝙ quia baptiſmus non eſt ſacramentũ ſingularis perſo
næ,ideo fides perſonæ nihil ꝓdeſt,vel obeſt:ſed eſt ſacra
mentum eccleſiæ Chriſti.vnde quicquid ſit de fide cordis
perſonæ baptizantis, iudicandũ eſt ſecundũ expreſsionẽ
oris.hæc ille.qui idẽ diceret, vt videtur de intentiori in-
tentione baptizantis.Et eandẽ videtur tenere Aureo.qui
dicit,ꝙ oportet miniſtrũ intendere,vel ſaltẽ apparere ꝙ
intendebat baptizare.Poſſet autẽ dici,hæc ideo eſſe,quia
ibi adeſt intẽtio eccleſię & Chriſti,qui voluit,quẽlibet ho
minẽ eſſe hui⁹ ſacramẽti miniſtrũ & cõſequẽter nõ eſſet
ſimile de dæmone,de quo ſ̃. §.ij.vnde idem S.Tho.iij.q.
lxiiij.artic.viij.ad ſecundũ,recitata priore opinione, & re
probata,qa deuotio accedẽtis nõ ſupplet quo ad characte
rem:& ſi quo ad gratiã, ſubiungit. Et ideo alij melius di-
cunt,ꝙ miniſter ſacramẽti agit in perſona totius eccleſiæ
cuius eſt miniſter:in verbis autẽ quę proferũtur,exprimi
tur intentio eccleſiæ,quæ ſufficit ad perfectionẽ ſacramẽ
ti,niſi contrariũ exterius exprimatur ex parte miniſtri,&
12 recipiẽtis ſacramentũ. ¶ Decimotertiò,*vtrũ in miniſtro
requiratur intẽtio actualis?Et dico ſecũdũ mentẽ S.Tho.
& Lan.& Scoti,ꝙ nõ ſufficit intentio habitualis pręcisè:
qa ipſa eſt etiã in dormiẽte : nec requiritur actualis neceſ
ſario,qñ quis profert verba:qa cogitatio eſt valde labilis:
ſed oportet dare mediã,id eſt,virtualẽ,quę eſt, qñ præceſ
ſit actualis dãdi baptiſma:& deinde ex illa mouetur quis
ad baptizandũ vel proferẽdũ verba,nulla interueniẽte in
tẽtione cõtraria:ſicut cũ qs deliberat baptizare,& cœpto
opere vagatur,nihil cogitãs de verbis, q̃ profert. Ex quo
etiã patet,ꝙ furioſus & ebrius,qñ omnino carent vſu ra-
tiõis,baptizare nequeũt,qa nõ poſſunt habere intẽtionẽ.
¶ Decimoquartò,vtrum requiratur intẽtio recta?Et dicit
S.Tho.in quarto,ꝙ cũ rectũ ſit,cuius mediũ nõ diſcrepat
ab extremis:tũc eſt intẽtio recta,qñ baptizãs, vel baptiza
tus ordinat ſacramentũ ad effectũ ſacramẽti:q eſt ſal⁹. Igi
tur ſi in baptizãte adſit intentio, qa intẽdit baptizare:ſed
deſit rectitudo,qa ordinat ſacramẽtũ ad finẽ indebitũ:nõ
ꝓpter hoc in recipiẽte impeditur receptio ſacramẽti, qa
ad hoc fertur intẽtio baptizãtis:neq; effectus ſacramenti,
qa mãdatio interior nõ eſt à miniſtro.vnde ad hoc nihil
facit eius intẽtio.Si aũt in baptizato ſit intẽtio ꝑcipiendi
ſacramẽtũ,ſed deſit rectitudo intẽtionis:recipit quidẽ qđ
intẽdit ſacramẽtũ, ſed nõ rẽ ſacramẽti:quia per intẽtionẽ
prauã ponit obicẽ Spiritui Sancto.& de hoc infrà Baptiſ
13 mus iiij. ¶ Decimoquintò,*vtrũ ſit verũ baptiſma vbi in
teruenit error?Et dico ſecundũ Ho. ꝙ putãs ſe baptizare
puerũ,imponens ei nomen Petrus,& baptizat puellã:ſi in
tẽdit baptizare pſonã cuiuſcũq; ſex⁹,eſt baptizata:ſi verò
marẽ tãtũ, nõ eſt baptizata. ſi autẽ ſimpliciter baptizat.ſ.
nõ cogitãs de mare aut fœmina,eſt baptizata:quia.ſ.intẽ-
debat baptizare hãc perſonã, quicquid eſſet. Et cõcordat
S.Tho.dicẽs in iiij.diſt.xxx.q.j.ar.j.ad tertiũ,ꝙ ſi quis ba-
ptizat Ioãnẽ credẽs ſe baptizare Petrũ,nihilominus Ioan
nes eſt verè baptizatus. ¶ Decimoſextò,qđ de baptizante
aliquẽ ex ioco?Et dico ꝙ ſi intẽdit baptizare,eſt baptiza-
tus:ſi verò nõ intẽdit baptizare,ſecundũ opin.ſuperius re
citatã,eſt baptizatus,dummodo iocoſitatẽ nõ oſtendat ex
terius: ſed ſecũdũ opinionẽ aliã,nõ eſt baptizatus: in du-
bio autẽ ſecundũ Aſten.eſt baptizandus ſub conditione.

RVRSVS de Baptiſmo iiij.quo ad ſuſcipientes.

1 *Omnes homines poſt Chriſti paſsionem omninò baptizari ex Dei præcepto tenetur,etiam qui in utero ſanctificatus foret.Et ibidem,ex quo tempore cœpit hæc obligatio.*
2 *Puer uel in toto,uel in parte in matris utero exiſtens,nũ baptizari poſsit.Et qui ſecundùm totum in utero eſt,Deo non eccleſiæ notus eſt:unde miniſterio ipſius miniſtrorũ minimè,ſubijciẽdus:ſed nec ob id mater uiua aperiri,aut ſecari debet.*
3 *Amentes ac furioſi an ſint baptizandi:item quid de dormientibus,& quid de peccatoribus.*
4 *Pueri infidelium,an ſint baptizandi.Et quid de Iudæorum pueris infra pubertatem,an poſsunt inuitis parentibus baptizari.*
5 *Iudæi,quatenus ſecundùm iura ſerui eſſe dicantur.Et an liceat ipſis ſua auferre,aut eiſdem moleſtias inferre.*
6 *Pueri infidelium parẽtibus inuitis ante rationis uſum baptiſmo loti,ſacramentũ num ſuſcipiant. Et hic uſus rationis ante quẽ huiuſmodi pueri baptizandi non ſunt,qualiter intelligẽdus ſit. Et quid de puella Iudæa,quam pater de licitè quæſitis dotare tenetur,ſi baptizata nubat.*
7 *Expoſiti & inuenti,huiúſque modi alij,quorum baptiſmus neſcitur,aut in dubium uenit,num ſint baptizandi.*
8 *Proiectus in flumen de ponte:ob ſuſpicionem inſtantis mortis,ſi uixerit,poſtquàm deiector dixit:Ego te baptizo:an baptizatus intelligatur:an uerò ſit rebaptizandus. Et an proiector huiuſmodi ſi puer extinguatur,homicida ſit.*
9 *Iudæus,paganus,uel alius adultus,baptiſmũ petens,num ſit ſtatim,ſi periculum ob moram immineat,baptiſmo donandus.*
10 *In baptizãdo fides num requiratur,& cuius.Et quid de cõſenſu,ac uoluntate,ſeu baptiſmi recipiendi intẽtione.Et an de peccatis ante baptiſmum commiſsis attritio deſideretur.*
11 *Fictio baptizãdi,num baptiſmi efficaciã impediat. Et quid ſit fictio.Item,fictum quem eſſe, quot modis contingere queat. Et an recedente fictione, baptiſma effectum aſſumat,& conſequatur.Et quomodo ualere incipiat.*
12 *Adulti baptizãdi,nũ pſentia,ac reſpõſio propria neceſſaria ſit. an uerò procuratore ad hoc cõſtituto, aliena reſpõſio ſufficiat.*

1 BAPTISMVS*quartò,quo ad ſuſcipiẽtes,vt plenius in
notefcat,ſciendum eſt ꝙ ſecundùm omnes doc.poſt
Chriſti paſsionẽ omnes homines mũdi tenẽtur ex præce-
pto dei ſuſcipere baptiſmũ,iuxta illud Io.iij. Niſi qs rena
tus fuerit ex aqua &c. Et hoc ſecundũ S. Tho. etiã ſi quis
eſſet ſanctificat⁹ in vtero:ad acqrẽdũ characterẽ,quo an-
numeretur populo Dei:& quaſi deputet ad percipiẽda ſa
cramẽta diuina:tũ vt paſsiõi Chriſti ẽt corporaliter cõfor
meť:tũ ꝓpter obediẽtiæ bonũ: qa præceptũ de baptiſmo
oĩbus datũ eſt. Quãdo aũt incœperit dicta obligatio,ſunt
opiniones:ſed S.Th.tenet,ꝙ in paſsione inſtitutũ eſt prę
ceptũ de baptiſmo ſuſcipiẽdo:ſed illud nõ cœpit obligare
niſi poſt ꝓmulgationẽ.Et idẽ ſentit Rich.in iiij.di.iij. di-
cens,ꝙ nõ fuerũt oẽs homines obligati ad ſuſceptionẽ ba
ptiſmi ſtatim poſt Chriſti reſurrectionẽ:qa nullus tene-
tur neceſſario obſeruare legẽ,anteq̃ promulgeť: nec etiã
poſt promulgationẽ,quouſq; ſibi innoteſcat:niſi defectus
eius ſit in cauſa,quare nõ ſtatim ſibi ĩnotuerit ꝓmulgatio
legis:quę ꝓmulgatio in propoſito fuit, qñ dictũ eſt Mar.
vltimo,Euntes docete oẽs gentes,baptizantes,&c. hæc ex
illo.quę ſunt valde notãda:quia ex his habeť,ꝙ in foro cõ
ſciẽtię nulla lex obliget ignorãtẽ, niſi ignoret ex ſua ne-
2 gligẽtia,& intelligere noluerit.Primò*verò quęriť,vtrũ
baptizari poſsit puer in vtero matris exiſtẽs in toto,vł in
parte?Et dico,ꝙ ſi eſt nat⁹,ẽt cũ pelle ſecũdina, baptiza-
ri põt ſecundũ Aureo.& etiã ſi eſſet monſtrũ: vt ſ̃. baptiſ.
iij. §.x.Si autem totaliter eſt in vtero matris,non apparẽs

ſecundũ

ſecundùm membrū aliquod, vel partē membri, baptizari
nō pōt, ſecundùm omnes: vt in c. qui in maternis. de cōſe.
diſt. iiij. quia inquit S. Tho. talis natus eſt Deo, nō eccle-
ſiæ, nec ſubijcibilis operationi miniſtrorū ei⁹: nec aperiē
da eſt mater adhuc viuēs, ēt ſi eſſet ob partū moritura, vt
talis baptizeť: quia ſecūdū Apoſtolum, nō ſunt faciēda ma
la, vt veniāt bona. ſecus aūt ſi iam extincta eſſet: vt ff. de in
offi. teſta. l. poſthu. Si autē apparet aliquod membrum, &
nō eſt plene natus: expectāda eſt totalis egreſsio, niſi peri
culū mortis immineat, ſecundū S. Tho. & oēs. ſed ſi peri-
culū timeatur, ſunt duę opiniones extremę, & vna media.
Quidā enim dicunt, ꝙ baptizari non pōt, niſi plenè naſca
tur. vnde glo. in c. ſi ad matris. de cōſe. diſt. iiij. tenet ꝙ ba-
ptizari nō pōt, per d. c. qui in maternis. Ratio, qa nō perfe
ctè natus nō pōt dici homo. l. quod certatū. C. de poſt. hę.
inſti. vbi oportet ꝙ ſit totus natus quis, vt poſthumus di-
catur. Quidam verò dicunt, ꝙ baptizari pōt, quacūq; par
te eius apparente, ſic ꝙ ſi baptizeť manus aut pes, nō erit
rebaptizādus. Et iſtā opinionē Sum. Roſel. adſcribit Inn.
& Panor. & videtur eis cōuenire in capi. debitū. extrà eo.
Quidā verò dicunt, ꝙ egreſſa parte principali, id eſt capi
te, debet baptizari, ſcilicet ita ꝙ non rebaptizeť, ſi vixerit.
ſecus de alijs, ſcilicet pede, manu, vel huiuſmodi: qa bapti
zādus eſt qdē: & ſi deceſſerit, ſepeliēd⁹ eſt in cœmeterio:
ſi aūt vixerit, rebaptizādus eſt ſub cōditione, ſi nō es &c.
Et hęc eſt opin. Landul. & Ric. & domini Car. in cle. fidei.
de ſum. tri. & S. Tho. in iiij. di. vj. q. j. arti. j. q. j. ad tertium.
vbi obſcure loquiť, dicēs ꝙ egreſſà parte principali, id eſt
capite, in quo operationes animę magis manifeſtantur, vt
quidā dicūt, baptizari debet: ſecus aūt eſt de alijs partib⁹,
vt de manu, & pede: quāuis nō noceat. etiā ſi illæ partes aſ
pergātur baptiſmali aqua: qa diuina miſericordia non eſt
arctāda. Si tamē poſtea plenariè naſcať, nō eſt rebaptizā-
dus, ſecūdū quoſdā. ſed nihil periculi accidit, ſi ad maio-
rem cautelā baptizatur ſub hac forma: ſi nō es &c. hęc ille.
qui intēdit, ꝙ egreſſo capite baptizetur nō rebaptizādus:
egreſſa vero alia parte aſpergatur aqua, id eſt baptizetur,
ſed rebaptizādus. & hoc patet clarè iiij. parte. q. lxviij. art.
3 xj. ad quartū. ¶ Secūdò,* vtrū baptizari poſsint amētes, &
furioſi? Diſtinguit S. Thom. in iij. parte, & in iiij. cuius di-
ſtinctio ad hoc reducitur: quia ſi nunquā habuerūt vſum
rōnis, baptizari poſſunt eo modo, quo pueri in fide eccle
ſiæ: ſi verò aliquo tēpore habuerūt vſum rōnis, quia ſcili-
cet nō ſunt à natiuitate ſtulti: aut ſi ſunt, habēt lucida in-
terualla: ſi nunquā habuerūt voluntatē baptiſmi, non poſ
ſunt baptizari: ſi aūt eā aliquādo habuerūt, baptizari poſ
ſunt ratione periculi in amentia ſi contradicāt: imò vt di
cit Pe. ſi oporteat eos litigari, vel etiā ſi faciāt iniuriam ſa
cramēto, vt mingēdo in aquā, vel huiuſmodi: ceſſante ve-
rò periculo melius eſt vt expectetur vſus rōnis. Cōſentit
cap. maiores. extrà eo. ¶ Tertiò, quid de dormiētibus? Et
dicit S. Tho. ꝙ ratione periculi baptizari poſſunt, ſi pri⁹
in eis apparuit voluntas baptiſmi: ſicut de amētibus dictū
eſt: & de amico ſuo factū narrat Aug. iiij. li. Confeſsio. nō
aūt baptizādi ſunt, ſi periculum mortis nō immineat, nec
ſi antè voluntatē baptiſmi non habuerunt. Et habētur hęc
omnia in d. c. maiores. ¶ Quartò, quid de peccatorib⁹? Et
dico ꝙ de peccatoribus ſic dictis à volūtate peccādi, id eſt
de volētibus perſeuerare in peccato, dicit S. Tho. ꝙ nullo
modo ſunt baptizādi. Et videť velle, ꝙ tales peccent mor
taliter, quaſi euacuātes effectū ſacramēti. i. gratiā. ſi tamē
baptizantur, recipiunt ſacramētū, ſecundū doc. nō rem ſa
cramēti: nec ſunt rebaptizādi. Sed peccatores ſic dicti pro
pter reatū præteritum peccati aut maculā, ſunt baptizādi:
qa ad hoc ſpecialiter baptiſma inſtitutū eſt, vt ꝑ illud ſor
4 des mūdētur. ¶ Quintò,* vtrū pueri fideliū ſint ſtatim ba
ptizandi? Et dicit S. Tho. ꝙ ſic, quàm citius: nec eſt expe-
ctandū. Primò, qa ꝓpter imbecillitatē naturę de facili mo
ri poſſunt. Secūdò, qa diabolus non habet tantā poteſtatē
nocēdi ſpiritualiter & corporaliter poſt baptiſmum, ſicut
prius. Tertiò, qa à pueritia facilius ad ea, q̄ ſunt Chriſtia-
næ religionis, inducūtur, & ea firmius retinent. ¶ Sextò,
vtrū pueri infideliū Iudęorū infra pubertatē poſsint inui
tis parentibus baptizari? Et dico ꝙ eſt vna opinio, quā Au
reo. Landu. & Sco. & Arch. & Ant. de But. tenēt, & videtur
Do. de S. Gemi. ꝙ ſic, per principes vel eorū dominos, nō
autē per priuatas perſonas. Hoc ſequitur Sum. Ang. & to
tū fundamētū huius opin. eſt: qa Iudęi ſunt ſerui facti per
paſsionē Chriſti. extrà, de Iudęis. ſi Iudęos. & hoc fuit exe
cutioni mandatū per Conſtantinū: vt no. Hoſt. in c. conſu
luit. de Iudęis. & idē tenet Archi. in c. qui ſyncera. xlv. di.
& idē S. Th. in epiſtola ad ducíſſam Lotharingię. Sed iſta
opinio eſt falſa & vana cū ſuo fundamento. Primò, quia ſi
eſſet vera, hoc eſſet, quia Iudæi ſunt ſerui Chriſtianorum.
qđ eſt falſum, quātū ad baptiſmū: qa null⁹ eſt ſeru⁹ in ſpē
ctātibus ad ius diuinū aut naturale, ſed ciuile tantū. Vnde
ſi Iudęus doceat filiū malos mores, puta furari, & adultera
ri, qđ ꝑtinet ad ius ciuile: eſt ei auferēdus. C. de epi. aud. l.
ſi lenones. nō autē ſi eum doceat malā fidē: quod pertinet
ad diuinū: quia hoc nullo iure caueť. Secūdò. nā princeps
non plus, ſed minus, dominatur ſuper filio Iudęi, q̄ ſuper
patre, gratia cuius filius eſt ſeruus: & tamē patrē non pōt
cogere ad ſuſcipiendū baptiſmū in ſe. licet Sco. hoc male
cōcedat: qa hoc dixit Iac. Hermogeni. & Apoſtolus, Quid
ad nos, inquit, de his qui foris ſunt iudicare? Et tex. in ca.
ſicut Iudæi. de Iudęis. & xlv di. de Iudęis. iſtā compulſionē
ꝓhibet: ergo nō pōt inferre vim filio, aut patri in filio, vt
baptizetur: cū volūtas patris ſit alia ante vſum rōnis inſpe
5 ctātibus ad prædicta iura. Tertiò, nā vt dicit Car. Flo.* li-
cet Iudęi ſint ſerui ſecūdū iura, tñ hoc nō eſt verū ſimpli-
citer quo ad oīa, ſed quo ad q̄dā: qa de cōſuetudine nō eſt
ꝙ habeanť ꝓ ſeruis, aut vēdi poſsint: & ꝓhibitū eſt eis au-
ferre ſua, aut aliter inferre moleſtias. Sed tñ S. Tho. tenet,
ꝙ eis poſſent auferri bona ſeruato victu, niſi leges hoc ꝓ
hiberēt: vi. in opus xvj. vñ dic tu ꝙ eſto, ꝙ vēdi poſsint in-
uiti, quod eſt iuris ciuilis: nō ſequitur quòd poſsint bapti
zari, quod eſt diuini. Eſt autē alia opi. S. Tho. ꝙ hoc ſit il
licitum. ij. ij. quęſt. x. articu. xij. & iij. parte. qō. lxviij. ar. x. &
rurſus in quolibet. & ſuū fundamētū eſt duplex. ſ. natura-
lis ęquitas: qa hoc naturali iuſtitiæ repugnat. Nā filius na-
turaliter eſt aliqd patris: & primò quidē à parētibus nō di
ſtinguitur ſecundū corpus, quandiu matris vtero contine
tur: deinde vterū egreſſus ante vſum liberi arbitrij ſub pa
rentū cura, ſicut ſub quodā ſpirituali vtero, cōtinetur, nō
differēs ab irrationali animali: vnde ſicut bos, vel equ⁹ iu
re ciuili eſt alicuius, vt ea vtatur vt liber: ita fili⁹ iure natu
rali ante vſum rationis. Secūdū eſt eccleſię conſuetudo, q̄
maximā habet authoritatē, & in oībus eſt ęmulāda, & cui
magis ſtandū eſt, quàm authoritati Auguſtini, vel aliorum
doctorū, qui ab eccleſia habēt authoritatē, quę hoc nūquā
habuit: cùm tamē retro actis tēporibus fuerint multi ca-
tholici principes potētiſsimi, vt Conſtātinus & Theodo-
ſius, quibus familiares fuerunt ſanctiſsimi epiſcopi, vt Syl
ueſter & Ambr. q nullo modo prætermiſiſſent hoc ab eis
impetrare, ſi nō eſſet cōſonū rōni. Vnde dicitur de pueris
antiquorū, ꝙ ſaluati ſunt in fide parētū. per qđ datur intel
ligi quòd

ligi, ꝙ ad eos ſpectet ꝓuidere eis de ſalute. hęc ex illo. Et
hāc opinionē ſeqtur Car. Flo. de Iudæis. in c. ſunt Iudæi.
& Gaſpar de Calde. in cōſilijs. & gl. ſup c. Iudæorū. xxviij.
q. j. & Pe. de Palu. Pan. & Io. de Ana. in c. ſicut. de Iudæ. &
ibi do. Maria. & Feli. dicūt iſtud cōiter teneri: & Alberi.
in Sū. Roſ. in verbo, Iudæus. quā etiā adhuc cōfirmat Sā.
Th. qa oppoſitū derogaret fidei, dū pueri baptizati auer
terētur à fide ſuaſione parentū. Et ſi dicatur, ꝙ debent eis
auferri: dico ꝙ eſt cōtra omnia iura, ante vſum rationis.
Idem aūt à fortiori dicēdū eſt de pueris aliorū infideliū.
6 ¶ Septimò,* vtrū pueri infideliū inuitis parentibus ante
vſum rationis baptizati, ſuſcipiāt ſacramētū? Et dicit Pet.
de Palu. ꝙ nō: quia in his, quę ſunt fidei, ſicut parētes coa-
cti baptizari nihil recipiūt: ita nec filij ſine ſua, aut parētū
volūtate: licet ſufficiat volūtas alterius parentū. Archi. aūt
adſcribit Sā. Th. ꝙ ſint verè baptizati, & ad ſeruandā fidē
cogēdi. Et hāc opinionē dicit ſibi magis placere: quia ſuf
ficiens cauſa baptiſmi eſt materia, forma, & volūtas ꝓpria
baptizādi, aut parentū. i. offerentiū, q ſunt parētes ſpiri-
tuales: ſicut olim ſaluabantur in fide parentū ſpiritualiū,
id eſt, eccleſiæ. Sed iſta in San. Th. nō memini me legiſſe:
ſunt tamē vera indubitatè, ſaltē qñ iuſtè eſſent ſubtracti à
cura parentū. Et licet San. Tho. j. ij. q. lxviij. arg. ix. ad ſecū
dum, teneat ꝙ filij infideliū baptizati in fide eccleſię cōſe
quantur ſalutē, & intelligātur offerri ab omnibus, quibus
placet, ꝙ offerātur, & quorū charitate ad cōionē Spiritus
ſancti adiungūtur, & nō tātùm ab his, quorū manibus fe-
runtur: tamē loquitur, quādo baptizātur inuitis quidē pa
rentibus, ſed iuſte ab eis ſubtracti, vt videtur: vel qñ & ipi
parētes cōſentiunt: nō vt pueri ſint fideles, ſed alio reſpe
ctu: puta, ne ſint fœtētes, aut energumeni. i. vexati à dia-
bolo: ſicut nūc faciūt, vt diciť, fere oēs nobiles Sarraceni:
nec mihi dubiū eſt, quin tales pueri ſaluētur, ſi decedant
ante vſum rationis. ¶ Octauò quæritur, quomodo intelli
gatur vſus rationis, ante quē infideliū paruuli ipſis inuitis
nō ſunt baptizādi? Et dico ſecūdū San. Tho. in iiij. diſtin.
xxvij. q. ij. ꝙ reſpectu vſus rationis triplex gradus notatur,
ſecundū Philoſophū j. Ethic. Primus, cùm quis, nec per ſe
intelligere, nec capere ab alio pōt. Secūdus, cū ꝑ ſe intelli
gere nequit, ſed capere pōt ab alio. Tertius, cū accipere
pōt ab alio, & ꝑ ſe cōſiderare. Et primū ſtatū obtinet ho-
mo ante primū ſeptenniū: ad ſecūdū aūt incipit venire in
fine primi ſeptēnij: vnde tūc pueri ponūtur ad ſcholas: ſed
ad tertiū incipit venire in fine ſecūdi ſeptēnij, quantū ad
pertinētia ad perſonā ſuā, in qua ratio naturalis citius cō-
ualeſcit: ſed quantum ad illa, quę extra ipſum ſunt, in fine
tertij ſeptēnij. Et ideo ante primū ſeptenniū nulli cōtra-
ctui homo eſt aptus: ſed in fine primi ſeptēnij incipit eſſe
aptus ad aliqua promittēdū in futurū, præcipue de his, ad
quæ ratio naturalis inclinat magis: nō autem ad ſe obligā
dū vinculo ꝑpetuo: qa adhuc nō habet firmatā volūtatē:
ideoq; tūc poſſunt ſpōſalia cōtrahi: ſed in fine ſecūdi ſe-
ptennij iā ſe poteſt obligare de ꝑtinentibus ad perſonam
ipſius, vel ad religionē, vel ad cōiugiū: poſt tertiū verò ſe-
ptenniū pōt etiā ſe obligare de alijs: & ſecundū leges cō-
ſtituiť ei poteſtas diſponēdi de rebus ſuis poſt xxv. annū.
Poteſt tamē homo antè peccare mortaliter quàm ſpōſalia
contrahere. i. ante ſeptēniū primū: qa ad peccatū mortale
ſufficit cōſenſus præſens: in ſpōſalibus autē eſt conſenſus
in futurū. ad quod reqritur rationis diſcretio maior. hæc
ex illo. Dico ergo ꝙ, vt patet ex dictis, ille vſus eſt, qui cō
muniter habetur in fine ſecūdi ſeptēnij: ſed tamē Gaſpar
de Cal. in quodā ſuo conſilio determinat, ꝙ puer Iudæus
duodēnis baptizari pōt inuitis parētib⁹: qa ſatis pręſumi
tur de aliquo rationis vſu in eo: & ſic in fauorē fidei pote
rit baptizari, licet in eo omnino nō clareſcat vſus ratiōis:
dūmodo in eo cōtrariū nō appareat. Et idē de puella Iu-
dæa dicendū eſt: quā etiā pater tenebiť ſecūdū facultatē
dotare de bonis licitè acqſitis, ſi baptizata nubat, ſecūdū
7 Archidiaconū. ¶* Nonò, vtrū baptizari debeāt infantes
expoſiti, & inuēti, vel alij, de quib⁹ neſcitur, aut dubitatur
an ſint baptizati, & bene baptizati? Et dico ſcđm Doct. ꝙ
ſi certū eſt, oīa, q̄ ſunt de ſubſtātia ſacramēti, concurriſſe,
licet cætera, quę ſunt de ſolēnitate, defuerint: puta, qa ve
tula ꝟba bene ꝓtulit, & in aquā merſit, ſed defuit catechiſ
mus, & exorciſmus, nullo modo eſt rebaptizādus, ſecūdū
Pet. de Pal. nec ſimpliciter, nec ſub cōditione: ſed ſupplē-
dum eſt, quod ex neceſsitate, vel in cautela fuit omiſſum.
Si aūt cōſtet aliqd de ſubſtātialibus defuiſſe: iterāda ſunt
oīa ſubſtātialia, quę ſimul cōcurrere oportet: & ſimiliter
ea, quę ſunt de ſolennitate, ſecūdùm Theologos: quia qñ
confertur ſacramentū, & patitur tempus, debita ſolēnitas
adhibēda eſt: nec eſt vis, ſi repetūtur, q̄ ſacramēta nō ſunt:
aut etiā, quę ſunt de ſubſtātia, qñ nihil factū eſt, quia non
fuit ſacramentū: & cōſequēter nec fit iniuria ſacramento.
Nec ſtandū eſt in hoc dicto Iuriſtarū dicentiū, nihil eſſe
iterandū, ſed ſupplendū tñ, quod erat omiſſum. quod eſt
friuolū. Et ſi quid de ſubſtātialibus erat adhibitū, & aliqd
omiſſum: ſi adhibitū nō repetatur, nō erit ſacramētū ſecū
da vice, propter defectū adhibiti prima vice: ſicut nec pri
ma vice, propter defectū adhibiti ſecūda vice: ſicut ſi priō
dictū erat, in noīe Patris & Spiritus ſancti, & ſecūda vice
noīe Filij: nec primò, nec ſecūdò erit baptiſmus. Si autē
erit probabiliter dubiū: vt qa puer in nemore expoſitus
īuenitur, nec apparet aliqua ſcriptura de baptiſmo: bapti
zādus eſt ſub cōditione, quæ habetur x̄. eo. c. ij. pręmiſſā
negatiua, ſi nō es &c. Et idē dicit Ric. de expoſito quoli-
bet, qñ nō inuenitur à quo ſit expoſitus, aut baptizat⁹. De
eo aūt, qui ex Chriſtianis nat⁹, & inter Chriſtianos cōuer
ſatus eſt, nō eſt reuocādū in dubiū, ſecundū Pe. de Pal. niſi
euidētiſsimè ꝓbaretur nō baptizatus. x̄. de presby. non
bapti. c. ſi. Si verò vno teſte, puta obſtetrice, ꝓbeť baptiza
8 tus, credēdū eſt. ¶* Decimò, vtrū baptizādus ſit, ſi vixerit
is, quē q ad baptizādū lōge portabat, irruēte morte ī via
ꝓiecit in flumē de pōte cū intētione baptizādi, aut in pu
teū, dicēs, Ego te baptizo, &c. Et dico caſum iſtū accidiſſe
de facto, teſte Pan. ī partib⁹ Mōtiſpeſſulani. vbi, vt ipe di-
cit, quidā lector Theo. de ordine Prædicatorū, dixit iſtū
nō eſſe baptizatū: cui⁹ dictū deteſtati ſunt multi Canoni-
ſtæ, cū ibi nec ꝟbū, nec elementū defuerit. Sed poſtmodū
ipe magiſtrū ſuū cōſuluit, & dixit, ꝙ nō erat baptizat⁹: qa
in baptiſmo nō ſolū requiritur immerſio, ſed etiā eleua-
tio ab aqs in ſignū reſurrectiōis Chriſti. Sed hęc ratio, in
quit Pan. nō cōcludit: immerſio nō reqriť neceſſario, &
cōſequēter nec eleuatio. Et ſic cōcludit, ꝙ ſi cōſtare poſ-
ſet, ꝙ puer vixerit q̄diu baptiſmus fuerit cōpletus, ꝙ ſatis
dicitur baptizat⁹: ſed qa potuit prędecedere in via anteq̄
baptizaretur, ſuſtētari poſſet alia opinio. hæc ille. cū quo
trāſit Roſella. Sed licet bene impugnet rōnē ſui magiſtri:
tñ dicit duo falſa. Primū, ꝙ ille ſit baptizatus, ſi vixit vſq;
ad finē baptiſmi: qa ī baptiſmo neceſſaria eſt ablutio, quę
eſt materia ꝓxima, & quā importat ly baptizo: in caſu aūt
illo non fuit ablutio, ſed ſubmerſio, & extinctio, vel peri
culū extinctiōis: nec ille act⁹ ex ſui natura ordinať ad ab-
lutionē, ſed ad ſubmerſionē: qa q abluitur propriè, & vſi-
tatè, aut educitur de aqs cōtinua manu, aut aquę fluunt ab

eo. Vnde peccauit mortaliter, tãq̃ homicida, ille pius ba
ptizator. Secũdũ, qa ſuppoſito, ꝙ ibi eſſet baptiſm⁹ durã-
te vita, dicit, ꝙ ſi prædecedat puer, nõ erit baptiſm⁹: cuius
oppoſitũ oſtẽſum eſt s. Baptiſmus. j. §. v. ex dictis Theolo
gorũ, qbus in hac materia ſtãdum eſt: qa Deus in tali caſu
9 ſuppleret. ¶ Vndecimò*, vtrũ baptizãd⁹ ſit ſtatim Iudæ⁹,
vel Pagan⁹, vel alius adult⁹ petẽs baptiſmũ, ſi periculũ ſit
in mora: puta, qa timetur ne alij infideles hoc ſcientes illũ
interimãt, vel aliter impediãt? Et dico, ſecũdũ Hoſt. ꝙ ſic,
expoſita fide eodẽ modo, quo poſsibile eſt, de cõſ. di. iiij.
ne qđ abſit. Sed ſi nõ abſit periculũ, tũc ꝑ octo mẽſes, vel
aliũ terminũ arbitrariũ debet differri, & inter catechume
nos teneri. de cõſe. diſ. iiij. Iudæi. & c. ſeq. Et huiuſmodi ra
tionẽ aſsignat Doc. Angelic⁹ in iiij pte. Primò, ad cautelã
eccleſiæ, ne decipiat̃ fictè accedẽtib⁹, tribuẽs ſacramentũ.
Secũdò, vt plenè ante baptiſmũ ĩſtruatur de fide. Tertiò,
ꝓpter reuerẽtiã ſacramẽti, dũ. ſ. in præcipuis ſolẽnitatib⁹,
vt Paſchæ, & Pentecoſtes, ad baptiſmũ hoĩes admittũtur.
Hæc tame, inquit, dilatio duplici ratione prætermittẽda
eſt. Primò, qñ baptizãdi apparẽt ꝑfectè ĩſtructi de fide, &
ad baptiſmũ idonei: ſicut Philippus ſtatim baptizauit Eu
nuchũ, & Corneliũ Petr⁹, Act. viij. & x. ſi neceſsitate infir-
mitatis, mortis, obſidionis, ꝑſecutiõis, & naufragij vrgerẽ
tur: qa, ſecũdũ Leo. Papã, omni tẽpore poſſunt baptizari.
Qui autẽ expectãs tẽpus ſtatutũ ab eccleſia præuenitur à
morte, ſaluatur, licet ꝑ ignẽ: q̃ verò differt vltra illud, pec
cat, niſi ex cauſa neceſſaria, & de licẽtia prælatorũ. hęc ex
10 illo. ¶ Duodecimò,* vtrũ in baptizãdo reqratur fides? Et
dico ſcđm Pe. & Doc. Angeli. ꝙ ĩ paruulis, & naturaliter
ſtultis, & huiuſmodi, q ꝑ ſe credere nõ poſſent, nõ requiri
tur fides ꝓpria, ſed ſufficit aliena: in alijs verò reqritur fi-
des propria ad ſuſcipiẽdũ ſacramẽtũ, & rẽ ſacramẽti. i. gra
tiã: nõ aũt ad ſuſcipiendũ ſacramẽtũ tãtùm, ſiue characte-
rẽ: quia etiã ſine ea reciperetur character. hæc ex illis. Et
exemplũ eſt, ſi baptizetur infidelis, nõ qa credat, ſed vt ſa
netur, vel careat fœtore, aut vexatione diabolica. ¶ Deci-
motertiò, vtrũ in baptizãdo requiratur cõſenſus? Et dicit
Aure. ꝙ in puero nõ: in adulto ſic, verè, vel interꝑtatiuè.
Vnde ſecundũ cõem doctrinã, in c. maiores. eo. titu. ſi qs
baptizet̃ vi, aut dũ reclamat, nihil recipit, nec rẽ. ſ. nec ſa-
cramentũ: ſi tñ adſit cõſenſus, q ab aliqbus dicitur inter-
pretatiuus, quia. ſ. cõſentit quis ꝑ minas, aut pœnas, haben
do volũtatẽ coactã coactione cõditionali, eligẽdo. ſ. po-
tius baptizari, q̃ mori, vel aliud pati: recipit quidẽ chara-
cterem, ſed nõ gratiã, ſecũdũ Pet. de Pal. & S. Th. & in d. c.
maiores. circa fin. vnde cogẽdus eſt fidẽ ſeruare. Quod ta
men limita, niſi intẽderet illudere, & pœnas euadere, nõ
autẽ ſuſcipere ſacramentũ: quia tũc nõ ſuſcipit ſacramen-
tum, cũ etiã intẽtio neceſſaria ſit, vt dicetur §. ſeq. ¶ Deci
moquartò, vtrũ in baptizãdo requiratur volũtas, ſeu intẽ
tio recipiẽdi baptiſmũ? Et diſtinguit Pe. de Pa. poſt S. Th.
Nã ſi actu habet vſum rationis, intẽtio neceſſaria eſt, aliàs
nihil reciperetur: nõ tamẽ eſt neceſſaria rectitudo inten-
tionis. Vnde recipiens baptiſmũ propter quæſtũ, vt faciũt
crebro Iudæi: verũ recipiũt baptiſma, licet nõ rem baptiſ
mi, id eſt, gratiã: nec etiã eſt neceſſaria intentio, ſeu volũ-
tas ſpontanea, ſed ſufficit coacta cõditionaliter, vt in prio
ri §. dictũ eſt. Si aũt vſum rationis habuit aliquando, ſed
nõ quãdo baptizatur, propter phreneſim, vel amẽtiã, vel
dormitionẽ, & huiuſmodi, requiritur intẽtio, quę præfue
rit tẽpore vſus rationis: qua præcedẽte baptizari põt in ar
ticulo neceſsitatis: & conſequitur ſacramentũ, & rẽ ſacra-
menti, etiã ſi coactè baptizaretur coactiõe abſoluta, vt pa
tet ex dictis: ſed ceſſante tali articulo expectãdus eſt ratio
nis vſus. ſ. ſi ſperatur: ſed ſi antè cõtradicit, nihil recipit, ſi
baptizetur. Si verò vſum rationis nũquã habuit, baptizat̃
in intentione parentũ, vel offerẽtiũ, vel baptizantis, ſi ipſi
duo ſoli eſſent. ¶ Decimoquintò, vtrũ in baptizando req
ratur cõtritio de peccatis cõmiſsis ante baptiſmum? Et di
cit Alex. de Ales, ꝙ ſic. Sed ꝑ contritionẽ largè intellige,
etiã attritionẽ: qa baptiſmus de attrito facit cõtritũ mul-
to magis, quàm pœnitentia. Eſt, inquã, neceſſaria, inquit,
quo ad oĩa mortalia, de qbus recordatur, & de venialibus
in genere: & fortè in particulari quo ad venialia maiora,
quorũ recordatur: aliter nõ ſuſcipit gratiã baptiſmalẽ, id
eſt, gratiã, & remiſsionẽ peccatorũ, ad quod requiritur vo
luntas ſine omni indiſpoſitione: ſed bene recipit ſacramẽ
tum, id eſt, characterẽ. de cõſ. diſt. iiij. oſtẽditur, ad qđ req
ritur volũtas recipiẽdi ſacramẽtũ. Sed tñ intellige, ꝙ in
baptiſmo multa ꝑ ordinẽ recipiũtur, niſi defectus inter-
ueniat. Primò ſacramẽtũ. i. character. Secũdò, gratia gratũ
faciẽs. Tertiò, remiſsio omniũ peccatorũ, quo ad culpã, &
pœnã. Et ſic gratia baptiſmalis dicitur dupliciter. ſ. incom
pleta, id eſt gratia gratũ faciẽs: & cõpleta. i. dicta gratia cũ
plenaria remiſsione, etiã venialiũ. Et de his vide S. Tho.
iiij. diſt. iiij. q. iij. art. ij. q. j. Igitur ſi nõ adſit cõtritio de ve
niali, ſaltẽ virtualis, ſiue in genere, nõ impedit̃ gratia ba-
ptiſmalis primo modo: qa illa ſtat cũ veniali: ſed ſecũdo
modo: qa ſtãte volũtate ad veniale, illud remitti nõ põt:
cũ ſtãte cauſa, ſtet effectus. Cõfeſsio aũt in baptizãdo nõ
11 requiritur. ¶ Decimoſextò,* vtrũ in baptizãdo reqratur,
ꝙ nõ ſit fictus: ſiue, vtrũ fictio impediat effectũ baptiſmi?
Et ex S. Tho. in iij. parte. q. lxix. art. ix. & iiij. diſt. iiij. q. iij.
ar. ij. q. ij. ar. j. q. j. ad tertiũ. ſic reſpõdetur: Fictio ꝓpriè eſt,
cũ quis dicto, vel facto aliqd oſtendit, quod nõ eſt in rei
veritate: qa oſtẽſio ſi fiat hac intẽtione, tũc fictio eſt ſpe-
ciale peccatũ: & ſic nõ loquimur hic. aliàs aũt eſt peccatũ
generale: & ſic accipitur hic. Quicũq; enim ad baptiſmũ
accedit, oſtẽdit ſe vitã nouã inchoare abrenũciãdo vetu-
ſtæ: vñ ſi volũtas eius adhuc in vetuſtate vitæ remaneat,
aliud oſtẽdit, q̃ ſit in veritate, ideoq; eſt fictio, & peccatũ.
Hoc aũt quadrupliciter cõtingit: vt ꝓbatur in iiij. in diſt.
ea. q. iij. Vnde ſecũdũ Aug. quadrupliciter eſt qs fictus. ſ. q
nõ credit, qui indeuotus accedit, qui cõtemnit, qui aliter
celebrat. i. cõtra prohibitionẽ eccleſiæ, nõ varians tamẽ ea,
quæ ſunt de eſſentia ſacramẽti. Et ſumitur hic deuotio ꝓ
volũtate cõſequẽdi baptiſmũ, q̃tũ ad ſacramẽtũ, & rẽ: &
cõtritionẽ includit. Cõtẽptus etiã nõ ſumitur ꝓ eo, quo
quis abijcit ſacramẽtũ nõ recipiẽs illud: ſed quo qs illud
paruipẽdit, nõ æſtimãs in eo eſſe efficaciã ad ſaluãdũ, vel
ſecundũ alios, quo qs iocãdo, & ridẽdo accedit. Sed tñ ad
uertẽdũ eſt, ꝙ cũ fictio ſit pctm̃: fictio ſimpliciter, eſt pec-
catũ ſimpliciter. i. mortale: fictio verò ſcđm qd, eſt pecca-
tũ ſcđm qd. i. veniale: & prima ſimpliciter, id eſt totaliter
impedit effectũ baptiſmi, quantũ ad remiſsionẽ culpæ: ſe
cunda verò, ſecundũ quid tantũ: reſpectu tamẽ aliorũ ſa-
cramẽtorũ veniale põt facere fictũ, ſecũdũ Pe. de Pa. ſicut
in cõicando riſus, & iocus, & vagatio mẽtis: & cõſequẽter
aufert effectũ. ¶ Decimoſeptimò, vtrũ, & quomodo rece
dente fictione baptiſmus ſuũ effectũ cõſequatur? Et dico
ꝙ recedẽte fictione conſequitur ſuum effectũ: & valere
incipit ad ſalutẽ, ſecũdùm Augu. de cõſe. diſt. iiij. tunc va
lere. quod tamen intellige, ſi fuit baptiſmus: quia ſi fictio
illud totaliter abſtuliſſet, ſicut eſſet fictio circa intentio-
nem ſuſcipiendi: nunquam valeret. Et idem dicunt aliqui
de fictione circa fidẽ. ſed eſt falſum: quia infidelis poteſt
conſequi

conſequi verũ baptiſma, vt dictũ eſt. Quomodo autẽ in- 2
cipiat valere, triplex eſt opinio. Prima eſt Ioãnis in gl. d. c.
tunc valere. & Iuriſtarũ dicentiũ, quòd ceſſante fictione
non fit remiſsio peccatorum virtute baptiſmi, ſed virtute
contritionis, & pœnitentiæ. Sed illa glo. deſtruit tex. dicẽ
tem, quòd incipit valere baptiſmus, nõ contritio. Secũda
eſt quorundã modernorum dicentiũ hoc eſſe ex ordina
tione diuina, quòd ad characterẽ gratia infallibiliter con
ſequatur, vel tũc quãdo baptiſmus ſuſcipitur, vel receden
te fictione. Sed iſta opinio reprobata eſt à S. Th. vbi pro
bauit in ſacramẽtis nouę legis eſſe virtutẽ gratiæ cauſati
uam. Tertia eſt S. Tho. dicẽtis, quòd generaliter ſimul cũ
forma ſtatim recipit effectũ formę, niſi aliquid impediat:
quo tamẽ remoto forma generati ꝑficit effectũ ſuũ: ſicut
graue generatũ ſtatim mouetur deorſum, niſi quid impe
diat: quo impedimento ſublato, fertur deorſum. Et ſimili
ter in baptiſmo, qui ſcilicet eſt quædã ſpiritualis genera-
tio, accipit baptizatus characterẽ quaſi formã, & cõſequẽ
ter ꝓpriũ effectũ, qui eſt gratia remittẽs omnia peccata:
qui per fictionẽ quandoq; impeditur: vnde ea per pœnitẽ
tiam remota, ſtatim baptiſmus conſequitur effectum ſuũ,
quẽ prius habuiſſet, ſi fictio nõ fuiſſet: ideoq; peccata prę
cedentia baptiſmũ remittit quo ad culpam, & pœnam: ſe
quentia verò remittuntur, quantũ ad culpã virtute contri
tionis amouentis fictionẽ: non autem quantũ ad pœnã to
taliter. hęc ex illo. Et hanc opinionẽ Petr. de Pal. vt verio-
rẽ firmat, addens primò, quòd ſpecialis neceſsitas ſortien
di effectũ abiecta fictione, eſt in ſacramẽtis imprimẽtibus
characterẽ: aliàs eorũ effectus haberi non poſſet, quia nõ
iterãtur: & ſecundò quòd ad delendam fictionẽ ſufficit at
tritio. ¶ Decimo octauò, vtrũ in baptizando adulto requi
ratur quòd ſit præſens: & reſpõdeat, aut poſsit ꝓcuratorẽ
cõſtituere ad reſpodendũ, vt fit in paruulo? Et dico quòd
non poteſt. & tex. eſt in c. cũ pro paruulis. de cõſe. diſt. iiij.

RVRSVS DE BAPTISMO QVINTO,
quo ad ritum, & modum.

1 *Circa baptiſmum conferendum, quinque diligenter obſeruanda eſſe. & quæ ſint.*
2 *Ablutio baptiſmalis, quot modis effici poſsit. Et quis modus tutior. Et immerſio aquæ in baptiſmo quid notet. & quoties iterari debeat. & quota ſufficiat.*
3 *Ablutio num uerborum formã comitari debeat. Et an baptiſmus in debita materia, ac forma dari ſæpius poſsit. Et quænam ſit denuò baptizanti pœna. Et quid de rebaptizato.*
4 *Sacramentalia, quæ ante baptiſmum, ut exſufflatio, inſufflatio, ſalis immiſsio, & reliqua: & quæ poſt baptiſmum ſiunt, ut in uertice cryſmatio, cerei impoſitio, ueſtis candidæ applicatio, quid ſignificent.*
5 *Ad baptiſmum tenere puerũ quis, & quot poſsint. Et ad quid teneantur tenentes.*

1 BAPTISMVS* quintò quo ad ritum & modũ ſeu cir-
cunſtantias obſeruãdas, vt plenius innoteſcat, ſciẽdũ
eſt, quòd quinq; principaliter obſeruãda ſunt. Primò mo
dus circa ſubſtantialia ſpectantia ad formã & materiam, id
eſt, actum ablutionis, quia de materia, quæ eſt aqua, dictũ
eſt. Secundò tempora congrua baptiſmo, id eſt, ſabbatum
Paſchæ, & Pentecoſtes: quod, ſecundũ S. Tho. non eſt in-
telligendum quantũ ad ſubſtantiã baptiſmi, quia die qua-
libet conferri poteſt, ſed quantũ ad ſolennitatem. Tertiò, 4
præparatoria ad baptiſmum ſimul cum eo concurrẽtia, id
eſt catechiſmus, qui eſt inſtructio credendorũ: & exorciſ-
mus, per quẽ dęmonis poteſtas expellitur. Quartò, ipſa ſa
cramẽtalia, quę baptiſmum comitantur, & ſequũtur. Quin
2 tò ipſi leuantes baptizatũ de fonte. ¶* Primùm verò quæ
ritur, quis vel qualis actus debeat exerceri exterius circa
baptizatũ, correſpõdẽs illi verbo baptizo, id eſt abluo? Et
dicit S. Tho. in iij. parte. q. lxvj. & in iiij. diſtinc. iij. ꝙ aqua
aſſumitur in ſacramẽto baptiſmi ad vſum corporalis ablu
tionis: quæ fieri poteſt nõ ſolùm per modũ immerſionis,
ſed etiã aſperſionis, vel effuſionis. Vnde quamuis ſit tuti⁹
baptizare per modum immerſionis, quia hoc habet cõmu
nior vſus: tamẽ etiã baptizari põt per modum aſperſionis
vel effuſionis, ſecũdũ illud Ezec. xxxviij. Effundam ſuper
vos aquã mundã, &c. ſicut & beatus Laurẽtius legit̃ bapti
zaſſe. Et hoc præcipuè in neceſsitate: vt quia eſt magna ba
ptizandorũ multitudo: ſicut tria aut quinq; millia vna die
crediderũt. Act. ij. & iij. vel aquæ paucitatẽ, vel debilitatẽ
miniſtri nõ valentis ſuſtentare baptizandũ: vel debilitatẽ
baptizandi, cui ex immerſione poſſet imminere periculũ
mortis. Et omnibus dictis modis ſignificatur ſepultura
Chriſti: quia aliqua pars corporis baptizãdi aquę ſupponi
tur: licet expreſsius hoc fiat in immerſione. Et ſi totũ cor-
pus nõ poſsit aqua perfundi ꝓpter eius paucitatẽ vel aliã
cauſam: oportet perfundere caput, qđ eſt principalis pars
corporis, præcipuè inter mẽbra exteriora. hæc ex illo. Sed
quod dicit, oportere perfundi caput, intellige extra neceſ
ſitatẽ, vt patet ex dictis. Ex his patet primò, quòd proijciẽs
puerũ in puteũ, vel flumẽ de ponte, nõ baptizat, vt etiã ſu
prà dictũ eſt: & ſecundò ꝙ baptizat, qui in dicto caſu pue-
rũ deponeret per funẽ in caniſtro immergẽs, & extrahẽs,
ſecundũ Ric. & tertiò, ſecundũ S. Tho. qđ immerſio licet
debeat eſſe trina, ſcilicet vbi eſt cõſuetudo, in ſignũ tri-
dui mortis Chriſti & Trinitatis perſonarũ, niſi neceſsitas
ſuadeat aliter: tamẽ nõ eſt de neceſsitate, ſed ſufficit vna.
de conſe. diſt. iiij. de trina. quæ ſignificat vnitatem mortis
Chriſti, & Deitatis: & in ea perficitur baptiſmus, ſi vna tã-
tũ ſit intenta: vel ſolùm in tertia perficitur, ſi tres à bapti-
zante intendãtur. Ex diuerſis tamẽ cauſis quãdoq; inſtitu
tũ eſt, vt ſub trina immerſione baptizaretur, & quandoq;
3 ſub vna. ¶ Secũdò,* vtrũ ablutio ipſa comitari debeat for
mam verborũ? Et dicit Laud. in iiij. diſt. vj. ꝙ ſic: ſed non
punctualiter, quod eſſe vix poſſet. Vnde ſecundũ Rich. in
iiij. di. iij. ſufficit, ꝙ verborũ prolatio antè incipiat quàm
terminetur ablutio, vel ecõuerſo. ¶ Tertiò, vtrum baptiſ
m⁹ in debita materia, & forma dari poſſet pluries, Et dico
ꝙ nõ, ſecũdũ omnes doc. & j. q. j. quod quidã. & hui⁹ mul-
tiplicẽ rationẽ aſsignat S. Tho. in iiij. diſt. vj. q. ij. ar. j. q. j.
& pœna denuò rebaptizãtis eſt, ꝙ ſi hoc faceret ſciẽter, vt
per ignorãtiã iuris: irregularis eſt, nõ diſpẽſandus, niſi per
papã: nec dubiũ quin mortaliter peccet: extrà, de apoſt. c.
ij. ſi verò per ignorãtiã facti, probabiliter excuſat̃: ſed re-
baptizatus, qui ignorabat ſe baptizatũ, eſt irregularis, nec
promoueri põt: vt habet̃, de cõſe. diſt. iiij. qui bis. quod ſe
cũdũ vnã glo. intelligitur, ſi poſtquã ſciuerit, ratũ habuit.
Et ſic etiã tenet Sum. Piſa. allegãs c. cõfirmãdũ. di. l. Aliàs
aũt ignorãter rebaptizati, vel coacti, abſolutè promoueri
poſſunt de iure, ſecũdũ aliquos, vel de diſpẽſatiõe, ſecũdũ
alios, ſi magna neceſsitas cogat, quod eſt tutius. de cõſ. di.
iiij. eos. & c. qui bis. Sunt & alię pœnę iterantis baptiſmũ,
ſecũdũ canones, & ſecundũ leges eſt vltimũ ſupplicium.
C. de ſanct. bapti. l. j. & hoc tam rebaptizanti, quàm reba-
ptizato ſcienter. ¶ Quartò,* quid ſignificent ſacramenta
lia, quæ fiunt in baptiſmo? Et dico ſecundùm Pet. de Palu.
quòd ante baptiſmum fiunt ſacramentalia quædam ſigni-
ficantia hoc modo. Nam exſufflatio & inſufflatio ſigni-
ficant ſpiritus mali expulſionẽ, & boni introductionem:

immiſsio ſalis gratiam & ſapientiam & præſeruationē à
putredine peccatorũ, ſaliue cõtactus ad aures & nares, ſen
ſuum ſpiritualiũ apertionem: vnctio olei in pectore & in
ter ſcapulas, diuinæ legis amorem, & deuotam ſubiectio-
nem. Tria quoq; alia ſiunt poſt baptiſmũ, ſcilicet chriſma
tio in vertice, ſignificãs gratiã Chriſti in mente: impoſi-
tio cerei, ſignificans fidei, & morũ claritatē: veſtis candi-
da, ſignificans innocentiæ reſtitutionem. Conſentit Sum.
Confeſ. in qua additur, quòd licitũ eſt pannum, quo ligan
tur cõfirmatorũ frontes, & veſtem, quæ ponitur in capite
baptizati, iteratò ſumere ad idem officiũ. de cõſ. diſt. iiij.
ſi quis voluerit. in tex. & in glo. ¶ Quintò quæritur, quis,
& quot tenere poſſint ad baptiſmũ, & ad quid teneatur?
Et dico primò, ꝙ tenere nõ poteſt abbas, monachus, vel
religioſus. de cõſec. diſt. iiij. nõ licet. el j. & xvj. q. j. placuit
cõmuni. Si tamen tenent, ſunt cõpatres. nec ſecũdò pater
vel mater, ſi ſunt in matrimonio. xxx. qõ. j. ad limina. aliàs
contraherent cognationē ſpiritualem. ſicut etiã baptizan
do extra neceſsitatē, vt ibi. nec tertiò is, q nõ eſt baptiza-
tus. de cõſec. diſt. iiij. in baptiſmate. licet poſsit baptizare:
& ſi tenet, nõ eſt cõpater: quãuis, ſecundũ aliquos ſit, ſi ba
ptizat, vt j. Matrimoniũ. viij. §. vij. in neceſsitate tamē te-
nere poteſt, ſecundũ aliquos, cùm poſsit baptizare: ſed pri
mum eſt verius. Ratio, quia baptizãs eſt de neceſsitate ſa-
cramenti: non aũt leuans, ſeu tenēs. Tenere autem debet
vnus tantũ. de cõſ. diſt. iiij. in catechiſmo. & c. non plures.
ſed tamen de conſuetudine nõ ſeruatur. Tenētur autē ad
monere quos tenuerũt: vt caſtitatē cuſtodiant, iuſtitiã di-
ligant, & charitatē teneãt: & ante omnia ſymbolũ, & ora-
tionem dominicam docere. de conſe. diſt. iiij. vos autem.
& ſecundùm Magiſtrum *in iiij. diſtinct. vj.* à patrino exigi
tur diligens cura circa eum pro quo reſpõdit. quod Sanc.
Tho. limitat verum, quando parentes notabiliter ſunt ne
gligentes. De catheciſmo, exorciſmo, patrinis, & eorum
reſponſis, habes infrà Catechiſmus.

RVRSVS DE BAPTISMO SEXTO,
quo ad eius effectum.

1 *Baptiſmi effect⁹ ſex, & ſaluberrimi, & mirabiles. Et qui ſint.*
2 *Baptiſmus num irregularitatem tollat. Et quid de infamia.*
3 *Non baptizatus ſi ordinetur, num ordinis characterē recipiat. Et an in ſacerdotio conſtitutus, corpus Chriſti conficiat.*
4 *Baptiſmi effectus, num ſit in omnes æquales.*

1 BAPTISMVS* ſextò, quo ad effectũ, vt plenius innote
ſcat, ſciendũ eſt quòd, vt colligitur ex S. Tho. in diuer
ſis locis, effectus baptiſmi eſt multiplex, & mirabilis: quia
primò effectus eius eſt character in anima adſcribēs popu
lo Dei, & dans viam, & ianuã, & poteſtatē ad omnia ſacra
menta ſuſcipiēda. Secũdò delectio culpæ originalis, con
tra quam principaliter ordinatur, & actualis mortalis pre
teritæ, & qñq; venialis, imò ſemper, niſi ſit indiſpoſitio
in ſuſcipiente. Tertiò abſolutio ab omni pœna ꝑteritæ
culpæ: ita quòd moriens poſt baptiſmum, ſtatim euolat ad
cœlũ. Quartò, abſolutio à pœnis & infectionibus peccati
originalis quo ad perſonã, licet non quo ad naturã, niſi in
fine. Quintò, præſeruatio à culpis futuris. Sextò, genera-
tio in ſpiritualē vitam, & incorporatio ad Chriſtũ, confe
rendo vel augendo gratiã & virtutes, & aperiēdo ianuã
2 regni. ¶ Primò* verò quęritur, vtrũ per baptiſmũ tollatur
irregularitas? Et dico, quòd nõ tollitur illa, quæ prouenit
ex defectu ſacramenti. Vnde bigamus ante vel poſt baptiſ
mum, nõ poteſt promoueri: nec corrupta velari. Et de his
xxvj. diſtin. acutius. Similiter nec veniēs ex defectu nata-
lium: ſed prouenīēs ex peccato tollitur cõmuniter, ſecun
dùm doct. licet, ſecundùm aliquos, non tollatur irregula-
ritas homicidij veniens ſine peccato, vt in iudice: ſicut no
tatur xxvj. diſt. c. deinde. Sed tamē verius dicunt alij, quòd
tollitur, qualitercunq; proueniat. Et hoc ſequitur gl. in ca.
ſi quis viduam. diſt. l. & diſt. lj. §. ecce. ¶ Secundò, vtrum
tollat infamiam? Et dico quòd ſic, ſecundũ gl. in c. ſine pœ
nitentia. de conſe. diſt. iiij. Et ratio, quia per illum tollunt
peccata, & quę ſequũtur ex illis ſub ratione qua ſunt pec
3 cata, cuiuſmodi eſt infamia. ¶ Tertiò,* vtrũ non baptiza-
tus, ſi ordinetur, recipiat characterem ordinis? Et dicit S.
Tho. in iiij. diſt. xxiiij. ꝙ non baptizatus non poteſt ordi-
nē recipere, nec cõficere, nec abſoluere, nec ordinare: piè
tamen credi poteſt, ꝙ ſummus ſacerdos ſuppleat, quantũ
ad vltimos effectus ſacramentorum: & quòd nõ permitte
ret hoc ita latere, ꝙ inde eccleſiæ poſſet imminere pericu
lum. Albe. tamen putat talem, ſi ordinetur ad ſacerdotiũ,
conficere, non in virtute ſua, ſed eccleſiæ. quod Sum. An-
gel. ſequitur, & falsò attribuit S. Tho. ſed primum eſt ve-
4 rius. ¶ Quartò,* vtrũ effectus baptiſmi ſit ęqualis in omni
bus? Et dico quòd ſic, ſecundùm Pe. in S. Tho. quãtum ad
characterem, & remiſsionem culparũ atque pœnarum: nõ
autem quantũ ad fomitis depreſsionem, & infuſionē gra
tię, in adultis: quia poteſt eſſe inæqualis diſpoſitio volun
tatis: in paruulis autem eſt ęqualis, quantũ ad omnes effe-
ctus per ſe: quia ipſi ſunt ęqualiter diſpoſiti: & paſsio Chri
ſti æqualiter perficit æqualiter diſpoſitos.

DE BELLO PVBLICO.

1 *Bellum, aut publicum, aut priuatum eſt. Et horum quinam effe-ctus, cum limitationibus. Et quid ſit unumquodque.*
2 *Bellum ſeu publicum, ſeu priuatum ſit, ut iuſtum cenſeatur, quæ nam intercedere oporteat. Et uniuerſale bellum, num cuiquam ſine Principis authoritate indicere liceat.*
3 *Bellum priuatum ſeu particulare, ut iuſtum ſit, quot cõcurrere debeant. & quæ, ac qualiter intelligantur.*
4 *Bellum, quod Imperator iniquus Papæ corrigenti indicit, an iu-ſtum dici poſſit, cùm ex Imperatoris edicto indicatur.*
5 *Bellum in dubio iuſtúmne, an iniuſtum præſumi debeat.*
6 *Principes bellũ moturi quid in ipſius belli motiõe & apparatu facere poſſint, & debeant. Et quid de uaſallis ac militibus, reli quiſq; ſubditis. habes hîc per quatuor conſectarias cõcluſiones.*
7 *Subditi à domino in bellũ uocati, qualiter reſpondere debeant. Concluſionibus undecim expeditur.*
8 *Accedentes ad bellum motu proprio, ac nõ uocati, qualiter belli principē ſibi obligēt, & qua actione aduerſus ipſum agere que ant. Concluſionibus deſinit. Et quid de ſtipēdiarijs, ſi culpa ſua toto tempore operæ locatæ, ſubſeruire nolunt, aut infirmentur, aliúmue ſuo ſubſtituant loco.*
9 *In bello iuſto, quid liceat, atque permiſſum ſit Concluſionibus quatuor planum facit.*
10 *Belli occaſione quæ quis ab hoſtibus aſſecutus eſt, quãdò reſti tuere nõ teneatur. & id quoq; quatuor cõcluſionibus expedit. Et inter hæc, num in foro pœnitētiario, non liquidi compenſatio fiat. Et an capta in bellò iuſto, cum debito principali compen-ſentur. & ibidem limitationes.*
11 *Belli occaſione, quæ ab hoſtibus obuenerunt, quandò quis reſti tuere teneatur. Concluſionibus octo palam fit.*
12 *Occupata per Principes Chriſtianos, qui hodie propria inter ſe temeritate bella gerentes, quod unus ab antiquo poſſedit, alius nouiter uſurpat, an ſint reſtituenda.*
13 *Domini ac Principes, qui inter ſe bella geſſerunt, nũ poſſint mu tuò de ſubditorũ damnis componere, & trãſactione decidere.*
14 *Damni appellatione, quid propriè, ac ſtrictè continuatur.*
15 *Caſtra extruere, ac facere noua num liceat.*

1 BELLVM* duplex eſt. Primum eſt publicũ, ſiue ſit iu-
ſtum, ſiue iniuſtum, quod ꝓpriè dicitur bellum. & eſt
illud quod inducitur authoritate principis ſuperiorē nõ
recognoſcentis: cuiuſmodi eſt, ſecũdùm Hoſt. papa & Im
perator, ſcilicet in dominis tēporalib⁹. xxiij. q. j. c. j. ff. de
capti. l. hoſtes. & ff. de ver. ſig. l. hoſtes. cuiuſmodi etiã eſt
is, q ſuperiorē nõ recognoſcit de facto, vt rex Frãciæ, Hiſ
panię, & hmõi, ſecundũ Inn. in c. olim. el j. de reſti. ſpol. &
Bar. in d. l. hoſtes. ff. de capti. quia habent iura principis.
Huiuſmodi belli natura, ſi iuſtũ ſit, eſt primò, ꝙ capti effi
ciũtur ſerui: licet hodie inter Chriſtianos nõ ſeruētur iu-
ra captiuitatis aut poſtliminij quo ad ſeruitutē ex conſue
tudine, cui ſtandũ eſt: vt no. Bar. in d. l. hoſtes. ff. de capti.
Et ſecundò bona eorũ efficiũtur capiētium, licet debeãt
poni ad cõe, & aſsignari capitaneo, vt cuiq; ſecũdũ meri-
ta diſtribuat, ſecundũ Bar. in l. ſi quid bello. ff. de cap. aliàs
eſt rapina. di. ij. c. ius militare. & xxiij. q. v. dicat. quod limi
ta, niſi cõſuetudo haberet, ꝙ quiſq; ſibi retineret quod ce
pit: qa tũc non tenetur aſsignare: cũ illud intelligatur actũ,
quod eſt conſuetũ. l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua. ff. de ęd.
edic. Limita etiã ſecundũ Pan. vbi ſ. de mobilibus: qa alia
publicantur. l. ſi captiuus. §. expulſis. ff. de cap. Limita etiã
ſecundũ Roſel. de captis poſt victoriã: quia capta antè ef-
ficiuntur capientiũ. l. ſi quid bello. ff. de capti. Summa tñ
Ange. non diſtinguit ante & poſt: ſed, vt patet in d. l. ſi qd.
veritas eſt, ꝙ diſtinguendũ eſt. Et tertiò ſequitur ius poſt
liminij, quod eſt ius amiſſę rei recipiendæ ab extraneo ĩ
ſtatum priſtinũ reſtituendæ, moribus legibusq; conſtitu-
tũ: vt dicit tex. in l. poſtliminiũ. ff. de capti. quod quidē ius
quãtum ad res, ſeruãdum eſt: vt ſcilicet is, qui aliqua ꝑdi-
dit in bello, quãtũ ad eũ iuſto, integrè reſtituãtur illi, ſi re
capiãtur. Vnde beſtiæ ab hoſtibus ablatæ, & à noſtris ſti-
pēdiarijs recuperatę, reſtitui debēt his, quorũ primò erãt.
l. ſicut liberis. & l. ab hoſtibus. la ij. C. de capti. & poſtli. re.
quod verũ eſt in rebus habētibus poſtliminiũ, vt equ⁹, na
ues oneratę, currus & boues, & alia propter vſum belli pa
rata, de quibus in d. l. ab hoſtibus. Et ideo nõ currit ꝑſcri-
ptio cõtra eum, ſecũdùm glo. in c. prima actione. xvj. q. iij.
Arma tñ de rigore non reſtituuntur ijs, qui amiſerunt: qa
vituperoſe amiſerunt. ff. de capti. l. ij. ſed ſecũdùm cõſciē-
tiam ſunt etiã reſtituēda, iuxta Sum. Ang. ſed verius dicit
Roſ. ꝙ non. Et ratio eſt: quia lex ſic ſtatuit in ꝑœnam igna
uiæ. Aliud eſt bellum particulare, quod impropriè dicitur
bellũ, & eſt multiplex, ſcilicet duellũ, de quo ĩ. Duellum.
& repræſaliæ, de quo ĩ. Repræſalia. Et omne bellũ motũ
vel acceptatum authoritate non publica, ſed alicuius infe
rioris prĩcipis recognoſcētis ſuperiorē: de quo bello Pã.
2 in c. ſicut. el iij. de iureiurã. ¶ Primò* verò quæritur, quid
requiratur ad bellũ eſſe iuſtum, ſiue ſit cõe, ſiue ſit particu
lare? Et dico, ꝙ ad iuſtitiam belli communis tria requirun
tur, ſecundùm S. Tho. ij. ij. q. xl. articu. j. Primò, authoritas
principis: quia ad perſonam particularē non pertinet bel
lum mouere, cũ poſsit ſuum ius proſequi in iudicio ſupe
rioris: & non poſsit conuocare multitudinem. quod fieri
oportet in bellis. Et intellige principis, ſiue eccleſiaſtici,
vt qñ pugnatur ꝓ eccleſia: ſiue ſecularis. xxiij. q. j. quid cul
patur. & q. ij. c. j. Quam authoritatem licet S. Tho. nõ ſpe-
cificet, habet Imperator, qui & dicit, ꝙ nulli nobis inſcijs
atq; inconſultis quorumlibet armorũ moliendorum co-
pia tribuitur. C. vt armo. vſus inſcio princ. l. j. lib. xj. Habet
etiã ſecundũ Ray. cui conſentit Innoc. & Pan. in c. ſicut. el
iij. de iureiur. princeps nullũ recognoſcēs ſuperiorē; ſiue
Imperator, ſiue rex: & hoc tã cõtra ſubditos, quàm contra
extraneos, qui etiam põt dare ſubditis ſuis authoritatem
mouendi bellũ cõtra eoſdē eodē modo. Verùm quia nul
lus præter papã caret ſuperiore, Supple. credit neceſſariã
authoritatem papæ in omni bello. Sed dicta ſuperioritas
intelligitur in ordine temporaliũ dominorum, in quo ſu
premo, id eſt, Impatori authoritas cõuenit ipſo iure cõi,
licet papa eam coërcere poſsit: alijs aũt non recognoſcen
tibus ſuperiorem, conuenit ex cõſuetudine, vel aliquo iu
re ſpeciali. Habet etiam, ſecũdùm Hoſt. epiſcopus præci-
puè quando pugnatur pro fide, vel contra eũ, qui excõmu
catus pro mortali nõ vult parere. Sufficit etiã, ſecundùm
Veruec. authoritas inferiorũ dignitatũ ad defenſionē ſub
ditorũ, quãdo qs per iudicē aliter ſe iuuare nõ poſſet. Suf
ficit etiã authoritas dominorũ & ciuitatũ, vt videt̃, quia
iura imperij præſcripſerunt: vt in c. ſup quibuſdã. de ver.
ſig. Et de hoc ſic dicit Ioã. de Ligna. Bellũ vniuerſale nul-
li licet indicere ſine principis authoritate, quia nulli licet
violare ius principũ. quod violat, qui ſine iuris authorita
te manu regia ius ſibi dicit, vbi habet̃ copia ius dicentis.
Soli ergo principi cõpetit ſua authoritate: cũ non habeat
ſuperiorē ꝓ cõſequēda iuſtitia: Hodie tñ, quia ſunt popu
li nõ recognoſcētes ſuperiorē de facto, non requiritur ſu
perioris authoritas: imò tota die bella indicũtur à popu-
lo cõtra populũ, nullo alio reqſito. hæc Io. de Lig. Sed Io.
de Pla. Inſt. quib. mo. ius pa. po. ſolu. dicit, ꝙ in bellis, quæ
quotidie ab vna ciuitate indicũtur alteri ſine prĩcipis au-
toritate, dicũtur latrũculi: ideo capta ab eis ſubiacēt reſti-
tutioni: vt in l. q̃ à latronibus. ff. de teſta. Sed primũ magis
placet: qa Imperator hodie in Italia ius nõ miniſtrat. Secũ
dũ, quod reqritur, eſt cã iuſta: vt ſcilicet q impugnant, hoc
mereãtur propter aliquã culpã. Vnde dicit Aug. in li. iiij.
ꝙ iuſta bella ſolēt diffiniri, quæ vlciſcũtur iniurias: ſi gēs
vel ciuitas plectēda eſt, quę vel vĩdicare neglexerit quod
à ſuis improbè factum eſt, vel reddere quod per iniuriam
ablatũ eſt. xxiij. q. ij. dominus. Tertiũ, eſt intētio bellãtiũ
recta, q̃ intendit vel vt bonũ ꝓmoueatur, vel malũ euitet.
Vnde bellare nõ licet ex odio, vel hmõi, ſed ꝓpter iuſtitiã
& charitatē: vt in d. c. qd culpatur. & c. militare. Sed iſtud
tertiũ intellige requiri ad vitandã culpã: non aũt ad licitè
retinenda q̃ capiũtur in bello: qa iniqua intētio nõ variat
rerũ inæqualitatē vel æqualitatē, ex quibus dependet ius
retētionis, & reſtitutiõis. Sunt etiã duo alia, q̃ adducũtur à
quibuſdã: Primũ eſt vt pſona ſit cui liceat bellare: non aũt
cui nõ liceat, vt clericus. xxiij. q. viij. clerici. Sed hoc eſt ꝓ
pter ꝓhibitionē ſpecialē, vt dicetur. Secundũ eſt, vt fiat ꝓ
repetitione rerum, vel patriæ defenſione, & hmõi. xxxiij.
3 q. ij. c. j. Sed hoc reducitur ad iuſtã cauſam. ¶ Ad* iuſtitiã
verò belli particularis, quod nec duellũ eſt, nec repræſa-
liæ, ſecundũ Angelicã Summã, requiruntur quinq;, q̃ ſunt
iam recitata, ſed deficit in multis. Primò, quia ſi, vt dicit,
ad iuſtitiã particularis belli reqritur authoritas ſuperio-
ris: iam particulare bellũ erit cõe & publicum. Secũdò, qa
ſi requiritur, ꝙ nõ ſit cleric⁹: ſequitur, ꝙ clericus ſe defen-
dere non poterit. Tertiò, quia alleg. gl. ſummariam xxiij.
quæ non loquitur de bello particulari, ſed de publico. Vn
de dico, ad iuſtitiã huius belli vnũ ſolum requiri, & ſuffi-
cere, ſcilicet, ꝙ ſit ad reſiſtendũ iniuſto inuaſori pſonę vel
bonorum: & huius iuſtitiam fundari in regula iuris natu-
ralis & poſitiui. ff. de iuſt. & iur. l. vt vim. ſcilicet, ꝙ vim vi
repellere licet cũ moderamine ĩculpatæ tutelæ. Et de hoc
Pan. vbi ſ. dicit. Quoddam eſt bellum impropriè dictum,
id eſt, non per principem, ſed per inferiores recognoſcen
tes ſuperiorem indictum: & iſti, ſi non habent iuſtam cau

ſam pugnandi: vt quia non pugnant ad eorū, ſeu rerū ſua
rū defenſionem, bellum iniuſtū eſt, & ipſi latrūculi dicun
tur: vt in l. hoſtes. ff. de capt. Si verò habēt iuſtā cauſam pu
gnādi, vt quia nō pugnant niſi ad proſecutionē & defen-
ſionem iuriū ſuorū: tunc, ſecundū Inn. is, qui bellū infert,
ſi habet iuriſdictionē ſuper eos, quos impugnat tanquam
cōtumaces & rebelles, pōt cuiq; concedere, ꝙ res eorum
inuadat, & faciat ſuas: & eos captos detineat, quouſq; aſſi
gnet domino. Si verò iuriſdictionem non habet, & tamē
iuſtè pugnat, ſcilicet defendēdo ſe vel ſua: licet ei defen-
dendo & repellendo hominem percutere, & etiam occi
dere cum moderamine inculpatæ tutelæ: de quo in ca. cū
olim. el j. de reſti. ſpo. & j. §. ſeq. ſed nō licet capere aduer
ſariū aut bona eius, & capiendo ſua facere, aut etiam in-
uaſorem detinere, niſi in ſui & ſuorum recompēſationē.
di. j. ius gētium. xxiij. q. vij. ſi de reb⁹. cui tamē inuaſori, ſi
in ipſa inuaſione ſpolietur aut verberetur, actio vi bono-
rū raptorum, & etiam iniuriarū denegatur: quia exceptio
paris criminis obſtat ei. de adul. intelleximus. Sed tamen
bene pōt res, quib⁹ ſpoliatus eſt, vēdicare, quarū remanet
dominus ſicut prius. ff. de rei vēdi. l. in rē actionē. hęc Inn.
qui etiā dicit locū habere quod dictū eſt de habētibus iu
riſdictionē, etiam in prælatis habentibus iuriſdictionē tē
poralem: & quod dictum eſt de iuriſdictionē non haben-
tibus, locū habere in clericis, & etiā ſi percutiā clericū cū
4 moderamine, &c. ¶ Secūdò,* cùm dictū ſit bellū propriè
indici ex Imperatoris edicto, quæritur vtrum iuſtū ſit bel
lū ex parte Imperatoris, ſi Imperator iniquus indicit bel
lū papæ corrigenti? Et dicit Pan. in c. ſicut. el iij. de iureiu.
quòd ſecundū eos, qui dicunt duarum iuriſdictionem, ſci
licet temporalis & ſpiritualis, vnam non ſubeſſe alteri, &
quod nihil ad eccleſiā de tēporalibus, oportet fateri, ꝙ ſit
iuſtum, quod ſecundū Io. And. & Hoſt. abſit à fideliū cor-
dibus: quia Imperator ex officio eſt aduocat⁹ eccleſiæ: vñ
non debet eā impugnare, ſed liberare oppreſſam. de na-
tis ex li. vētre. c. vno. imò tanta pertinacia, ſecundùm eos,
vix carere poſſet labe hæreticæ prauitatis. Ad hoc quod
not. de hære. excōmunicamus. Et in tanta iniquitate, etiā
ſi papa in temporalibus eſſet inferior, fieret ſuperior pro
pter eius peccatū: tamē certū eſt, ꝙ eſt ſuperior: vnde ele-
ctū examinat, approbat, & improbat. de electione. venera
bilē. Vnde cōcludunt, tale bellū eſſe iniuſtū, & in hoc ſen
ſu teneri oēs fideles, adhærere eccleſiæ cōtra iniquū pri-
cipē: quos etiā ſi ſunt vaſalli Imperij, pōt papa ī hoc caſu
abſoluere ab obſeruantia præſtiti iuramēti ſuper fidelita
te. xv. q. vj. nos. Et addit Pā. quòd papa ex cauſa ardua pōt
Imperatorē & Reges priuare, & cōtra eos bellū mouere
publicū: vt in c. venerabilē. de elec. & in c. nouit. de iu. qa
ex cā ardua iuriſdictionē in tēporalibus, quā à Deo ſuſce
pit in habitu, deducere pōt ad actum contra quoſcūq;. ꝓ
quo vide, inquit, quę no. in d. c. nouit. hæc ille. Pro quo ad
uerte, ꝙ ipſe & dicti Doct. nō loquūtur de iuſtitia belli ra
tione cauſæ, ſed ratione authoritatis: alioquin nō ſeque-
retur, vt dicūt, in tali caſu bellū eſſe iuſtum ex parte Impe
ratoris, ſi tēporalis iuriſdictio nō eſſet ſub ſpirituali: imò
etiā nec ſi eſſet ſ. quia iniquū eſt bellū inditū cōtra iuſti-
tiā, non ſolùm ab ęquali, ſed etiā à ſuperiori. Vnde ſubdit
Pan. ꝙ bellum nō dicitur iuſtū eo ipſo, ꝙ papa vel Impe-
rator illud mouet contra inferiorē: qa & ipſi poſſunt pec
care. xl. di. ſi papa. qa ſummi principes à Deo habēt ptātē
paſcendi & rectè iudicandi ſubditos: nō aūt delinquēdi,
ſeu opprimēdi. xl. di. c. j. & cōſequēter oportet ſubeſſe le-
gitimā & naturalē cauſam: vt qa eſt contumax & rebellis.

Sed tamen admitti poſſet, ꝙ in dubio p̄ſumatur legitima
cauſa in principe: iuxta no. per Legiſtas in l. præſcriptio.
& in l. fi. C. ſi contra ius vel vti. publi. & per Canoniſtas in
c. quæ in eccleſiarū. de cōſti. Puto etiā, inquit, ꝙ ex legiti-
ma cauſa pōt Imperator indicere bellū cōtra perſonā pa-
pæ, non dico contra eccleſiā: vt ſi papa eſſet hæreticus, &
iudicari nō poſſet per eccleſiam: aut ſchiſmatic⁹, vel aliàs
incorrigibilis, & eccleſia nō habeat quid faciat. De quo re
mitto ad ea quę habētur in c. princeps. & c. regū. xxiij. q. v.
& in c. in noie domini. xxiij. di. & in c. nec licuit. xvij. diſt.
& ad notata in c. cū non ab homine. de iud. & c. nō nos. &
in c. de Liguribus. xxiij. q. v. & in glo. in c. tua. de decimis.
5 ¶ Tertiò,* vtrū in dubio debeat bellū præſumi iuſtū, vel
iniuſtū? Et dicit Pan. vbi ſ. ꝙ ſi bellum indictū eſt à princi
pe ſummo, in dubio præſumitur iuſtum, & in principe le
gitimā eſſe cauſam, iuxta dicta in priori §. Sed ſi indictū
ſit à recognoſcente ſuperiorē: in dubio pręſumitur iniu-
ſtū. Et ſic intellige Hoſt. dicentē, ꝙ regulariter omne bel
lum iniuſtū præſumitur & damnatum. C. de gladi. l. j. li. xj.
6 & c. j. de purg. cano. cum ſuis concor. ¶ Quartò* quæritur
quid poſſint, & quid debeāt facere principes, & ſimiliter
vaſalli, & milites, & ſubditi in belli apparatu & motione?
Et reſpōdeo per multas cōcluſiones. ¶ Prima. Si Impera-
tor contra eccleſiam mouerit bellum: & ſubditi eius non
tenentur obedire, bellādo contra illā, vt dictū eſt: imò in
dicēdo cōtra eam bellum, meretur perdere priuilegiū in
dicēdi, cùm eo abutatur. xj. q. iij. priuilegiū. Io. de Ligna.
Si verò papa mouet cōtra Imperatorē ſchiſmaticū, hære-
ticum, vel aliàs vſurpantem iura eccleſiarum: oēs fideles
tenētur papam iuuare: & vaſalli Imperatoris abſolui poſ-
ſunt à iuramento quo tenentur, vel declarari non teneri.
xvj. q. vj. nos ſanctorū. & c. iuratos. idem Ioā. de Ligna. Ali
ter tamen ſi moueat cōtra perſonam ſummi pontificis, vt
dictum eſt. ¶ Secunda. Si rex nō ſubiectus Imperatori ha-
bet cauſam contra illum, vel econtra: nō eſt alius, coram
quo proponatur querimonia, niſi papa: tamen paſſus iniu
riam peccaret mouēdo bellū, ſi alter ſatisfactionē offert.
Gul. ſi aūt nō offerret, etiā ipſe rex bellū mouere poſſet:
vt patet ex dictis: quia habet iura principis, id eſt, Impera
toris: vnde ſunt pares: ſaltē negatione ſupioritatis. ¶ Ter
tia. Si comes aliquid habet cōtra regē, & rex humiliter re
quiſitus per pares curię ius exhibere non vult: nō peccat,
ſi ius ſuū defendat armis cū moderamine. Impugnare ve
rò regē ꝓpria authoritate nō poterit: ſed papæ denuncia-
bit: qui excōmunicare poterit, & creſcēte cōtumacia dare
authoritatem mouendi arma cōtra illum: vel conquerat
coram Imperatore, ſi rex illi ſubſit, & eius authoritate mo
uebit, ſi oportuerit. Guiliel. ¶ Quarta. Si comitis vaſallus
contra comitem aliquid habet, requirenda eſt authoritas
regis. Si verò comes habet aliquid contra ſubditum ſuū,
non propter hoc debet ſibi ius dicere: ſed vel authoritate
principis ſuperioris gladium ſumat: vel recurrat ad diœ-
ceſanum vaſalli: cui ſi vaſallus obedire recuſauerit, excō-
municabitur ratione peccati. extrà, de iudi. nouit. & ſi per
annum perſtiterit, diœceſanus ipſum & res eius capiēdas
exponat. argumento ij. quæſtio. iij. rurſus. & cap. quiſque.
7 extrà, de hære. capite, excommunicamus. ¶ Quintò* quæ
ritur, quomodo obedire tenentur ſubditi, ſi à domino vo
centur ad bellum? Et reſpōdeo per multas concluſiones.
¶ Prima. Si baro vnius regis, puta Hiſpaniæ, moueat bel-
lum regi, mandans omnibus ſuis vt iuuent eum cōtra re-
gem: obedire nō tenētur, licet iurauerint eum iuuare cō
tra omnes homines: quia baro incidit in l. Iuliam maieſt.
l. j.

l. j. ff. ad leg. Iul. ma. & vj. q. j. §. vlt. qa rex Hiſpaniæ eſt pri-
ceps in regno ſuo. Et qa opem nō fert qui peccādo iuuat.
xxiiij. q. vj. ſi res. nec præceptū eos excuſaret. ij. q. iij. ſi dñs.
nec ſacramentū ad hoc ligat: qa non eſt inuentū, vt ſit vin
culum iniquitatis. xxij. q. iij. inter cætera, ¶ Secūda. Si ba-
ro vnius regis, puta Hiſpaniæ, mouet bellū cōtra alium ba
ronē, & rex ipſe contra aliū regē, puta Granetæ: & vterq;
mādat ſubditis baronis, vt ſe iuuēt: & mādata cōcurrūt: vi
detur, ꝙ teneātur primò iuuare baronem, quia ſubijciun-
tur ei ratione fidelitatis, & iuriſdictionis: regi aūt ratione
iuriſdictionis generalis tantùm: videtur etiā, ꝙ teneātur
primò iuuare regē: quia vocati à rege, vocati ſūnt ad ma-
ius tribunal, quod eſt præferēdū. diſt. xviij. ſi epiſcopus. &
etiā, quia rex vocat ꝓ cōmuni bono & defenſiōe coronę:
& ſic iure gentiū obediendū eſt. xxiij. q. iij. fortitudo. nam
pro defenſione patriæ licitū eſt interficere patrē. ff. de rel.
& ſum. fu. l. minimè. & hæc eſt veritas. Io. de Li. ¶ Tertia.
Si vaſallū nō legiū diuerſorū dominorū, quod. ſ. eſſe pōt
ratione diuerſorum feudorum, vterq; dñs ſimul requirat
vt eum iuuet in bello: quidā dicūt locum eſſe gratificatio
ni: exemplo ſerui duorū dominorū, qui ſi viderit vtrunq;
interfici, iuuare poterit quē voluerit. Alij verò dicunt, ꝙ
iuuabit priorē dominū, & cui primò iurauit: quia priori
fidelitatē ſeruare tenetur. Tutius tñ eſt, ꝙ primo ſeruiat
perſonaliter, ſecūdo verò p ſubſtitutū, ſi hoc patiatur na-
tura feudi. Io. de Lig. Et idem dicēdum eſt de ciue duarū
ciuitatū: ſi quæratur vtrū teneatur iuuare vnā cōtra aliam.
¶ Quarta. Si quis eſt alicuius dñi vaſallus, tenetur iuuare
dominū filius cōtra patrē, & dominū pater contra filium,
ſecundū gl. xxij. q. v. de forma. qa filius ſolùm vinculo na-
turę obligatus eſt patri: vaſallus aūt dño vinculo iuramē-
ti. Sed gl. in c. quoniā multos. xj. q. iij. aliqualiter cōtrariū
ſentit. Io. de Lig. putat ponderandā qualitatē impendēdi
ſubſidiū. vide j. Bellū. ij. §. vj. ¶ Quinta. Si vaſallus voca-
tur à dño ad bellandū contra barbaros in partib. trāſmari
nis, tenetur illū ſequi, ſi eſt talis ſtatus & conditionis, ꝙ p̄
deceſſores, & ipſe illuc accedere cōſueuerūt, & vaſalli ſe-
qui: exēplo liberti, q tenetur ad operas cōſuetas. ff. de ope.
li. l. operæ. præſtabit aūt dñs ſumptus moderatos arbitrio
boni viri. Si verò dñs talis ſit, qui hoc nō poſſit, nec cōſue
uerit: ſequi non tenetur. Quod etiā tangit Spe. tit. de feu.
§. ipſum. De ſeruis aūt nō eſt dubiū, ꝙ ſequi tenētur do-
minum vbiq; ad bellū, cùm ī eos domini plenā habeāt po
teſtatē: dum tñ nimis in eos non ſęuiant. Liberti autē te-
nentur ad operas ſolitas: nec inſolitę poſſent eis imponi.
Io. de Lig. ¶ Sexta. Si dñs vocat cōfœderatos ad bellū, cū
ſint plenè liberi ad aliqua obligati ex pacto, ſeruāda ē cō
uētio & modus cōuētionis ad vnguē. ff. de pac. l. j. ¶ Septi
8 ma. Si dñs vocat ad bellū ſubditos rōne iuriſdictionis tā
tùm, qui nō ſunt vaſalli: tenētur accedere, niſi ſint pſonæ
excuſatę ab oneribus perſonalib. vt minores, grauati ſene
ctute, aut infirmitate, vel numero liberorū, vel ꝓfeſſione,
vel ſexu, vt mulieres. Io. de Lig. Sed tñ limito, ſi dñs vocet
pro cōſeruatione ſtatus, & præſtet ſumptus, ſi ei ſuppetūt
facultates. ¶ Octaua. Si mandauit dux exercitus, ſub pœna
capitis impetū in hoſtes nō fieri: & miles cū ſua comitiua,
cui prȩerat, irrupit, & vicit: nihilo minus capite puniri de
bet. ff. de re mi. l. deſertorē. §. in bello. qa malū nō excuſa-
tur ꝓpter bonū, quod ſequitur. di. lvj. vndecunq;. & facta
nō ſunt ab euētu notanda. xxiij. q. v. de occidēdis. pōt tñ à
duce, vel pricipe ipſa pœna remitti. ff. de pœnis. l. beſtias.
Ioā. de Lig. ¶ Nona. Si vaſalli à dño vocētur ad iuſtū bel
lū, ſecundū Inn. tenētur ire cū equis & armis, proprijs ex-

penſis, niſi obligati ſunt ad hoc ex pacto ſpeciali, cùm ipſi
nō teneātur ad pſonalia, nec de iure teneātur niſi ad ea, q̄
ſunt in canone, de forma. xxij. q. v. Ioā. de Lig. ¶ Decima.
Si quis vocat⁹ liberè accedat ad bellū in ſeruitiū alicui⁹,
& incidit in dāna, vt qa perdit arma, equos, vł captiuatur
eundo, aut redeūdo: & ſi accedit vocat⁹ & rogatus à dño,
& nō proprio motu, habet actionē mādati contra dñm, ſi
cōtingat illū aliqd perdere: niſi appareat, ꝙ cauſa pietatis,
humanitatis, vel parētelæ hoc facit. xxiij. q. iij. nō inferen
da. ij. q. iij. dixit dñs. & ſi opponatur dñm non teneri, quia
talia pdūtur fortuito caſu, de quo quis nō tenetur. extrà,
de homic. c. Ioannes. dico, ꝙ iſte caſus fortuitus potuit, &
debuit pręuideri: qa veriſimiliter iſta cōtingūt in bellis:
qa varius eſt euētus belli. ij. Reg. ij. Et ita notauit Inn. in
c. ſicut. el ij. de iureiur. Io. de Lig. & ibi Pan. idē ſentit, di-
cēs, ꝙ vocati à dño, q iure nō tenebant, agere poſſēt cōtra
vocātē actiōe mādati, etiā ad dāna cōtingētia caſu fortui
to, dū veriſimiliter cōtingere potuiſſent: quaſi vocās hoc
à principio debuerit cogitare. Secus in caſu nō veriſimili
ter cogitato: vt in l. inter cauſas. §. non oīa. ff. mādati. q̄ vꝰ-
ba ſunt notāda, maximè in materia fideiuſſionis: licet ſe-
cus ſit in cōmodato: qa cōmodatarius nō tenetur de caſu
fortuito ſicut mādans, qa mādatarius agit ad cōmodū mā
dātis. Et intellige pręd icta in eo q gratis ſuſcepit mādatū:
qa ſi quid accepit, eſt locator, cū mandatū ſit gratuitū. Vn
de iſti, q accedūt ſtipēdiati, non agunt ad damna cōtingē
tia ſine culpa ſaltē leui mādantis: qa iſte cōtractus eſt gra-
tia vtriuſq;: mādatū aūt explicatur gratia mādantis tātū.
¶ Vndecima. Ad ſciendum qñ ſubditus teneatur adire bel
lum, diſtinguendum eſt. Nam, aut dñs vult inuadere alios
pro libito volūtatis, nō fauore reipub. & nō tenētur eū ſe
qui etiā vaſalli ꝓpriè, id eſt, feudū tenētes ab eo. ar. xxij. q.
v. de forma. niſi aliud habeat cōſuetudo, vł pactū. Aut dñs
inuaditur: & tunc ſi timor eſt ſubitaneus & improuiſus,
oēs apti ad pugnā, vel cuſtodiā tenētur fauere reipubli-
cę: qa hoc caſu etiā clerici tenētur ad cuſtodiā. c. puenit.
& qd ibi not. de immu. eccle. facit c. omni timore. xxiij. q.
viij. Aut nō eſt timor talis: & tūc tenētur vaſalli ꝓpriè di-
cti, per d. c. de forma. & ſimiliter milites veri. i. qui iurāt, q̄
ponit gl. in l. pe. ff. ex qbus cau. ma. quæ ſunt infra, Miles.
tenētur per d. l. pe. vaſalli aūt impropriè. i. ſubditi ratione
originis, aut domicilij, nihil tñ ab eo tenentes: & milites
non veri, ſed tantùm reſpectu honoris, qui prædicta non
ꝓmittūt, & alij propter hoc nō ſunt cōpellendi, dūmodo
dñs de per ſe ſufficiat ex redditibus, quos habet à loco: qa
ꝓpter hoc habet gabellas & redditus, vt eos defendat. ar.
xxiij. q. v. principes. & c. regū. Si verò nō ſufficit per ſe: tūc
oēs tenētur ꝓ ſalute dñi: vt patet ex c. ſi nulla. & d. c. omni
timore. xxiij. q. viij. ¶ Sextò,* quęrit, qd dicēdū ſit de acce
dentibus ad bellū ꝓprio motu nō vocatis? Et reſpōdeo p
multas cōcluſiones. ¶ Prima. Si id agūt animo donādi: vt
cauſa pietatis, humanitatis, vel parētelę, nō agūt cōtra eū,
in cuius ſeruitiū vadunt: vt in d. ca. non inferenda. Si verò
agunt animo obligādi illū, cuius negotiū gerūt, & ille nō
contradicit: agent vi negotiorū geſtorū: & ſufficit vtiliter
geſtum cœptū. Si verò ille cōtradicit, videtur, ꝙ agāt ſeu
obligēt illū vtiliter incipiēdo, & feliciter conſummando:
ad ſimilitudinē eius, qui trahit aliquē inuitū de domo rui
tura. xxiij. q. iiij. ipſa pietas. qa inuito pōt concedi benefi
cium. xlv. diſt. & qui emēdat. & ſic tenet gl. in medico me
dente alicui contra eius voluntatē. lxxxiij. diſt. in Summa.
Tamē licet illa gloſſa verum dicat in infirmo, qui nō vult
curari: in caſu tamen iſto credo contrarium: quia ille in-
ſir

firmus præſumitur mētis inſanæ,non autem iſte, qui non
vult iuuari:quia poſſibile eſt, ꝙ hoc faciat timēs proditio
nem.Vnde non credo gl.illā procedere in caſu,quo infir-
mus bene vellet ſanari,ſed nō vult medicū iſtum.Ioan. de
Lig.Sed adde ecōuerſo, ꝙ ſi iſte nō vult iuuari,qa eſt inſa
nus:ille eum ſibi obligat in conſcientia eadē ratione,licet
nō in foro cōtentioſo ratione præſumptionis in cōtrariū.
Regulariter enim gerēs alterius negotiū eo inuito,aliqd
petere nō pōt,niſi pro bene geſtis ante prohibitionē. C.
de neg.geſt.l.ſi.quod limita niſi eſſet inſanæ mētis. ¶ Se-
cūda.Si autē vadūt,quia tenētur ad antidota:puta qa ſimi
le,vel aliud ſubſidiū receperūt,agēt contra eum quem iu
uant ad perdita:ſi vadūt,vt ſupponitur,& animo diſſoluē
dæ obligationis naturalis,quæ tñ deduci non pōt in ciui-
lem,nec de ea excipi pōt ſi in iudicio,extrà,de teſta.cū in
officijs.& ſic infertur, ꝙ vadunt animo obligandi.Ioā. de
Lig. ¶ Tertia.Si autē vadunt propter gloriam conſequen
dam:nō agēt,nec obligāt ſibi illū quem iuuant: quia aut
teneretur mandati,aut negotiorū geſtorū.ſed nō primū:
quia actio mādati nō oritur niſi interueniente mandato,
quod hic nullum eſt:nec ſecundùm:qa nō acceſſit animo
gerēdi negotia eius,imò propria.Ioan.de Lig. ¶ Quarta.
Si autē vadūt cōſtituto ſalario,locāt operas ſuas,& rē, pu
ta arma,vel equū:vnde ſi conductor vtatur ſolū ad id, ad
qđ cōducit:nō tenetur ſi amittantᷣ.l.ſi quis domū.ff. de lo
ca.& con.& hoc niſi ſpeciale pactū interueniat, vel aliud
inducat cōſuetudo:vt in Italia,vbi præſtātur emēde equo
rum conductorum in ſeruitio conducentis. Ioan. de Lig.
¶ Quinta.Si ꝟò accedūt animo ſpoliādi, nulli dubiū eſt,
ꝙ talibus nulla cōpetit actio:quia ſuper re turpi nulla in-
ducitur obligatio.ff.de verbo.oblig.l.veluti.Ioan.de Lig.
¶ Septimò queritur,quid de ſtipēdiarijs,vtrū perdāt totū
ſalariū,vel partē,ſi culpa ſua nolunt ſeruire toto tempore
ſuæ firme,vel infirmentur,aut alium ſubſtituant loco ſui?
Et dico, ꝙ officiorū,ad quæ quis eligitur,quedam ſic ſunt
indiuidua, ꝙ aliquo omiſſo reſiduū nihil releuat:& in ta-
libus totū perditur.& exemplū eſt in legato.C. de lega.l.
ij.Quædam verò ſic ſunt diuidua,vel diuiſibilia, ꝙ aliquo
omiſſo reſiduū releuet.Et exemplū eſt in poteſtate,& ſti-
pendiario,& tūc nō perdit totū,ſed ſolū pro futuro tem-
pore:tenetur tamen pro futuro tpe ad intereſſe:vt ſi nihil
interſit,nihil ſoluatur.Si autē infirmantur,ſeruire viden-
tur,vt eis debeatur ſalarium:vt in l.ſi hæres. §. Stichus.ff.
de ſta.libe.Si aūt ſeruiāt per ſubſtitutū,dicit Inn.in c. cū
Bertoldus.de re iud.hoc fieri poſſe in his,quorū opera,&
labor,nō induſtria,eligitur,vt in ſtipendiarijs:intellige ſi
ſubſtitutus equiualeat.Hoſt.verò ibi tenet cōtrariū:& cre
do opinionē Inn.veriorē:tuti⁹ tamē eſt,vt fiat cū aſſenſu
domini,vt ſaluetur opinio vtriuſq;.Ioā.de Lig. ¶ Octa-
9 uò*quæritur,quid liceat in bello iuſto?Et reſpondeo per
multas concluſiones. ¶ Prima.Vti inſidijs in bello iuſto li
citū eſt indiſtinctè,ſecūdū gl.xxiij.q.ij.dominus noſter.dū
modo fidē non rumpamus:vt eadē cauſa.q.j.noli. & glo.
in ca.vtilē.xxij.q.ij.Sed S.Tho.ij.q.xl.dicit, ꝙ inſidiæ ꝓ-
priè dicuntur,que tendūt ad aliquē fallēdū verbo, vel nō
facto.quod dupliciter cōtingit.Primò,ſi dicatur falſum,vt
attendatur promiſſum:& hoc ſemper illicitū eſt. Secūdò,
quia non aperimus ei noſtrum propoſitū,& ſecretū: & ſic
licet.vt patet Ioſue vij.vbi Dominus mādauit Ioſuæ, ꝙ po
neret inſidias poſt ciuitatē Hai. Sed tñ adde, ꝙ frangenti
fidē,fides frangatur eidē.aliàs aūt hoſti fides ſeruanda eſt.
xxiij.q.j.noli. ¶ Secunda. Non licet omni tpe indiſtinctè
bellare,ſed diebus feſtis licet bellare neceſſitate vrgente,

non aliter,ſecundū S.Tho.vbi ſ.quia feſtū non vetat face
re pertinētia ad ſalutē hominis etiam corporalē, vt in me
dico patet:& multo magis licet prouidere bono cōmuni-
tatis alicuius:quod fit per bellū iuſtū.Et ceſſare à bello in
neceſſitate,eſſet Deum tentare. Et idem de tēpore Qua-
drageſimæ dicendū eſt,quod de feſto.xxiij.q.viij.ſi nulla.
iuncta gl.Tēpore etiā treugæ bellare non licet.c.j.de treu
ga & pace.Quod intellige in impugnatore,nō in defenſo
re:vt no.prædicta gl. ¶ Tertia.Chriſtiani habētes iuſtum
bellum,ad ſui defenſionē vti poſſunt,ſecundū Ioan.And.
in addi.ſup totū Spe.iuris,de Iudæis & Sarrac. infidelibus
pacificis non habētibus guerrā actiuè aut paſſiuè nobiſcū
imminente neceſſitate:aliter non.ſ.ſi viget guerra,vel no
ſtrum bellū eſt iniuſtum,vel iuſtū, ſed neceſſitas non vr-
get.Et facit cap.cum olim.e. ti.quod diſtinguit talia tem
pora.& quod habetur ij.Parali.xix.Impio prebes auxiliū:
& his,qui oderunt Dominū,amicitia iungeris.& qđ habe-
tur xxiij.q.j.quod verò.Et idem ſentire videtur ex quodā
ſimili Nico.de Lyr.j.Reg.xxviij. vbi dicit, ꝙ Dauid quia
habebat ius in regno Iſrael,& armorū virtute poterat il-
lud acquirere facultate oblata:licite in tali bello vti pote
rat infideliū Philiſtinorū cōſortio & auxilio, vnde poſuit
ſe ad iuuandū Lachis, vt per illū poſtea regnū obtineret
regreſſis Philiſtæis poſt victoriā ad propria.Et idem etiā
tenet Io.de Nea.in quolibet. concludens ꝙ modo nō li-
ceret Sarracenorū & Turcarū auxilijs vti cōtra fideles,dū
guerra durat cū eis.& idem videtur tenere Arch. ¶ Quar
ta.Moriētes in bello eccleſiæ pro defenſione eius cœleſte
regnum conſequuntur, vt ꝓbatur xxiij.q. viij.in c.omni.
decedētes vero in alijs bellis iuſtis etiā ſaluātur:dūmodo
decedāt ſine alio mortali, decedētes verò in illicito & cū
ſolo mortali pereūt.de pœn.diſt.v.fratres.Ioā.de Li. Sed
intellige mori ī bello iuſto eos,qui iuſtè.i.licitè accedūt
10 ad bellū,vt ſubditi in bello dubio. ¶ Nonò*q̄ritur,quādo
quis non teneatur reſtituere quæ ſibi obuenerūt ab hoſti
bus ratione belli?Et reſpondeo per multas concluſiones.
¶ Prima.Secundū Monal.quamuis bellū ſit iniuſtū ex cau
ſa,animo,perſona,& authoritate,tamē ſi res ſubſit,quia.ſ.
pro rebus repetēdis factum eſt,intellige ex interuallo,qui
bellum mouit,reſtituere nō tenetur,quod accepit :niſi ac
ceperit,vel dānificauerit vltrà, quàm aduerſari⁹ habuerit
iniuſtè de ſuo.& hoc in foro pœnitētiali,vbi locum habet
cōpenſatio,etiā nō liquidi,id eſt,non cōſtantis per proba
tiones ad liquidum,quæ locum nō habet in foro conten
tioſo.Vnde iudex pœnitentiarius iniunget quidē pœni-
tētiā pro furto cōmiſſo,ſed non reſtitutionē,niſi aduerſa
ri⁹ poſtmodū ei reſtituerit ablata:idem Hoſt. ſed tamen
intellige, ꝙ in foro pœnitētiali fit cōpenſatio non liqui-
di,id eſt,non conſtantis per euidentē probationē, quādo
illud nō liquidū eſt nihilo minus certum:non autem ſi ſit
dubium.Vnde iniungitur reſtitutio ei,qui ſubripuit decē
à Titio:qa dubitat,vel leuiter credit Titiū ſibi ſurripuiſ-
ſe tantūdē. ¶ Secunda.Secundū Hoſt.is, qui iuſte pugna-
uit,non tenetur ad reſtitutionē prædæ, ſed fit capientis.
xxiij.q.vij.ſi de rebus.Ex quo infertur, ꝙ capta in bello iu
ſto non cōpenſantur cum debito principali: vt etiā tenet
Arch.xxiij.q.ij.Dominus noſter.vbi dicit, ꝙ ſi quis pluri-
ma in bello iuſto occupauit,nec deinde ſatisfacere vult is
cuius erāt:nō tenetur qui occupauit reſtituere occupata,
& recipere ſatisfactionē:quia, qđ quis iure occupat, iure
gētiū ſuū efficit.Et idē Arch. Quod verū intellige, quo-
uſq; ſecundū ſanam conſcientiā ſit ſatisfactū de iniuria,
vel debito,vel intereſſe:ſiue ceperit de rebus iniuſte pu-
gnan

gantis,ſiue vaſſallorū eius,ſiue hominū ſuorū,id eſt,illum
ſequētiū in bello iniuſto. De alijs autem nō præſtantibus
conſiliū,auxiliū vel fauorem,hoc creditur.vide j.Repræ-
ſaliæ. §.j.Prædicta tamē fallūt in clerico,ſecundū Mō. de
quo infrà Bellum iij. §.iiij. ¶ Tertia.Si ſubditus bellū mo
uet domino iubēte,& bellū ſit iuſtū,reſtituere non tene-
tur capta ab hoſtibus,niſi iuxta edictū domini ſui:ſed ini
quum ſit,& ipſe nouit,tenetur:quia plus Deū, quàm ho-
minem debuit timere.Si verò dubitat vtrū iniuſtū ſit,néc
ne:iterum nō tenetur.xxiij.q.j.quid culpatur,quia excuſa
tur propter obediētiam,licet dn̄s peccauerit,ſi fortè malè
præcipit.Et conſentit Mon.& Hoſt.& Ric.& Alberi. ſed
Rayn.dicit hoc verū,ſi,quantū potuit,inquiſiuit,&cōſulu
it peritiores : & ſemper dubius permanſit. alioquin affe-
ctator ignorātiæ,ſicut expers ſciētiæ puniretur,de clā.de
ſpon.cū inhibitio.Et hæc vera intellige,quouſq; dubitat.
Vnde alia litera habet interim,nō tenetur.Cùm aūt ſciue
rit,aut ꝓbabiliter crediderit bellū iniuſtū,reſtituere tene
tur oīa quæ habet.arg.c.fin.extrà, de præſcri. & etiā quæ
ſunt cōſumpta,ſi ſemper fuit dubius: quia nō fuit poſſeſ-
ſor bonæ fidei.Vnde obediētia excuſauit à peccato, non
à reſtitutione recognita.Si aūt probabiliter credebat bel
lum iuſtū,non tenetur de cōſumptis, niſi inquatū ex hoc
ſit factus locupletior.C.de rei ven.l.certum. ¶ Quarta.Li
cet ſubditi excuſentur in dubio,vt ſtatim dictū eſt: nō ta-
mē eſt ſimile de amicis,cognatis,ſtipēdiarijs, & huiuſmo
di,ſecundū Veruec. quia nō excuſat eos obedientia: nec
in dubio debent cōmittere ſe diſcrimini, vt iuuēt aliquē
in alterius præiudiciū.xiiij.q.v. deniq;. Nec eſt ſimile de
aduocato,quē excuſat bona fides, quādiu credit cauſam
eſſe iuſtā:quia eſt illi iudex ſuperior, qui cauſam exami-
nat iudicans de allegatis.In bello aūt viribus vincitur. &
cōcordat Vldr.tamē mihi videtur, ꝙ vbi nō dubitant, ſed
probabiliter credunt,excuſentur:quia aliter vix aliqs poſ
ſet militare.Stipendiarius aūt paratus cū quocūq; milita-
re,nō cogitans de iuſtitia vel iniuſtitia belli, ſed tantùm
de ſtipendio,eſt in malo ſtatu:nec debet abſolui,ſecundū
Archi.niſi renūciet arti,vel ſit paratus nō eſſe in bello,ni
ſi quod ſciuerit iuſtū:adde vel quod probabiliter iuſtum
11 crediderit. ¶ *Decimò quæritur,quādo quis reſtituere te
neatur quæ ſibi obuenerunt ab hoſtibus ratione belli? Et
reſpōdeo per multas concluſiones. ¶ Prima.Quicūq; bel
lum mouet iniuſtum,vel ita iuuat, ꝙ ſine eo nō fieret:vl-
tra mortale tenetur hoſtibus de oībus dānis datis, & ſuis
de dānis receptis ab aduerſarijs iuſtè repugnātibus, ſi iu-
uerāt bona fide,vel inducti cōſilio ei⁹ timore,vel coactio
ne,qñ de ſe nō erāt facturi:ſecus ſi iuuerūt mala fide ſciē-
tes iniuſtitiā belli,& voluntarij:quia ex turpi cā nulla cō-
trahit obligatio.Inſt.mād. §.illud.ff.eo.ſi remunerādi.Si
militer tenētur oēs,qui in tali bello fuerūt prīcipales, ita
ꝙ nō fieret ſine eis:alij verò tenent de dāno qđ intulerūt
verbo,aut opere.Gul. ¶ Secūda.Dn̄s,aut alius qlibet, mo
uēs iuſtū bellū:ſi animo graſſandi vel malitioſe intulit dā
na,cùm aliàs ſibi poſſet cōſulere:vltra mortale, reſtitue-
re tenet. Secus ſi bona fide pugnando cōmode abſtinere
nō potuit:vñ cōpenſābūtur illa dāna cū dānis propter q̄
bellū mouit.Et ſimiliter ſi habēs iuſtū bellū fuit notabili
ter negligēs in defendēdo ſuos,tenet eis de damnis acce
ptis,nō aliter:qa ſe & ſua tenent exponere pro dn̄o:tenet
etiā omnib⁹,quos vocauit,de dānis acceptis:niſi venerit
ex debito,vel cā humanitatis, aut cōſanguinitatis.xxij.q.
iij.c.nō inferendi.& ſeq.Gul.vel niſi cōuenerint aliqd ac
cipere ꝓ certa mercede:de quo infrà Mādatū.Et hoc in-
tellige de dānis,quæ mandās,ſeu vocās potuit veriſimili-
ter preuidere. ¶ Tertia habens iuſtū bellū,vel ſe in illo re
periēs:ſi ſpoliauit clericos,religioſos,vel cōuerſos,aut pe
regrinos,quāuis eſſent cū hoſtib⁹,reſtituere tenet: & mo
taliter peccāt tales,niſi licentiā haberent à prælatis eccle
ſiaſticis habētibus iuriſdictionē ſupra illos: vel niſi eſſent
victualia eccleſiarū,aut clericorū:rapinam etiā cōmittūt,
ſi ſpoliāt ruſticos,aut viatores,aut exiſtētes in agricultu-
ra,& animalia,quibus arāt,& ſemina portant ad agrū.ex-
trà,de treu.c.innouamus.Imò ſubditi domini iniuſte bel
lātis,non præſtantes conſiliū,auxilium,vel fauorem dire
ctè vel indirectè nō ſunt ſpoliādi,vel in aliquo puniēdi,
ſed tenentur reſtituere,ne pœna excedat authores,de his
quæ fi.à maio.parte ca.c.queſiuit.& j.q.iiij.c.j. Quod Sū.
Angel.dicit verū,niſi dn̄s directè vel indirectè ex pſonis
vel rebus eorū iuuaretur.Alij verò hoc dicūt verū,etiam
ſi dn̄s in bello vteretur bonis eorū ab eis ablatis: ſed veri
tas eſt, ꝙ tātum pōt iuſtè pugnās ī eos, & in eorum bona,
quantū victoria requirit:qua ſtabilita, reſtituere tenetur
quæ ſuperſunt.A fortiori aūt reſtituere tenetur dānificās
innocētes nō ſubditos hoſti,niſi hoc faceret præter ſuam
intētionem:puta ſi nō valēs capere ciuitatē, dat eā ad ſac
cum,vel incendit:nō aliter potēs punire multos nocētes,
niſi inuoluēdo aliquos innocētes. ¶ Quarta.Qui in bel-
lo iuſto ſine ſuperioris ordinatiōe incēdit domū,agrum,
aut victualia etiā hoſtiū,incēdiarius eſt,& ad ſatisfactio-
nē tenetur.xxiij.q.j.quid culpatur.& ſi fiat ſup hoc excō-
municatio,& publicetur,eſt caſus papalis.Et idē eſt de ha
bēte bellū iniuſtū,ſi id faciat ex mandato,ſecūdū Archid.
¶ Quinta.Habēs iuſtum bellū, ſi vltra id quod ſatisfactū
eſt ſibi & ſuis,de omni dāno & operis labore, vel donec
ſe aduerſarius offerat ad ſatisfactionē plus abſtulit,vel dā
nificauit,de illo pluri tenetur: niſi fortè eſſet talis hoſtis,
quòd propter hereſim vel aliud hmōi bona ei⁹ eſſent pu
blicata ꝑ edictū.Gul. ¶ Sexta.Omnes exiſtētes in bello ī-
iuſto ſecūdū Monal.tenētur inſolidū de omni dāno ſuo
auxilio,cōſilio,vel fauore dato,quod aliter datū nō fuiſ-
ſet.arg.xvij.q.omnes.& ij.q.j.notandū.in fi.Qui verò ꝓ
babiliter credit ſuo auxilio,conſilio, vel fauore alios nō
plus feciſſe,quàm aliàs erāt facturi:nō tenetur,niſi de his,
quæ ipſe habuit,vel de dāno quod dedit ipſe,vel aliquis
de familia ſua,directè & occaſionaliter.argu.de ſen. & re
iud.c.j.de æta.& quali.ordi.c.tuā. & de hoc etiā j. Furtū.
¶ Septima.Quādo neuter rapientiū dn̄s erat,nec vn⁹ ma
gis altero ſociū animauit,ſed ſimul cōuenerūt de faciēdo
inſultū,vel rapina cōmittēda:ſecūdū Hoſt.qlibet tenetur
inſolidū,ſed veri⁹ alij dicūt, ꝙ ſolùm pro ſua parte,qñ al
ter erat facturus:vel inſolidū,ſi facturus non erat.Et licet
ſecūdū Ray.qñ plures ſimul vadūt quaſi exercitus, qlibet
teneatur inſolidū,qa alios iuuat: tamē ſecundū Veruec.
hoc verū eſt,qñ vn⁹ ſine alio nō feciſſet: aliàs quilibet te
netur ꝓ dāno quod intulit,& hoc teneas. ¶ Octaua. Ea,q̄
dicuntur de bello licito,locū nō habēt,ſecūdū Io.de Pla.
qñ pars de ciuitate pulſa bellū indicit ciuitati: qa non eſt
bellū,ſed ciuilis diſſenſio:ex qua Reſpu.læditur:vnde ibi
captà ſubiacent reſtitutioni.quod limita, niſi raptor aliàs
fuerit iniuſte aliqbus ſpoliat⁹:qa recipere pōt à ſpoliato
re & à ciuitate,q̄ ſpoliatorē reſtituere nō cōpellit. ¶ Vn-
12 decimò,*vtrū occupata ꝑ principes Chriſtianos,q̄ hodie
inter ſe ꝓpria temeritate bella gerētes,qđ vn⁹ ab antiquo
poſſèdit,ali⁹ nobiliter vſurpat,ſint reſtituēda? Et dicit d.
Anto.in c.quod ſuper his.de voto.ſecūdū Hoſt. ſe non vi
dere quomodo iuſtè teneāt:aut confeſſores eorū peccata
quan

quãquã notoria palpitent,aut ab eiſdem eleemoſynas &
poſſeſsiones accipiãt,aut eos abſoluant. Vnde caueãt,ne
cateruatim ruãt ad inferna,& alios ſecũ trahãt:nec credit
ꝙ in Italia præſcribi talia poſsint.c.ſi.de præſcr.¶Duode
13 cimò,*vtrũ domini,qui bella geſſerũt,poſsint inuicẽ cõ-
ponere de dãnis ſubditorum? Et dicit Veruec.ꝙ ſtandum
eſt cõpoſitioni,ſi fiat de damnificatorũ conſenſu, ſcilicet
libero.aliàs qui mouit bellũ iniuſtè,nõ poteſt ſubditis p̃-
iudicare per ſuam cõpoſitionẽ,quin ipſe teneatur eis de
proprio,niſi ipſi in culpa fuerint pariter cũ eo.& cõſentit
Monal. Qui autẽ habuit iuſtũ bellum,procurare debet ꝙ
ſubditis ab aduerſarijs dãna reddantur: aliàs ipſe tenetur
eis.quod ſecundũ Mon.& Veruec.verũ eſt. nõ de expen-
ſis,ſuper quibus cõponere ſua autoritate cõſueuerunt,vel
pertranſire:ſed de dãnis incendiorum,rapinarũ,& huiuſ-
modi,ſuper quibus etiã cõponere põt ex cauſa probabili:
puta ſi videat aliter ſe nõ poſſe habere bonum pacis, aut
bellorũ periculis carere:quia vtiliter gerit negotiũ ſubdi
torũ.arg.eorum quæ notan. in l.ſi.C. ſi cõtra ius vel vtili.
pub.& c.quæ in eccleſiarũ.de cõſtit.vbi patet, ꝙ ex cauſa
rationabili põt princeps ſtatuere cõtra ea,quæ ſunt de iu
regentiũ,& de iure naturali,vt patet de præſcriptione.Itẽ
tollere rẽ vnius,& alteri tradere, & propter delicta confiſ
care bona ſubditorum.& ibi Pan.dicit,ꝙ licet Imperator
nõ habeat dominium rerũ priuatarũ: tamẽ ex cauſa ratio
nabili põt eas occupare.Et exẽplificat de cauſa legitima,
dicens,ꝙ hmõi eſt fauor publicus: vt l. ita vulneratus.ff.
ad leg.Aquil.& hmõi ratio eſt, carere bello: qua ratione
nõ poteſt eſſe maior.Et hoc,ſecũdũ Hoſt.verum eſt, etiã
ſi partes nõ conſentiãt,quando aliter pax haberi nõ põt.
& allegat l.cõuentionum.ff.de pact. Et idẽ dicẽdum eſt ĩ
dominis inferioribus,maximè qui præſcripſerũt iura Im
perij. Quæ tamẽ vera intellige,quãdo prius fecerunt iux
ta poſſe,vt ſubditis fieret reſtauratio,& obtinere nõ poſ-
ſunt. Si aũt à principio ſubditi contradicunt ne fiat cõpo-
ſitio,niſi dãnis ſuis inſtauratis,nõ poteſt dñs ipſa dãna q̃-
tare,ſecundùm Sum.Piſ.quod tamẽ intellige ſolùm,quan
do põt aut vincere aut pacificari dãnis nõ remiſsis:nõ ali
ter,ratione ſuperius dicta. Nec obſtat ratio, quã adducit
Supple.quia,inquit,gerens negotium alterius eo inuito,
non põt aliquid petere,niſi pro bene geſtis ante prohibi
tionẽ.C.de neg.geſ.l.ſi.quia hoc nõ procedit in domino,
qui ſubditum cogere põt ex cauſa, ſed in pari. Põt tamen
deſiſtere à bellãdo cõtradicẽtibus ſubditis: quia apud eũ
ſicut mouendi bellũ,ita & deſiſtẽdi à bello reſidet autho
14 ritas.Cõcordat Hoſt. Aduerte*tamen, ꝙ ſecundũ Pan.no
mine damni propriè & ſtrictè venit diminutio patrimo-
nij per alium facta.l.iij.ff.de dã.infec.vnde nõ veniũt no-
mine dãni expẽſę factę ꝓpria volũtate,etiã coacta.Quod
notãdũ eſt pro ſtatutis & hmõi odioſis.Prædicta tñ remiſ
ſio quo ad eccleſiarũ & eccleſiaſticarũ perſonarum dãna,
non valet,niſi cõſentiant earũ prælati,ſecũdũ Archid.&
alios Doc.qa de huiuſmodi diſponere nõ poſſunt: vt diſ.
xcvj. Prædictã tamẽ relaxationẽ quãtum ad laicos & cle-
ricos Arch.intelligit quo ad cõſumpta:quia extãtia,ſi bel
lũ fuit iniuſtũ,vel ſi ſublata ſunt ab his,à quibus nõ pote-
rãt,tenẽtur,qui habẽt,reſtituere veris dñis, ſi poſſunt: aĺs
pauperib⁹.Et idẽ dicit,ſi dubitat̃ de iniuſtitia belli.¶De-
15 cimotertiò,*vtrũ liceat facere noua caſtra? Et dicit Inn.in
c.Piſanis.de reſt.ſpo.ꝙ nõ cũ iniuria vel æmulatione alte
rius,nec etiã incaſtellare vetera, quæ nõ probãtur habita
ta.C.de ædifi.priua.l.iij.ff.de oper.pub.l.ij.& C.de fun.li
mit.lib.xj.quod Pan.ibi verũ intelligit in poſſeſſore iiu-
ſto ſeu tyrãno: ſi aũt eſt iuſtus,diſtinguit: quia ad iniuriã
alterius vel ęmulationẽ,ſcilicet vt alteri noceat,&ſibi nõ
proſit,nõ licet:qa ſic etiã re ꝓpria vti nõ licet: & ad hoc
agere põt epiſcopus, ſecũdũ Inno.vt deſtruãtur vel redu
cãtur in priſtinã formã:arg.extrà,de Iudæis.conſuluit. &
nõ ſolùm ipſe,ſed & qlibet habẽs ibi reditus:quia iuſtè ꝓ
vitãda ſui patrimonij diminutione quiſq; agit. arg. in d.
c.Piſanis.idẽ Hoſt.Si vero hoc faciat nõ ad alterius iniu-
riã,ſed ad cõſeruationẽ ſui patrimonij vel honoris,putat
hoc licere,nec poſſe prohiberi per aliũ,etiã ſi inferat alij
dãnũ vel timorẽ.Et ad hoc tex.in l. de meo.ff.de aqua pl.
arc.poſſet ad hoc allegari præſcriptio, etiã ſi longiſsimo
tpe nõ refert vel inhabitauerit: quia cùm ille actus ſit me
ræ facultatis,& nihil poſitiuè actum ſit in ſui iuris præiu
dicium:præſcriptio nõ currit.de cler.coniug.c. Ioannes.

RVRSVS de Bello.ij.quando eſt priuatum.

1 *Bella priuata cùm iuſta ſunt,quotuplici iure nitantur.Et quã do dicatur affuiſſe tutelæ inculpatæ moderamen ac tẽperamentum.Et qui pugno impetitur,nũ licitè ſe armis defendere poßit.*
2 *Cõſideratio gloßæ in l.ſcientiã. §.qui cũ aliter.ff.ad leg.Aqui. coarguit.Et ibidem pro iudicis informatione elegãs diſtinctio.*
3 *Iniuriam repelli incontinenti debere.*
4 *Inuaſus quando licitè poßit inuadentem percutere.*
5 *Defenſio ab iniuria an ſit omnibus licita.*
6 *Sacerdos puerum baptizans morientem,an poßit eum deſerere ut ſe defendat.*
7 *Defenſio an cuilibet aduerſus quemlibet liceat.*
8 *Defendere tertium cui ſit licitum.*
9 *Vaſallus patrem teneatúrne defendere,neglecto domino.*
10 *Defenſio an pro rebus licita ſit.*
11 *Precarium & precaria quid ſint.*
12 *Vim ui repellere quando,& pro quibus rebus liceat.*
13 *Occupare an liceat rem propriam citra iudicis authoritatem.*
14 *Defenſio an tolli poßit per ſuperiorem.*
15 *Defenſio manualis cuius ſit iuris.Et quid de defenſione exhibẽda à iudice.*

1 BELLVM*priuatum vel particulare quãdo dicitur,&
quãdo ſit licitũ,dictũ eſt titulo priore in principio:
& totũ quantũ ad ſuã iuſtitiã fundatur in regula iuris na
turalis & ciuilis.ff.de iuſt.& iu.l.vt vim.ſcilicet,ꝙ vim vi
repellere licet cũ moderamine inculpatę tutelæ.¶Primò
verò quæritur,quãdo dicatur in defenſionẽ adeſſe mode
ramẽ inculpatæ tutelæ:& vtrũ inuaſus pugno licitè ſe de
fendat armis.Et dicit Pan.in c.olim.de reſti.ſpo. breuiter
colligi ex gl.in c.ſignificaſti.de homic.& Bart.in l.j.C.vñ
vi.hoc moderamen eſſe,qñ id fit,quo omiſſo, iniuria re-
pelli nõ poterat.intellige ſine periculo perſonæ,vel etiã
rerũ,ſecundùm Bar. quia hoc nulli imputatur , vt probat̃
in l.ſcientiã. §.qui cũ aliter.ff.ad leg.Aquil. Et ſi modum
qs excedit,nõ tenetur,ſecundũ Inn.Hoſt.& d.Ant. niſi fe
cerit ex propoſito.ff.ad leg.Aquil.ſi ex plagis. §. taberna
rius.quod verũ eſt,quãtum ad dãnum illatum, de quo lo
quitur ille §.ſecũdũ Rayn.quo ad ſñiam excõicationis,ſi
perſona percuſſa ſit eccleſiaſtica:quãtũ verò ad pœniten-
tiam & irregularitatem,ſi inde mors ſequatur,tutius cre-
ditur,ꝙ teneat̃ de exceſſu. de quo dic vt ĩ. §.iij. & vij.ſed
ĩtellige,ꝙ tenet̃ de exceſſu arbitrio iudicis,ſecũdùm Bal.
ĩ c.j.de pa.te.ĩ vſi feu.Sed de hoc,an.ſ.ſteterit in finib⁹ de
fenſiõis,ſeu recupandæ poſſeſsiõis,certa regula dari non
põt:ſed bonus iudex arbitrabit̃ cõſiderata q̃litate ꝑſona-
2 rũ & actuũ.Et*p hoc relinquitur ſupflua cõſideratio glo.
in d.l.q̃ dicit in hoc moderamine tria attẽdi.Primò.ſ.mo
dum,quia aggreſſus ſine armis,vel cũ paruo baculo, reſi-
ſtere nõn debet armis.Secũdò,tẽpus, vt fiat incõtinenti,
non ex interuallo.Tertiò,cauſam:vt ſcilicet fiat ad defen
ſionẽ,nõ ad vindictã.Sed certè dari nõ põt regula certa
quo ad primum:vt etiã not.in d.l.quia aggreſſor plus ali-
quando pugno poteſt,vel baculo paruo,q̃ aggreſſus enſe:
nec quo ad ſecundùm,vel tertium. Sed tamẽ ꝓ informã-
dò iudicis arbitrio diſtinguẽdũ eſt:qa ſi vis infertur ꝑſo-
næ:poteſt quis incõtinẽti percutere,antequã percutiatur,
ad euadendũ percuſsionẽ,vel iniuriã:quia hoc eſt ĩiuriã
repellere potius,quàm inferre.quod tñ Bar.limitat,ſi veri
ſimilia præcedãt indicia,& actus manifeſti, ꝙ ille volebat
oſtendere:& iſte aliter ſe defendere nõ poterat.facta verò
iniuria perſonę,nõ eſt licitum percutere etiã incontinen
ti:quia nõ eſſet defenſio,ſed vindicta:niſi fortè,ſecundùm
Inn.timeretur geminata percuſsio.& idẽ Bar.ſi tamẽ per
cuſſus inſequitur percuſſorẽ iam nolentẽ pcutere, & vul
nerat,puniri nõ debet vt doloſus,ſed vt culpabilis:quia in
cõſultus calor vitio calumnię caret:vt in l.j.ff.ad Turpil.
Si autẽ vis infertur rebus,diſtinguit Iac.de Are. quia ſi ali
ter per viã iudicij reparari poteſt,percutere nõ licet, etiã
ſi res aliter ſalua eſſe nõ poſſet:ſi aũt reparari nõ põt p viã
iudicij,dicit,licet ſecũdũ aliquos male:vt ĩ.Homicidium,
primò. §.ij.& iiij.& pluribus ĩ. Excõmunicatio.vj. §. iiij.
caſu ix.quòd licet defendere etiã occidẽdo:vt l.furẽ.ff.ad
3 leg.Cor.de ſica.ſed*tamẽ iniuria repelli debet incõtinẽ-
ti,id eſt,quàm primũ quis poterit,licet iniuria ſit facta:qa
nõ eſt vindicta,ſed defenſio quædam.Et quãdo dicatur in
continẽti hoc caſu:dicit gl.in c.ſignificaſti. ij. de homi. ꝙ
debet hoc facere,quàm citi⁹ poterit collectis amicis.ff.de
acqui.poſ.l.quod meo. §.ſi.& Io.An.& Ho.dicunt hoc ve
rũ,vt licitũ ſit reſiſtere cũ amicis ad recuperationẽ inuaſæ
rei,ſi hoc fiat antequã ad alia diuertatur:aliàs eſſet guerra
& vindicta.Bar.verò ĩ l.j.C.vnde vi.ſentire videtur, quòd
hoc fieri debeat intra tres dies:ſed melius dicit̃.ꝙ hoc eſt
quàm primũ poterit,nõ diuertẽdo ad alia: relinquẽdo ar
bitrio boni viri,rerũ qualitate pẽſata:qa ſi nobilis eijcia-
tur de caſtro forti,intra ſex mẽſes nõ faciet ſe ſatis fortem
ad rehabẽdũ.& dictũ Io.An.ꝓcedit quãdo res per viã iudi
cij poteſt rehaberi: quia tũc nõ licet eã defendere niſi dũ
4 eſt in ipo rapi:vt ĩ. §.vij.¶Secũdò,*vtrũ percutere poſsit
inuaſus,qui poſſet euadere fugiendo?Et dicit Arch.ꝙ nõ:
ſed dicit Pan.in d.c.olim.quoſdam diſtinguere:quia ſi ag
greſſo eſt magnũ dedecus fugere,non tenetur fugere,ſed
percutere poteſt ad iniuriam repellẽdam.Si verò non eſt
ſibi verecundia:vt quia aggrediens eſt longe præſtantior,
tũc ſec⁹.Bar.verò tenet indiſtinctè ꝙ quis fugere nõ tene
tur:quia fuga eſt iniuria.l.itẽ apud Labeonẽ.ff.de iniu.&
conſequẽter ad eã repellendã & propulſandã percutere li
cet.Item ꝓ rerũ defenſione licitũ eſt armis reſiſtere :vt in
d.c.olim.& in d.c.dilecto.de ſen.exc.li.vj.& etiã occidere
ſecundũ ius ciuile,ſi aliter res ſaluæ eſſe nõ poſſunt.iuxta
not.in l.furem.ff.de ſica. Quælibet autem iniuria corpora
lis maior eſt rerũ iactura.l.in ſeruorũ.ff.de pœn. quod tñ
temperandũ eſt,vt not.Bar.in l.j.ff.eo.ti.& conſequenter
ꝓ hac ꝓpulſanda licitum eſt percutere.Sed tamẽ Pan. di-
cit,ꝙ hoc caſu licet quis percutiendo euitaret peccatũ:nõ
tamen irregularitatem,ſi occideret,aut mutilaret:quia eã
quis ſolùm vitat, quãdo mortẽ ꝓpriã aliter vitare nõ po
teſt.Facit,quod legitur & no.in clemen.ſi furioſus.de ho-
5 mic.& glo.in §.j.xxxiij. q.viij.¶Tertiò,*vtrum licita ſit
prædicta defenſio prædicto modo vniuerſaliter omnib⁹?
Et dico,quòd licitũ eſt omni perſonæ,nõ ſolùm laicis,ſed
etiam clericis & religioſis,etiam ſine licentia ſuperioris,
quando commodè haberi non poteſt,ſecundũ Ioã.de Li-
gna.quia hoc competit iure naturali.diſt.j.ius naturale.&
quo ad actus naturales religioſi nõ cẽſent̃ mortui.xvj.q.j.
placuit.Et opinio Vgo.tenẽtis,ꝙ peccat mortaliter occi-
dens ne occidatur,reprobatur.& contrariũ manifeſtè di-
citur in cle.ſi furioſus.de homic.tamen ſecũdùm S. Tho.
nullus ad hoc tenetur,ſcilicet vt occidat ne occidatur:ſed
eſſet maioris perfectionis ſi ſe permitteret occidi,quàm ſi
ſe defendendo occideret:cùm aliter euadere nõ poſsit.Li
cita eſt in omni loco,etiã in eccleſia ꝓpter periculũ quã
do ſequeretur homicidiũ hoc nõ faciẽdo. Nec obſtat ec-
cleſiæ pollutio p ſanguinis effuſionẽ:qa magis põderãda
eſt hominis cõſecratio, cùm ſit irreſtaurabilis, q̃ eccleſię,
quæ recõciliari poteſt.& fortè dici poſſet,ꝙ ad ei⁹ pollu-
tionẽ requiritur effuſio ſanguinis iniurioſi:vt no.ĩ c.vno.
de conſec.eccle.lib.vj.Licita eſt etiam occupato in quocũ
q̃e officio,ita,quòd etiã celebrãti ſi inuadatur, & aliter
euadere nõ poteſt,licitum eſt ſe defendere , & occidere:
quia ꝓpter impedimẽtũ corporale ſuperueniens inchoa-
tum officium dimittitur inexpletum. vij.q.j.illud.& c.ni-
hil.hic autem euenit impedimẽtũ celebrãti : imò pericu-
lum mortis,& cõſequẽter licitũ eſt ei,p̃termiſſo officio,
de imminenti periculo expedire:& ſi ſe defendendo occi
derit,poteſt reaſſumpto officio celebrare: dũmodo affue
rint ea,de quib⁹ loquit̃ cle.ſi furioſus,quia in ea ꝓbatur,
nec peccatũ,nec irregularitatẽ incurrit.Et idẽ de baptizã
tibus,ordinantibus, cõfirmãtibus, pœnitentias iniungẽti
bus,& ſingula ſacramenta conferẽtibus,ſi inuadãtur: quia
licitè poſtponũt illorũ ſacramentorũ collationẽ inchoatã
6 propter ſui tutelam.Ioan.de Ligna.¶Quartò* quæritur,
pro ſdictis in §.priore.vtrum ſacerdos baptizãs actualiter
puerũ in mortis periculo cõſtitutũ, qui æternaliter dam-
nabit̃,ſi ſacerdos omiſſo baptiſmo ſe defendat nullo alio
exiſtente qui baptizet:licitè omittat baptiſmũ vt ſe defen
dat?Et dico quòd non licet:ſed præeligenda eſt mors cor
poralis ſacerdotis morti ſpirituali pueri:quia ſi ita fiat,ſe-
quitur vnũ malũ tãtùm,& illud eſt tẽporale,ſcilicet mors
corporalis ſacerdotis : aliter verò ſequũt̃ duo & ſpiritua
lia,ſcilicet mors æterna pueri .de conſecra.di.iiij.firmiſsi
mè.& neglect⁹ curæ animarũ.quod ſacerdoti eſt mortale.
extrà,de æta.& quali.cũ ſit ars. præeligendũ autẽ eſt min⁹
malũ maiori.xiij.diſt.nerui.Vbi autẽ foret dubiũ ꝓbabile
de vita aut morte pueri antequã periculũ eſſet expletũ,
& conſtaret de morte ſacerdotis,niſi diuerteret,adhuc cre
ditur præeligenda mors ſacerdotis, & maximè proprij &
7 parochiani.Io.de Ligna ĩ.Caſus. §. ij. ¶Quintò,* vtrum
licita ſit prædicta defenſio cuilibet cõtra quemlibet inua
ſorem?Et dico eam eſſe licitam.Primò cõtra ſuperiorem
generaliter:quando ſcilicet conſtat,quòd iniuſtè inuadit.
C.de iure fiſ.l.probibitũ.& maximè cùm aliquid extrà of
ficiũ ſuum agit ad ipſum non ſpectãs,ſed ſi iuſtè agit, non
eſt reſiſtendũ.ij.q.iij.qui reſiſtit.Et ſecũdò contra iudicẽ,
vel poteſtatem iniuſtè inuadentem,vt occidat. Et tertiò,
contra patrem agentem aliquid cõtra filium etiã degen-
tẽ in patris poteſtate,ſi excedit ſibi conceſſa ex iure patrię
poteſtatis:& multo magis ſi agit cõtra filiũ emãcipatum.
Et quartò,contra abbatem proprium,vel alios prælatos,ſi
cõtra monachũ aliquid attentaret in his quæ nõ pertinẽt
ad officiũ ſuũ iure,vel cõſtitutionib⁹ modificatũ , maxĩè
in his,q̃ ꝓpter moram piculũ ingerũt: vtpote ſi abbas mo
nachũ inuaderet vt occideret ſubito:ſed ſi attentet præla
tus cõtra monachũ de permiſsis à iure,vel cõſtitutionib⁹
ordinis corrigẽdo,& ſimilib⁹,monacho reſiſtere nõ licet,
imò

imò nec in hoc caſu audiretur appellans.extrà,de appel.c.
de priore.Et quintò,ſeruo cõtra dominũ, ſi attẽtet aliqd
à iure nõ permiſſum:in permiſsis autẽ à iure nõ licet ei ſe
defendere.Et eſt hodie reſtricta dominorũ poteſtas ĩ ſer-
uos:quia nec trucidare,nec acriter eos affligere poſsunt.
Et idẽ dicẽdũ eſt de vaſallo cõtra dominũ,diſcipulo con-
tra magiſtrũ, & vxore cõtra maritũ:quia ſcilicet poſsũt ſe
defendere ſi vltra debitũ iuris aliquid attẽtent:aliter nõ.
8 Io.de Lig. ¶ Sextò,* vtrũ licita ſit dicta defenſio etiã pro
alio?Et dico,ꝙ eſt licita pro filio,pro vxore,imò ꝓ ſpon-
ſa & pro alijs perſonis cõiũctis:quia ſi licita eſt pro reb⁹,
licita eſt etiã pro cõiunctis & amicis inuaſis:cũ etiã homo
homini officiũ debeat.ff.de ſeruis ex.l.cũ ſeru⁹.& vaſallo
pro domino.imò ad hoc tenetur;aliàs perdit feudũ:& mi
liti pro belli præpoſito,ſi poteſt:aliàs capite punitur: imò
etiã extraneũ defendere debet,ſi poteſt quilibet ſine peri
culo ſui.xxiij.q.iij.nõ inferẽda.lxxxiij.diſt.error.Imo, ſe-
cundũ Bar.in l.ſi quis in ſeruitute.in ſi.ff.de furt.& in d.l.
vt vim.& ibi gl.& xxiij.q.viij.§.j.in gl.& Cy.& Pet.in l.j.
C.vnde vi.quilibet de populo põt quẽlibet impune defen
dere.Conſuluit tamẽ Bar.in d.l.vt vim,ad tollendũ omne
dubiũ, ꝙ faciat quis ſibi mandari, vt defendat clamando
defendite, vel ſuccurrite,vel ſimilia:vt ẽt not.Bal.in d.l.j.
quia tũc ſecũdũ omnes licitè,& impunè defendit. & facit
arg.in l.Gracchus.C.de adult.Sed tamen iſta intellige de
pœna ciuili : nõ aũt de irregularitate. Hic tamẽ diſtinguẽ
dum eſt quo ad incurſionẽ,vel euaſionẽ pœnæ ciuilis,aut
canonicæ,ſecundũ Arch.qui loqui videtur ex Ioã.de Lig.
Nã occidẽs,vel mutilãs defendẽdo ſeipſum, euitat pœnã
irregularitatis:nõ aũt ſi alterũ defendat,etiã patrẽ, vel fi-
lium:vt no.gl.in c.ſi furioſus.de homi.in clem. pœnã au-
tem excõmunicationis percutiendo clericũ euitat,nõ ſo-
lùm defendendo ſe,ſed etiã patrem,matrẽ,vxorem, filiũ,
vel filiã,ſecundũ Inn.non autẽ defendẽdo extraneũ: etiã
ſi miles mãdato iniuriati hoc feciſſet.quod videtur intel-
ligẽdum,quãdo occideret,mutilaret,vel grauiter lęderet
clericũ.aliàs nõ videtur incurrere,ſecundũ Arch. imò di-
co,ꝙ nec ſi grauiter ſeruato moderamine:quia excõmuni
catio iuris nunquam eſt ſine mortali. Quãtũ verò ad eui
tationẽ pœnæ perſonalis aut pecuniariæ: ſi volentes vim
vi repellere ab iniuriato,ſunt cõiũcti:euitãt pœnã ſecũdũ
modum.ff.de iuſt.& iur.l.vt vim.limitando eam per l. in
priuatis.ff.de iudi.ſimiliter ſi ſunt extranei deputati pro
comitiua violentiã paſsi:ſi autem nõ erãt ſic deputati,ſed
vocantur in auxiliũ per paſſum iniuriã:ſic etiã euitãt pœ-
nam vim vi repellẽdo incõtinenti tantùm:nõ ex interual
lo,neq; ſi nõ aduocãtur in auxiliũ per paſſum.hæc omnia
Arch.Sed verius eſt,quod de Bar.dictũ eſt,quòd quilibet
quemlibet poſsit defendere.& de hoc j. de excõicatio-
ne percutientiũ clericos,notabili iiij.§.ix. ¶ Qui* etiam
ſubdit.ꝙ vaſallus citius iuuabit patrem inuaſum ad mor-
tem,quàm dominũ,ſi vtrũq; non poteſt: quia patri tene-
tur filius naturali & ciuili iure,domino aũt ciuili tãtùm.
Item quãuis iuramẽto adſtrictus ſit ad iuuãdum dominũ:
tamẽ hoc iuramentũ intelligitur ſaluo vinculo pręceden
ti:quia ius alteri quæſitũ non tollitur per ſecundã obliga
tionem.extrà,de iureiu.c.petitio.Secus videtur de patre
inuaſo quãtũ ad ſtatũ,vel aliqua bona:vt s.Bellum j.§. v.
Itẽ in ſimili caſu magis patrẽ iuuabit,quàm epiſcopũ ſuũ:
quia in beneficijs tẽporalibus cuius ſunt ſubſtantia,vita &
huiuſmodi,tenetur quis magis patri carnali, quàm ſpiri-
tuali:vt no.glo.xxx.q.j.ca.j.& di.lxxxvj.nõ ſatis. ¶ Septi-
10 mò,* vtrũ licita ſit p̃dicta defenſio ꝓ rebus? Et dico,quòd
Io.de Lig.diſtinguit.Aut enim volẽs propulſare violẽtiã
ſibi pro reb⁹ illatã,iuſtè poſsidet,aut iniuſtè.Si iuſtè,hoc
poteſt incõtinẽti,& cũ dicto moderamine:& hoc ꝓ reb⁹
ſuis,& ſibi depoſitis,& cõmodatis,& ꝓ rebus amicorũ &
propinquorum,eos ſcilicet adiuuãdo.diſt.lxxxiij.qui cõ-
ſentit.ex interuallo autem non licet:vt s.§.j. Si aũt poſsi
det iniuſtè:aut poſsidet iniuſtè ab aliquo alio ab eo cõtra
quem vult vim vi propulſare:& tunc licet ei contra illum
alium quandocunq; volẽtem violentiã inferre,vim vi re
pellere. Aut poſsidet iniuſtè ab eo,contra quẽ vult vim re
pellere:& tũc aut poſsidet primò vi,aut ſecũdò precario,
11 aut tertiò clam. ¶ Precariũ* eſt,quod precibus petẽti vtẽ
dum conceditur tandiu,quandiu is,qui cõceſsit, patitur.
ff.de preca.l.j.& precaria dicitur ad preces aliquorũ vſq;
ad quinquennium contractus initus:vt extrà eo.c.j.In pri
mo caſu ſi ſtatim venit,vt recuperet, nõ licet reſiſtere vi.
C.vnde vi.l.j.Si autẽ venit ex interuallo,licet reſiſtere:qa
neq; ex interuallo licet alicui authoritate ꝓpria recupera
re ablata.In ſecundo autẽ caſu,cũ ſcilicet precariò poſsi-
det:tũc poſt denegatã reſtitutionẽ licet illi,ſcilicet petẽti
rẽ ſuã ſtatim vim vi repellere:nec licet ei,q̃ ſic poſsidet,re
ſiſtere:qa denegãdo videtur ſpoliare:ſed ante denegatam
reſtitutionẽ nõ poſſet vim repellere:licet poſsit reuoca-
re p̃cariũ.In tertio verò caſu,ſcilicet cùm poſsidet clãde-
ſtinè,nõ licet vim vi repellere,ſed licitum eſt ingredi.& ſi
12 ille nõ admiſerit,ex tũc ſit violẽtia.d̃ quo §.ſeq. ¶ Et* no
tandum primò,quòd licitum eſt pro rebus vim vi repelle
re cõtra omnes,contra quos licitum eſt ꝓ pſonis: ſi tamẽ
vim repellere volẽtes poſsint habere bona:vt excludãtur
ſerui,monachi,& ſimiles:ſed tamẽ moderamẽ inculpatæ
tutelæ diuerſificari debet,attẽta varia pſonarũ qualitate:
qa aliter & mitius cõtra patrẽ , q̃ cõtra penitus extraneũ:
& ſic de alijs,quæ cõſiderãda venirẽt.Et ſecũdò, ꝙ vim vi
repellẽdo pro rebus incurritur irregularitas,ſi cleric⁹ vel
alius occidat,vel mutilet:nõ autem incurritur excõmuni
catio,ſi quis eum percutiat ſeruato moderamine inculpa
tæ tutelæ:quia excõmunicatio nõ incurritur ſine dolo,vł
diabolica ſuaſione.xvij.q.iiij.ſi quis.ſed irregularitatẽ qs
incurrit etiam ſine dolo:vt patet in iudice reum condẽnã
te.hæc oĩa Io.de Ligna.Pro cuius dictis aduerte,ꝙ aliquã
do vim repellit poſſeſſor:aliquãdo ſpoliatus volẽs rẽ ſuã
recuperare.vide etiã j. Excõmunicatio.vj. §.iiij. caſu ix.
13 ¶ Octanò,* vtrum aliquo tenente rem meam,liceat mihi
illam auferre?Et dicit Panor.in c.ſicut.el iij.de iureiur.ꝙ
ſic,ſi recuperatio fiat incõtinenti:quia vim vi repellere li
cet.Si autem non fiat ſtatim,debet eã quis recuperare per
iudicem,ſi poteſt:alioquin ſi nõ poteſt, poteſt domin⁹ in
defectũ iudicis rem ſuã violenter recuperare , ſi aliter nõ
põt:arg.l.nullus.C.de iudi.in gl.& l.ait prætor.ff.de his q̃
in frau.cre.no.Inn.in c.olim.el j.de reſt.ſpol.& ſi aliter rẽ
ſuã habere nõ põt,licet furto eã tollere:nõ tñ licet p̃ mẽ-
daciũ:quia mentiri non licet pro vita alterius.xxij.q.ij.ne
quis.& ſic limita gl.in c.cupientes.de ele.lib.vj. Quomo
do autem liceat rem meã,vel æquiualẽs furari,vide j.Fur
14 tũ.§.xij.& xiij. ¶ Nonò,* vtrũ prædicta defenſio poſsit au
ferri per papã,vel principẽ,vel legem vniuerſalẽ, aut mu-
nicipalẽ?Et dicit Albericus in l.omnes.C.de epiſ.& cle.ꝙ
ſecũdùm aliquos,defenſio tolli non põt,cũ ſit de iure na
turali:& videtur expreſſum in cle.paſtoralis.§.pe. de re
iud.Dominus autẽ Gabriel de Offeletis in ſuo tractatu,
tenet,quòd ſi ſtatuto caueť,vt ꝓcedi poſsit nulla data de-
fenſiõe,valet.Pro quo facit:qa licet appellatio ſit ſpecies
defenſionis,tamẽ in multis caſibus tollitur.C.quor. appe.
non reci.per totũ.Item quia iura volunt in multis caſibus
nullam dari defenſionẽ.C.de ſica.l.ſi.C.de adult.l.j.C. de
15 fal.mo.l.ij.cum ſimilibus. Veritas* autẽ eſt,quòd defenſio
manualis eſt de iure naturali, & auferri non poteſt : & de
iſta in d.l. vt vim. ſed defenſio danda per iudicẽ reo petẽ
ti,vel nõ petenti,eſt de iure gentium,vel ciuili: & conſe-
quenter per aliud ius poteſt auferri. & conſentit Alberi.

RVRSVS DE BELLO III. VT EST
commune tangens clericos,vel eccleſias.

1 *Clericis an bellum agere, aut arma portare, & quandò liceat.*
2 *Prælatis eccleſiæ bella indicere, num licitũ ſit. Et id cuius occa ſione. Et aduerſus quos.*
3 *Epiſcopis,uel clericis,num bellis intereſſe licitũ ſit. Et ſubinde, quòd nec clerici manu propria depugnare poſſunt:nec cohortari,nec eſſe in ipſo actuali conflictu,nec ante conflictũ ad occidẽdum,uel mutilandum exhortari poſſunt.*
4 *Bellis qui interfuerint,num clerici effici poſſint. Et an clericus, quæ cum domino in bello iuſto adeptus eſt, reſtituere teneatur. Et quibus.*
5 *Eccleſia ad alicuius tuitionem, & defenſionẽ, num incaſtellari queat. Et qui in bello iuſto eccleſias incendunt, & euertunt, an ad emendationem teneantur.*
6 *Eccleſiarum bona,qui in bello rapiunt,aut clericorũ agentiũ in illius diſtrictu,contra quẽ bellũ geritur, nũ reſtituere teneãtur. Et ibidem,quid iuſtè belligerantibus de eccleſijs rapere liceat. Et quid de confugientibus ad eccleſias, dum hoſtes irrumpunt.*

1 BELLVM* tertiò, ſcilicet cõe,vt clericos tãgit,vel ec-
cleſias,vt plenius innoteſcat, ſciendum eſt, ꝙ clericis
interdictũ eſt bellare.xiij.q.viij.per totũ.& huius duplicẽ
rationẽ aſsignat S. Tho.ij.ij.q.xl. imò etiã arma portare
nõ debent abſq; iuſta cauſa:puta ſi tranſeant per loca peri
culoſa, ad terrorem latronum, licet percutere nõ debeãt.
ar.xxiij.q.iij.Maximianus.& nota.de vit.& hone.clerico.
el j.in glo.& ſi tertiò moniti non deſtiterint, perdũt pri-
uilegium illius canonis, ſi quis ſuadente.xvij. quæſt. iiij.
2 ¶ Primò* verò queritur,vtrũ prælatis eccleſiæ liceat indi
cere bella? Et dico, ꝙ ſic ratione tẽporalis iuriſdictionis:
vt no.Inno.in c.quod in dubijs.de pœ.imò,& ſine tali iu-
riſdictione poteſt epiſcopus indicere bellũ pro cauſa ſpi
rituali:puta,pro extirpãdis peccatis,vel bonis eccleſiæ de
fendendis:pro quibus licet vti bello,vt probat tex.in d.c.
Maximianus.& huiuſmodi,quia dicit Hoſ. in Sum.quòd
eius autoritate fieri poteſt bellum,præcipuè pro fide,vel
cõtra eum,qui excõicatus pro mortali parere non vult:ꝓ
qualibet autẽ cauſa ſpirituali poteſt excõicare : & conſe-
quenter ſi mandatis eius nõ obtẽperetur,poterit indice-
re bellum. Poteſt etiã prelatus indicere bellũ pro iniuria
ſubditi ſui, de qua iuſtitia nõ ſit, & alios quaſi iniuriantes
in bello capere,vt no.Inn.in c.dilectus. de app.& c.ſicut.
de iureiu. Non tñ debet epiſcopus,vel eccleſia bella indi
cere contra Iudæos,ſecundũ Archi.quia vbiq; ſunt parati
ſeruire:nec perſequũtur Chriſtianos.ſecus de Sarracenis,
qui Chriſtianos perſequũtur. & eſt tex.xiij.q.viij. diſpar.
& ibi no.glo.ꝙ nec etiã Sarracenis forent indicenda, niſi
3 Chriſtianos perſequerẽtur. ¶ Secũdò,* vtrũ liceat epiſco-
pis, vel clericis intereſſe bellis?Et dicit S.Tho.ij.ij.q.xl. ꝙ
prælati, & clerici ex autoritate ſuperioris poſſunt inter-
eſſe bellis:nõ quidẽ vt pugnẽt manu propria, ſed vt iuſtè
pugnãtibus ſubueniãt ſuis exhortationibus, & abſolutio
nibus,& alijs huiuſmodi ſpiritualibus ſubuentionibus:ſi-
cut & in veteri lege mãdabatur,Ioſue vj. ꝙ ſacerdotes ſa-
cris buccinis in bellis clangerẽt. Et ad hoc primò fuit cõ-
ceſſum,ꝙ epiſcopi,vel clerici ad bella procederẽt.ꝙ autẽ
aliqui propria manu pugnent,abuſionis eſt. hæc ille. Ioã
autẽ de Ligna.videtur diſtinguere de bello inuadente,&
defendente:dicẽs, ꝙ epiſcopis nõ licet accedere ad bella
ſine licentia Papæ:maximè cũ vocãtur ad bella ſecularia:
ſecus ſi iura ſua defendant. Inno. etiã in d.c. quod in du-
bijs.non variat,vt ei imponit Pan. ſed diſtinguit. Nã, in-
quit Pan.Primò dixit, ꝙ prælatus habẽs iuriſdictionẽ tẽ-
poralem poſſet ex iuſta cã bellũ indicere, & alios incita-
re ad pugnã ante cõflictum, quod ſi faciat in ipõ cõflictu
dicendo,pugnate fortiter: vel emittẽdo voces exhortati-
uas ad pugnã,fortè ĩcurrit irregularitatẽ : imò ſine fortè,
ſecũdũ Hoſt.ſi inde ſequitur mors, aut mutilatio : ſed qa
obuiare videbatur c.penul.de homici. & de cleri. pcuſ.c.
pen.poſtea dixit,ꝙ cauſa defenſiõis poſſunt clerici inter-
eſſe.Et ſubdit ipſe Pan.ꝙ ſi ipſe clericus infert bellũ,non
debet intereſſe:ſi verò fuit ibi cauſa defenſiõis, ſed neceſ
ſitas nõ erat ineuitabilis:& tunc efficitur irregularis,ſi ex
percuſsione ſua ſequitur mors,aut mutilatio,vt in d.c.pe
nul. de homici. ſecus ſi ex aliena. Adde tu, ꝙ ſi neceſsitas
eſſet ineuitabilis, nõ eſt irregularis,etiã ſi occidat. Ex q̃-
bus oĩbus collige, ꝙ clerici non poſſunt. Primò pugnare
manu propria,quia ſunt ad meliora deputati.Secũdò,nec
cohortari,vel eſſe in ipſo actuali conflictu,niſi pro defen
ſione. Tertiò, ꝙ nec ante cõflictum poſſunt exhortari ad
occidendũ,vel mutilandũ, ſed ſolùm ad liberandum fidẽ
vel patriã : & ſi inde aliqui moriantur , nõ imputatur eis:
imò peccarẽt,ſi nõ facerẽt.xxiij.q.v. de occidendis. & de
4 homici.poſtulaſti.& xxiij.q.iij.tua nos. ¶ Tertiò,* vtrum
qui bellis interfuerint,poſsint fieri clerici?Et dicit Rayn.
ꝙ ſi qs interſit bello licito,nec interficit,mutilat,aut prę
ſtat cauſam mortis:ſi aliter ſit idoneus, promoueri poteſt
diſpenſatione nõ indigens: Si verò interſit bello illicito,
& ibi homines ſunt occiſi,etiã ſi nõ per illũ, imputabitur
illi propter culpã præcedentẽ: & ita nõ poterit promoue
ri.xv.q.j.c.vlt.extrà, de cleri.pcu.præſentiũ. & de homic.
cõtinebatur.& cõcordat Godo.& Hoſt. Et addit Rayn.ꝙ
credit,cũ talibus epiſcopũ poſſe diſpenſare:dũmodo nec
mors, nec mutilatio fuerit ſubſecuta , ſcilicet p̃ illos pro-
mouendos.ar.de cleri.pugnã.in duel.c.j. & ij. ¶ Quartò,
vtrũ teneatur reſtituere clericus, qui iuit cũ ſuo domino
habẽte iuſtũ bellum , & inde aliqd aſſecutus eſt de bonis
hoſtiũ.Et dicit Veruec.ꝙ ſi datũ fuit illi ab his, quibus li-
cuit rapere,poteſt illud retinere: ſi verò ipſe rapuit,teneť
ad reſtitutionẽ dãnificato quidẽ ſi ſit : alioquin pauperi-
bus:qa ſicut bellandi,ita rapiendi nõ potuit ei ſuus domi
nus autoritatẽ dare: poſſet tamẽ illud retinere de cõſen-
ſu domini,qui iuſtè pugnauit,ſi cõſenſerit,dũ guerra du-
rat:quia perinde eſt, ac ſi dominus rem illã dediſſet ei. &
5 idẽ dicit Monal. ¶* Quintò,vtrũ eccleſia poſsit incaſtel-
lari ad aliquẽ defendẽdũ ? Et dicit Archi.in c.ſanctorũ pa
trum.x.q.j. ꝙ nõ eſt aliqua eccleſia incaſtellãda ad aliquẽ
offendendum.& ſic intelligiť prædictũ c. cũ ſimilibus. ad
defenſionẽ verò bonorũ, & eorũ, qui in caſu licito ad eã
cõfugiũt,incaſtellari poteſt.ar.de immu.eccl. cũ eccleſia.
& in hoc cõcord.Inno.& Hoſt.ſed Hugo intelligit,ꝙ in-
caſtellari nõ debet etiã à clericis: etiã ſi laici velint ĩſultũ
facere cõtra eã, vel ꝓpter obligatiões, vel propter alios,
vt ipſis laicis reſiſtať: niſi interueniat autoritas Papæ:ſed
forte quod premittitur,verius eſt. Archi. Et cũ prima opi
niõe cõiter trãſeũt ibi Doc.vt dicit Pan. ¶ Sextò,vtrũ hi,
qui in bello iuſto eccleſias incẽdũt, vel euertũt, teneãtur
ad emendã.& Vltr.& Veruec.dicũt,ꝙ tenentur, cõcurrẽ-
tibus duobus.Primò.ꝙ non ſint incaſtellatæ. Secundò,ꝙ

à propoſito hoc faciāt:nō autē tenentur, ſi ſunt incaſtella-
tæ ab his, qui habent iniuſtū bellum, etiā ſi hoc faciant à
propoſito: nec ſi nō ſunt incaſtellatæ, quādo hoc nō fit à
propoſito, ſed à caſu, ſcilicet dum iuſtè bellantes præſtant
operā rei licitæ incendēdo machinas hoſtiū, & huiuſmo-
di: ſicut ſecundū Sum. Confeſ. quādo incendunt villā, aut
caſtrū, qđ aliter cōmodè capere nō poſſunt. Et intellige à
caſu, id eſt, præter voluntatē, licet nō præter ſcientiā: ſicut
quādo Dux ſcit eccleſiam comburendā, cum reliquis ædi
6 ficijs: tamē ſi poſſet, vellet eā non comburi. ¶ Septimò,*
quid de rebus, quę rapiūtur de eccleſia, aut quæ ſunt bo-
na eccleſiarū, vel clericorū exiſtentiū in terra illius, con-
tra quē bellum gerit? Et dicit Veruec. ꝙ raptores horum
reſtituere tenētur, niſi primò de autoritate prælati eccle-
ſiaſtici hoc fieret: vel ſecūdò, niſi eſſent victualia, & huiuſ
modi: itellige, ſi cū hoc nō ſunt bona eccleſiæ, vel clerico
rū, vt colligitur ex Sū. Cōfeſ. Et ſic collige, ꝙ de eccleſia
rapere non pñt iuſtè bellātes, niſi victualia hoſtiū, & hu-
iuſmodi: puta, eorum arma, & alia ſua, quibus iuuabantur
cōtra hoſtes. ¶ Octauò, quid de cōfugiētibus ad eccleſiā
dū hoſtes irrūpūt? Et dicit Veruec. ꝙ ſi tales incaſtellaue-
rūt eccleſiā, aut inde impugnauerūt iuſtos hoſtes, gaude-
re nō debēt immunitate eccleſiæ, quā ipſi primò violaue
runt inde pugnādo: ſimiliter ſibi victualia reponāt, quib⁹
ſuſtentētur in hoſtiū impugnatione, nō peccāt rapiendo
iuſtè pugnantes: nec reſtituere tenentur. Et idem Vldr.

DE BENEDICTIONE, ET REBVS
eccleſiaſticis benedicendis.

1 *Benedictio duplex eſt, nempe rerum, ac perſonarū. Rurſus per-
ſonarum duplex quoque eſt. Et item rerum quoque benedictio
bipartita eſt. Et unaquæque abs quo fieri poſsit, & debeat.*
2 *Epiſcopo quæ conueniunt, an poſsint de iure, aut conſuetudine
ſimplici conuenire ſacerdoti. Et epiſcopo quippiam conuenire,
quot modis poſsit. Et num ab inferioribus aduerſus ipſum Epi-
ſcopum, in his præſcribi queat.*
3 *Benedictio calicis, corporaliū, ueſtimentorū, & huiuſmodi, ordi-
niſne ſint an iuriſdictionis, an uerò dignitatis. Et quādo ab Epi
ſcopis benedictiones huiuſmodi fieri poſsint.*
4 *Benedictio calicis, ornamentorū, & huiuſmodi ad miſſas cele-
brandas, num à ſacerdote fieri queat. Et quid Sixtus quartus
conceſſerit ſacerdotibus ordinis minorum, & prædicatorum.*
5 *Abbates, quænā ex his, quæ ſuperius dicta ſunt, benedicere poſ-
ſint. Et eorū, quæ ad altaris ſacrificiū pertinent, quænam bene
dicenda ſint. & quibus benedictio neceſſaria non ſit.*
6 *Rurſus benedici ex his, quæ ſuprà dicta, q̄nā debeāt, & quādo.*
7 *Ad uſus humanos num aliqua ex his, quæ ſuprà dicta ſunt, con
uerti poſsint. Et quid de his, quæ iam uſu, & uetuſtate attrita
ſunt. Itē quid de hoſpitali, aut monaſterio epiſcopi autoritate
extructo, an ſi nondum conſecratum ſit, ad ſeculare habitaculū
conuerti queat.*
8 *Corporalia an poſsint per laicos ablui, & an per moniales. &
uaſa ſacra, palla, & corporalia huiuſmodi contingere queāt.
Et an ueſtibus ſacris mortui indui poſsint. Et quid de epiſcopis,
& ſacerdotibus.*
9 *Benedicere aliquid præter ſupradictos, nū alij poſsint. Et qui,
ac quando. Et quid de muliere. De benedictione autem nuptia-
rum, remiſsiuè.*

1 BENEDICTIO.* miniſtrorū eccleſiæ eſt duplex. pri-
ma rerū, puta aquæ, de qua ſuprà, Aqua benedicta. &
veſtiū, ac vaſorū. Et ſecūda pſonarū, quæ dicitur benedi-
ctio ſuper populū: & duplex eſt. Prima, ſcilicet ſolennis,
quæ cū illa fit ſolēnitate, Adiutoriū &c. & hāc facere poſ-
ſunt epiſcopi, ſolùm in tota ſua diœceſi: & archiepiſcopi
in tota prouincia, cùm viſitāt. Et legati in terminis ſuæ le
gationis: & abbates, quibus ex priuilegio cōceſſum eſt, vt
notatur xxvj. q. vj. miniſtrare. de cōſec. diſt. j. cùm ad cele-
brandas. de exceſ. prælat. accedētibus. de priuile. Abbates.
lib. vj. Secūda eſt ſimplex, & hæc fit à ſacerdotib⁹ in miſſa
abſente epiſcopo, aut de mādato eius interpretatiuo, cū
præſens eſt. xxj. diſt. deniq;. xcv. diſt. ecce ego. Et hoc dixit
Ray. & gl. eius, vt in Sum. Cōfeſ. lib. iij. titu. xxvij. q. x. vbi
etiā dicit, ꝙ presbyter celebrās præſente epiſcopo, innue
re debet ei an velit benedicere: & ſi velit, ipſe nō benedi-
cat. ſi verò nolit, benedicat ipſe ſimplici benedictiōe, nul-
la alia expreſſe licētia petita: qa ex quo permittit celebra
re miſſam, intelligitur ſpectātia ad illud permittere: arg.
de offic. deleg. præterea. Huiuſmodi autē eſt benedictio.
de cōſe. diſt. j. miſſas. Benedictio etiā aliarū rerum eſt du-
plex, vt patet per notata in d. c. Abbates. quædā ſcilicet cū
ſacra vnctione, vt benedictio altaris: quædā autē eſt v̄ba-
2 lis ſolùm, vt benedictio veſtium. ¶ Primò* verò quæritur
pro notitia dicendorū, vtrū ea, quæ cōueniunt epiſcopo,
cōuenire poſsint de iure, vel cōſuetudine ſimplici ſacer-
doti? Et dico, ꝙ tripliciter aliqua epo cōueniunt. Primò,
ſcilicet ratione ordinis: & hæc ſecūdùm gl. in c. trāſmiſſa.
de elect. & tex. in c. quāuis. lxviij. diſt. ſunt velut clericos
ordinare, vel deponere, cōficere chriſma, cōſecrare virgi
nes, eccleſias, vel altaria, baptizatorū frōtes chriſmare, be
nedicere, & huiuſmodi: de quib⁹ dicit Pan. in c. trāſmiſſa.
quòd in electū confirmatum nō tranſeunt, niſi poſt con-
ſecrationē, id eſt, poſtquā habuerit ordinē epiſcopalem,
q in ipa cōſecratione cōfertur. Et ſecundò, ratione iuriſ-
dictionis. & de his gl. c. tranſmiſſa. exēplificat: ſicut eſt iu-
dicare, excōmunicare, corrigere, iuramēta recipere à va-
ſallis, cōfirmare, inueſtire, cōferre beneficia, & ſimilia. Et
tertiò ratione dignitatis epiſcopalis: vt cognoſcere de cā
matrimoniali, publicas pœnitentias imponere, vel dare
indulgētias, & huiuſmodi. de quibus Pan. in c. accedenti-
bus. de exceſ. præl. Igitur, quę cōueniunt ei primo modo,
per inferiorē acquiri nō poſſunt p cōſuetudinē quātum-
cunq; vetuſtā, vt patet ex c. quādo. de cōſue. vbi etiā oēs
Doct. cōcordant. ſed quæ conueniunt ei ſecūdo modo, p
inferiorē clericum præſcribi poſſunt: vt patet per c. audi-
ordines, & ſecundũ aliquos etiam quãtum ad maiores, in
his qui volũt Deo in regione ſeruire, ꝓpter vitãdũ religio
ſorum diſcurſum. hæc ex illo: qui loquitur de omnibus bi
gamis, excepto eo, q cõtrahit poſt votũ ſolẽne: qa de oĩ-
bus alijs fecerat mẽtionẽ. & in omnib⁹ eſt æqualis difficul
tas diſpẽſationis, ſiue ſint verè ſiue ĩterpretatiuè bigami.
Sum. tamẽ Ang. tenet, ꝙ in bigamo verè ſolus papa diſpẽ
ſat. xxxiiij. diſt. lector. in gl. epiſcopus autẽ diſpenſare non
põt, etiã in minoribus. & alleg. no. in c. vnico. de bigamis.
li. vj. vbi Fran. hoc dicit: & ſequitur Io. And. fundantes ſe
ſuper illo c. vnico. ex quo hoc tamẽ haberi nõ poteſt: qa
licet illud c. ꝓhibeat clerico bigamo ferre tonſurã: tñ hoc
intelligitur, niſi talẽ habeat cauſam, vt cum eo diſpẽſetur.
opinio autẽ S. Tho. probatur in d. c. lector. ſaltẽ quantum
ad permanere in ordine ſuſcepto: quia illud c. dicendo, ꝙ
poterit permanere in lectoratu, & ſi fuerit neceſſe, ꝓmo-
ueatur ad ſubdiaconatũ, qui ſcilicet olim nõ erat ordo ſa
cer, vt dicit glo. de bigamis. ſuper eod. innuit, quod dictũ
eſt. Quantum verò ad bigamum ſimilitudinariè, id eſt, eũ
qui contrahit poſt votum ſolenne, dicit Pan. in c. de diaco
no. & c. ſeq. qui cler. vel vo. ꝙ ſi clericus cõtraxit ĩ ſacris cũ
corrupta, ſolus papa diſpenſat: vt in dic. c. nuper. Similiter
etiã ſi de iure contraxit cũ vna, puta antequam eſſet in ſa-
cris: & de facto cũ alia, ſcilicet poſt ordinationẽ, & vtrãq;
cognouit: ſolus papa diſpenſabit: vt d. c. nuper. Et ſimiliter
in non clericis, qui iſto modo ſunt bigami, non diſtinguẽ
do vtrũ ſciuerint, aut ignorauerint impedimẽtũ: quia te-
xtus ad amicũ cum opere ſequuto attẽdit: quia ſic in ipſis
eſt defectus ſacramẽti, ſicut in vere bigamis. ſecũdũ glo. in
d. c. j. & in d. c. nuper. de bigamis. ſecundùm Gem. in c. vni-
co. de bigam. lib. vj. Si verò exiſtẽs in ſacris cõtraxerit non
cum corrupta, ſed virgine, nec aliã vxorẽ habuerit antè in
habitu laicali, vel in minoribus: poterit epiſcopus diſpẽſa
re, vt miniſtret. & eſt tex. in c. diuerſis. de cle. coniug. & in
c. j. qui cle. vel vo. cum glo. & etiam vt promoueatur ad vl
teriora. c. ſanè. de cleri. cõiug. Ad c. autẽ nuper. quod vide
tur cõtra, dicit illud intelligi de eo, qui ante ſacros ordi-
nes aliam habuit, & pòſt in ſacris aliam accepit. Ad c. verò
ſecũdũ, qui cle. vel vo. dicit, ꝙ loquitur in eo, quem verè
non pœnitet, vel eſt ſuſpicio de recidiuo: quia tunc niſi re
ligionẽ ingrediatur, epiſcopus nõ poteſt, & ſimiliter, quã-
8 do imminet ſcãdalum: vt not. in d. c. ¶ Octauò* quæritur,
vtrum bigamus vere ſit priuatus priuilegio clericali? Et di
cit tex. in c. cùm altercationis. lib. vj. ꝙ bigami nudati ſunt
omni priuilegio clericali, & addicti foro ſeculari, nõ ob-
ſtãte cõſuetudine: & eis ſub pœna excommunicationis in
hibitũ eſt deferre tõſurã, vel habitum clericalẽ. Sed gl. ibi
dicit hoc ĩtelligẽdũ de his, qui facti ſunt bigami in mino-
ribus: qui aũt ſunt in ſacris, bene gaudẽt, ſecundùm Gem.
ibi. & diuerſitatis ratio eſt, ſecundũ eum, quia exiſtẽs ĩ mi-
noribus taliter contrahendo poteſt, & debet viuere, vt lai
cus: qui verò eſt in ſacris, redire nõ poteſt ad ſeculũ: vt no.
de appel. c. tuæ. in gloſ. fi. ſecundũ Ioã. de Fanto. Vnde li-
cet ſit priuatus habilitate ordinũ, non tamẽ priuilegio cle
ricali. Similiter religioſus approbatæ religiõis gaudet: ita
ꝙ talẽ percutiẽs eſſet excõicatus: quia tex. in d. c. vnico. re
ſtringitur, vt loquatur de exiſtentibus in minorib⁹, nõ de
monachis, vel exiſtẽtibus in ſacris. Nec obſtat c. quiſquis.
diſt.

diſt. lxxxiiij. vbi dicitur, bigamũ eſſe nudatũ omni priui-
legio, & laicũ ſolum habere cõmunionẽ. Et conſequẽter
videtur, ꝙ non poſsit eſſe monachus. Quia reſpõdet Io.
And. in regula, delictũ. in mercu. ꝙ erit laicus profeſſus:
quod eſſe poteſt. c. ex eo. de elec. lib. vj. Et idẽ per omnia 1
dicedũ eſt de bigamo interpretatiuè, ſicut de vero; ſecũ
dùm Gemi. & gl. ibi, & Gul. & Guarro. Io. Mo. & Ioã. Cal.
licet Bona gratia, aliàs Boatinus, teneat cõtrariũ, q dixit
in c. j. de biga. ꝙ ſacerdos, qui cõtraxit cũ vidua, vel duo
matrimonia ſucceſsiuè, & poſtea cõmiſit homicidiũ, po-
terit puniri per iudicẽ ſecularẽ: per d. c. vnicũ. Sed primũ
eſt cõmunius, & verius, nõ obſtãte eo, quod dicetur de ca
ſu vero ad fictũ: quia in iſto interpretatiuo idẽ eſt, quo ad
omnẽ modũ, ſicut in vero: quia ſic eſt in eo defectus ſacra
mẽti, ſicut in vero bigamo: vt no. gl. in c. j. de biga. & patet
in c. debitũ. eo. tit. vbi dicitur, ꝙ diuiſit carnẽ ſuam. & fa-
cit etiã c. quiſquis. lxxxiiij. diſt. De bigamo verò ſimilitu-
dinariè vtrũ ſit ſimiliter priuatus clericali priuilegio. Di
cit Gemin. vbi ſuprà, ꝙ non, niſi quo ad executionẽ ordi-
9 num. Et* ex hoc ipſe infert, ꝙ cõſtitutio pœnalis nõ exten
ditur de caſu vero ad fictum, qũ caſus fictus non fingitur 2
idem eſſe quo ad omnẽ effectũ, quem habet caſus verus;
ſicut eſt in propoſito: vt patet in c. nuper. de biga. Intelli-
ge ergo textũ d. c. vnici, de bigamo vero, & interpretati-
uo, q nõ eſt in ſacris, vel religioſus, qui eſt nudatus omni
priuilegio, & adſtrictus foro ſeculari: & ei ſub excõmuni
cationis pœna præcipitur, vt nõ deferat tõſurã, vel habitũ
clericalem: vt in d. c. vnico. & ſi portat, mortaliter peccat.

DE BISSEXTO.

1 *Biſſextus cur ita appelletur. Et an ſuſpenſus per annum, poſſit in ultima die anni biſſextilis celebrare.*

1 BISSEXTVS* dicitur, quia bis, id eſt, per duos dies ſta-
mus ſuper ſexto Calend. Martij. Et no. ꝙ vigilia ſancti
Mathiæ, debet ſemper ieiunari die immediatè præceden
te feſtũ, niſi illud die lunæ euenerit, ſicut de alijs infrà di-
cetur in verbo, Ieiuniũ: etiam quando in anno biſſextili 3
feſtum eius ſecundũ cõſuetudinẽ Romanæ curiæ in die
ſecunda celebratur. de ver. ſigni. quæſiuit. quia vigilia eſt
propter feſtũ, nõ ecõtra: vnde mutato feſto mutatur vigi
lia. vide not. in d. c. quæſiuit. de verbo. ſigni. Vtrũ autem
ſuſpenſus per annum celebrare poſsit in vltima die anni
biſſextilis? Dic ꝙ ſic, ſecũdùm glo. in d. c. quæſiuit. ſicut li
bertas promiſſa ſeruienti per annum, acquiritur, ſi ſeruit
CCCLXV. diebus. ff. de ſtatu libe. l. cũ hæres. §. Stichus.

DE BLASPHEMIA.

1 *Blaſphemiæ iuxta Ambroſium diſtinctio, & quid blaſphemiæ nomen iuxta Tho. importet.*

2 *Blaſphemia, aut iuxta Theologos, & propriè quandoq; ſumitur, aut iuridicè, aut denique uulgariter.*

3 *Blaſphemiæ ſpecies quot ſint, & quot modis dicatur.*

4 *Blaſphemia, num mortale peccatum ſit. Et quid ſi ex repẽtina ſubreptione ſine deliberatione fiat.*

5 *Blaſphemia num ſit peccatum remiſſibile. Et ibidẽ, quòd quædam remiſſibilia dicatur, & quædam irremiſſibilia. Et qualiter hæc ſint intelligenda.*

6 *Blaſphemiæ peccatum, num remiſſibile ſit per propriũ ſacerdotis abſolutionem.*

7 *Blaſphemare publicè, quando quis dicatur. Et num à blaſphemia publica ſacerdos ſimplex abſoluere queat.*

8 *Blaſphemantis publicè, quænam pœna ſit.*

9 *Diſpenſatio, num aliqua in pœnis blaſphemãtibus publicè inſligendis, contra capit. ſtatuimus. de maled. diſpoſitionẽ adhiberi poſſit. Et quid ſi blaſphematum eſt ebrietatis occaſione, uel iracundiæ calore.*

10 *Pœna d. c. ſtatuimus. num in omnibus blaſphemandi modis, de quibus tractatum eſt, locum habeat. Et quid ſi blaſphemanti pœna irrogetur pecuniaria, cui cedat.*

BLASPHEMIA*, ſecundũ mentẽ Ambroſij, diffinitur
vt ſit affirmatio falſitatis, vel negatio veritatis, circa
Deũ: & blaſphemare, ſit attribuere Deo falſum, ſiue quod
illi nõ cõuenit: vel negare de illo verũ, ſiue qd illi conue-
nit. cuius ratio eſt, quia ſecũdũ Sã. Tho. ij. ij. q. xiij. nomen
blaſphemiæ importat derogationẽ excellentis bonitatis
præcipuè diuinæ: quicũque autẽ negat de Deo aliquid ei
cõueniẽs, vel aſſerit de eo, quod ei nõ cõuenit, diuinæ de
rogat bonitati: quia cũ Deus, ſecũdũ Diony. ſit ipſa eſſen
tia bonitatis: quicquid Deo cõuenit, pertinet ad eius bõ-
nitatẽ: & quicquid ad ipſum non pertinet, lõge eſt à ra-
tione ꝑfectæ bonitatis: vnde omnis talis blaſphemat, vel
ſecundùm ſolã opinionẽ intellectus, vel etiam coniuncta
quadã affectus deteſtatione: quorum vtrũq; ſi conſiſtat in
corde, dicitur blaſphemia cordis: ſi verò exterius ꝓdeat
per locutionẽ, eſt blaſphemia oris, quę opponit fidei cõ-
2 feſsioni.* Sed tamen aduerte, ꝙ blaſphemia ſumit primò
Theologicè, & propriè: & ſic eſt id, quod dictũ eſt. Sumi
tur etiã iuridicè: & ſic includit blaſphemiã ꝓpriè, & etiã
maledictionẽ factam Deo, vel ſanctis: vt patet X. de male.
ex rubrica, & capitulis: quia rubrica eſt de maledicis, & tñ
capitula loquũtur de blaſphemis: vt patet in c. ſtatuimus.
vbi maledicus appellatur blaſphemus. Pro quo etiã facit:
quia ibi dicitur maledicus, nõ ſolùm imprecator mali, ſed
etiã mali enunciator, vt detractor, ſicut per gl. ibi patet in
c. j. & ſic ibi ſumitur maledicus pro quocũq; maledicẽte:
& cõſequẽter etiã ibi ſumitur blaſphemus pro quocunq;
dicẽte aliqua malà de Deo, vel ſctis enũciatiuè, vt blaſphe
mus propriè, & imꝑcatiuè, vel etiã deteſtatiuè, ſiue deſpe
ctiuè, vt maledicus. Sumit etiã vulgariter blaſphemia, &
ſic cõuertit cũ iuridica: vt intelligam⁹ iura alluſiſſe locu
3 tioni vulgari: vel vulgarẽ ex iuridica deſcendiſſe. ¶* Pri-
mò verò queritur, quot ſunt ſpecies blaſphemię? Et dico,
vt recitat S. Tho. ꝙ ſecũdũ aliquos ſunt tres, ſcilicet attri-
buere Deo incõueniẽs, remouere ab eo cõueniens, & at-
tribuere creaturæ, quod eſt propriũ Deo: ſed Sã. Tho. vbi
s. ar. j. ad tertiũ, dicit, ꝙ ſecundũ illa tria non poſſunt pro-
priè diſtingui diuerſę ſpecies peccati blaſphemię: qa duo
prima nõ differũt: niſi ſecũdũ affirmationẽ, & negationẽ:
quæ diuerſitas ſpeciẽ habitus nõ diſtinguit: quia ꝑ eandẽ
ſciẽtiã innoteſcit falſitas affirmationũ, & negationũ, & ꝑ
eandẽ ignorãtiã vtroq; modo erratur, cũ negatio ꝑ affir-
mationẽ probet, primo Poſteriorũ. Tertiò verò, ſcilicet
attribuere creaturæ, quod eſt Dei, ꝑtinet ad primũ: quia
quicqd eſt Deo propriũ, eſt ipſe Deus: & cõſequẽter attri
buere quod eſt Deo propriũ creaturæ, eſt ipſum Deũ di-
cere idẽ creaturæ. Summa aũt Ange. attribuit Sã. Tho. ꝙ
tria prædicta ſint tres ſpecies: ſed fallitur. Igitur ſecundũ
mentẽ S. Tho. ſpecies blaſphemiæ ſunt duæ. ſ. blaſphemia
Dei, inquãtũ Deus: & blaſphemia Dei, inquãtum Spiritus
ſanctus. ¶ Secundò quæritur, quot modis ſit blaſphemia
Dei, inquãtũ Deus? Et dico, ꝙ in genere fit duob⁹ modis,
ſcilicet corde, & ore: ſed vterq; illorũ modorũ diuiditur
in ſex modos. Primò, ſi affirmatur de Deo falſum, vt eſt
Deus improuidus, iniuſtus, & huiuſmodi. Secũdò, ſi nega
tur verũ: vt, nõ eſt Deus iuſtus, nõ eſt prouidus: nõ põt fa
cere hoc, vel illud, quod tñ eſt poſsibile: & idem ſi dicatur
ad deſpectũ, cũ ſit dicere, ꝙ Deus eũ ꝓhibere nõ põt. Ter
tiò, ſi appetitus deteſtetur diuina: vt malediƈtus ſit Deus:

veniat Deo hoc,vel illud. & huiuſmodi : quaſi Deus eſſet creatura ſubijcibilis hmõi imprecationibus: quia hoc eſt blaſphemia vulgaris.ſ.imprecatio: licet ſit ꝓpriè maledictio:& etiã eſt blaſphemia iuridicè:includit etiã hoc blaſphemiã Theologicè, pro quãto virtualiter attribuitur Deo incõueniens:puta,ꝙ ſit talibus ſubijcibilis. Quartò, affirmãdo,vel negãdo, vel deteſtãdo pdicto modo in Sãctis Dei:in quibus ipſe & cõtẽnitur, & honoratur. Quintò, ſi Deo,vel ſanctis eius attribuatur qdẽ aliquid verum, ſed tamẽ inhoneſtũ cũ irreuerẽtia magna, ſicut faciũt ribaldi iurãtes per culũ Dei,aut ſexũ fœmineũ Sanctarum. Sextò,qñ attribuitur Deo,vel Sanctis aliquod verũ, & honeſtũ,ſed tamẽ irreuerẽter : vt iurãdo per corpus, & ſanguinẽ,& caput Dei, & huiuſmodi,ex cõſuetudine,vel paſſione:ſed duo vltimi modi ſunt reductiui, & nõ ſunt bla-
4 ſphemię propriè,ſed ſolũ ſecũdũ modũ. ¶ Tertiò* querit̃, vtrũ blaſphemia ſit peccatũ mortale? Et dico ꝙ ſic, ſecundùm S.Tho.vbi ſuprà,ex genere ſuo: quia repugnat diuinæ charitati,cũ deroget diuinæ bonitati:vnde ꝓ ea inſligitur pœna mortis. Leuitici xiiij. Vnde quãtũ ad primos quatuor modos nõ eſt dubiũ de mortali, etiã ſi fiat ex repentino motu paſsionis: niſi excuſet ſubreptio tãta,vt homo nõ aduertat id, quod cogitat,aut loquit̃ eſſe blaſphemiã: qa tũc eſt veniale,vel nullũ. Quantũ etiã ad quintũ, cõis doctrina Sãctorũ eſt, ꝙ ſit mortale ex ſuo genere,cũ ex ſe habeat irreuerentiã magnã. Quãtũ verò ad ſextũ, dico ꝙ de ſe nõ eſt mortale:qa talia iuramẽta poſſunt aliqñ licitè fieri: vt dicetur infrà,Iurare. ſcilicet quando eſſent cũ iuſtitia, veritate,& iudicio: aliquãdo verò ſunt venialia,vt quãdo interuenit irreuerẽtia parua:aliquãdo mortalia, vt quãdo ſunt cũ irreuerentia , & deſpectu magno: qđ arbitrio boni viri pẽſabitur:& ſimiliter eſſent mortalia,& eſſent veræ blaſphemię,qñ in huiuſmodi haberetur ſenſus erroneus:puta,ꝙ Deus ex ſua natura corpus,aut caput, vel capillos haberet. ¶ Quartò, vtrũ blaſphemia ex repẽtina ſurreptione poſsit eſſe mortale ? Et dicit S.Th. vbi ſuprà,ꝙ dupliciter blaſphemia ex ſurreptiõe ſine deliberatione procedit. Primò ſic, ꝙ quis nõ aduertit hoc, quod dicit eſſe blaſphemiã: vt cũ quis ſubitò ex paſsione in verba cõtumelioſa prorũperet,quorũ ſignificationem non cõſiderat:& tũc eſt veniale. Secundò,quãdo aduertit hoc eſſe blaſphemiã,conſiderans ſignificationẽ verborũ: & tũc nõ excuſatur à mortali: ſicut nec occidẽs ex ira hominem ſubito.hæc ex illo.Sed tñ aduerte,ꝙ ex duplici cã eſt, ꝙ homo nõ cõſiderat blaſphemiam eſſe blaſphemiã, primò ſcilicet ex ſubita paſsione:& ſic ipſe loquitur, & ſecundò ex conſuetudine,concomitante quodam propriæ ſalutis contemptu, vel lata negligentia, qua nõ curat homo cauere peccata:& hoc dubito mortale,ſaltem pręſumptiuè,& in iudicio cauſarũ,quantũ ad blaſphemiã ꝓpriè dictã:quia lata culpa æquiparatur dolo.ff.depoſiti.l.quod Nerua.& in c.vt animarũ.de cõſti.li.vj.imò Supple. dicit eſſe mortale, ſi quis ignoret quidẽ ſua verba importare blaſphemiã: ſed tñ recto animo nõ mouetur : quia ignorãs ignorabitur.j. Corint.xiiij.Sed hoc puto eſſe cõtra S. Tho.vbi vult,ꝙ paſsio cũ ignorãtia excuſet:quia blaſphe-
5 mans cũ paſsione mouetur malo animo. ¶ Quintò,* vtrũ peccatum blaſphemiæ ſit remiſsibile ? Et dico ſecundùm ſanctos, & ſcripturas , omne peccatũ eſſe remiſsibile per pœnitentiã,& miſericordiã Dei. Quædã tamen dicuntur remiſsibilia,quia ex ſe habent circũſtantias alleuiãtes, & ad remiſsionẽ prouocãtes : vt quæ fiunt ex ignorãtia,vel fragilitate. Quædã verò dicũtur irremiſsibilia,vel qa nõ habẽt tales circũſtantias,vt quæ fiunt ex malitia : vel quia excludũt pœnitentiã, vt finalis impœnitẽtia, quę remitti nõ poteſt:licet remitti poſsit intentio finaliter nõ pœnitendi.Igitur blaſphemia dicit̃ remiſsibilis,ſi fiat ex vehemẽti paſsione, vel deceptione, vel infirmitate, & huiuſmodi: & ſic intellige illud Matth.xij. Omne peccatum & blaſphemia remittitur.ſ.ſi fiat iſto modo. dicit̃ verò irremiſsibilis,ſi fiat cũ certa malitia: nõ, qa remitti nõ poſsit, ſed quia nõ habet cauſam motiuã ad remiſsionem. Et ſic intellige illud Matth.xij. Spiritus aũt blaſphemiæ nõ re-
6 mittitur.ſ.de facili. ¶ Sextò,* vtrũ pctm̃ blaſphemiæ ſit remiſsibile per abſolutionẽ proprij ſacerdotis : ſiue vtrum ipſe ab illo poſsit abſoluere ? Et dicit Pan.in c. ſtatuimus. de male.ꝙ non,ſi blaſphemia ſit publica:ſed abſoluit eps. Et facit glo.in c.ij.de pœ.& remiſ.lib.vj.Secus ſi occulta:
7 quia tunc nõ pertinet ad epiſcopũ,ſecundùm Hoſt.* Et ſi quæratur quãdo ſit publica, idẽ Pan. ibi ſic dicit: Dicitur aũt quis publicè blaſphemare,vt ſit locus diſpoſitioni dicti c. ſecũdũ Hoſt. qñ blaſphemia eſt notoria de iure, vel de facto,de quo infrà,Notoriũ.facit c.fin.de cohab.cleri. & mulie. Itẽ dicitur publica,quãdo corã pluribus perſonis blaſphemauit,hoc referentibus poſtea epo: & ſic licet non trãſierit in notoriũ, ſatis eſt,ꝙ probari poſsit. arg.in l.palã.ff.de verbo.ſigni.Sumitur ergo hic publicũ vt ſpecies diſtincta à notorio. hæc ille. Sed Sũ. Ang. limitat, vt reſeruetur epiſcopo,qñ eſt publica nõ ſimpliciter: ſed qñ propter publicitatẽ defertur ad epiſcopũ : vnde ſecundũ Gof.& Hoſt.inquit,quę dicũtur in d.c.ſtatuimus,de pœna temporali, vel pecuniaria , intelligũtur ſedẽte iudice pro tribunali: in iudicio autẽ animæ presbyter diſcretus mõlliẽdo rigorẽ, diſpẽſare poterit ex cã circa pœnã ſpiritualẽ.hęc Hoſt.& d.Sum.ratiõabiliter, ita ꝙ licet blaſphemia ſit publica, tamẽ ſimplex ſacerdos abſoluit, niſi iuridicè ſit per accuſationẽ ad epiſcopũ delata: & ſi poſt abſolutionẽ à ſacerdote fiat accuſatio coram epiſcopo : aget eps ad pœnã d.c.iudicialiter,ſed nõ abſoluet denuo. Summa verò Roſ.male refert iſtã limitationẽ, & male reprobat, dicens, ꝙ nullo iure probatur : quia probatur interpretatiõe Gof.& Hoſt. Ion. & Pan.vt patet ex dictis bene
8 inſpectis:& de hoc j. §. ſeq. ¶ Septimò* quæritur, quæ ſit pœna publicè blaſphemãtis ? Et dico,ꝙ d.c.ſtatuimus.qđ ſcilicet loquitur de blaſphemia Theologicè, & iuridicè, etiã ſi nõ ſit hoc notoriũ,modò probari poſsit,talẽ imponit,vt ſcilicet ſeptẽ dominicis ſtet præ foribus eccleſię dũ agũtur miſſarũ ſolẽnia,& vltimo die ſine pallio,& calceamentis,& ligatus corrigia in collo:& in ſeptẽ ſextis ferijs præfatarũ dominicarũ ieiunet in pane,& aqua,& nõ itret eccleſiã:& in quolibet præfatorũ dierũ,tres,ſi poterit,vel duos,vel ſaltẽ vnũ pauperẽ reficiat:& ſi nõ põt,in aliã pœnam cõmutetur.quã pœnitẽtiã ſi facere noluerit,interdicatur ei ingreſſus eccleſiæ, & in obitu careat eccleſiaſtica ſepultura.Et ſi eſt diues, per tẽporalẽ poteſtatẽ coactiõe, ſi neceſſe fuerit, epiſcopo cogetur ſoluere ſolidos xl.vel xxx.vel xx. vel ſaltẽ quinq; monetæ vſualis.Et ſecundùm Vinc.etiã ſi in extremis velit pœnitere,carebit ſepultura, ſi p epiſcopũ ſentẽtia lata fuerat cõtra eũ .Et idẽ Ant.de Bu. Et ibi mãdat Papa hoc ſtatutũ poni iter alia ſtatuta cõmunitatũ.Hoc tñ capitulũ nõ habet locũ in clerico,ſecũm Pan.ibi,& cõiter Doc.qa clericus nõ agit publicã pœnitẽtiam.l.diſt. ex pœnitẽtibus. Et ſimiliter non habebit locum,ſi dixit ex calore iracũdiæ,vel ebrietate p verbũ,pręſumpſerit,in d.c.poſitũ.ſed de hoc j. §.ix.Et ſimiliter,ſecũdũ Gof. nõ habet locũ in iudicio animæ, ſed diſcretus confeſſor

confeſſor mollietr hunc rigorem.Et hoc tene:licet Suppl. dicat,ꝙ imò habebit ibi locũ,quia pœnitẽtię omnes ſunt arbitrariæ.Ex his autẽ Pan.infert, ꝙ obligatus ad pœnam pecuniariam pro maleficio,ſi non eſt ſoluẽdo,id eſt,ſi ſoluere nõ põt,debet luere in corpus:& ſic finẽ litibus dare. Secus ſi eſt obligatus ex cõtractu,vel quaſi:quia expectat̃
9 fortuna pinguior. ¶ Octauò* queritur, vtrũ contra diſpoſitionem dicti capituli debeat in dictis pœnis adhiberi aliqua diſpẽſatio? Et dicit Pan.ꝙ non,innixus in verbo, nullam miſericordiam habiturus. Sed Ho.dicit,ꝙ ex magna cauſa poſſet adhiberi miſericordia,ſi perſona eſt honorabilis,quã nõ deceat ſic publicè pœnitere:quia vult hãc pœnam eleemoſynis redimere.pro quo facit c.j.de voto.& c. mulieres.de ſen.excom.& c.medicina.de pœni.diſt in.j.& hoc Pa.dicit equũ. ¶ Nonò, vtrũ mulctetur pœna d.c.qui ebrietatis,vel iracundię calore blaſphemat? Et dicit Gofr. ꝙ nõ,ꝓpter verbũ,pręſumpſerit,poſitũ in d.c. ſtatuimus. quod dictũ Pa.dicit ſibi placere in ebrio:arg.l.omne delictum. §.qui ſe vulnerauit.ff.de re mili.Sed in accenſo calore iracũdiæ fortè nõ procederet,niſi calor eſſet ex iuſta cauſa ꝓuocatꝰ.ar.l.ſi adulteriũ. §.Imperatores.ff.de adu. Secus qñ ex cauſa iniuſta:puta,quia in ludo amiſit.ar.c.in ebriauerunt.xv.q.j.& idẽ tenet Ho.vt dicit Directo. li.j. ti.xv.qa cõtra peccatores Deũ,vl Chriſtũ quotidie cũ ira blaſphemãtes hęc pœna ſpecialiter inducta eſt:nec aliquis de facili Deũ blaſphemat,niſi iratus.Poſſet tamen iracũdia tãta eſſe,ꝙ demẽtię ęquipararetur:& tunc locũ haberet dictũ Gof.quod ſecundũ Ant.de Bu. procedit indiſtinctè per verbũ,pręſumpſerit, in d.c.poſitũ.Sed melius Pa. quia etiã eſt præſumptio magna: etiã ex ira blaſphemare,
10 ſtante vſu rationis. ¶ Decimò,* vtrũ hæc pœna locum habeat in oĩbus modis blaſphemãdi ſuperius recitatis? Et dico,ꝙ de quatuor primis nõ eſt dubiũ,ꝙ ſic apud doc.quia oẽs continentur ſub iuris blaſphemia,quę in d.c.punitur. De ſexto etiã dicit Dir. ꝙ iurãs per corpus,vel caput, vel capillũ Dei,ſi hoc deteſtãdo aut vituperãdo facit, habet locũ dicta pœna.Secus ſi hoc dicit affirmãdo,vel iurãdo: & intẽdit,ꝙ iurãs per corpus Dei ad aliquid affirmãdũ, etiã ſi ex ira iuret,non ligatur hac pœna, licet irreuerẽtiã Deo faciat.Secus ſi ſic dicit non ad iurandũ,ſed per modũ contẽnentis Deũ.Ex quo etiã patet,ꝙ à fortiori locũ habet hęc pœna in v.modo,qui nũquam eſt ad iurandũ, ſed ſemper eſt ex contemptu,id eſt,ex negligentia reuerendi Deum, & animam ſuam, etiã ſi fiat ex conſuetudine cum lata negligẽtia. ¶ Vndecimò quæritur, quis habebit dictã pecuniariã pœnã? Et dicit do. Ant.de But.ꝙ iudex ſecularis,ſecundũ aliquos,eam habebit à clerico & laico,per id quod ſequitur,inter alia cõmunicatum ſtatuta.ſecundùm alios ecõtra iudex eccleſiaſticus eã habebit ab vtroq;,cùm crimẽ ſit eccleſiaſticum:ſecundũ Gof.eam habebit laicus iudex à laico,& eccleſiaſticus à clerico. ad quod de hære. excõicamus.& de iudi.ita quorũdã.Vel dic, ꝙ habebit eã iudex condemnans,ſiue ſit laicus quantum ad laicum,ſiue eccleſiaſticus quantum ad laicum,& eccleſiaſticum.

DE CALICE.

1 *Calix,ex qua materia confici debeat.*
2 *Calicem ac patenam quis conſecret. Et quomodo execrentur.*

1 CALIX* non debet eſſe de ære, aut orichalco, aut cupro,quia hęc propter ęruginẽ vomitũ prouocãt:aut ligno ꝓpter porꝰs, ne ſanguis ſubintret:aut vitro de chryſtallo ꝓpter fragilitatem:nec de lapide ꝓpter ineptitudinem. de cõſe.di.j.c.vaſa.& c.calix.vbi dicitur,ꝙ tã calix,quàm patena debet eſſe de auro,vel argento,vel ſtanno:& cõſequenter quia de his tãtum mentio fit,omnis alia materia prohibetur.licet Aſten.lib.iiij.de mente Roden. dicat, ꝙ ſub ſtãnõ intelligitur plumbũ:quod tamen Ro.negat pro-
2 pter hoc,ꝙ & ipſum æruginem contrahat. ¶ Primò* verò quęritur,quis poſsit calicẽ, vel patenã cõſecrare? Et dico, ꝙ Car.in cle.attẽdentes.de ſta.reg.videtur ſentire ꝙ epiſcopus,& etiã abbates,qui vtũtur inſignijs pontificalibꝰ, quando hoc habẽt ex cõſuetudine: qa iſta ſunt potius dignitatis,quam ordinis.Sed Gem.in ca.abbates.de priuil. lib.vj.dicit,ꝙ licet gl.ibi ſit pro abbatibus:abſtinere tamẽ debẽt propter vnctionẽ,quæ ſit in calicis cõſecratione.c. vnico.de ſacra vnctione.de his aũt ſ.Benedictio. § .iij. & iiij. ¶ Secũdò queritur,quo modo execretur? Et dicit Pet. de Pal.ꝙ calicis cõſecratio in ſuperficie ſit:vnde ſi calix argenteus deauretur,indiget recõſecratione.Secus tñ videtur,ſi deauratio cadat propter vſum:quia nõ recõſecrabitur.nec eſt ſimile in calice deaurato,ſicut in pariete eccleſiæ,qui decruſtatus indiget recõciliatione.de cõſe.diſt.j. c.eccleſijs.in glo.ſed in perditione auri,quod ita ſubtiliter ponitur,nõ videtur conſecratio ita eſſe in ſuperficie eius,quin remaneat in argẽto:& ita ſeruat cõſuetudo. Similiter execratur calix, ſi ſcyphus à pede ex toto ſeparetur,licet nõ ſit fractꝰ:puta,qa iũctura eſt tornatilis,ſiue ad vitem:& ſimiliter ſi amittat formã ſuã.arg.cap.j. de cõſec. eccle.vel alt.& quia deſtructa forma iam non eſt calix:ſecus ſi formã non amiſit,licet ſit aliqualiter lęſus.Si tamen ſcyphus eſſet taliter fabricatꝰ,ꝙ eo ſolo poſset quis vti in celebrãdo:& cum hoc eſſet ſeparatim à pede in calicẽ cõſecratus:tũc non execrabitur per ſeparationẽ à pede:quia per ſe eſt calix,& pes eſt tantùm ad bene eſſe. Circa hoc autem faciunt multa dicta ſuprà Benedictio.

¶ CALVMNIA quid ſit.Iuramentum.j. §.ij.

¶ CALVMNIATOR quis ſit, aut tergiuerſator, vide ſuprà, Accuſatio.

¶ CAMBIVM,vide j.Vſura.iiij.per totum.

DE PORTIONE CANONICA.

1 *Canonica portio,cur ita dicatur.Et quotuplex ſit.*
2 *Conſuetudo,quòd nihil detur Epiſcopo, uel parochiali eccleſiæ nomine portionis canonicæ,an ualida ſit.Et num ad eſſe cõſuetudinis titulus requiratur.*
3 *Portio Epiſcopo,uel eccleſiæ parochiali debita pro parte,uel in totum,præſcribi,etiã ſine titulo poteſt,ſi modò tantũ intercesſerit tempus,de cuius initio memoria nõ extet. Et num prædicta portio pacto renunciari queat.*
4 *Quarta epiſcopalis à quibus,& de quibus debeatur. Et ibidẽ ſubijciuntur limitationes ſeptem.*
5 *Quarta hoſpitali relictorum,num epiſcopo debeatur. Et quid de his,quæ fraternitatibus relinquuntur.*
6 *Legatum quando ſit ſingulari perſonæ,num epiſcopo quarta debeatur.Et quid in legatis pro malè ablatis.Item, quid ſi ſubditus leget eccleſiæ extrà diœceſin.*
7 *Canonica parochialis,à quibus,& de quibus debeatur.*
8 *Legari intuitu perſonæ,quando dicatur.Et ſub hæc ſedecim limitationes,de quibus rectè,& ordine diſſeritur.*
9 *Quarta parochialis num debeatur,de legato facto rectori eccleſiæ,in qua quis ſibi ſepulturam elegerit, pro miſsis ibidem per eundẽ celebrãdis.Et quid de relictis iure inſtitutionis.Et quid de mortis cauſa donatione.*
10 *Canonica portio cuinam debeatur. Et quid ſi quis domiciliũ in diuerſis parochijs,æqualiter in eis ſe collocans habeat.Et ſi ſacerdos parochialis fuerit in portione petenda negligens,an epiſcopus poſsit pro illo petere.*

11 *Si quis in una eccleſia audiat diuina, & in alia ſacramẽta per*
cipiat, qualiter præſtabitur canonica portio.
12 *Legatorum factorum ab his, qui in locis religioſis in cõfratres*
recipiũtur, num quarta debeatur. Et qualiter huiuſmodi quar
ta extrahatur.
13 *Conſuetudo, quæ in certis regionibus viget, ut de omnibus mobi*
libus, quæ defunctus poteſt in teſtamẽto relinquere, aut legare, ec
cleſia tertiam exigat partem: ſi morienti iniungat, ut omnia
mobilia reuelet, an iuri communi præiudicet. Et num huiuſmo
di præcepto moriens parere teneatur.
14 *Sepulturam in propria eccleſia eligens, ſi nihil ipſi leget, alijs au*
tem multa leget ac relinquat, num poſſit eccleſia propria por
tionem aliquam petere.
15 *Infirmus in una parochia, ſi in aliã ſe trãsferri procuret, ibiq;*
decedat, num ex hoc canonica portione priuetur eccleſia prior.
Et ad hæc ſubnectuntur concluſiones octo.

1 CANONICA* portio dicit̃, quia ſit à canonibus appro
bata, & debita iure decretorũ. x. q. j. de his. & c. decer
nimus. & xvj. q. j. conſtitutũ. & in clem. dudum. de ſepult.
Et ſecundũ Zaba. poſt Mat. eſt duplex: Vna .ſ. debita epi-
ſcopo ab oĩbus eccleſijs totius diœceſis de oĩbus relictis
factis eiſdem. quã tamen non habet ab eccleſijs ſuis extra
diœceſim. Et de hac in d. c. de his. & ca. ſeq. in gl. de teſt. ca.
officij. & c. ſeq. cum concordatis in gl. Alia debita eccleſię
parochiali derelictis à parochiano, vel obueniẽtib⁹ rõne
funeris loco illi, in quo eligit ſepulturã. Quarũ epiſcopa-
lis quidẽ, ſecũdũ gloſ. in c. requiſiſti. de teſta. eſt tertia vel
quarta ſecũdũ conſuetudinẽ: parochialis verò eſt varia. i. 3
medietas, tertia & quarta, ſecundũ varia iura & varias cõ-
ſuetudines: qbus cõſuetudinibus ſtãdũ eſt. extrà, de ſepul.
certificari. Et ſi ibi cõſuetudo nõ apparet, ſecundũ Ho. ſpe
ctãda eſt cõſuetudo eccleſię metropolitanæ: & ſi nec illa
appareat, ſpectãda eſt cõſuetudo eccleſiarũ vicinarũ: q̃ ſi
varia ſit, ſecũdũ Gof. quarta debetur: quia in hac iura ma
gis concordare vident̃. extrà eo. in noſtra. Itẽ qa in dubijs
ſequimur quod minimũ eſt. ff. de lega. ij. l. ſi ita relictũ. in
fi. ff. de reg. iur. l. ſemper. Et ita no. Archi. in c. cum quis. de
ſepul. lib. vj. & Inn. in d. c. requiſiſti. & Ber. in d. cap. certifi-
cari. Et hoc verũ, niſi, vt dictũ eſt, cõſuetudo eſſet dãdi me
dietatẽ, vel tertiã: qa iſta tũc eſſet debita. Et ſic ĩtellige iu
ra dicẽtia, ꝙ eſt tertia, vel medietas. Et de hac quarta, q̃ da
tur eccleſiæ parochiali, detrahit̃ ab epiſcopo pro ſe quar-
ta illius quartæ: à fratribus aũt epiſcopus nullam detrahit
quartã, ſecundũ Fede. quod allegat Tab. niſi, ꝙ vbi epiſco
pus parochialis oĩum, vt Neapolis: vt parochialis recipiat
2 quartã à fratribus, niſi. ſ. ſint priuilegiati. ¶ Primò* verò
querit̃, vtrũ valeat cõſuetudo, ꝙ nihil detur epiſcopo, vel
eccleſiæ parochiali? Et dicit Pan. in d. c. certificari. quòd ſe
cũdũ gl. in c. fi. de cõſue. li. vj. vbi cõſuetudo eſt preter ius:
ad eã valere ſufficit tẽpus x. annorũ. vbi verò eſt cõtra ius,
requiritur tẽpus xl. annorũ: vt in c. fi. de cõſue. Igitur con-
ſuetudo, ꝙ detur epiſcopo vel parochiali eccleſię vltra di
midiam: puta, ꝙ dentur duę partes. ſ. ex tribus: vel ꝙ detur
citra quartã. i. minus quàm quarta, ſecũdũ Hoſt. valet, ſi ſit
pręſcripta. Et loquitur de portione epiſcopali. Et idẽ ſen-
tĩt de parochiali, vt dicit Pa. ꝙ ſi detur infra dimidiam &
quartã, valet cõſuetudo, etiã non præſcripta. Et cũ hac opi
nione tranſit Io. An. quia inquit Pan. cõſuetudo dandi in-
fra dimidiã & quartam non eſt contra, ſed præter ius, ꝙ
verò detur vltra dimidiã, vel citra quartã, eſt cõtra ius: qa
nullo iure cauetur vt debeat̃ minus quarta, vel vltra dimi
diam. Vtrum autem valeat cõſuetudo, ꝙ nihil penitus de
tur, ſunt opiniones. ſed Hoſt. videtur velle, & Io. An. poſt
ipſum, ꝙ nõ valeat: ſimiliter Gof. & Ray. cùm ſit irrationa
bilis. de cõſue. c. fi. & cõtra iura. de ſepul. c. j. Sed Pe. de Pe
ru. & Inn. tenẽt ꝙ valeat, ſi ſit p̃ſcripta ſpatio xl. annorum.
& Hoſt. ac Io. And. ſi ſit præſcripta cũ tit. id eſt cũ rationa-
bili cauſa. puta propter beneficiũ factũ eccleſiæ, vel huiuſ
modi. Sed cõtra hoc Pan. opponit ibi: quia ad eſſe cõſue-
tudinis non requiritur titulus, ſicut nec in lege condẽda:
qa nõ differũt, niſi ſicut tacitũ & expreſſum: cũ cõſuetudo
ſit ius morib. introductũ, & cõſequẽter inductũ ex tacito
cõſenſu populi: vt di. j. cõſuetudo. & in l. de qbus. ff. de le.
Et ſoluẽdo dicit, ꝙ dictũ Hoſ. & Io. An. intelligi debet in
cõſuetudine impropriè dicta, q̃ propriè eſt præſcripta. &
ſic intellige glo. in c. nõ eſt. de conſuetud. li. vj. & vide ibi
notata per Ioã. And. Inno. Vnde ſicut in p̃ſcriptione cõtra
ius requiritur titulus: vt in c. j. de præſcrip. libr. vj. ita & in
hac cõſuetudine impropriè dicta: vt probat̃ in d. c. nõ eſt.
iuncta glo. Et ex his infert Pan. ad id quod tacitè ſentiunt
prędicti duo, dum videtur velle facere differẽtiã, vtrũ prę
ſcribatur portio minor quarta, an in totũ. i. vt nihil debea
tur. qa dico, inquit, ꝙ vtroq; caſu requiritur p̃ſcriptio cũ
titulo, cũ ſit contrarius: & hoc verũ, qñ inducitur cõſuetu
do contra eũ, cui debet̃ portio de iure cõi: nam tũc nõ eſt
ꝓpriè cõſuetudo, ſed pręſcriptio: ideoq; debet habere co
mites pręſcriptionis. Sed ſi induceret̃ contra aliũ: tunc in
duci põt, vt cõſuetudo, & cõſequẽter ſine titulo, qa ad eſſe
cõſuetudinis non requirit̃ titulus, vt dictũ eſt. Et pro his
Io. And. in d. c. non eſt. & in c. fi. de cõſue. & ſecundũ præ-
dicta intellige gl. in c. j. de ſta. reg. Et* ex prædictis omnib*
concIude, ꝙ hęc portio debita epiſcopo, vel eccleſię paro
chiali põt pro parte, vel in totũ præſcribi: & ſufficit tẽpus
ſine titulo, de cui⁹ initio nõ eſt memoria: qa illud habet
vim tituli, vt in d. c. j. de pręſc. li. vj. Hęc Pan. q ſentit, ꝙ in
vtroq; prędicto caſu, ſi cõſuetudo ſit cũ titulo, ſufficit tp̃s
xl. an. vel cui⁹ nõ ſit memoria in cõtrariũ, ſi ſit ſine titulo.
Et ratio eſt: qa ius cõmune eſt pro eccleſia parochiali, vel
epiſcopo. & cõſequẽter cũ p̃ſumptio ſit cõtra poſſidentẽ,
oportet, ꝙ titulũ alleget & probet, per quẽ talis p̃ſumptio
tollatur. ¶ Secũdò quærit̃, vtrũ prædictę quartę poſſit re-
nũciari per pactũ? Et dicit Archi. in c. pactũ. de pact. lib. vj.
4 ꝙ pactũ nõ valet, qñ dãnificatur eccleſia: ſed vbi nõ dãnifi
catur, valet etiã ſine authoritate ſuperioris. C. de procu. l.
nõ eo minus. ¶ Tertiò* querit̃, à quibus debeatur quarta
epiſcopalis? Et dicit Hoſt. in Sum. tit. de ſepul. ꝙ debetur
& peti põt ab oĩbus eccleſijs intra propriã diœceſim cõſti
tutis. xvj. q. j. cõſtitutũ. ſiue ſint capellę monachorũ, vel a-
liorũ religioſorũ, vel monaſteria, vł alia pia loca: ſiue ſint
cõuẽtualia, vel quęuis alia in ciuitate, vel extra. de of. or.
cõquerẽte. de teſt. offic. j. & c. requiſiſti. etiã ſi ſint exẽpta:
niſi in priuilegio fiat ſpecialis mẽtio de p̃iudicio quartæ
epiſcopalis, de dec. dudũ. §. vlti. ff. ne qd in loco pub. l. j. §.
merito. Pan. aũt in d. ca. officij. tenet contrariũ. ſ. ꝙ debeat̃
ſolũ ab eccleſijs epiſcopo ſubiectis, nõ ab exẽptis ſeu ſub-
iectis immediatè papę: dicens, ꝙ cõiter ſic tenet̃. Sed Petr.
de Peru. in tract. de Canonica portione. limitat Pa. dicere
verũ, qñ legãs eccleſiæ exemptę nõ eſt ſubditus epiſcopi,
vel eſt exemptus ſimiliter, aliàs debetur: ſed verior eſt opi
nio Pa. quia iſta quarta dat̃ ratione eccleſiarũ ſolicitãdarũ
per epiſcopũ, nõ ratione legantium: vt patet in d. c. cõque
rente. vnde tenentur exempti ſoluere eam papæ, ſecundũ
Abb. in c. requiſiſti. de teſta. & ſequitur Petr. vbi ſ. ſed lega
tus de latere eã petere non poterit: quia non eſt diœceſa-
nus exemptorũ. de priuilegijs. c. authoritate. lib. vj. in glo.
¶ Quartò quæritur, de quib⁹ debetur quarta epiſcopalis?
Et dico

Et dico, ꝙ de oĩbus legatis factis eccleſijs, & locis à quib⁹
debetur, & de decimis, & de his, quę obueniũt funeris oc
caſione: vt in c. requiſiſti. de teſta. & ibi Pan. Fallit tamen
hoc: quia dicitur in c. fi. de teſta. ꝙ de his, quæ in ornamẽ-
tis, vel ꝓ cereis, ſeu fabrica, luminaribus, anniuerſario, ſe
ptimo, xx. xxx. ſiue alijs ad ꝑpetuũ cultũ diuinũ legatis ec
cleſijs, vel reliquis pijs locis canonica portio, dũmodo in
fraudẽ non fiat, vt eps, ſeu parochialis debeat defraudari,
deduci nõ debet: vnde fallit in ſeptem caſibus, ſecundùm
Pet. vbi ſ. Primus; qñ relinquitur aliquid pro ornamentis
eccleſiæ, ſeu veſtibus: vt ſericũ pro planeta: vel aliud orna
mentũ pro altari: vt no. Doct. in c. fi. de teſta. Ex quo ſequi
tur, ꝙ ſi legatur aliqd, vt fiat chorus, vel pictura, vel ancho
na, vel calix, vel huiuſmodi, nõ debetur quarta: qa iſta eſt
fabrica ad lõgæuũ honorem Dei. d. c. fi. & l. j. C. ne lic. ſig.
ſal. & Inn. dicit in c. cũ ad ſedẽ. de reſ. ſpo. ꝙ cruces, & cali
ces ſunt ornamẽta eccleſiæ. Et idẽ intelligo de omni, qđ
venit in vſum diuini cultus in eccleſia, quod vſu ipſo nõ
cõſumitur: vt libri, cãpanæ, & oĩa huiuſmodi: imò ſi con-
ſumũtur ipſo vſu, ſed immediate ad honorẽ Dei, vt oleũ,
& cera pro luminaribus. Secũdus, quãdo legat̃ pro prædi
ctis ornamẽtis redimẽdis, ornãdis, reparãdis, ſecũdũ Inn.
in d. c. fi. Et idem intelligo, qñ legatur pro extruendo ſe-
pulcro: quia religionis eſt monumẽta cõſtrui, vel exorna
ri. l. j. §. interdictũ. ff. de mor. infe. Tertius, qñ legat̃ pro fa
brica eccleſiæ reparatione indigẽte: & portio pro fabrica
nõ habetur: vel ſi habet̃, nõ ſufficit: ſed ſi eccleſia nõ indi-
get fabrica, ſoluetur quarta, ſecundũ Hoſt. reliquũ tẽpori
neceſſario ad fabricã. Quartus, ſi legatur pro luminarib⁹,
vt oleũ pro lãpade, vel cerei, & huiuſmodi. Quintus, qñ
legatur pro anniuerſario celebrando annuatim: vt in c. cũ
creatura. de cele. miſ. Sextus, qñ legatur pro vij. xxx. & hu
iuſmodi, ſecũdùm Hoſt. in d. c. fi. Septimus, qñ legatur ad
ꝑpetuũ cultũ diuinũ: puta, vt annuatim feſtũ fiat alicuius
ſancti, vel, vt dicatur officiũ in vna capella: quia in huiuſ-
modi cõſiſtit cult⁹ diuinus. c. fi. de reſcrip. lib. vj. Octauus
fallit, ſecundũ Pan. in d. c. reqſiſti. in oblationib⁹, de qbus
nõ debetur quarta, vt olim. Nonus, ſecundũ eundẽ, in do
natione in vita: de qua etiã non debetur, vt in c. de his. de
6 ſepul. & in c. j. de ſta. mon. ¶ Quintò,* vtrũ debeatur quar
ta epiſcopo de relictis factis hoſpitali? Et dicit Pan. in d. c.
officij. ꝙ ſic, ſi eſt religioſum, puta, epiſcopi autoritate cõ
ſtructũ: etiã ſecundũ Io. And. ſi relictũ fuiſſet factũ paupe
ribus talis hoſpitalis: quia præſumitur reſpectus habitus
ad locũ, nõ ad perſonã: ſecus ſi eſſet relictũ pauperib⁹ ſim
pliciter: quia nõ deberetur. l. nulli. & l. ſi quis ad declinan
dã. C. de epiſ. & cle. Si verò hoſpitale nõ eſt religioſum,
ſunt opiniões, ſed tene cũ Pan. ibidẽ, ꝙ ſi eſt ædificatũ au
toritate iã defuncti, ſic epiſcopus habebit quartã: quia ha
bebit curã, vt videtur in auth. de eccle. tit. quia nõ põt am
plius redire ad ꝓphana: ſed ſi ædificator viuit, quarta nõ
debetur, & relictũ videtur factũ pauperibus, cũ talis locus
nõ ſit capax: quia ædificator põt eũ deſtruere. c. inter dile
ctos. de dona. & ibi Inn. Vnde patet ex dictis, ꝙ de relictis
iſtis fraternitatibus quarta nõ debetur, ſecundũ Pe. vbi ſ.
Dictũ tamẽ Ioã. And. de pauperibus, ſimpliciter limita ve
rũ, ſecundũ Bal. qñ legatur pauperibus in genere: ita ꝙ in
ter p̃ſonas diſtribuatur, nõ inter loca: puta, qa teſtator iu-
bet dari cuilibet pauperi tunicã, vel certã quãtitatẽ pecu
niæ: quia legatur vt ſingularibus p̃ſonis: & ſic nõ debetur
quarta epiſcopo. c. ex parte. el iij. de ver. ſig. Aliàs legãdo
pauperibus in genere, videt̃ legare hoſpitali qđ eſt in ci-
uitate, vbi teſtator habet domicilium. & caſus eſt in d. l. ſi
quis. verſi. vbi aũt. & ideo deberetur quarta, cõtra Io. An.
& eũ ſequẽtes. Sed dictũ Bal. credo verũ, qñ hoſpitale ge
nerale eſt ſuſcipiẽs oẽs: & dictũ Io. An. qñ paſcit paucos,
5 vel ſolũ certũ genus p̃ſonarũ, puta ſpurios. ¶ Sextò,* vtrũ
debeatur quarta epiſcopo de legato facto ſingulari per-
ſonæ? Et dicit Pet. vbi ſuprà, ꝙ nõ. ſicut qñ legatur clerico
nõ habẽti adminiſtrationẽ, vel prælationẽ: ſeu alicui ca-
nonico: vt in d. c. reqſiſti. §. fin. vel cũ legat̃ leproſis morã
tibus in tali loco, vel domo, vel eremitis, aut iſtis fratrib⁹
q morãtur in tali loco, vel aliquib⁹ mulieribus pro dote,
vel viduis, peregrinis, & huiuſmodi, in qbus ceſſat d. c. ex
parte. el iij. Vide quod no. Inn. in c. relatũ. de ſepul. ¶ Se-
ptimò, vtrũ debeatur quarta epiſcopalis de legatis ꝓ ma-
le ablatis? Et dicit Pe. vbi ſ. ꝙ nõ: qa ſũt debita nõ legata,
ſiue reſtitutio ſit certa, ſiue incerta. ¶ Octauò, vtrũ debea
tur, qñ ſubdit⁹ legat ecclię extra diœceſim? Et dico ꝙ nõ,
ſecundũ Abba. in d. c. requiſiſti. & Inn. in d. c. officij. & Io.
And. in d. c. certificari. Et ita cõſuluit Ioã. de Mõtemerlo.
quod ĩtelligo, niſi aliter habeat cõſuetudo, vel p̃ſcriptio.
7 c. cũ inter. el ij. de ver. ſig. ¶ Nonò* quæritur, qbus, & de
quibus debeatur canonica parochialis? Et dico, ꝙ debet̃
ſolùm ab eccleſijs, vbi ſepelitur aliqs, vel ad quã trãſit ſe
cõuertẽdo, vel alio modo: & ſi alias eſſent exẽptę, quo ad
hoc nõ ſunt exẽptæ, ſecundũ Inno. in c. relatum. & in c. in
noſtra. extrà, de ſepul. & de teſta. c. reqſiſti. nõ aũt ab alijs
eccleſijs, vel p̃ſonis. Debetur, inquã, ſcdm Ray. de oĩbus,
quæ obueniũt ratione funeris. ſ. in die funeris, & de o-
mnib⁹ legatis factis ecclię, ad quã qs eligit ſepulturã. de
ſepul. ꝑ totũ. maximè. c. in noſtra. & in cle. dudũ. eo. ti. cõ
cor. Hoſt. & addit hoc intelligendũ eſſe de relictis occa-
ſione loci, nõ intuitu p̃ſonæ, quãuis eccleſiæ, dũmodo nõ
fiat in fraudẽ. Et ſimiliter ſecũdũ eũ intelligitur de mobi
lib⁹, & ĩmobilibus: exceptis his, de qb⁹ dictũ eſt ſ. §. iiij.
8 & c. fi. de teſta.* Præſumit̃ aũt aliqd legari intuitu p̃ſonæ,
ſi datur à propinqs. de teſta. reqſiſti. Fallit hoc in fratrib⁹
Prędicatorib⁹, & Minoribus. de qbus j. §. xix. & vlterius
fallit in xv. caſibus, ſecũdũ Pet. vbi ſ. ¶ Primus, qñ per cõ-
ſuetudinẽ, vel præſcriptionẽ nihil ſoluitur, vt dictum eſt.
¶ Secũdus, qñ aliqui per priuilegiũ à præſtatione eximũ
tur: vt ſunt hodie fratres Prędicatores, & Minores. ¶ Ter
tius, qñ legat̃ aliqd ad vſus priuilegiatos: de qbus in c. fi.
de teſta. q ſunt ſeptẽ caſus primi, in qb⁹ nõ debetur quar-
ta epiſcopalis: vt dictũ eſt ſ. §. iiij. ¶ Quartus, qñ eccleſię
donatur donatiõe inter viuos: vt in d. c. de his. §. ſi verò.
Idẽ dicẽdũ eſt, qñ legator in vita ſoluit legatũ: nã eo caſu
nec falcidia debet̃, nec quarta eccleſiæ parochiali: qa tale
legatũ amiſſo nomine legati trãſit in ſimplicem donatio
nẽ, & in ſpeciẽ donatiõis inter viuos. Et de hoc eſt gloſſ.
ſingu. de qua Dy. facit magnũ feſtũ in l. legatũ. ff. de le. ij.
& de hoc vide j. Donatio ſecũdò. ſ. inter viuos. tñ Pan. &
Zab. ſunt in oppoſitũ. ¶ Quintus, qñ poſt electionem ſe-
pulturæ in aliquo monaſterio, ſanus exiſtẽs illud intrat, &
in eo ꝓfitetur antequã moriatur: qa de bonis eius nihil
debetur: vt Pan. tenet. & dicit cõiter teneri in c. relatũ. de
ſepul. poſt. gl. ibi. & idẽ dico, ſi intrauit cũ ꝓpoſito abſolu
tè mutãdi vitã: qa deſinit eſſe parochianus alterius eccle
ſiæ. arg. c. beneficiũ. de reg. iur. lib. vj. Si verò profeſsionẽ
nõ fecit, nec habuit propoſitũ abſolutè vitã mutandi. i. ſe
obligãdi religioni, debetur quarta, ſecũdũ Archi. in c. cũ
qs. de ſepul. lib. vj. Et hoc videtur verius, ſecũdùm Gemi.
ibi, licet alij cõtrariũ dicãt, qa religioſus cẽſetur cõtrahe
re domiciliũ in monaſterio facta profeſsiõe tacitè, vel ex
preſsè, nõ autẽ, vt dicit Archi. & Ioã. And. in c. ſtatutũ. de

reſcrip.lib.vj.Gof.tamẽ dicit, ꝙ nõ debetur,ſi decedat in
nouitiatu,potens exire,modo nõ exeat.& idẽ Hoſ.& hoc
hodie verum eſt ratione cõſuetudinis:licet Sum.Ange.&
Roſ.teneant opi.priorem. Et ſimiliter ſi intrauit in ægri-
tudine,de qua deceſsit,portio debetur,ſecundũ Pan.ſec*
ſi in ægritudine,de qua nõ deceſsit: licet Inn.fuerit in ſin
gulari opinione, dicẽs, ꝙ ſi quis religionẽ ingreditur, vt
ſit ibi profeſſus:de bonis eius acqſitis monaſterio portio
debetur eccleſiæ parochiali.quod Pan.nõ placet : tũ quia
loquũtur de relictis occaſione ſepulturæ: tũ qa loquũtur
de morte naturali,qua iſte nõ moritur, imò tenet cogna-
tionẽ:tamẽ qa ſi iſte mutaret domiciliũ, portio nõ debe-
retur:ergo neq; hoc caſu,cũ ſolùm habeat domicilium in
monaſterio:vt no.idẽ Inn.in c.ex ore.de priuil.Et idẽ vi-
detur dicendũ de leproſo,qui domũ intrauit leproſorũ.ſ.
ꝙ non debetur quarta, ſecundũ Gul. quia idẽ iudiciũ eſt
ac ſi ſan⁹ ad religionẽ trãſiſſet:niſi forte ex ipſa lepra mo
riatur:multi enim ſecundũ ipſum cũ lepra,ſed non ex le-
pra,moriunt.Regionis tamẽ cõſuetudo in hac parte tenẽ
da eſt.Secus de illo,qui recipit in cõfratrẽ,retinens tamẽ
bona ſua quo ad proprietatem: quia debetur quarta, etiã
ſi ipſi religioſi eſſent exẽpti.c.cũ & plantare. de priuileg.
cũ non trãſeat in religionem. Secus ſi ſolũ retinuiſſet ſibi
vſumfructũ ſuorũ bonorũ:quia gauderet priuilegio reli
gionis.c.vt priuilegia.de priuil. ¶ Sextus, quãdo quis le-
gat eccleſiæ,in qua nõ elegit ſibi ſepulturã, nec ibidẽ ſe-
pelitur,ſecundũ gl.ord.in c.j.de ſepul.& idẽ Inn. in eo.ti.
c.ij.& Archi.eo. tit.c.ij.lib.vj.licet in c.placuit.xiij.q.ij.te
nuiſſet ꝙ deberetur. & idẽ Io. And.in c.certificari. de ſe-
pul.in glo.& cle.dudũ. §.verũ.vbi meritò reprobat opin.
Hoſt.tenẽtis contrariũ in d.c.ij.¶ Septimus, quãdo de fa-
cto cõtra voluntatẽ fratrũ ſepelitur in eorũ eccleſia, vt tẽ
pore interdicti, & multa offerũtur, quia tunc non debe-
tur quarta, ſecundũ Fede. conſi.cxix. & Gemi. in d.c.j.de
ſepul.lib.vj.Et ratio eſt: quia talis tẽpore interdicti non
poteſt eligere ſepulturã apud mẽdicantes: vt not. Inn. de
priuile.c.vt priuilegia.& c.cũ & plantare.& de pœn.& re
miſ.quia in te.quãuis liceat ipſis recipere mortuaria, vt
orent pro defunctis,ſi cum pœnitẽtia deceſſerunt.xj.q.iij
quicunq;.facit quod no.Inn.in c.tanta.de exceſ.præla.Itẽ
quia quarta debetur ratione iniuriæ factæ eccleſiæ paro-
chiali:vt in d.c.certificari.nullã autẽ iniuriam illi facit,ex
quo ibi non poterat ſepeliri.Imò plus dicit Fede. ꝙ ſi mẽ
dicãtes eum ſpõte tali tempore ſepelirent: non debetur
quarta, licet teneãtur tãquam violatores interdicti.cle.j.
de ſepul.& in c.ſi canonici.de offi.ord.lib.vj.quia tũc ſo-
lùm debetur quarta, quãdo ſepeliũt in caſu à iure cõceſ-
ſo:ſecus quando in prohibito:vt in c.ex parte.el j. & in c.
cũ liberũ.& in c.in noſtra.in ſi.de ſepul.vbi dicit Inno. ꝙ
quando de facto, non de iure ſepelitur, dentur corpus,&
oblationes,quæ ratione ſepulturæ factæ ſunt,ſed nõ lega
ta facta,nõ ratione,vel occaſiõe ſepulturæ. Et ita patet,ꝙ
ſi de facto ſepelitur cõtra voluntatẽ illius, cuius eſt eccle
ſia,ꝙ non tenetur ad aliquã quartã:ſed tenetur, & corpus
& omnia,quę ratione ſepulturæ habuit,reſtituere:ſed nõ
quartã de legatis factis nõ ratiõe, vel occaſiõe ſepulturę:
ſimiliter, nec de his, quæ amici de bonis ipſorũ tũc offe-
runt. ¶ Octauus,quãdo eccleſia parochialis erat interdi-
cta ex culpa ſua.& nõ parochiani:quia tũc ipſam quartam
nõ habebit, ſiue parochianus ſepeliatur alibi ex electiõe
ſua,ſiue nõ:vt quia alibi eſt maiorũ ſuorũ ſepulcrũ, ſecũ-
dũ Pet.& not.Gemi.in c.j.de ſepul.lib.vj.Sed ſi alibi eſſet
ſepultus de facto,nõ de iure.ſ. quia nec in eccleſia electa,
nec in ea,vbi ſunt ſepulcra maiorũ:nihil dabitur,ſi eccle-
ſia parochialis dedit cauſam interdicto. Secus ſi non fuit
in culpa:quia nõ debuit ſuo iure priuari,ſecũdùm Pet.de
Anch.vt ibi refert Gemi.¶ Nonus, quãdo reuocat electio
nem ſuã, quã legando fecit, & alibi eligit ſepulturam,&
ſepelitur.qa paria ſunt, nõ eligere, & electã mutare.ff. de
adi.leg.l.j.& ij.Primo aũt caſu nõ debetur,vt dictũ eſt: er
go nec ſecũdo,etiam ſi non fuiſſet relicturus,niſi intuitu
ſepulturæ:vnde vltima electio,vel ſepultura ſine electiõe
eſt, quæ inducit petitionẽ quartæ.xiij.q.ij.c.vltima. & ita
cõſuluit Fed.cõſi.x.Gemini.autẽ in d.c.j. videtur tenere,
ꝙ reuocata electione ſepulturæ,reuocetur & legatum:&
dabitur illi eccleſiæ, vbi eligit ſepeliri:qa ſubrogatus de-
bet intelligi ſubrogatus cũ omnibus qualitatibus, onere,
& honore.l.j. §.hęc actio.ff.ſi qs te.lib. eſſe iuſ. fu. ideoq;
etiã onus emolumentũ comitatur, & econtra.l. alũnæ. §.
Seia.de adi.lega.Et idẽ Pet.de Anch.quod dicit verũ,niſi
aliter cõſtet de volũtate legantis.Et de hoc etiã ĩ.Excom
municatio vij.excõmunicatione xvj.¶ Decimus, quando
licet elegerit,tamẽ nõ ſepelitur,ex facto hęredũ, vel ex fa
cto cõtingẽte circa perſonã defuncti : puta, quia moritur
nimis longè,vel hæredes nolũt illũ ad eccleſiã electã de-
ferre.quia verba ſunt intelligẽda cum effectu.l.j.ff. quod
quiſq; iur.& l.ea quidẽ.C.ſi man.ita fue.alie.text.eſt in c.
relatũ.de cl.nõ reſi.ergo ceſſabit canonica:ex quo ibi nõ
ſepelitur.Et ita tenet Fede.vbi ſ.& Pe.ſimiliter vbi ſ. ſed
tamẽ Gemi.in d.c.j.videtur in caſu iſto ſentire,ꝙ eccleſia
nõ priuatur legatis factis ratione ſepulturæ:vt not.in c.in
noſtra.de ſepul.& ideò fortè,nec ſua quarta eccleſia paro
chialis. ¶ Vndecimus,cũ legatur ꝓ incertis, malè ablatis,
ſecũdũ Pe.vbi ſ.An verò de his incertis falcidia detrahat,
vide ĩ.Legitima. ¶ Duodecimus, quãdo legatũ eſt eccle-
ſiæ parochiali tantũ, quantũ eſt quarta legatorũ factorum
eccleſiæ electæ,ſecũdũ Hoſt.in d.c.officij.& Pet.vbi ſ. Et
Pan.in d.c.de his.extrà,de ſepul.Sed alij volũt,ꝙ non cõ-
putabit,niſi ſit legatũ hac cõditione, ꝙ eccleſia hoc ſit cõ
tẽta ꝓ canonica, & ſacerdos acceptauit:ſed ſoluet quartã,
ac ſi nihil eſſet eccleſiæ parochiali legatum : ſicut Gofre.
Ray.in Sum.Ioã.in d c.officij.Fede.cõſi.iij. Io.de Lig. in
d.cle.dudũ.Sed dicẽdum eſt,ꝙ vera eſt opinio ſecũda,qñ
eſſet conſuetudo , ꝙ tantũ teneretur eccleſiæ parochiali
relinquere:aliàs verò prima, & cõputabit. & ſi minus eſt,
ſupplebitur, ſicut filius facit in l.ſi quãdo. & l.omnino.C.
de inoff.teſt.quia ſcilicet cõputat ſibi in legitimã quicqd
à patre ſibi relictum eſt: & ſi inſtitutus eſt in parte minori
quàm legitima, põt agere tantũ ad ſuplementũ.facit.c.cũ
dilecti.de empt.& vẽ.Et ab hoc nõ multũ diſſentit Rayn.
qui dicit, ꝙ ſi legatũ nõ fiat ſub dicta cõditione, ſed abſo
lute,ſacerdos poterit de cæteris ſibi portionem vẽdicare.
de teſta.officij.vel ſaltẽ aget ad ſupplementũ cõputato le
gato:ſicut fili⁹ &c.Si verò plus eſt legatũ ei, q̃ ſua quarta,
nõ defalcabitur. ¶ Decimuſtertius, qñ tempore teſtamen
ti, & legati non eligit ſepeliri:ſed poſtea tempore mortis
eligit ſepulturã.facit c.relatũ.de ſepul.in ij.glo. in quo c.
Ber.dicit ſe dubitare de his.Sed tamẽ hoc eſt tenendum,
niſi fieret in fraudẽ: quia eo caſu ſe habet eccleſia electa,
quaſi alia non electa in ſepulturã. ¶ Decimuſquartus, qñ
parochianus non potuit in ſua parochiali eccleſia audire
diuina,nec ſacramẽta ꝑcipere propter vacationẽ tẽpore
longo : & alibi elegit ſuam ſepulturã, ſecundùm Bald. in
ſuo tractatu. Et ratio eſt:quia ſi qua pro labore legantur,
ceſſante labore ceſſat legatũ.l.ſcio. in ſi.ff. de annu.lega.
Vnde cũ detur quarta pro ſacramentorũ adminiſtratio-
ne,&

ne.& celebratione,vt in d.cle.dudũ. §.verũ.ibi, cũ mer-
cedis exhibitio.patet ꝙ non debetur:quia ceſſante cauſa
finali,ceſſat effectus.de quo in c.cum ceſſante.de ap.Ho
ſti.autem & Io.An.in c.relatũ.de ſepul.&Pet.vbi ſ.tenẽt
ꝙ imò debetur: quia vitiũ pręlati eccleſiæ nocere non
debet.Sed tamen tenendũ eſt cum Bal.& dicendũ ꝙ vitiũ
prælati nocet eccleſiæ in acquirẽdo:vt Pan in c. ſuper. de
rebus eccl.nõ alie.præcipue in re mobili & exigua. ¶ De
cimusquintus, quãdo ſit repoſitio funeris in aliquo loco
ad tempus,vt alibi,id eſt ad aliud cœmeteriũ transferatur
ad perpetuã ſepulturã,ſecũdũ Ni.de Lira.Ge.l. qa tũc nec
dicitur,nec eſt ſepultura. Sunt & alij caſus ex priuilegijs
9 religioſorũ.¶ Decimò* quæritur,vtrum debeatur quarta
parochialis de legato facto rectori eccleſiæ,in qua qs ele-
git ſepeliri,pro miſsis dicẽdis per illũ?Et dico, ꝙ ſic:quia
etiã debet quarta epiſcopalis, vt in c.cũ inter vos.de verb.
ſigni. ¶ Vndecimò queritur,an hęc portio debeatur eccle
ſiæ parochiali de relictis iure inſtitutiõis? Et dicũt quidã
ꝙ nõ:ſed ſolũ de legatis,per c.requiſiſti.de teſta.Sed Io.
And.tenet cõtrariũ in c.j.de ſepul.per illũ tex.qui genera
liter dicit tertiã partẽ ſui iudicij.Et idẽ tenet Pan.ibi: ni-
ſi ſit donatio inter viuos, vt dictũ eſt. ¶ Duodecimò, vtrũ
debeatur de donatione cauſa mortis?Et dico, ꝙ ſic: quia
accedit magis legato, quàm contractui.l.fin.C.de do.nat.
10 & in clemen. dudum.de ſepul.¶ Decimotertiò* quæritur
cui debeat canonica portio?Et dico,ꝙ epiſcopalis debe-
tur epiſcopo diœceſis,parochialis verò eccleſiæ, vbi quis
audit diuina,& percipit eccleſiaſtica ſacramẽta.& text.eſt
in c.cũ quis.de ſepul.lib.vj.vbi debet percipere de iure.Si
aũt quis dimiſſa eccleſia,in qua cõſueuerat ſepeliri maio
res,alibi eligit ſepulturã:nihilominus nõ debetur cano-
nica eccleſię dimiſſę:ſed ei quę dicta eſt.ſ.in qua cõſueuit
audire,& percipere:vt ſ. vt in d.c.cũ quis.Si etiã qs domi-
ciliũ trãſtulerit alicubi, & moritur antequã acquiſierit do
miciliũ nouũ:tũc debetur eccleſiæ parochiali, in qua mo
rit, ſecũdũ Arch.in c.j.de ſepul.lib.vj.& Hugo,& Ray. &
Gof.& Vin.in c.nos.de ſepul.quia volũt,ꝙ ibi deberet ſe
peliri,ſi nõ elegiſſet. Tamẽ tenẽdo opinionẽ Inn.in d.ca.
nos.ꝙ ſepeliri debet in eccleſia cathedrali,ipſi debebitur.
Si verò habet domiciliũ in diuerſis parochijs, æqualiter
ſe collocãs in eis, vt ſunt reges:tũc eſt ęquũ,ſi in tertio lo-
co eligit ſepulturã, vt diuidat.& Ho.ac Inn.dicũt diuidẽ-
dã.& eſt text.in d.c.cũ quis.licet Sum.Ang.nõ credat ne-
ceſſariũ:ſed illi dabitur, in qua, inquit, decedit. Si autem
presbyter parochialis negligẽs fuerit in petẽda portiõe,
¶Decimusquart⁹ eſt in bigamo, vt poſsit ordinari. de biga.cũ nuper.& c.fi.¶Decimusquintus, eſt in clerico non ordinato miniſtrante in ordine ſacro, quẽ non habet: qui ſine papę diſpẽſatione ad ſuperiorẽ ordinem promoueri nõ poteſt, etſi in ſuſcepto poſsit per epiſcopatum tolerari.extrà, de cle.nõ ord.mini.c.j.& ij.& iij. ¶Decimusſextus, eſt in corporevitiatis, ſi vitiũ impediat ordinis executionem: vt ſi ſit monoculus, vel digito carens, vel epilenticus: aut ſi ſit generãs notabilem deformitatẽ: vt ſi ſit naſo inciſo, vel multũ gibbus, vel gutturnoſus.extrà, de cor. vi.per totũ.& diſt.lv.per totũ. ¶Decimusſeptimus, eſt in homicidio, vel membri mutilatione volũtariè factis, ſiue cũ peccato, ſiue abſq; peccato: vt ex iuſtitia iudicis.l.diſtĩ. miror.& idẽ de dantibus ad hoc cõſiliũ, auxiliũ, vel fauorẽ, verbo, facto aut cooperatione propinqua.diſ.l. ſi quis viduã. ¶Decimusoctauus, eſt in excõmunicato maiori recipiẽte ordines.de ſent.excom.cum illorum. & eodẽ modo ſi exiſtẽs apoſtata à religione recipit ordines. de apo. c.fi. ¶Decimusnonus, eſt in excõicato maiori, ſuſpẽſo, vł interdicto miniſtrãte in aliquo ordine ſacro: quia in tali irregularitate ſolus papa diſpenſat: in quo tamen mendicantes aliqui ſunt priuilegiati. Niſi fortè abſolutio à tali excõmunicatione eſſet papę reſeruata: quia tunc videtur reſeruata & diſpenſatio, in tali irregularitate, ſecundũ Archid. ¶Vigeſimus, eſt diſpẽſatio cũ illegitime natis, quãtum ſcilicet ad ſuſceptionẽ maiorẽ maiorũ ordinum vel beneficiorum curatorũ, & dignitatũ.de fil.presby.is q.li. vj. Tollitur tamẽ talis irregularitas per religionis ingreſſum, quo ad omnes ordines.di.lvj.per totũ, nõ tamẽ quo ad prelaturã. ¶Vigeſimusprimus, eſt, ꝙ quis habeat duo vel plura bñficia cũ cura, niſi ſint vnita, vel vnũ alteri annexum.de prebẽ.de multa.& ſimiliter, ꝙ vni eccleſię duo pariter præſint.xxj.q.ij.c.fin. ¶Vigeſimusſecundus, eſt vt nõ habens xxx.annũ ætatis, habeat epiſcopatũ.de elec. cũ nobis olim. vel eccleſias aut dignitates curatas ante xxv. eo.tit.licet canon.libr.vj.non curatas aũt dignitates, ante xx.ſecundũ Io.And.de quo s̃.Beneficium iij. §.j. ¶Vigeſimustertius, eſt circa ætatem ordinãdorũ, in qua ſolus papa diſpẽſat: & de qua j̃. Aetas. §.j.& ſi ante talẽ ætatẽ promotus, ſuſpenſus à prelato, poſtea ſe exerceat in ordine illo, efficitur irregularis, nõ diſpẽſandus, niſi per papã, ſecũdũ Ray.Io.And.& alios. ¶Vigeſimusquart⁹, eſt, ꝙ ipſe ſolus põt gñale conciliũ celebrare.diſt.xvij.p totũ. & cõdere canonẽ generalẽ.xxv.q.j. §.ſi ergo.& C.de leg.l.j. ¶Vigeſimusquintus, eſt, ꝙ ipſe ſolus põt perſonã eccleſiaſticã ſuo iure priuare.ix.q.iij.per principalẽ.& diſt.xix.in memoriã.de exceſ.præl.quoniã.& ſolus põt cõcedere prębẽdam vel eccleſiã nõ vacantẽ.de cõceſ.præb.nulli.& de reſcript.eã te.Legatus aũt etiã habens plenam legationem, hoc non põt: in quibuſcunq; perſonatibus debet quis per electionẽ aſſumi.de offi.leg.deliberatione.lib.vj. ¶Vigeſimusſextus, eſt ꝙ ſolus excõicatũ à ſe nominatim poteſt abſoluere.de elec.venerabilẽ.& ſimiliter eſt de participãte.de elec.venerabilẽ.& ſimiliter eſt de participãte cũ tali in crimine: qui tamen participans, ſi ſit cleric⁹, varia eſt opinio.de ſent.excõ.ſignificauit. ¶Vigeſimusſeptim⁹ eſt, quia ſolus abſoluit excõmunicatũ à ſuo Legato, quia nolebat obedire ſuæ ſentẽtiæ diffinitiuæ, ſi ſteterit in excõmunicatione per annũ.de offi.leg.quærẽti.& idẽ in excõmunicato à legato vel delegato, cuius iuriſdictio expirauit, nec alter ei ſucceſsit: vt in d.c.quærẽti.& de off.or.paſtoralis. ¶Vigeſimusoctauus eſt, quia ſolus cognoſcit in cauſis appellatiõe remota.ix.q.iij.cũcta.& c.aliorũ.& ſolus cognoſcit de cauſis per appellationẽ vel relatione ad ipſum delatis.de offi.leg.licet & ad ipſum appellat̃ omiſſis medijs.j.q.vj.c.ij.& ſeq.Et ſecundũ Hoſt. legatus videtur habere idẽ priuilegiũ. ¶Vigeſimusnonus eſt, quia ſolus ordinat illũ ad diaconatũ, & presbyteratũ, quẽ ordinauit ad diaconatũ.de tẽp.or.cũ in diſtribuẽdis & ſolus conferre põt ſubdiaconatũ dieb⁹ dominicis, & alijs feſtis pręcipuis. ¶Trigeſimus eſt, ꝙ ſol⁹ ſemper & vbiq; pallio vtitur, ad deſignandũ plenitudinẽ ſuæ poteſtatis vbiq;. de vſu pal.ad honorẽ.& ali s palliũ concedit: ſecundùm Ver nec tamẽ patriarchæ habent priuilegiũ cõcedendi palliũ ſubditis ſuis: ſed vide j̃.Palliũ. ¶Trigeſimusprimus eſt, ꝙ ſolus diſpenſat cũ eo, qui nõ eſt in ſacris: vel aliàs de iure eſt indignus promoueri in epiſcopũ. de elect.dudũ. §.fi. & C.de cri.ſacri.l.putari. ¶Trigeſimusſecundus eſt, qa ſolus electũ Imperatorẽ cõfirmat vel caſſat, vel etiã Imperatorẽ deponit.de elect.venerabilẽ.& de ſentẽ.& re iud.ad apoſtolicam.lib.vj.& quãdocunq; princeps ſecularis fuerit inutilis & negligens circa regni gubernationẽ & iuſtitiã, per ipſum deponi põt.j.q.iiij.ſi quis deinceps.xj.qõ.j. nullus.xxxij.q.v.præceptũ.ſicut Zacharias papa depoſuit Ludouicum regẽ Francorũ.xv.q.vj.alius.& Inn.terti⁹ Ottonẽ Imperatorẽ.vt in d.c. venerabilem.& Inno. quartus Federicum Imperatorẽ: vt in d.c.ad apoſtolicæ.& de Cõſtantinopoli in Franciã prius tranſlatum fuit Imperium: quia Adrianus papa vocauit Carolũ Magnum ad liberandum Italiam de manibus Longobardorum: quo facto illi dedit Imperiũ.diſt.lxiij.Adrianus.j̃. Papa. §.x. ¶Trigeſimustertius eſt, quia ſolus abſoluit à ſentẽtia excõmunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, reſeruatis papæ p cõſtitutiones iuris, vel extrauagantes, de quibus infrà in ſuis titulis. ¶Trigeſimusquartus eſt, quia electionẽ nõdum factam, pronunciat nullã, ſi fiat.de elec.innotuit. ¶Trigeſimusquintus eſt, quia ſol⁹ habet canonizare ſanctos: aliàs nullũ licet venerari pro ſancto, ſcilicet faciendo officium ſolenne pro ipſo, vel eccleſiã aut altare, niſi fuerit canonizatus.de reliquijs & venerat.ſanctor.c.j. ¶Trigeſimusſextus eſt, vt quis habeat plures dignitates aut perſonatus, etiã ſi curã non habeãt, aut etiã in eadem eccleſia. de præben.de multa.& de cõſuetu.lib.vj. ¶Trigeſimusſeptim⁹ eſt, quia quod valet, facit nõ valere: & econuerſo. de exceſ. præla tanta.quod tamen in poſitiuis locũ habet, non in ſacramentis, & huiuſmodi, quæ quo ad ſubſtãtialia mutare non põt. ¶Trigeſimusoctauus eſt, quia poteſt monachũ tã contra ſuã voluntatẽ quàm abbatis extrahere de monaſterio, & alicui prælato vel prĩcipi in ſociũ aſsignare, aut ſecũ tenere.ix.q.iij.c.fi.& xj.q.iij. qui reſiſtit. ¶Trigeſimusnonus eſt, quia ſentẽtia eius facit ius.de ſen.& re iud: in cauſis. ¶Quadrageſimus, quia eadẽ die ordinat, qua cõſecratur.de elec.quod ſicut. §.ꝑterea. ¶Quadrageſimusprimus, quia diſpenſat in gradibus cõſanguinitatis & affinitatis prohibitis, quo ad matrimoniũ contrahendum.de reſtit.ſpol.literas.& de conſãg.& affini. non debet. non tamen in prohibitis iure naturali. de quo j̃.Papa. §.xvij. ¶Quadrageſimusſecundus eſt, quia poteſt tollere leges quo ad vtrunq; forũ in his, in quib⁹ animæ periculũ vertitur: ſicut in materia præſcriptiõis vſurarũ, & huiuſmodi. de pręſcri.c.fi.de iud.nouit.de ſecun.nup.c.pe.de fo.compet.c.ſi lib.vj.& de iureiur.c.fi.lib.vj.vbi autem nõ vertitur periculum animæ: tollere non poteſt leges in terris, ĩ quibus nõ habet iuriſdictionem tẽporalem, quo ad forũ ciuile: cũ poteſtates ſint diſtinctæ.lxvj.diſt.duo.& c.cũ ad verum.ſecũdùm Io.And.& aliquos Iuriſtas: vt j̃. ĩ verbo, Papa.

Papa.quod verum limita ex honeſtate & decẽtia: abſolutè tamẽ, ſicut Imperatorẽ, ita & leges ei⁹ deponere poteſt: licet corã Deo peccet, ſi nõ habeat huius rationabilẽ cãm. ¶Quadrageſimustertius eſt, quia concedere poteſt indulgẽtias generales certis locis, vel certis pſonis: & eas extẽdere ad exiſtentes in purgatorio, ſecundũ S.Tho.& alios. ¶Quadrageſimusquart⁹ eſt, quia poteſt legitimare quaſcũq; perſonas, quo ad ſpiritualia vbique: quo ad tẽporalia verò, vt honores & dignitates in terris eccleſiæ: in alijs aũtẽ terris aſſentiẽtibus aſsignatis, ſecũdũ Ant. de Butr. qui fil.ſint legi.per venerabilem.quod intellige quãtũ ad honeſtatẽ, & nõ abſolutè. ¶Quadrageſimusquintus eſt, quia inſtituere poteſt nouas religiones, & religionum regulas approbare, & reprobare, & in ceremonialibus earũ immutare, & diſpenſare, ſecũdũ Pet.de Pal.ĩ quarto. ¶Quadrageſimusſextus eſt, quia poteſt in oĩbus eccleſiæ præceptis diſpẽſare, ſecũdũ S.Tho.in quarto: licet ſine cauſa rationabili diſpẽſari nõ debeat. ¶Quadrageſimuſſeptim⁹ eſt, quia hominẽ põt abſoluere ab obligatiõe qua homini tenetur, ſecundũ plenitudinẽ poteſtatis.arg.ix.q.iij.p principalẽ.C.de preci.Imper.offe.l.quoties.ſecũdùm Inno.& Hoſti.& Ber. ¶Quadrageſimuſoctauus eſt, quia de nullo crimine cõdẽnari, aut accuſari poteſt: niſi hæreſis.di. xl. ſi papa.& hoc qñ de ipſa hęreſi eſſet incorrigibilis: vt ibi dicit glo.quia ſi vellet errorẽ deponere, priuari non poſſet. ¶Quadrageſimuſnonus eſt, quia ſolutus eſt legibus, licet ſecundũ eas viuere debeat, & nullã cẽſuram poteſt incurrere, etſi culpam. ¶Quinquageſim⁹ eſt, qa põt ſimplici ſacerdoti cõmittere, vt cõferat ſacramẽtũ cõfirmationis, & minores ordines, & conſecrationes eccleſiarũ ac virginũ, nõ aũt ordines maiores: licet Hug.cõtrariũ ſenſerit, ſecũdũ S.Tho.& Pe.de Pal.in quarto, põt etiã laico authoritatẽ cõferre iudicãdi in ſpiritualibus, & excõicãdi.arg. diſt. xxxij. §.verũ.& ſecũdũ Canoniſtas poteſt in matrimonio cõtracto per verba de præſenti, diſpẽſare: licet nõ ſecũdũ Theologos. Multa de poteſtate habes j̃. Papa. ¶Scdò,
3 *quæritur, qui ſunt caſus epiſcopales de iure? Et dico, ꝙ de hoc doctores implẽt quaternos: pro quo vide ſi vis Archi.iij.parte.tit.xvij.c.iij.& Sum.Ang. in tit. Caſus.tamen dico, ꝙ tute & ſecure teneri poteſt cũ opiniõe cõi, ꝙ ſunt hi ſolũ de quibus dicitur in Sum.Piſa.& de quibus habetur §.ſeq.qa ita declarauit Benedictus xj.in extrauaganti, ĩter cũctas.nõ obſtãte, ꝙ talis extrauagãs reuocata fuerit, & circa cõtẽta in ea multa ſtatuta per cle.dudũ. quia vt dicitur eadem Summa, quantũ ad dictos caſus nihil fuit immutatũ: imò ſi talis declaratio fuit reuocata, adhuc ſecurè ſic teneri poteſt: quia ſi fuit declaratio indicatiua, vł inſtructiua veri, ſicut de facto fuit, vt ibi dicitur: nõ potuit reuocari, niſi reuocata fuiſſent iura quę declarat: qa declaratio papæ in ſpectãtibus ad mores falſa eſſe nõ poteſt: vt s̃.Cõſiliũ.Si ꝟò fuit declaratio cõſtitutiua, & ordinatiua, adhuc ſic teneri põt: quia doctè, & elegãter Gul.Durã.Spe.in repertorio ſuo dicit breuiter cõcludẽdo, ſacerdotes omnia poſſe, quo ad forũ pœnitẽtiale, quę nõ ſunt ſpecialiter ĩ iure epiſcopis reſeruata: & nõ ſunt ipſis ſacerdotib⁹ directè vel per aliquã cõſequẽtiã interdicta.ar.de iud.at ſi clerici. & de ſent.exc.nuper.Hoc tñ, inquit, fateor, ꝙ vbicũq; fuerit graue delictũ, vł enorme, ſuperioris eſt iudiciũ requirẽdum: & idẽ dico de omnib⁹ caſib⁹, de quibus eſt gñalis cõſuetudo eccleſię, ꝙ ſint epiſcopis reſeruati. Hæc ille valde bene: cuius ratio ſtat in hoc, ꝙ ſacerdotalis clauis oĩa crimina põt abolere, niſi ipſa à ſuperiori prælato quãtum ad vſum ligetur. Cõſtat aũt, ꝙ reuocata tali declaratione cõſtitutiua, in iure nõ inueniunt̃ plures caſus reſeruati, quàm prædicti, loquẽdo de caſibus, vt requirũt abſolutionẽ: qđ dico ꝑpter cõmutationẽ votorũ, & iuramentorũ relaxationẽ, & diſpenſationẽ irregularitatũ, & huiuſmodi. Et cũ Sum.Piſ.ſentit Roſ.& Supplementũ cõtra Sum.Ang.quæ ſentit caſus de iure reſeruatos eſſe, & plures, & alios à prędictis. ¶Tertiò quæritur, qui ſunt caſus epiſcopo reſeruati de iure ſecũdũ d.Sum.Piſ.Et dico, ꝙ ſunt quatuor. ¶Primus, eſt peccatũ clerici, ꝑpter quod incurriſſet irregularitatẽ: đ quo j̃.Cleric⁹.& j̃.Irregularitas.p totũ, qđ licet gl. Ray.intelligat, quo ad diſpẽſationẽ ſuper irregularitatẽ, nõ quo ad abſolutionẽ à peccato: tamẽ Benedictus nõ ſic intelligebat: nec ſic eſt verũ: alioquin caſus epiſcopales eſſent multò plures quàm quatuor: quia adderet̃ diſpẽſatio votorũ & iuramẽtorũ, & huiuſmodi. ¶Secũdus, eſt de incẽdiarijs ante denũciationẽ.xxiij.q.viij.peſsimã. quod intellige de incẽdiarijs doloſis, & de mãdãtib⁹ hoc fieri, ſeu dãtibus cõſiliũ, vel auxiliũ: vt ibidẽ. ¶Tertius, eſt pctm̃, ꝑpter quod indicẽda eſſet ſolẽnis pœnitẽtia.de quo j̃. Pœnitẽtia.& qa blaſphemia publica eſt vnũ de huiuſmodi in laicis: nõ tamẽ in clericis, qui publicè pœnitere nõ debẽt, ſed aliàs ad arbitrium puniri, de big.c.ij.& iij.ideò ipſe eſt caſus epiſcopo reſeruat⁹, de quo ſuprà Blaſphemia. §.iij. ¶Quartus, eſt excõmunicatio maior, cuius abſolutio etiã aliquãdo papæ reſeruatur. Sed intellige, ꝙ tunc eſt caſus epiſcopo reſeruat⁹, quãdo eam cõditor canonis epiſcopo reſeruauit: de quo s̃.Abſolutio.j. §.iij.& j̃.Excommunicatio.viij.in prin.in alijs aũt nõ reſeruatis epiſcopo, abſoluere poſſunt inferiores. vt s̃.probatũ eſt ibidẽ. ¶Quartò,
4 *quæritur, quot ſunt caſus epiſcopales de cõſuetudine? Et dico, ꝙ innumerabiles, loquẽdo de cõſuetudine ſpeciali diuerſarũ diœceſum: & ſic loquitur gl.in c.ſi epiſcopus.de pœ.& re.li.vj.licet inſufficienter: qa certa regula dari non poteſt: ſed loquẽdo đ cõſuetudine generali, ſecũdũ Sum. Ang.cõſuetudo nulla eſt: cùm epiſcopi aliquãdo plus, aliquãdo minus ſibi reſeruent: ſed loquitur cõtra alios Summiſtas ſui ordinis: vt Roſ.& Sup.& cõtra veritatẽ: qa idẽ Benedictus in eadẽ extrauagãti declarauit, ꝙ ſunt quinq;: q ſcilicet vbiq;, vel quaſi epiſcopis ſemꝑ reſeruantur: licet eis aliqñ addãt plures, aliqñ pauciores. ¶Prim⁹, eſt homicidiũ volũtariũ, aut mutilatio mẽbrorũ: nec is aut mandãs vel cõſentiẽs abſolui debet, niſi ſatisfactione ꝑmiſſa.xxiij. q.viij.ſi qs mẽbrorũ.in terris tñ eccleſiæ homicidiũ dicit̃ papę reſeruatũ. ¶Secũd⁹, eſt crimẽ falſarij, ſeu falſi: & hoc ſumẽdo ſtrictè hoc nomẽ, cùm ſimus in materia pœnali. Quo crimine q teneãtur, dico ſecũdũ not.p doct.in c.j.de cri.fal.ꝙ nõ ſolùm dicitur falſarius q falſat literas, vel ſcripturas: ſed etiã teſtis falſus tenetur de falſo: nõ ſolũ quãdo mẽdaciũ dicit, ſed etiã qñ occultat veritatẽ, quod ĩtellige ſecundũ Pan.ibi, qñ interrogatur ſuper aliquo arti.& dicit ſe nihil ſcire: vel qñ iurauit dicere merã & purã veritatẽ, & multa ſubticuit: aliàs ſecus. Tenetur etiã ſiue punit̃ tali crimine teſtis recipiẽs pecunias ne teſtificet̃, vł vt verũ dicat teſtimoniũ: vt in l.j.ff.e.& ibi Bar.dicit gl.tenere ꝙ teſtis accipiẽs pecuniã vt teſtificet̃, tenetur crimine falſi: ſicut dicimus in iudice accipiẽte pecuniã, vt ferat verã ſñiam.ff.de cõd.ob tur.cau.l.ij.Et ratio eſt, ſecũdũ Bar. qa teſtis debet facere gratis. Et ſimiliter tenetur hoc crimine notarius, vel aduocatus, aut ꝓcurator, q inſtrumenta vni⁹ partis oſtẽdit alteri.per §.q depoſita.in d.l.j. ¶Terti⁹ eſt violatio eccleſiaſticæ libertatis: qua.ſ.iniuſtè perſonæ, vel res eccleſiæ grauãtur: hodie tñ tales p curiæ ꝓceſſum ſunt excõmunicati. ¶Quartus, eſt violatio eccleſiaſticę immunitat

nitatis, quia ſcilicet in eccleſia, vł loco ſacro, aut ſpatio pri
uilegiato in circuitu eccleſię ꝓximũ in perſona, vel rebus
offendit. xvij. q. iiij. ſi qs. vel aliter eius immunitatẽ lædit:
tales tamẽ non ſunt excõmunicati, ſed excommunicandi.
Et ita omne ſacrilegium videtur caſus epiſcopalis de con
ſuetudine. ¶ Quintus eſt ſortilegium, & diuinatio. xvj. q.
j. c. j. & tales ſunt infames, & à teſtimonio repellũtur, & ac-
5 cuſatione. iij. q. v. cõſtituimus. ¶ Quintò* quæritur, quot
modis epiſcopus poſsit ſibi reſeruare caſus ad libitũ? Et di
co, ꝙ reſpectu fratrũ Prædicatorũ, & Minorũ, & nũc aliorũ
quoq; mendicantiũ expoſitorũ ſecundũ formã cle. dudũ.
hoc non poteſt: vt j. Confeſſor. ij. §. v. quo ad curatos autẽ
& alios religioſos hoc poteſt, ſecũdũ omnes: licet peccet
ſi faciat ſine cauſa. Et hoc in genere dupliciter. Primò, ex-
preſſẽ ſibi reſeruando ſimpliciter, vel quo ad iſtum, aut il
lũ ſacerdotẽ. Secũdò, implicitẽ: ſicut ſi epiſcopus aliquẽ au
diuit. & nolit abſoluere: nullus inferior eũ abſoluit. diſt.
xxj. inferior. Sed circa iſtos caſus reſeruatos vidẽdũ eſt j.
Cõfeſſor. ij. §. v. & vij. & deinde not. ſunt duo. ¶ Primum.
Quòd ſecũdùm Pet. de Pal. iſta reſeruatio intelligitur de
actibus exterioribus cum effectu: & non de interioribus:
vnde homicidium cordis nõ reſeruatur epiſcopo. & idẽ
dicit eſſe de inceſtibus puerorũ, non habentiũ vſum ratio
nis: qa inde nec virginitas tollitur, nec cauſatur affinitas.
¶ Secundũ. Quòd iſta ſunt dicta quantũ ad abſolutionẽ:
quantũ ad diſpenſationẽ autẽ, & cõſecrationẽ, & huiuſmo
di multa alia reſeruantur epiſcopis: vt diſpenſatio votorũ,
& iuramentorum, & conſecratio multarum rerum.

DE CASV FORTVITO.

1 *Caſus fortuiti definitio. Et an furtũ caſus fortuitus cẽſeatur. Et num quis de caſu fortuito teneatur. Et ibidẽ quòd ſic in tribus caſibus.*

2 *Pacto generaliter inito, quo quis pact⁹ eſt ſe de omni caſu teneri, nullo tamen expreſſo, an uideatur ſe de caſu quoque fortuito adſtrinxiſſe.*

3 *Caſuum generalis renunciatio, num ſic iuramento firmetur, ut eius occaſione teneat ſiue obliget.*

4 *Aeſtimatio rei, num caſum fortuitum uenire faciat.*

1 CASVS* fortuitus ſecundùm Pan. in c. vnico. de com-
modo. & vt colligitur ex l. in rebus commodatis. ff. com
mo. eſt inopinatæ rei euentus, qui præuideri nõ poteſt: vt
mors ſeruorũ ſine culpa, hoſtium incurſus, ſeu piratarum,
naufragiũ, incendiũ, fuga ſeruorũ, qui cuſtodiri nõ ſolẽt,
& huiuſmodi: vbi tamẽ diligẽtiſsimus præuidiſſet, nõ eſt
caſus fortuit⁹: ſicut ſi perijt equus cõmodatus dimiſſus in
domo quæ ruinã minabatur. ¶ Primò verò quæritur, vtrũ
furtũ ſit caſus fortuitus? Et dicit Pan. vbi ſ. quòd gloſ. iuris
ciuilis contrariæ videntur: ſed ſi, inquit, per violẽtiã quid
ſubtrahitur, eſt caſus fortuitus: niſi fuerit quis in culpa trã
ſeũdo per loca periculoſa. arg. l. nõ eſt veriſimile. ff. quod
met. cau. Si verò clãdeſtinẽ: tũc ſi ab ea perſona, à qua dili
gẽtiſsimus præcauiſſet, puta à vili famulo, nõ eſt caſus for
tuitus: aliàs aũt ſic. & facit, quod not. in l. quæ fortuitis. C.
de pig. act. ¶ Secũdò, vtrum teneatur quis de caſu fortui
to? Et reſpõdet tex. in d. c. vnico. quòd ſic in tribus caſib⁹.
¶ Primò, quãdo præceſsit culpa: puta, cõmodaui tibi equũ
vt ires Mediolanum, & iuiſti Placẽtiã, & incidiſti in latro
nes: vt ibi in l. ſi vt certo. §. ſed interdum. ff. cõmo. ¶ Secũ
dò, qñ præceſsit mora: puta, non reddidiſti quando debui
ſti, & fortuito perijt: vt in d. c. vnico. & in c. bona fides. de
depo. & hoc in cõſciẽtia verũ eſt, niſi eodem modo apud
dominum res fuerat peritura: quia tũc non teneris, niſi de
dãno illato ex hoc, quod tẽpore debito nõ reſtituiſti. ar.
c. ſi. de iureiur. quod ſi dubium eſt an fuerat peritura, vide
j. Mora. ¶ Tertiò, quando pactum interceſsit vt tenetur
de caſu fortuito: vt in d. c. vnico. & c. bona fides. quod limi
ta, niſi adueniat ex culpa eius cui promiſit: qa ſic nõ tene-
tur. l. cũ proponas. C. de naut. fœ. & l. qui officij. §. ſi. ff. de
2 cõtrah. emp. ſed de hoc in §. ſeq. ¶ Tertiò,* vtrũ ex pacto
generali inito, quo quis paciſcitur ſe teneri de omni caſu
nullo expreſſo, teneatur de caſu fortuito? Et refert Bal. in
l. j. C. commo. de hoc varias opiniones eſſe. Accur. tamẽ i
l. ſed & ſi quis. §. quæſitũ. ff. ſi quis cau. quẽ Io. And. ſequi-
tur in d. c. vnico. dicit, ꝙ non tenetur, ſi nullus caſus fortui
tus fuit expreſſus: ne quis ſub inuolutione verborũ renũ-
ciaret ei iuri, cui nõ eſſet in ſpecie renũciatur⁹. & hoc pla
cet Pan. & infallenter eſt verũ in cõſciẽtia, niſi in caſib⁹, in
quibus ſpecialiter fuiſſet renunciaturus. Si verò aliqui ca
ſus fortuiti fuerũt ſpãliter enumerati, & ſecuta fuit clau-
ſula generalis, puta, & de omnibus alijs. Bar. in d. §. quæſi-
tũ. tenet, ꝙ ſub illa clauſula generali veniũt caſus cõſimi-
les expreſsis: nõ aũt maiores. quod ſatis placet Pan. qa ge-
neralis clauſula in odioſis nõ cõprehẽdit maiora expreſ-
ſis: vt eſt tex. no. in cle. nõ põt. de proc. Secus de nõ odio-
ſis: ſicut in cõſtitutione ꝓcuratoris, in qua expreſsis aliq-
bus requirẽtibus ſpeciale mandatũ, & ſubdita clauſula ge
nerali, veniũt caſus maiores expreſsis: vt no. Inno. in c. ſe-
3 des. de reſcri. ¶ Quartò,* vtrum dicta generalis renuncia-
tio caſuum ſic iuramẽto firmeẗ, vt teneat ſiue obliget? Et
dicit Io. And. vbi ſ. ꝙ non: quia iuramentum nõ obligat
vltra conſenſum iurantis. facit cap. Quintauallis. & c. pen.
& c. veniẽs. el j. de iureiu. & quod ibi not. Inn. ille autẽ nõ
videtur cõſenſiſſe dictis caſibus non expreſsis. Et hoc cre
do verũ in caſib⁹, in quibus ſpecialiter nõ cõſenſiſſet. ſec⁹.
in illis, in quibus ſpecialiter conſenſiſſet ſi fuiſſent expreſ
ſi. Pro quo facit c. tua nos. cum ibi not. de ſpon. Concordat
Bal. vbi ſ. Et ratio, quia iuramẽtũ habet vim caſus expreſ-
ſi. l. cùm pater. §. ſi quis matrẽ. ff. de leg. ij. ſed intellige, ꝙ
habet vim caſus expreſsi in his quæ ſunt expreſſa habitu
& virtute, id eſt, q̃ exprimerẽtur ſi ꝓponerẽtur. ¶ Quintò,
4 * vtrum æſtimatio faciat venire caſum fortuitum, id eſt, ſi
alicui tradatur res æſtimata & appretiata, vtrũ ea pereũte
caſu fortuito, pereat ſibi? Et Io. And. in d. c. vnico. & Bart.
in l. ſi vt certo. §. nunc videndũ. ff. cõmo. & l. j. eo. ti. dicũt,
ꝙ ſi ſumus, id eſt, loquimur in contractu, cuius naturæ nõ
repugnat, quòd dominium transferatur: tũc æſtimatio fa-
cit emptionẽ: vt in l. plerũque. ff. de iure do. & l. quoties.
C. eod. & ſic æſtimatio facit omne periculum, & commo-
dum eſſe recipiẽtis. l. neceſſario. in princ. ff. de peri. & cõ.
rei ven. & d. l. quoties. & plerunq; etiã deteriorationis: vt
l. ſi æſtimatis. cum l. ſeq. ff. ſol. mat. Exẽplũ, vt cùm mulier
dedit viro rem æſtimatã: vt in d. l. plerũque, vel cùm quis
æſtimatã rẽ tradit, ita ꝙ æſtimatio reddatur, nõ res: vt in
d. §. nũc vidẽdũ. Si verò ſum⁹ in cõtractu, de cuius natu-
ra eſt, vt ſolũ ꝓ parte dominiũ trãſferatur, & ꝓ parte nõ,
ſicut eſt in ſocietate: ſic ſi æſtimatio fiat in accipientẽ, trã-
ſit ſolũ periculũ partis: vt l. cũ duob⁹. §. dãna. ff. pro ſoc. Si
aũt ſumus in contractu, cuius naturæ repugnat dominij
trãslatio: vt in locato, & huiuſmodi: ſic æſtimatio nõ facit
emptionẽ, nec tranſire periculũ caſus magis, quàm tenea
tur ex natura cõtract⁹. Nec obſtat, quòd Bar. vbi ſ. vult vt
aliquid operetur: & ſic ſi tenebatur de lata ſolùm, tenetur
de leui: ſi de leui, tũc đ leuiſsima: ſi de leuiſsima, tũc de ca
ſu: quia hoc nõ teneo, ſicut nec Pan. in d. c. vnico. Sed di-
co, ꝙ æſtimatio tũc operaẗ ſolũ, vt ſciatur pretiũ ſi deterio
raretur, vel perderetur recipiẽtis vitio: & ſic releuaẗ domi
nus

nus ab onere probandi verũ pretiũ rei. Si autem res æſti
mata daretur cũ pacto, ꝙ aut res, aut æſtimatio redderet:
ſic facit tranſire periculum peremptionis, ſed nõ deterio-
rationis: vt in d. l. plerunque. in fi. vide j. Aeſtimatio.

DE CATECHISMO, & Exorciſmo.

1 *Catechiſmus, & exorciſmus, qualiter inter ſe differant. Et qui dicantur exorciſtæ.*

2 *Catechizare ad quem pertineat. Et quis poſſit catechizari.*

3 *Patrinus catechizandi quis eſſe poſſit, & ad quid teneatur. Item quodnam ſit catechiſmi tempus.*

4 *Exorciſtæ præſenti ac futuro, quid competat. Et quis exorcizare habeat.*

5 *Exorcizandus quiſnam ſit. Et exorciſmi, & catechiſmi quiſnã effectus.*

1 CATECHISMVS,* & exorciſmus ſic inuicẽ differũt:
quia ſecundũ Sã. Tho. iiij. diſt. vj. catechiſmus eſt in-
ſtructio credendorũ explicitẽ baptiſmũ præcedens, ordi-
nans ad bonũ, nihil efficiẽdo, ſed inſtruendo tantũ: vnde
& dicitur à catechizo, id eſt, doceo, vel inſtruo. & de hoc
in c. per catechiſmũ. de cogna. ſpi. lib. vj. & in c. ante baptiſ
mum. de conſe. diſt. iiij. Exorciſmus autẽ, vt colligitur ab
eo ibi. & diſt. xxiiij. & habetur de conſe. diſt. iiij. in c. ante
xx. dies. eſt adiuratio cõtra diabolũ: &, vt dicit, ordinatur
ad remouendũ malũ etiã operando, vel efficiendo: vnde
exorciſtæ Græcè, Latinè adiurantes dicũtur, ſiue increpã
tes. xxj. diſt. cleros. circa fi. Igitur male Sum. Ang. dicit iſta
2 duo eſſe idẽ. ¶ Primò* verò quæritur, ad quẽ pertinet ca-
techizare? Et dicit S. Tho. vbi ſ. & iij. q. lxxj. ꝙ ad ſacerdo
tem principaliter, & ſecundariò ad lectorẽ quo ad inſtru-
ctionem credendorũ: ad epiſcopos autẽ, & prædicatores,
& quoſlibet fideles, quantũ ad inſtructionẽ conuerſiuam:
ad anadochũ autẽ, id eſt, patrinum, quo ad inſtructionem
morũ. ¶ Secundò, quis poſsit catechizari? Et dico, ſecun-
dùm eundem, ꝙ etiam puer & patrinus in perſona pueri
reſpõdet, credo. &, vt dicit, duplex poteſt eſſe ſenſus, ſcili-
cet credo, id eſt, ego paruulus cùm ad perfectã ætatem ve
nero, credã: vel credo, id eſt, ego patrinus operã dabo, ꝙ
iſte credat. pro eodem etiã promittit. Nec incõuenit: qa
in his, ad quę omnes tenẽtur, vnus aliũ poteſt obligare: ſi
3 cut in alijs. ¶ Tertiò* quis poſsit hic eſſe patrinus, & ad
quid teneatur? Et dico, ꝙ ſolũ catechizatus, ſicut in baptiſ
mo ſolũ baptizatus, & in cõfirmatione ſolùm cõfirmatus:
vt dicitur de cõſe. diſt. iiij. in baptiſmate. & in neceſsitate,
vnus põt eſſe in cathechiſmo, baptiſmo, & cõfirmatione:
non tamẽ eſt cõſuetudo Romana: ſed ꝙ per ſingulos ſin-
guli ſuſcipiant. de conſe. diſt. iiij. in catechiſmo. Tenetur
autem ad inſtruendũ paruulũ de fide, ſecundùm S. Tho.
&, vt videtur, etiã de morib⁹, ſicut de baptiſmo dictũ eſt.
Nec tamẽ ex hoc periculũ magnũ imminet patrino, vt di
cit S. Tho. quantum ad hoc tẽpus: quia parẽtes ſunt Chri
ſtiani, & puer inter Chriſtianos nutriẗ. ſi tamẽ ipſi eſſent
infideles, vel puer inter infideles cõuerſaretur, diligẽtior
cura adhibẽda eſſet, ſicut i eccleſia primitiua. hęc ex illo.
Et idem videtur, ſi parentes eſſent ſuſpecti in moribus: qa
patrinus eſt fideiuſſor, nõ ſolũ fidei, ſed etiã morum. arg.
de cõſe. diſt. iiij. vos ante omnia. ¶ Quartò quæritur, qđ
ſit catechiſmi tẽpus? Et dico, ſecundũ Pet. de Pal. ꝙ conue
nienter debet præcedere baptiſmũ: quia in baptizãdo re
quiruntur ea, quæ ſunt de neceſsitate fidei, quæ ſunt tria,
ſcilicet fidei ſuſceptio, profeſsio, & obſeruatio. Vnde ꝓ-
pter hæc tria catechiſmus inuẽtus eſt: quia in eo fit inſtru
ctio ad fidei ſuſceptionẽ, & reſpõſio ad fidei profeſsionẽ,
& promiſsio ad fidei obſeruationem, quæ ab adulto per
ſeipſum requirũtur, quia poteſt: in paruulo autem requi-
4 runtur per vicariũ, id eſt, patrinum. ¶ Quintò* quæritur,
quid ad exorciſtã præſentẽ, ac futurũ pertineat? Et dico,
ꝙ exorciſta futurus, id eſt, ordinãdis ad ordinẽ iſtum, cũ
ordinatur accipere debet de manu epiſcopi librũ, in quo
exorciſmi ſunt ſcripti, cum iſtis verbis, Accipe, & cõmen
da memoriæ, &c. vt in c. exorciſta. xxiij. diſt. ad exorciſtã
verò præſentẽ, id eſt, ordinatũ pertinet exorciſmos me-
moriter tenere: manuſq; ſuper energumenos, id eſt, luna
ticos, & obſeſſos à dæmonibus, & catechumenos in exor
cizãdo imponere. xxv. diſt. plectis. ¶ Sextò, qs habet exor
cizare? Et dicit S. Tho. iij. q. lxxj. ꝙ exorcizare pertinet ad
ſacerdotem principaliter, ad exorciſtã inſtrumentaliter
tantùm: ſed vt dicit in iiij. diſt. vj. licet exorcizare ſit pro-
prium officiũ exorciſtæ: tamen de conſuetudine totũ fit
5 à ſacerdote. ¶ Septimò,* quãdo ſit quis exorcizandus? Et
dico, ſecundùm eundẽ, ꝙ ante baptiſmũ: quod ſi non fiat,
nihilo minus fiat poſt. facit c. ſicut noſtris. de conſe. diſt.
iiij. ¶ Octauò quæritur, quis ſit horũ effectus? Et dico, ꝙ
catechiſmus, ſecũdùm mentem S. Tho. directè illuminat
de fide, & moribus: & conſequenter operatur omnia, quę
ad illuminationem ſequũtur: puta, amorẽ, & bona opera.
exorciſmus verò reprimit dæmonum poteſtatẽ, inquan-
tum homines repellit à ſacramẽtis: & aperit ſenſus ad my
ſteria, & mandata. Summa tñ Ang. vtriſq; attribuit eundẽ
effectũ, ſcilicet dæmonẽ frænare: quia putat eſſe idem.

¶ CAVPO, & ſtabularius. id eſt, tabernarij, & hoſpites, vide infrà, Nauta, per totum.

DE CAVSA LEGALI, & iudiciali.

1 *Cauſa prout iuridicè ſumitur, duplex eſt, nimirum legis ac iudicij. Et ſub hæc quòd legis cauſa quadripartita ſit. Et quòd pro eodem uſurpentur cauſa legis, & ratio legis.*

2 *Cauſa legis, uel ratio legis, quo ſignificetur.*

3 *Cauſa iudicialis quid ſit. Et ſubinde, quomodo differant cauſa impulſiua, & finalis. Et finis ex quot dignoſcatur. Et ibidem quòd ex quinque.*

4 *Cauſa iudicialis quotuplex dicatur.*

5 *Cauſarum prædictarum, quot modi ſint. Et an cauſa uniuerſitatis, uel eccleſiæ ſit propria, uel communis.*

6 *Damno ex cauſa data illato, quomodo quis teneatur.*

1 CAVSA,* eſt quicquid facit ad eſſe rei. & loquẽdo iu-
ridicè eſt duplex, ſcilicet, cauſa iuris, ſiue legis, & cã
iudicij. ¶ Primò verò quæritur, quotuplex eſt cauſa legis?
Et dico, ꝙ eſt quadruplex. ¶ Prima, efficiẽs, ex qua produ
citur: ſicut pater eſt cauſa filij, & conditor legis, & cõtra-
ctus cauſa obligationis. l. & an eam. §. actiones. ff. de exc.
rei iudi. ¶ Secunda, finis, ex quo datur impulſio faciendæ
diſpoſitioni; & ita ſumitur in tit. de condi. & demonſtr. &
cauſis, & modis earũ: vbi patet quomodo differũt cauſa,
modus, & cõditio: de quo j. Cõditio, per totũ. Et ad hanc
vt ad efficientẽ reducitur cauſa impulſiua, quæ occaſionẽ
remotã præſtat: ſicut Calphurnia importunè poſtulando
cauſam dedit, vt mulier poſtulare, id eſt, aduocare nõ poſ
ſit: vt in l. j. §. ſexũ. ff. de poſtu. ¶ Tertia, materialis, id eſt,
materia, de qua in lege diſponitur. ¶ Quarta, formalis, id
eſt, modus diſponẽdi, & cõtrahẽdi. Sed vſitatè cauſa legis
dicitur finis. Vnde dicitur, ꝙ ceſſante cauſa, ſcilicet finali,
ceſſat lex. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. Et indiffe-
renter pro eodem vtimur hoc nomine cauſa, & hoc no-
mine ratio legis, licet differant: quia ratio eſt lumẽ diſcer
nens quid iuris: & cauſa eſt per quod ratio diſcernit. ¶ Se
2 cundò* quæritur, quomodo ſignificetur cauſa, vel ratio le
gis? Et dico, ꝙ p ly ſi: vt lego illi, ſi negotia mea geſſerit. l.

demonſtratio. §.j.ff.de condi.& demonſt. Et per ly quia:
Inſtit.de leg. §.lōgè magis.& per ly quoniā.nam exponi-
tur per quia. Et per dictiones illatiuas: vt Titius negotia
mea geſsit: ideo, vel idcirco ſibi lego.vt per ly cū:vt cùm
Titius negotia mea geſſerit, lego ſibi &c. Et ꝑ ly ſiue: vt
ſiue Titius negotia mea geſſerit, ſiue aduocat⁹ fuerit &c.
Et per ly pro:vt lego tibi pro alimentis.l.fi. §.j.ff.de ali.&
cib.le.Et ꝑ ly nomine:vt lego vxori meæ nomine dotis.l.
3 cùm quidam vxori.ff.de lega.ij.¶Tertiò*quæritur,quid
eſt cauſa iudicialis? Et dico,ꝙ eſt materia, & origo nego-
tij,nondū diſcuſsione & examine patefacta: quæ dū pro-
ponitur,cauſa eſt: cū diſcutitur,iudiciū:cū diffinitur,iuſti
tia.c.forus.de ver.ſig.Et differt ab actione: quia cauſa eſt
negotium, vel contractus, ex quo quis mouetur ad pe-
tendum,vel litigandū: vt venditio,vel locatio rei, ex qua
oritur obligatio,quę obligatio parit actionē,cùm ſit ma-
ter actionis:vide ibidē gl. ¶Quartò quæritur,quomodo
differant cauſa impulſiua,& finalis?Et dico,ꝙ ceſſante im
pulſiua nō ceſſat effectus,ſicut ceſſante finali,quæ diſpoſi
tionem,& legē regulat.de appel.c.cū ceſſante.C. de epiſ.
& cleri.l. generaliter.vbi Bald. multa dicit. & xvj.q.j.ge-
neraliter.Cognoſcitur autem finis ex quinque.¶Primò,
quando id,quod exprimitur in viā cauſæ reſpicit vtilita-
tem alterius,quàm partiū.l.Titio centum.ff. de condi. &
demōſt.puta, dono tibi centū,vt inde facias capellam in
tali eccleſia:& huiuſmodi.Si verò reſpiceret ſolùm vtili-
tatē eius q debet implere,& nō ſit pia:ſic præſumitur cau
ſa impulſiua.d.l.Titio. §. ſed ſi filio. Vñ ſi lego tibi decē,
vt caligas emas:nihilo minus tenet legatū,licet nō emas:
ſimiliter ſi vt fundū . ſed ſi vt emas fundū alteri minus in-
duſtrioſo,nō valet,niſi caueat,vt ibi.¶Secundò,quando
exprimitur pius actus in viā cauſæ.l.ſi quis pro redēptio-
ne.C.de do.& l.ſi ego.ff.de iure do.& vult Bart.ī l.ij. §.fi.
ff.de do.puta,dono tibi centū,vt facias hoſpitale.¶Ter-
tiò, quādo ingerēdo actū, exprimitur ab homine cauſa,
vbicunq; lex requirit de neceſsitatē cauſam ad validitatē
actus: quia tūc intelligitur finalis, vt actus ſuſtineat.l.ſed
ſi mors.cū l.ſeq.ff.de do.inter vi.& vxo.vbi dicitur,ꝙ do
natio facta vxori ad reſtaurationē ædium igne combuſta
rum, valet vſque ad earum reparationem, & non in plus.
¶Quartò, vbicūq; nō poteſt eſſe alia ratio, illa cenſetur
cauſa finalis.l.quāuis.vbi gl.C.de fideicō.vnde qui legat
iter ad fontē,videtur legare & hauſtum.ff. de ſeru.ruſti.
prædi.l.item ſi.¶Quintò,vbicunq; lex exprimit cauſam:
cenſetur finalis.gl.eſt notabilis in l.cū tali.ff. de condi.&
demonſt.quam ad hoc ponderat Ange.in l. ſciendū.ff.de
4 ædil.edi.& Bar.in d. §.fi. cuius ſunt iſta dicta. ¶*Quintò
quæritur,quotuplex eſt cauſa iudicialis?Et dico,ꝙ multi-
plex.de quo vide gl.xj.q.j.in Sum. Quædam enim eſt ſe-
cularis:& diuiditur in criminalē,& ciuilē.Quædam verò
eſt eccleſiaſtica:& eſt triplex.Quædā enim eſt ſpiritualis,
vel annexa ſpirituali: vt quæ fit de decimis, de matrimo-
nio, de iure patronatus. Quædam ciuilis:vt cùm agitur
ſuper rei vendicatione in cauſa pecuniaria: vt in d.c. ſup
prudentiā.Quædā criminalis:vt cū agitur directè de cri-
mine:vt in c.at ſi clerici.& in c.cū non ab homine.de iud.
& c.ſuper prudentiā.xij.q.ij.& c.frater noſter.xvj.q.j.Et ſi
de crimine agatur ad vindictā publicā, procedit in cauſa
criminali criminaliter: ſi verò agitur ad pœnā per modū
inquiſitionis, denunciationis, vel ad intereſſe partis per
viā accuſationis procedit ciuiliter. Quædā miſta,quę ſci-
licet paticipat de vtraq;.de procu.c.tua.ſicut cū de crimi-
ne agit ciuiliter: puta,de adulterio ad thori ſeparationē.

Et licet gloſſę videātur variare ponēdo pecuniariā pœnā
aliquādo pro criminali, aliqn̄ pro ciuili:vt in l. prætor.in
princ.ff.de ſepul.vio.& in l.vnica.C.quādo ci.ac.cri. præ.
tn̄ cōcordat:quia quādo pœna pecuniaria applicabitur fi
ſco,criminalis eſt,ſecundū Inn.in c.qualiter, & quādo. el
ij.de accuſa.& eſt glo.& Bar.in d.l.prætor.quia ſic intēdi-
tur publica vindicta per pœnā pecuniariā,ſicut per pœnā
corporis: ſi tn̄ applicatur fiſco pro intereſſe fiſci, ciuilis
eſt:vt in l.j.C.de his,quib.vt indi.Nec obſt.c.ꝑ tuas.de ſi-
mo.& quod no.Pan.in rub.de iudi.quia illud capitulū lo
quitur de amotione à prælatione: quæ, ſecundū eundem
ibi,eſt ciuilis:cū ſit ad bonū cōmune,nō ad vindictā deli-
cti: nec agitur ciuiliter præciſe,quando pœna applicatur
parti,ſecūdū Doc.ſed etiā aliter,ſicut in d.c.ꝑ tuas.Et hoc
ſequitur gloſſ.& Bart. & Ang.in l.iij.de ſepul.viol.& Bar.
in l.fi.ff.de pri.delic.Item dicit gl. Alberi. & Sali.in l.j.C.
de ſepul.vio.& cōior eſt opinio,de quo vide do. Anto.in
5 rubrica,de iudi. ¶Sextò*quæritur, quot ſunt modi cauſa
rum prædictarū? Et dico ꝙ multi. Quædā enim cauſæ di
cuntur fauorabiles: & ſunt numero quatuor.ſ. de liberta
te,matrimonio,dote, & teſtamēto.c.duobus. de re iudic.
Quædā minimæ: vt quæ eſt duorū,vel decē aureorū, aut
quinquaginta ſolidorū:vel,quæ nō ſufficit ad ſumptus iu
diciales,ſecundū voca.iur.Quædā eſt remota:& quædam
propinqua:de quibus not.Doc.in d.c.dilecti filij.de iudi.
Et remota eſt, ſicut cū ædificator turris dicit cauſa homi-
cidij eius qui inde ſe præcipitat:& dicitur occaſio. facit l.
qui domū.ff.loca.Cauſa verò ꝓpinqua dicitur ipſe. Quę-
dam eſt propria,quędā cōis:& propria eſt illa, cuius emo
lumentū,vel damnū ad aliquē ſuo nomine pertinet.c.bi-
duum. §.palā.ij.q.j. Cōmunis verò eſt,quę vtriuſq; eſt.ff.
de ritu nupt.l.illud. Vnde non poteſt quis eſſe teſtis in re
cōi ſibi cū alijs, niſi indirectè: ſicut legatarius poteſt eſſe
teſtis in cauſa teſtamēti,in quo ſibi eſt aliquid relictū.In-
ſtit.de teſta. §.legatarijs. ¶Septimò quæritur, vtrū cauſa
vniuerſitatis,vel eccleſiæ ſit ꝓpria,vel cōis? Et dico,ꝙ cā
vniuerſitatis nō videtur eſſe ſingularis perſonæ, vt in c.ꝙ
manumittitur.xij.q.ij.& ibi Doct. & in d. §. legatarijs.cū
annotationibus ſuis. Cauſa etiam eccleſiæ nō eſt propria
rectoris:vnde in cauſa eccleſiæ ſuæ poteſt eſſe iudex.ij.q.
vij. ſi quis erga epiſcopum.in gl.& facit c.fi. de poſtu. qd
verū eſt, dūmodo alius cōſtituatur, qui agat nomine ec-
cleſię:vt in c.inſuper.de teſti.vbi dicitur,& eo caſu poteſt
eſſe teſtis.Et nota,ꝙ licet canonicus poſſit eſſe teſtis pro
canonica cōtra extraneū,quia nō dicitur domeſtic⁹ ei⁹,
ſed eccleſiæ tantū,ſecundū Hugo.vt in glo.d.c.ſuper pru
dentiā.xiiij.q.ij.nō tamē poteſt eſſe iudex pro eo contra
extraneū: quia minor cauſa reqritur ad repellēdū aliquē
6 à iudicio,quàm à teſtimonio.de offi.delegat. ¶*Octauò
quæritur,quomodo teneatur quis de dāno ex cauſa data?
Et dico,ꝙ nō tenetur, q dat cauſam remotā, quæ etiā di-
citur occaſio,ſi qs dabat operā rei licitæ,adhibita diligē-
tia.xxiij.q.v.de occidēdis.Secus ſi rei illicitæ:quia impu-
tantur ei omnia ſeq.diſt.l. quantū dicit.de iniur.c.fi.ff.ad
leg.Aquil.l.itē Mela.in princi. §.itē & cū eo.Similiter,&
ſi dabat operā rei quidē licitæ, ſed diligentiā non adhi-
buit.d.l.ſæpe.ff.ad leg.Aquil.l.qui occidit. §.penult.vide
glo.in c.ſicut nobis.de teſtib. Similiter nō tenetur, q dat
cauſam etiā propinquā,ſed nō ſufficiētē,& efficacē, licet
peccet.Tenetur autē q dat cām efficacē,ſine qua effectus
nō ſequeretur.& de qua loquit c.fi. de iniur. Vide ſuprà,
Aduocatus. §.vlt.& infrà,culpa. §.iiij.& infrà,Reſtitutio.
ij.in fi.& Reſtitutio iij. §.vj.illo verſu,Iuſsio, Cōſiliū &c.
De cau

DE CAVTIONE.

1 *Cautio ſimpliciter dicta,qualiter intelligatur. Et quænā ido-
nea,quænam mediocris,& quænam competens.*

1 CAVTIO*ſimpliciter dicta regulariter intelligitur nu
da promiſsio.l.ſancimus.C.de verb.ſig.quod tamen
fallit in cautione expreſſa à lege pretoria.vt ff.de pręt. ſti
pu.l.pretoriæ.la j.& ſic,ſecundū aliquos,intelligitur gloſ.
in c.primo igitur.de cōſe.diſt.iiij.Itē ſecūdū glo.in l.pen.
ff.de pe.hære.qn̄ eſt perſona ſuſpecta:vt l.ſi fideiuſſor. §.
fi.ff.qui ſa.cog.qa tūc debet cauere cū fideiuſſoria.Sed cū
additur cautio idonea vel ſufficiēs,intelligitur de pigno-
ratitia,vel fideiuſſoria:vt ff.de fideic.li.ergo quādiu.vide
gl.in c,ad noſtrā.el j.de iureiu.& in c vlt.de pig. & in ca.
ex publico.de cōuer.coniu.Si verò dicitur cautio medio
cris:tūc venit obligatio omniū bonorū.& eſt tex.in l.fi-
lio.ff.vt le.no.caue.Si verò dicit cautio cōpetēs: intelligi
tur arbitrio iudicis,ſecundū aliquos:ſecundū alios aūt fi-
deiuſſoria,vel pignoratitia:vt in gl.l.ſi debitori.ff. de iu-
di.Si verò dicat,ſatiſdet,vel ſatisfaciat:fideiuſſoria intel-
ligitur, ſecundū gl.in d.l.pe.Notat tn̄ Bald.in l.vniuerſa.
C.de precib.Impe.offe.ꝙ qn̄ ſtatuto cauetur,ꝙ caueatur
idoneè,qn̄ cōpromiſſum petitur:intelligit arbitrio iudi-
cis.& in l.oēs.C.de epiſ.& cle.& dicit,ꝙ ſi tenet qs dare fi
deiuſſores,& nō pōt:tenet obligare oīa bona ſua meliori
mō,quo pōt.Qn̄ aūt cautio liceat,vide j.Negotiū. §.iiij.
¶CAECVS.infrà Surdus.

DE CESSIONE BONORVM.

1 *Cedere bonis quis debeat.Et ad quid bonorū ceſsio proſit.Et ibi
dem certa limitatio.*

1 CEDERE*bonis debet,qui ſuis creditoribus ſoluere
non pōt.Et hoc valebit ei.Primò ne incarceretur. l.j.
C.qui bo.cede.poſ.de quo vide ſ.Carcer. §.iij.¶Secūdò,
ne excommunicet:& ſi erat excōicatus vt abſoluatur,rece
pta idonea cautione de ſoluēdo,ſi ad pinguiorē fortunā
venerit.de ſol.c.Odoardus.¶Tertiò,ꝙ nō condemnetur
niſi inquantum facere poteſt,habita ratione,ne egeat:qa
non eſt fraudandus quotidianis alimentis. ff.de re iudi.l.
ſunt qui in id quod facere.& ff.qui bonis ce.poſ.l. is qui.
& l.qui bonis.& l.ſi debitores.Nec obſtat c.ꝑuenit.de fi-
deiuſ.quia ibi nō ceſſerat bonis.Limita tamē tertium, qn̄
non conuenitur ratione delicti:qa ſi ratione delicti cōue
niretur, non haberet reſpectus ne egeret, etiā in clerico:
vt no.Pan.in c.olim nobis.de reſtit.ſpo.Quomodo verò
ſit,vide infrà Solutio.De ceſsiōe verò actionū,vide ſi vis
Pan.in c.fi.de alie.iud.mu.cau.fac.& infrà Lis. §.viij.

DE CENSVRA.

1 *Cenſura eccleſiaſtica,quidnam ſuo nomine contineat.*

1 CENSVRA*eccleſiaſtica ſuo noīe cōprehēdit tria,in
terdictum ſcilicet,excōmunicationē,& ſuſpenſionē.
de ver.ſig.querēti.& de ſingulis horū vide j.in locis ſuis,
¶CENSVS,infrà Gabella ſecundò.

DE CESSATIONE A DIVINIS.

1 *Ceſſatio à Diuinis abs quibus fiat, & quotupliciter.*
2 *Ceſſatio à Diuinis quomodo fieri debeat,& quot requirantur,
ut ea obſeruanda ſit.Et ibidem,quòd decem requirantur.*
3 *Ceſſatio à Diuinis num ſeruanda ſit,ſi pars aduerſus quam ceſ
ſatur,quæ præcedenti numero dicta ſunt,non obſeruarit.*
4 *Pœna iniuſtè ceſſantium generaliter,aut ſpecialiter, aut dātis
occaſionem iuſtæ ceſſationi quænam ſit.Et ceſſans iniuſtè,cuius
nam fructus reſtituet,ſi eccleſia,in qua ceſſatur,ſit ipſius.*
5 *Ceſſationem iuſtam uiolantis,quænam pœna ſit.*

1 CESSATIO*à diuinis fit,vt dicitur in c.quāuis.de of.
or.li.vj.plerunq; à capitulis, conuentibus,ſiue colle
gis ſeculariū,vel regularium eccleſiarū:vt dicitur.eo. tit.
& lib.in c.ſi canonici.eam ſibi in aliquibus eccleſijs vendi
cāt canonici ex cōſuetudine:vel aliàs,id eſt ex priuilegio
ſecundū glo.vel cōceſsione epiſcopi,ſecundū Gul.vel cō
ſtitutione ſynodali,ſecūdū Cle.pro quo facit cle.j.de ſen.
excom.fit aūt dupliciter.Primò generaliter:puta reſpectu
totius ciuitatis:& ſecūdò ſpecialiter:vt in vna eccleſia:&
hoc propter iniuriā factam alicui de eccleſia,vel ipſi eccle
ſię.Quarū quidem ceſſationū prima.i. generalis ęquipa-
ratur interdicto:per clem.j.de ſent.excō.nō aūt ſecunda.
2 ¶Primò* verò queritur, qūo fieri debet ceſſatio, & quot
ad illā requirūtur vt ſeruāda ſit? Et dicit Io. An.in c.quam
uis.de offi.or.li.vj.& Dire.ꝙ oportet cōcurrere decē. Pri
mò,ꝙ ceſſantes habeāt à iure,vel cōſuetudine,vt ceſſare
poſsint.Secundò,ꝙ vocētur abſentes ad tractandū de ceſ
ſatione,ac ſi de electione ageretur.Tertiò,ꝙ de illa ceſſa
tione tractet diligēter.Quartò,ꝙ de ceſſando deliberēt.
Quintò,ꝙ ſit manifeſta offenſa,propter quā ceſſant,& no
toria,vt etiā dicit Inn.& Hoſt.alioquin nulla conſuetudo
prodeſſet:qa eſſet eccleſijs oneroſa.de conſue.c.j.& c.cū
venerabilis.Nec debet is,cōtra quē ceſſat,conuinci ꝓba-
bilib.ſed apertis,& notorijs:ſecūdū Io.Mo.& Arc.Sextò,
ꝙ cauſa ſit rationabilis.Septimò,ꝙ ante ceſſationē inſtru
mēto publico, vel patētib.literis authētico ſigillo muni-
tis cauſam ceſſationis exprimant.Octauò,ꝙ illud inſtru-
mentum vel literas tradant ei, contra quem ceſſant.No-
nò,ꝙ requirāt illū vt emēdet cōpetēter iniuriā,vel offen
ſam,propter quā volūt ceſſare:quod ſi nō fecerit,locū ha
beat tūc ceſſatio.Decimò, ꝙ poſt ceſſationē vtraq; pars
iter debet arripere ad ſedē Apoſtolicā intra mēſem, ꝑ ſe,
vel per ꝓcuratores ſufficiēter inſtructos,& cōtinuatis die
bus,quàm citò poterūt ſedi Apoſtolicę ſe repręſentent,vt
diſcutiatur quid ſuper hoc ſit agēdū:niſi interim per mu-
tuā concordiā ceſſet ceſſatio. His nō ſeruatis ceſſatio nō
ſeruatur:& ſimiliter nō ſeruatur ab alijs,ſi pars, quę eā po
ſuit,nō ſeruauerit.Et hoc notāt Io.Mo.& Gof.in ca.ſi ca-
nonici.de off.ord.li.vj.vbi etiā reprobātur,& grauiter pu
niunt hi,qui in ceſſationis aggrauationē imagines crucis
& ſanctorū proſternūt,ſupponūt ſpinis, vel vrticis, vel lapi
3 dibus,vel aliquid hmōi faciūt.¶Secūdò*querit, an ſit ſer
uāda ceſſatio,ſi pars,cōtra quā ceſſatur,prædicta nō ſerua
uerit?Et dico ꝙ ſic:quia tex.in d.c.quamuis.ſpāliter dicit,
ꝙ ſi nō arripuerit iter pars ceſſans, ꝙ ceſſatio non ſeruet:
per qd̄ à cōtrario ſenſu habetur,ꝙ ſi reliqua pars ire cōtē
nat,ſtat ceſſatio: alioqn per ſuā cōtumaciā irritaret actū
4 iuridicū partis læſę.¶Tertiò,*quæ eſt pœna iniuſtè ceſ-
ſantiū generaliter aut ſpāliter, aut dātis occaſionē iuſtæ
ceſſationi?Et dico,ꝙ illi tenētur reſtituere omnes fruct⁹,
quos interim ab eccleſia ꝑceperunt,in qua ceſſatū eſt,& q̄
pro eo tpe debētur eis de eccleſia nō ꝑcipiēt, & ei, cōtra
quē ceſſauerūt,de dānis & iniurijs ſatisfacere:vt in d.ca.ſi
canonici.quod licet loquatur de capitulo canonicorū, tn̄
ſecundū Gem.idem eſt in alijs dictā ceſſationē imponen-
tibus.Iſte vero tenetur ad omne intereſſe canonicis,& ad
aliquā ſatisfactionē ęſtimandā arbitrio ſuperioris taxādā
ipſi eccleſię,in qua ceſſatū eſt,& in cultū diuinū cōuertē
dam,vt in eod.ca.¶Quartò quęritur,cui reſtituet fructus
iniuſtè ceſſans:ſi eccleſia in qua ceſſat,ſit ſua?Et dico,ꝙ ec
cleſię ipſi:arg.eorū quę no.in c.cùm ſecundū.de præben.
quod de mente Panor.ibi videtur limitādū,ſi habet bona
patrimonialia.adde,vel aliunde q̄ de eccleſia quæſita.Cui
eccleſię reſtituet,ſi det ſuperiori vel ſucceſſori,aut in ei⁹
vtilitatē conuertat,aut in neceſsitate pauperibus tribuat.

5 ¶Quintò* queritur, quæ ſit pœna violantis iuſtam ceſſa
tionem, id eſt, celebrantis in loco vbi ceſſatur? Et dico, ſe
cundùm omnes, ꝙ ſi ceſſatio eſt particularis, celebrãs ibi
non efficitur irregularis: nec religioſus eam non ſeruans
eſt excõmunicatus: quãuis talis eccleſia eſſet matrix: quia
ipſa non æquiparatur interdicto. Et ſic intellige glo. iij. in
d. cap. ſi canonici. & Inn. in d. cap. dilectis filijs. de appella.
Si verò ſit generalis, ſecundùm omnes, religioſus eã vio-
lans eſt excõmunicatus: vt in cle. j. de ſen. excomm. ſi eam
ſeruet eccleſia cathedralis, vl' matrix ſeu parochialis loci.
An verò ibi celebrãs ſit irregularis, ſunt opiniones: q̄a Io.
An. in d. c. canonici. concludit ꝙ ſic: quia talis ceſſatio æ-
quiparatur interdicto, per d. cle. Et cum hac opinione trã
ſit Sum. Ang. & de hoc j. interdictũ. j. §. j. Oppoſitũ autem
videtur ſentire do. Ant. cui Pan. conſentit, & cum his tran
ſit Sum. Roſ. &, vt credo, Sum. Piſa. & hoc eſt verius & ra-
tionabiliꝰ per illã regulam, vt nunquam fiat quis irregu-
laris, niſi in caſibus à iure expreſsis. de ſent. excom. is qui.
lib. vj. Iure autẽ hoc nõ cauetur, niſi in violatione inter-
dicti: cui licet ceſſatio æquiparatur in aliquo, puta in exco
municatione annexa in ordine ad religioſos, non tamen
in omnibus, & ſimpliciter: & pœnę non debent extendi.
Prędicatores tamen & Minores in hoc ſunt priuilegiati.

DE COEMETERIO.

1 *Cœmeterium unde dicatur, & quam immunitatẽ habeat: & qualiter uioletur ac reconcilietur. Item eius conſecratio quomodo fieri debeat. Et quot modis polluatur. nu. ſeq.*

3 *Cœmeteria ſi duo ſint contigua, interpoſito tamen pariete, & alterum uioletur, num alterum quoque pollutum intelligatur. Et quid ſi uiolatio in eccleſiæ porta facta ſit.*

4 *Cœmeterium non conſecratum, quando conſecrandũ eſt, uel reconciliandum, utrum exhumanda ſint corpora excommunicatorum, hæreticorum & infidelium.*

1 COEMETERIVM* ſecundũ Gem. in c. vnico, de cõſ.
eccl. vel al. li. vj. Græcè dicitur à cinis, ꝙ eſt dulcis ſta
tio animarum. ſ. vel potius corporum: quia ibi cinis mor-
tuorum detinetur. vel à cis, quod eſt ante: q̄a ante eccleſias
fieri ſolet. Et habet omnẽ immunitatẽ, quã habet eccleſia
quo ad omnia capitula, quæ habes j. Immunitas. exceptis
duobus caſib. Primò, quia nullꝰ debet in eccleſia ſepeliri:
vt j. Immunitas. Secundò, q̄a laici in choro eſſe nõ debẽt.
hæc Hoſt. & Rayn. & benedicitur, violatur, & reconcilia-
tur ab eodẽ, & eodẽ modo ſicut eccleſia, ſecundũ Hoſt. &
Bar. & eccleſia recõciliata, recõciliatur, ſi eſt ei contiguũ,
ſecũdũ Ioan. An. in c. vnico. de cõſe. eccl. vel alta. libr. vj. &
idem Arch. ſecus aliàs. Quomodo verò fieri debeat eius
2 cõſecratio, habetur in paſtorali. ¶Primò* verò queritur,
q̃mo polluitur? Et dico, ꝙ eo modo benedicitur, & pollui-
tur, & recõciliatur ſicut eccleſia, vt dictũ eſt. Et ſi eſt eccle-
ſię contiguũ, ea polluta polluitur: non autẽ ecõuerſo, pol
luto cœmeterio polluitur eccleſia: vt in d. c. vnico. ne mi-
nus dignum videatur trahere magis dignũ. Si verò nõ eſt
eccleſiæ cõtiguũ, ea polluta nõ polluitur: ſed ſiue ſit ei cõ
tiguum, ſiue non, polluitur per ſanguinis vel ſeminis effu
ſionem: ſicut de eccleſia dicetur j. Conſecratio. ij. Itẽ pol-
luitur, q̃n aliquis excõmunicatus vel infidelis in eo ſepeli
tur: vt in c. cõſuluiſti. de cõſe. eccle. vel alt. Quatuor ergo
modis polluitur. ſ. polluta eccleſia, vel effuſo ſemine, vel
ſanguine, vel ſepulto ꝓphano. nec debet aliquis in eo ſe-
peliri, antequàm reconcilietur: vt in d. c. vnico. ¶Secũdò
3 *quæritur, quid ſi duo cœmeteria ſunt contigua, interue-
niente tamen pariete, & vnum violatur? Et dico, ꝙ ſunt cœ
meteria duo: vnde vno polluto, aliud nõ eſt pollutũ: etiã
ſi porta eſſet in pariete, ꝑ quã ab vnõ ad aliud eſſet acceſ-
ſus: vt in eo. c. vnico. Si tñ ipſa violatio, ſiue effuſio fiat in
media porta: dicit ibi Gem. ꝙ ſi fiat in parte alteri eorũ vi
ciniori, illud ſolũ eſt pollutũ. Si verò fiat in medio, vt di-
cit Io. An. pollutũ eſt illud, cuius cauſa paries, & porta fa-
cta eſt: quaſi ſit illius acceſsio, per l. & ſi non ſunt. ff. de au.
& ar. le. vbi dicitur. Spectamus quæ res, cuius rei ornandæ
cauſa fuerit adhibita: nõ quæ ſit pretioſior. Si autẽ dubita
tur cuius cauſa ſint facta: videtur principaliter facta, vt fa-
ciãt cœmeteria duo: vt innuit ibi tex. nõ aũt acceſſoriè. &
ſic vtrũq; pollutũ eſt. ¶Tertiò, vtrũ ſimiliter dicendũ ſit,
ſi violatio fiat in porta eccleſię? Et dicũt Gem. Ioã. And. &
Ioã. de Imo. ꝙ ſic, q̃n iniuria fit intra clauſurã oſtij verſus
eccleſiã: ſecus ſi in parte extra clauſurã. ar. no. per Bar. in l.
j. ff. de dona. Et intẽdũt iſti, ꝙ factũ ſit extra eccleſiã illud,
quod eſt factũ extra lineã, ad quã ꝑcutiũt valuę in limini-
4 bus. ¶Quartò* quæritur, q̃n cœmeteriũ nõ conſecratũ cõ
ſecrãdum eſt, vel reconciliandũ: vtrũ exhumanda ſint cor
pora excõmunicatorũ, hęreticorũ, & infideliũ? Et dico, ꝙ
ſi cõſecrandũ eſt, & diſcerni poſſunt, prius debẽt reijci, &
parietes ac tigna radi. de cõſe. di. j. eccleſiã. Si verò cœme
teriũ prius cõſecratum recõciliandũ eſt: eodẽ modo dicta
corpora eijciẽda ſunt, ſi diſcerni poſſunt. extrà, de ſep. ſa-
cris. Sed dicta abraſio fieri nõ debet: aliter reconſecrãdũ,
& nõ recõciliãdũ eſſet. Corpora aũt fideliũ in cœmeterio
ſepulta ab excõicatis, ſchiſmaticis, vel infidelib. & hmõi,
nõ ꝓpter hoc debẽt exhumari. de ſacr. nõ ite. à nobis. Cor
pora etiã ſanctorũ nemo trãsferre præſumat ſine licentia
principis, id eſt papę, ſecũdũ gl. vel epiſcopi. de cõſe. diſt.
j. de loco. quod verũ eſt, ſi ſunt tradita ꝑpetuæ ſepulturæ:
aliàs ſine alicuius authoritate trãsferri poſſunt, ſecundùm
glo. ibi. Et Ho. idẽ dicit videri de oſsibus aliorũ fideliũ. ff.
de reli. & ſumpt. fu. l. oſſa. Sed hoc non intelligas de loco
proprio, ſed de cõmuni, puta de vno cœmeterio ad aliud.

DE CIRCVNSTANTIA.

1 *Circunſtantia quid ſit, & in quotuplici differentia ſit.*

2 *Circunſtãtia utrum peccati, uel actus ſpeciem demutet, ad aliã ſpeciem, uel peccati genus, idipſum pertrahens. Et num circunſtantia mutans, uel ſpeciem aliam inducens, peccatũ in infinitũ ſemper aggrauet, adeo, ut de ueniali mortale fiat.*

3 *Circunſtantiæ infinitè aggrauantes, quænam ſint. Et ibidem de circunſtantia temporis ac perſonæ.*

4 *Circunſtantia loci, cur uariat ſpeciem, cùm non aggrauet, niſi ratione ſubiecti cui additur. Et an eadem, uel temporis circunſtantia infinite aggrauet.*

1 CIRCVNSTANTIA,* ſecũdũ S. Th. ij. ij. q̃. vij. ar. j.
eſt accidẽs actus humani attingẽs illud extrinſecè: ſi
cut localiter dicitur circũſtare, qđ eſt rei extrinſecũ, attin
gens tñ ipſam, vel ei ꝓpinquãs: nõ quaſi circũſtãt, ſi inſint
ipſi actui: ſed inquantũ ſunt, & quodãmodo ſe cõtingũt in
eodẽ ſubiecto. Et ſunt ſeptẽ hoc verſu cõtẽtę: Quis, quid,
vbi, q̄bus auxilijs, cur, q̃mo, q̃n. Ita tñ vt ſub quid, intelliga
tur nõ ſolũ effectꝰ, ſed etiã obiectũ. i. qđ, & circa quod: de
quibus oĩbus vide vbi ſ̄. & in quarto di. xvj. q. iij. per totũ.
& adde, ſecundũ Ray. octauam. i. quoties: nõ ſolũ quantũ
ad frequentiã, vtrũ ſit factũ conſuetudine: ſed etiã quo ad
numerũ. ſecũdũ Arc. Sed hoc propriè nõ pertinet ad circũ
ſtantiã, ſed ad ſubſtantiã actus: quia vbi aliquid fit bis, eſt
ſubſtãtia actꝰ geminata, & peccatũ duplex: etiã ſi obiectũ
ſit vnum numero: vt ſi quis interpolatis tẽporibus bis eũ-
2 dem percutiat. ¶Primò* verò quæritur, vtrũ circũſtantia
peccati, vel actus ſpeciem mutet, trahendo ad aliã ſpeciẽ,
vel genus peccati? Et dico ex doctrina eiuſdem in quarto,
vbi ſu-

vbi ſuprà, ꝙ circũſtantia addita, ſi indifferẽter ſe habeat
ad rationẽ, neq; bonũ, neq; malũ importans, non mutat
ſpeciẽ peccati, ſicut ꝑcutere hoĩem indutũ veſte alba, vel
nigra: vel accipere alienũ manu dextra, vl' ſiniſtra. Simili-
ter nõ mutat ſpeciẽ, ſi habet repugnãtiã ad rationẽ ſolũ,
ex ſuppoſitione alicuius prioris: ſicut accipere alienũ in
magna quantitate, eſt eiuſdẽ ſpeciei cũ accipere alienum:
q̄a hoc qđ dico, magna quãtitas, nõ repugnat rationi, niſi
ex ſuppoſitione huius, quod dico alienũ: vnde non eſſet
malũ, accipere aliquid in magna quãtitate, ſi eſſet ꝓpriũ.
Si verò importet aliq̄d, repugnãs ratiõi primò, & per ſe,
dat ſpeciẽ peccato: ſicut hoc, quod dico alienũ, dat ſpeciẽ
furti huic, quod dico accipere: ita ꝙ ſi ei, qđ eſt accipere,
ſupueniat hoc, quod eſt alienũ, cõſtituit furtũ: ſicut ratio-
nale adueniens animali, conſtituit hominem. ¶Secũdò
quæritur, vtrũ circũſtantia mutans, vel dans ſpeciẽ, ſemꝑ
aggrauet peccatũ ĩ infinitũ. vt de veniali fiat mortale? Et
dico, ex doctrina Sã. Tho. in iiij. vbi ſ̄. & Pet. de Pal. ibidẽ
ꝙ non. Vnde circunſtantia nõ dans ſpeciẽ, nunquã aggra
uat infinitè: alioquin infra eandẽ ſpeciem eſſet vnius ab
alio infinita diſtantia. Quæ etiã dat ſpeciẽ, non aggrauat
in infinitũ ſemp: vt quãdo ipſa de ſui ratione eſt peccatũ
veniale: ſiue id, cui additur, ſit peccatum, ſiue veniale, ſiue
mortale: ſicut ad actũ gulæ eſt, q propriè, addit hęc circũ-
ſtãtia lautè, ſpecialẽ deformitatẽ, quæ ex ſe faceret pctm̃:
& tamẽ nõ aggrauat in infinitũ. Aliquãdo tamen aggra-
3 uat in infinitũ, licet non ſemper. ¶Tertiò* quæritur, quæ
ſint circũſtantiæ aggrauãtes infinitè? Et dico, ex doctrina
eiuſdem ibi, ꝙ ſunt illæ, quæ habent directè oppoſitionẽ
ad charitatem: quod oſtẽditur ex hoc, quòd ſunt directè,
cõtra præceptũ legis, cuius finis eſt charitas. Et intellige,
ſecũdũ Scotũ, quãdo præceptũ eſt ſpeciale: vt, nõ mœcha
beris: nõ autẽ quãdo generale: vt, declina à malo. Idem S.
Tho. in de ma. q. viij. ſeptimo. in cor. itẽ de veri. xxij. ſepti
mo. intellige etiã ſecundũ San. Tho. iij. diſt. xxxiij. q. j. ar.
j. q. vj. ad ſecundũ. q̃n præceptũ ſpeciale eſt literaliter in-
tellectũ, & nõ metaphoricè, vel ſpiritualiter. Ex quo infe
ro primò, ꝙ circũſtãtia tẽporis nõ trahit in aliã ſpeciẽ, &
conſequẽter nõ aggrauat in infinitũ: vt dicit Sã. Tho. iiij.
diſt. xxij. q. vl. ar. vlt. & etiã probaui diffuſè in Roſa aurea,
caſu lxiij. & in hoc errãt Sũ. Ang. & Roſ. Infero ſecũdũ, ꝙ
circũſtãtia perſonæ ſimiliter nõ aggrauat in infinitũ, niſi
in tribꝰ caſibus. Primò, ratiõe voti, quod ipſa fecit, in quo
includitur pręceptũ, vt obſeruet illud. Vnde cõtrahere cũ
moniali aggrauat infinitè. Secũdò ratiõe pręcepti ſibi fa
cti. Vnde cõtrahere cũ ordinato in ſacris, ſimiliter ĩfinitè
aggrauat. Tertiò, ratiõe ſcãdali eo caſu, quo ſcandalizare
eſt ei mortale: & cõſequẽter cõtra aliqđ pręceptũ. Quia
tamen, inquit San. Tho. circũſtantia mutãs ſpeciẽ, non eſt
iam vt circũſtantia peccati cõputãda, quia pertinet ad ſpe
ciem actus, inquãtũ eſt mortalis, licet circũſtet ſubſtantiã
actus: ideo dicũt magiſtri circũſtantiam nõ aggrauare in
4 infinitũ. ¶Quartò* quæritur, quare circũſtãtia loci variat
ſpeciẽ, cũ nõ aggrauet, niſi ratione ſubiecti, cui additur,
puta furti, vel homicidij, aut fornicatiõis? Et dico ꝙ imò,
ex ſe circũſtantia loci aliquãdo aggrauat, & repugnat ra-
tioni, etiã ſi addatur actui bono, maximè ſtãtibus ſtatutis
iuris humani: vt ſi iudex ſuſpẽdi iubeat furẽ: aut cædi capi
te ꝓditorẽ in eccleſia: aut ſi vir vxori debitũ reddat, niſi
fortè in caſu, de quo j. Debitũ. §. iij. quia locũ ſanctũ de-
cet mũditia, nõ ſolũ animæ, ſed etiã corporis. Sed cõtrà:
quia idẽ erit de circũſtantia temporis: quod tamẽ Sã. Th.
negat. Sol. imò non eſt eadem ratio: quia actio iniurioſa
vel indecẽs, & immunda, tempus attingere, aut maculare
non poteſt, niſi fortè ex intentione operãtis in deſpectũ
ſacri tẽporis: quo caſu mutaret ſpeciẽ, & aggrauaret infi-
nitè: de quo plenius in Roſ. au. vbi ſ̄. ¶Quintò quæritur,
vtrũ circũſtantia loci, vel temporis aggrauet infinitè? Et
de tempore quidẽ dico ꝙ non, vt dictũ eſt, niſi ratione cõ
temptus, vel ſi circa hoc fieret ſpeciale præceptũ. De loco
verò, dico ꝙ ſic: quia illa circũſtantia variat ſpeciẽ, ſaltem
cęſſante pręcepto eccleſiæ: & deinde ſupuenit præceptũ
eccleſiæ aggrauans actũ infinitè. Vnde ſecundũ hoc tres
ſpecies ſacrilegij diſtinguuntur. de quo infrà, Sacrilegiũ.
& in Roſ. au. caſu. lxiij. infrà, Confeſsio. j. §. ix. x. xj.

DE CITATIONE.

1 *Citationis definitio, & quotupliciter fieri queat.*

2 *Citatio una peremptoria, num ſemper ſufficiat, ubi iura trinã deſiderant.*

3 *Citatio nũ aliquando nulla, ſiue inefficax ſit. Et quid ſi fiat die feriata, ad non feriatã diem: aut die non feriata, pro feriata.*

4 *Citatus, ſed corporaliter impeditus, num per aliũ comparere teneatur. Et an non comparens in primo termino, in expenſis per aduerſarium factis, condemnari debeat.*

5 *Sententia lata contra non citatum, an efficax ſit.*

6 *Excõmunicatus num quis denũciari poſsit, qui citatus non ſit.*

7 *Prælati religioſorum, num ſubditos ab officijs deponere, ſuſpendere, & in eos ſimilia, ipſis non citatis, exercere poſsint.*

1 CITATIO,* eſt vocatio iuridica ad iudicis cõſpectũ.
Et quadrupliciter fieri poteſt, ſecundũ Gul. de Mon.
lau. Primò, ſcilicet per nuntiũ, vel literis citatorijs. Secun
dò, per pręconẽ. Tertiò, per edictũ. cle. j. de iud. Quartò,
ex iuris diſpoſitione. Fieri autẽ debet citatio tribus edi-
ctis, vel ex cauſa vno perẽptorio: quod tantũ debet tẽpo-
ris cõtinere quantũ tria, niſi vrgeat neceſsitas. de dila. c. j.
cũ glo. & tale peremptoriũ vim habet trinæ citationis. C.
2 quo. & quan. iud. l. tres denũciationes. ¶Primò* verò quæ
ritur, vtrũ ſemper ſufficiat vna citatio peremptoria, quã-
do iura trinam requirunt? Et dico, ꝙ hoc non ſufficit in
pœnalibus, ſiue vbi agitur ad pœnã incurrendam, ſecun-
dùm Io. And. in c. ex tuę. de cle. nõ reſi. quia in pœnalibus
verba propriè, & ſtrictè debent intelligi. de iureiu. in no
ſtra. & idẽ Pan. in c. ſi. de vita, & hone. cle. Angelica tamẽ
diſtinguit inter citationẽ, & monitionẽ, quo ad ſufficere
3 vnam pro trina: ſed Pan. ſentit contrarium, vbi ſ̄. ¶*Se-
cundò, vtrũ citatio aliquando ſit nulla, ſiue nõ valeat? Et
reſpondet glo. in c. ſi epiſcopus. iij. q. ij. ꝙ ſic in octo caſi-
bus. Primò, quia fit intra tẽpora anguſta. Secundò, q̄a nõ
exprimitur cauſa. Tertiò, quia nimis maturatur perẽpto-
rium. Quartò, ratione tẽporis, puta feriati. Quintò, ratio
ne loci, puta, periculoſi, vel inhoneſti. Sextò, ratione iudi
cis: vt ſi eſt euidens, eũ nõ eſſe iudicẽ, qui citat. Septimò,
ſi apoſtolicũ reſcriptũ nõ inſeritur in ea. Octauò, quãdo
citatur ſpoliatus. Et de his vide ibi diffuſe, vbi etiã dicitur
ꝙ vbi euidens eſt, citationẽ nõ tenere, nõ tenetur venire
reus etiã ad allegandũ ſuũ priuilegiũ: tutius tamen eſt, vt
cõpareat, niſi conſtet eũ non eſſe ſuum iudicẽ, vt ibi in c.
veniens. de accu. in gl. Imò ego dico, ꝙ citatus in dubio,
an citatio teneat, ſemper tenetur comparere: arg. l. ſi quis
aliena. ff. de iudi. vbi habetur, ꝙ citatꝰ tenetur venire etiã
ſi ſit de alterius iuriſdictione: ſed intelligitur in dubio, an
ſit de ſua nécne. vt ff. eo. l. ij. ¶Tertiò, vtrum citatio facta
die feriata ad diem non feriatam valeat? Et Pan. in c. ſi. de
ferijs. ſecundùm opin. Ioan. Cal. do. Cardi. & do. Anto. &
Bar. in l. j. §. nunciatio. ff. de no. ope. nun. concludit, ꝙ nõ
valet de iure, per l. dies feſtos. C. de fer. vbi dicit', ꝙ ſilere

debet horrida vos præconis.& intelligit Pan.non ſolū in
ferijs introductis ad honorē Dei, ſed etiā in alijs introdu
ctis in fauorē hominum. Et idem putat in repētinis: nam
Imperator mādat eas ſub eadē veneratiōe obſeruari, qua
ſolēnes.C.de fer.l.oēs.Et cōcludit nullum illorum trium
actuum fieri poſſe die feriata,ſcilicet præceptū de citādo:
executio præcepti,id eſt actus citationis:& proceſſus,qui
fit vigore citationis. ¶ Quartò quæritur, vtrū valeat cita
tio facta die nō feriata pro feriata? Et dicit Pan.vbi ſ.poſt
Cal.& Spe.& Ioa. And. ꝙ ſi ponitur,vſq;, poteſt qualibet
die cōparere infra feſtū:ſecus vbi ſimpliciter quis citatur,
vt ſimpliciter cōpareat tali die,quę eſt feriata:qa tūc pri⁹
venire nō poteſt,nec debet, & illa die venire nō tenetur:
& ſic neceſſaria eſt noua citatio.& hoc tene, quicqd ſen-
ſerit do.Ant.hęc Pan. Si tamē eſſet dubiū,vtrū citatio te-
neat nécne:debet citatus ire ad allegādū priuilegiū ferię.
iij.q.ij.ſi epiſcopus.& ibi gl.Si etiā qs citet, nō ad reſpon
dendū, ſed ad cōparēdū die feriata, bene tenet citatio.ff.
4 de adul.l.miles. §. ſexaginta. ¶ Quintò,*vtrū corporalr
impeditus teneatur per aliū cōparere?Et dicit Pan.in c.in
nomine domini.de teſta.ꝙ nō:& actus geſtus eo abſente,
perinde eſt,ac ſi citatus nō fuiſſet. ¶ Sextò,vtrum citatus
nō cōparens in primo termino, cōdemnari debeat in ex-
penſis factis per aduerſariū?Et dicit Bar.in authen.qui ſe-
mel.C.quo.& quā.iud.ꝙ ſic: nec debet expectari vt ſit cō
5 tumax in ij.& iij.citatione.¶ Septimò,*vtrū teneat ſentē
tia lata contra non citatū?Et dicit Cardi.in cle.paſtoralis.
de re iudi.in §.deniq;. ꝙ ſi nullo modo fuit citatus : ſen-
tentia eſt nulla. de ma. & obe. inter quatuor. Si verò fuit
citatus aliquo modo:aut fuit citatus legitimè:& valet ſen
tentia,ſi alia ſunt ritè geſta:ſi tamē citatus nō fuiſſet cōtu
max verè,ſed fictè,ſubuenitur ſup reſtitutione.de re iud.
cū Bertoldus. Aut fuit citatus nō legitime:& tūc videtur,
ꝙ haberi debeat ꝓ nō facta.de deci.bonæ.ij.Aut dubitat:
& tunc dicit Pan.quòd præſumitur pars citata,ſi ſententia
tranſiuit in rē iudicatā. Nota tamē Pan. in c. cauſam quæ.
de reſcri.& in c.cū ſit.de ap.quòd in facto notorio poteſt
ferri ſententia contra abſentē non citatū,quando certum
eſt abſenti nullā competere defenſionem: quia citatio fit
vt ſe defendat : nec in huiuſmodi notorijs reqritur ordo
iudiciarius.Hoc tamē Sum.Ange.dicit fallere in ſentētia
excōmunicationis,quę fieri nō poteſt cōtra abſentem. &
allegat c.ſacro.de ſen.excō. Sed illud eſt in oppoſitū po-
6 tius : quia loquitur vbi requiritur probatio. ¶ Octauò*,
vtrū quis poſsit denūciari excōmunicatus non citatus? Et
dicit Pan.in c.ꝑuenit.de app. ꝙ vbi exceſſus nō eſt noto-
rius, debet iudex illū prius vocare , & recipere eo p̄ſente
probationē ſup facto:& poſtea cōſtito de facto,declarare
illū incidiſſe in ſententiā excōmunicationis. Et hoc pro-
batur in c.cū ſecūdum.de hære.lib. vj.vbi patet,ꝙ ſi alle-
gatur,aliquē in iuris ſententiā incidiſſe:non debet iudex
prius ad executionē procedere , quàm declaret illū inci-
diſſe. Ab hac tamē declaratiōe appellari poterit, licet nō
liceat appellare à ſentētia iuris: vt in c.quia.de app.qa ſen
tentia iudicis declarātis eſt ſentētia hominis,& non iuris.
Si tamē exceſſus eſt notorius,nō oportet hāc ſolennitatē
7 adhiberi:ſed illū ſine citatione denūciare poteſt.¶*No-
nò,vtrū p̄lati religioſorū poſsint ſubditos ab officijs de-
ponere,ſuſpēdere,& huiuſmodi ipis nō citatis?Et dico iu
xta not.ꝑ Doct.& maximè Pan. in c.cū ſpeciali. & c.quia.
de appel.& c.qualiter,& qn̄.el ij.de accuſa.ꝙ ſic, ſi ita ha-
bet eorū cōſuetudo,vel regula:nec eſt in eis ſeruādus or-
do iuris vſquequaque,id eſt,ad vnguē.vnde ſecundū Hē.
de Ganda.in ſuō quolib. religioſis nō licet appellare, vel
reſiſtere prælatis,quandiu procedūt ſecūdùm iura cōmu-
nia,aut cōſtitutiones, vel cōſuetudines ſuas:cū nō habeāt
autoritatem,vel iuriſdictionem, niſi quam dāt eis præla-
ti.& Fede.conſi.cv.dicit,ꝙ valent cōſuetudines,per quas
ſine iuris ordine, etiam ex leuibus cauſis religioſi ex ſuis
locis,& adminiſtrationibus amouētur.& allegat d.c.qua-
liter.& d.c.cū ſpeciali.& de ſimo.c.per tuas. Addit tamen
vnum valde notabile,ꝙ pœna expulſionis,priuationis,&
remotionis,quandoq; incipit à crimine:& tunc locum ha
bet, quod dictum eſt , ſcilicet , ꝙ ſine monitione poſsint
amoueri, quandoq; verò à cōtumacia, vel inobedientia:
& tunc vt locus ſit pœnæ,neceſſaria eſt monitio.

DE CIVITATE ET CIVE.

1 *Ciuitas iuxta politicen,itē & iuxta canones, quid ſit. Et quid ſub ſe contineat.*
2 *Ciuitas,uel uniuerſitas,quomodo quid facere dicatur. Et num ciuitate destructa, eius priuilegia omnia perempta uideantur.*
3 *Ciuitas num minoris iure ſubnixa uideatur.*
4 *Ciuis quiſnam dicatur. Et num quis ciuis efficiatur in eo loco, ubi dignitatem conſecutus eſt.*
5 *Ciuem nū efficiat,ſi quis dicat:uolo te habere pro ciue:ſi modò ad id autoritatē habeat. Et quid ſi ſtatuto dicatur,ꝙ ſcholares tanquam ciues tractari debeant. quid notet dictio, tanquam.*

1 CIVITAS* Philoſophicè loquendo eſt communitas
perfecta,ſecundùm S. Tho.j.ij.q.xc.ſecundùm Cano-
nes verò ciuitas propriè eſt oppidū, quod habet epiſco-
pum.diſt.lxxxv.in illis.Et ciuitatis nomine aliquādo cō-
prehendūtur ſuburbia.ff.de verb.ſig.l.ij. & aliquādo mil
le paſſus à muro ciuitatis:vt ff.eo.l.mille.& ff.de pe.leg.l.
nā qđ liquide. §. ſi ita legetur. aliqn̄ horti.ar.ff. de ꝑcu.l.
præſes.Pan.autem in c.Rodulphus. de reſcrip. dicit, ꝙ in
materia odioſā, ſeu ſtricta non venit ciuitatis appellatiōe
aliud,quàm quod eſt intra mœnia:niſi quando diſpoſitio
concepta nomine ciuitatis eſſet inutilis , vel poſſet fieri
fraus:quia tūc cōtinēter ſuburbia, & cōtinentia ædificia.
& ſic intellige Io. And.in c.ſi ciuitas.de ſen.excom.lib.vj.
Sed in materia larga , ſeu indifferēti noīe ciuitatis venit
ciuitas,cū ſuo territorio,vt eſt text. ī l.vnica. §.cū vrbē.ff.
de offi.prefec.vrb. Similiter in materia larga nomine ci-
uium veniūt etiā illi de comitatu,& de toto territorio:vt
in l.qui ex vico.ff.ad munic.& in l.nō dubito.ff. de capti.
& in l.qui cōtinentibus.ff.de ver.ſigni. & per Bar.in l.j.ff.
ad municip.pro quo vide glo.in c.j.de vſur.lib.vj. in ma-
teria autem ſtricta ſecus : licet contrariū videatur tenere
Bar.in d.l.j.& l.mille.& l.nam quod liquide. & alias, quę
volunt, quòd mille paſſus à muro comprehendantur,in-
tellige quando ſubiecta materia in hoc ſpeciali requirit.
2 ¶ Primò*verò quæritur circa ciuitatē , quomodo ciuitas
vel vniuerſitas dicatur aliquid facere ? Et dico, quòd non
dicitur aliquid facere , niſi id ſit collegialiter deliberatū,
etiā ſi maior pars illud facit. Et ita dicit gloſſ. in l.ſicut.ff.
quod cu.vni.no.& ſequitur Bart.in l.aut facta.ff.de pœ. &
facit,quod no.in c.felicis.de pœ.lib.vj.& gl.in l. aliud. §.
refertur.ff. de regu.iur.Ex quibus patet,communem opi-
nionem tenere ſecundū Pan.in c.ij.de poſtu.præl.& Ioā.
And.in d.c.felicis. ꝙ vniuerſitas tunc dicitur delinquere,
quando prius aliquid fuit deliberatū in ipſa vniuerſitate
pulſata campana, & alijs requiſitis ad congregationē. Vn̄
ſi omnes alicuius vniuerſitatis facerent delictum, non di
ceretur factū ab vniuerſitate,ſed per ſingulos vniuerſita-
tis:etiam ſi facerent pulſare campanam,vt leuarent vexil-
lum:quia iſtud eſt factum ſingulorum.facit quod no.in c.

cum omnes.de conſti.Pan.in c.dilectus.el ij.de ſim.¶ Se-
cūdò,vtrū deſtructa ciuitate deſtruātur omnia priuilegia
eius?Et dicit Inn.in c.ij.de noui ope.nun.ꝙ ſi eccleſia vel
ciuitas aut alia loca,ſiue ſacra, ſiue prophana authoritate
ſuperioris propter eorū delictū deſtruantur,de cętero nō
debet vocari clericus illius eccleſię,vel municeps illi⁹ ci
uitatis:& ille locus priuilegiū perdit: vt de cōſe.diſt.j.pla
cuit.xvj.qō.vij.& hoc dicimus ar.ff.qn̄ di.le.vſuſ.ce. l.j.Si
aūt eccleſia deſtruat ab hoſtibus, aut per tyrānidē, vel vt
reædificet:retinet omnia priuilegia.facit vij.q.j.paſtora-
lis.& xix.q.iij.qui ſemel.& idē videtur,ſi authoritate ſupe
rioris trāſferantur ad aliū locū,vel alij vniantur: vt not.in
c.j.ne ſed. va.de rel.do.c.quia monaſteriū.Et idē intelligi
tur in ciuitate alijs locis prophanis.arg.ff.de cōtra.emp.
3 l.ęde ſacra. ¶ Tertiò,*vtrū ciuitas cēſeatur iure minoris?
Et dicit Inn.in c.j.de reſti.in integ.ꝙ ſic.Eſt tamē in inte-
grum reſtitutione differentia inter minorē,eccleſiā,rēpu
blicam,& ciuitatē:licet dicat lex,& reſpublica fungit vice
minoris.C.qui.ex cau.ma.l.pe.& C.de iure reipub.l. rem
publicam.C.de ſa.ſanct.eccle.l.fi.Hodie enim pupillo &
minori nō currit vſucapio,aut p̄ſcriptio x.vel xx. annorū
in rebus q̄ ſeruādo ſeruari poſſunt,ſiue ſint mobiles, ſiue
immobiles.C.de admi.tu.l.lex quę tutores.vnde ſuper eis
nō eſt neceſſaria reſtitutio in integrū:licet ante tēpus hu
ius legis curreret contra minorē,non cōtra pupillū.ff. de 1
acqui.re.do.l.bonę fidei.Contra eccleſiā verò & rēpubli
cam & ciuitatē currit vſucapio & prēſcriptio,& tēporales
& perpetuę p̄ſcriptiones: ſed datur ei reſtitutio ſicut mi-
nori:quia prędicti fingūtur eſſe in vltima inſtātia mino-
ris ętatis.Prēſcriptio autem xxx.vel lx.annorū,certū eſt,ꝙ
currit contra omnes prædictos:ſed datur eis reſtitutio ex
verbis generalibus edicti,quę ſunt:ſi quid cū minore ge-
ſtum erit.Pupillus ab his præſcriptionibus ſeruatur illæ-
ſus.C.de præſcrip.xxx.annorū.l.ſicut.Quòd autē ciuitati
detur reſtitutio in integrū,nō placet Inn.vbi ſuprà, arg.l.
nihil.ff.ad Maced.Sed Bar.in l.reſpublica.C.ex quib.cau.
ma.poſt Ia.Bu.tenet ꝙ ſic,ſaltē ex clauſula generali: quia
ex quo regitur per adminiſtratores, habet iuſtā cām pe-
tēdi reſtitutionē.quod etiā tenet Bal.ibi:& eſt opinio ve
rior,licet gl.in d.l.teneat contrariū.& facit l.ſed & hi qui.
ff.de publ.vbi ciuitas dicitur Reſpublica.Et ſequitur hoc
Io.And.in addi.ad Spe.tit.de in integ.reſti. vbi poſt mul-
tas opiniones reſidet in opiniōe Odof.tenētis,ꝙ nō ſolā
ciuitas,ſed etiā caſtrū & villa poſſunt petere reſtitutionē
in integrum:cùm ibi ſint multę perſonę viduę, & pupilli.
Quod licet Bar.poſt But.in d.l.reſpublica.non admittat,
niſi in caſtro,& villa populoſā.Bal.tn̄ & Ia. de Are.tenent
etiā in villa nō populoſā:ex quo regit per alios,& ibi ſunt
minores & mulieres.Et hāc opinionē Pan.in c.j.de reſti.
in integ.dicit æquiorē.Et facit quod no.in l.rēpublicā.C.
de iure reipub.& in d.l.ſed & hi.vbi dicitur,ꝙ quodlibet
4 municipiū dicitur reſpublica.¶ Quartò* quæritur , quis
dicatur ciuis?Et dico,ꝙ natus in ciuitate.l.ciues.ff.de app.
vbi gl.ſed intellige nat⁹ ex parētibus ibi habētibus domi
ciliū:aliter nō eſt ciuis,quāuis ibi natus,ſecundū Pa. in c. 2
Rodulphus.de reſcrip.& idē dicit Bar.in l.filios.C.de mu.
& orig.¶ Quintò,vtrū efficiatur qs ciuis in loco,vbi con
ſequitur dignitatē?Et dicit Barto.in l.j.ff.ad muni.ꝙ ſic:&
facit l.municipes. §.miles.ff.eo.& quod no.doc.in c.quia
in tātū.de prēbē.vbi cōcludūt,ꝙ clericus ſortitūr domici
lium vbi eſt beneficiatus,ſi reſidere ibi tenetur:aliàs nō:ſi
cut hi quibus diſpēſatū eſt ſuper pluralitate beneficiorū.
5 ¶ Sextò,*vtrū dicēs, volo te habere ꝓ ciue, efficiat ciuē,
ſi habet authoritatē?Et dico,ꝙ ſic. vnde ſtatutū, qđ dicit
talis habeatur pro ciue,facit ciuē:arg.optimū in ca.ex par
te.de ſpōſa.& quod no.Bar.in l.ſi maritus.ff.de adul.& l.ſi
is qui.ff.de vſuc.Et ratio eſt, ſecundū Pan.in d.c.ex parte.
quia vbi act⁹ depēdet à mera volūtate loquētis,paria ſunt
dicere,ꝙ vult talē habere ꝓ vxore vel ciue,ſicut dicere,te
duco ī vxorē,vel facio ciuē.Et ſic ſi ſtatutū dicit,ꝙ ſchola
res tāquā ciues debeāt tractari,ex hoc creati ſunt ciues rō
ne p̄dicta:vnde dictio,tāquā,ponit veritatē, nō ſimilitudi
nē.quod verū eſt,vbi verba & ſubiecta materia patiūtur.
¶ CLANDESTINVM, infrà Matrimoniū.ij. §. xiiij.

DE CLAVIBVS.

1 *Clauis materialis,& clauis ſpiritualis quid ſint. Et item quotuplex ſit,quæ ſpiritualis eſt.*
2 *Clauis eccleſiæ unáne ſit,an plures. Et ibidem quòd ſciētia clauis non dicatur,ſed poteſtas actum ſcientiæ exercendi in iudicio pœnitentiario & confeſsionis.*
3 *Clauium uſus ad quid præcipuè conferat. Et quòd huiuſmodi clauis tripliciter claudat.*
4 *Sacerdos per claues, qualiter ſoluere, aut ligare dicatur. Et quid per claues operetur.*
5 *Claues & earundem uſum quis habere dicatur.*
6 *Sacerdos num claue uti poſsit pro animi uoto, ligando ſcilicet atque abſoluendo.*

1 CLAVIS* materialis, eſt inſtrumentū, per quod quis
poteſt oſtiū clauſum reſerare , & reſeratū claudere:
& hāc qui tradit,puta horrei,videt omnia quę in eo ſunt
tradidiſſe,ſecundū Inn.de fide inſtru.c.ij.& ea data vide-
tur data poſſeſsio omniū,quæ ſub ea ſunt.de cōſue.ex lite
ris.Spiritualiter autē & tranſſumptiuè,inde dicitur clauis
eccleſię:cuius diffinitionē videtur Sum.Ang.inducere de
mēte Richardi,quaſi ſit poteſtas ſupra naturalē facultatē,
quæ eſt aliquorū actuū ſupernaturaliū principiū. Sed hęc
diffinitio nō congruit:quia cōuenit omnibus characteri-
bus ordinū.ideo aliter diffinitur in iij.Sentent.diſt.xviij.
ſecundū communē doctrinā Theologorū, & ſecundū gl.
Hiero.Matth.xvj.ꝙ clauis eccleſię eſt poteſtas ligādi,atq;
ſoluendi,qua iudex eccleſiaſticus dignos recipere,& indi
gnos excludere debet à regno.Et addit Pe.ꝙ poteſtas iſta
ex duob⁹ integratur,ſcilicet ex poteſtate ordinis, quę eſt
eſſentialis ei:& ex poteſtate iuriſdictionis.Iuriſdictio eñ
dat materiam:& hæc eſt accidētalis. Pro quo etiam ſcito,
ꝙ triplex eſt clauis.Prima eſt authoritatis,quā ſolus Deus
habet,qui ſol⁹ authoritatiuè aperit cœlū,relaxādo pecca
ta.Secūda excellētiæ,quā habet ſolus Chriſtus,inquātum
homo,qui ſolus ſua paſsione cœlū aperuit, tollēs impedi
mentum naturę.Tertia,eſt miniſterialis,quā habet ſol⁹ ſa
cerdos,qui ſolus miniſterialiter & diſpoſitiuè peccatū re
mittit,& gratiam tribuit.Et hæc tertia eſt duplex.ſ. clauis
iuriſdictionis,& ordinis:quę fortè ſunt diſtinctę realiter
ſecūdū Pe.de Pal.quia licet clauis iuriſdictionis nō ſit rea
lis,nec indelebilis: ſecus de claue ordinis,& ſecūdā habet
omnis ſacerdos,nō autē primā,ſed ſolùm qui habet ſubdi
tum.Et clauis ordinis adhuc eſt duplex,ſcilicet ſciētiæ, &
potētię.& de hoc in §.ſeq.¶ Primò* verò quęritur,an cla 2
uis eccleſię ſit vna tantū,vel plures?Et dicit S. Tho.in iiij.
ꝙ eſſentialiter ſunt vna,ſed ratione plures diſtinctæ.ſ. in
ordine ad diuerſos actus.Nā dictus iudex ad dictū officiū
indiget iudicio diſcretionis,quo idoneitatem iudicet: &
ipſo actu receptionis ad regnū,ad quorū vtrūq; quędā re
quiritur authoritas,vł ptās:& ſecūdū hoc duę ſunt claues
eccleſię:quarū vna pertinet ad iudiciū eius,qui eſt abſol-
uendus,reliqua ad ipſam abſolutionē. Quę quidē duæ in

eſſentia authoritatis nõ diſtinguunt: quia vtraq; illorum
iudicio cõpetit ex officio:ſed ex cõparatione illorũ actuũ
quorũ vnus aliũ præſupponit:quia clauis quę eſt poteſtas
ſoluẽdi immediatè aperit:quę verò eſt ſciẽtia diſcernẽdi,
oſtẽdit cui ſit aperiendũ.Nec tñ ſciẽtia dicitur clauis:ſed
poteſtas exercendi actũ ſciẽtię in iudicio confeſsionis.In
tendit autem S.Tho.ꝙ hę claues ſint vna,id eſt,character
ſacerdotalis.& idẽ ſentit Rich.& alij,dicentes ꝙ ſunt vna
in radice,ſed effectu plures.Sco.tamẽ tenuit contrariũ,cu
ius rationes,quæ cõtra communẽ doct.ſunt,Capr.in diſt.
3 xix.quarti,oſtendit eſſe friuolas. ¶ Secundò,*ad quid ſit
principaliter harum clauiũ vſus?Et dicit Pet.ꝙ eſt ad clau
dendum,& aperiendum,ſicut & vſus clauis materialis,ſed
differenter:quia vſus clauis materialis principaliter eſt ad
claudendũ,& ad aperiendũ ex cõſequẽti:vſus verò ſpiri-
tualis principaliter eſt ad aperiendũ, & ad claudendũ ex
conſequẽti.Claudit autẽ,inquit,tripliciter.Primò,quo ad
culpã, nõ abſoluẽdo ab ea .Secundò,quo ad pœnã ſenſus
temporalẽ ligando ad illã.Tertiò,quo ad pœnã dãni per
ſententiã excõmunicationis,& alias cenſuras: ſed hoc eſt
4 iuriſdictionis.vide §.ſeq.¶ Tertiò*quæritur, qualiter ſa
cerdos per claues dicitur ſoluere aut ligare?Et dico quãtũ
ex S.Th.& alijs Theologis colligo, quòd ſoluit. Primò,
oſtendendo ſolutũ.Secundò,de attrito faciẽdo cõtritũ,ſi
nõ ponatur obex in abſolutiõe.Tertiò, ſoluit abſoluẽdo
à culpa.Quartò,remittendo pœnã æternã,& cõmutando
eam in temporalẽ purgatoriã.Quintò,minuendo pœnã
tẽporalẽ,vel aliquãdo totaliter abolẽdo.Vnde dicit Ray.
ꝙ ſoluit,dum de pœnitentia ſibi debita dimittit. Vnde &
Pan.dicit in c.ſicut dignũ.de homi.ꝙ poteſt diſpenſando
aliquantulũ minuere de pœna debita,vt eſt pulcher text.
Aug.de pœ.diſt.j.quẽ pœnitet.Ligat verò primò, oſtẽdẽ
do ligatũ.Secundò ligat nõ faciẽdo de attrito cõtritũ,ꝓ-
pter peccatoris indiſpoſitionẽ:ſicut etiã Deus indurat,dũ
gratiã nõ largitur.Tertiò,nõ abſoluẽdo à culpa,eadẽ ra-
tione.Quarto,nõ remittẽdo pœnã æternã.Quintò, obli
gando ad pœnã temporalẽ. Et illis modis quibus ſoluit,
dicitur aperire:claudere verò his quibus ligat. ¶ Quartò
quęritur,quid ſacerdos per claues operetur?Et dico, ſecũ
dùm S.Tho.& alios Theologos:Primò,ꝙ remittit culpã,
nõ principaliter,ſed inſtrumẽtaliter,vel miniſterialiter:
nec perfectiuè,ſed diſpoſitiuè,in quantũ ſcilicet de attrito
facit cõtritũ:quorũ differẽtiã vide j.Cõtritio.in prin.Se-
cũdò,gratiã infundit eodẽ modo,ſcilicet inſtrumẽtaliter
& diſpoſitiuè tantũ:nõ quia faciat gratiã,ſicut homo dici
tur diſpoſitiuè dare animã filio ſuo, quã tamẽ ſolus Deus
creat.Tertiò,auget gratiã ei,qui prius illã habebat.Quar
tò,remittit pœnam eo modo,quo in §.priore dictum eſt.
5 ¶ Quintò,*quis habeat claues?Et dico,ꝙ omnes & ſoli ſa
cerdotes,ſecundũ S.Tho.& alios:quia eis ſolis data eſt di
cta poteſtas à domino:vbi ait,Quorũ remiſeritis &c.Ioã.
xx.nec obſt.ꝙ ſoli Petro dictũ eſt,Tibi dabo claues regni
cœlorũ.Matth.xvj.quia illud fecit,ſecũdũ eundẽ,ad oſtẽ
dẽdũ vnitatẽ eccleſię:vt omnes à Petro & eius ſucceſſori
bus acciperẽt originẽ ſuę poteſtatis.xxiiij.q.j.quicunq;.&
c.loquitur.¶ Sextò quęritur,quis habeat vſum clauiũ? Et
dicit S.Tho.ꝙ ſacerdotes nõ habẽtes iuriſdictionẽ ſuper
ſubditos,quãtũ ad hoc nõ habẽt vſum clauiũ,quia iuriſdi
ctio materiã miniſtrat. Vñ ſacerdos malus,quãuis ſit gra-
tia priuatus,nõ tamẽ eſt priuatus vſu clauiũ,in quo nõ eſt
agẽs principale,ſed inſtrumẽtale tantũ:niſi ſit ab eccleſia
præciſus:ſchiſmatici verò,hæretici,& generaliter excõi-
cati,licet habeant quidẽ vſum in ſe quantũ ad eſſentiã,tñ
ille impedit ex defectu materię:quia talibus eccleſia ſub-
trahit materiã.i.ſubditos,vel ſimpliciter,vel ad tẽp⁹: vide
6 quantũ ad hoc priuati ſunt vſu clauiũ.¶ Septimò,*vtrum
ſacerdoti liceat vti claue, ligãdo & ſoluẽdo pro ſua volũ
tate?Et dico,ſecundũ S.Tho.& alios Theologos, ꝙ nõ:
quia ſicut miniſter & inſtrumentũ nõ habet efficaciam in
agendo,niſi ſecũdũ quod mouetur à principali agẽte: ſic
ſacerdos cũ operetur per iſtas claues,inſtruitur: ſi eis vtiť
arbitiro ꝓprio, dimiſſa rectitudine diuinę motionis,pec
cat,& effectum nõ cõſequitur,ſicut dicit Dio.in ſi.eccle-
ſiaſticæ hiera.Et ſubdit notabiliter S.Tho.in iiij. diſtinc.
xviij.q.j.ar.vlt.q.vlt.& ꝗa pœnę ſatisfactoriæ infligẽdę,vt
medicinę ſunt,ſicut medicinę in arte determinatę nõ cõ-
petũt oĩbus,ſed variãdę ſunt medicãtis arbitrio ſequentis
ſciẽtiã medicinę,nõ propriã volũtatẽ:ita pœnæ ſatisfacto
riæ determinatę in canone nõ cõpetũt oĩbus:ſed variant
arbitrio ſacerdotis diuino inſtinctu regulato:vñ nõ ſem-
per totã pœnã vni peccato debitã iniũgit:ne deſperet in-
firmus,& à pœnitẽtia recedat:ſicut nec ſemp medic⁹ pru-
dẽs dat ita efficacẽ medicinã,q̃ ad morbi curationẽ ſuffi-
ciat: ne propter debilitatẽ naturæ maius periculũ oriať.

DE CLAVSVLA GENERALI.

1 *Clauſula generalis ſequens iuxta præcedentes ſpecies expreſſa, intelligenda eſt.*

2 *Clauſula generalis,quando dicatur,remiſſiuè. Et ibidem duo de clauſula generali ex Panor.dicta.*

1 CLAVSVLA*generalis ſequens,intelligitur ſecundũ
ſpecies precedentes expreſſãs.de cap.mo.dilectus fi-
lius ſecundũ Inn.& facit cle.nõ poteſt.de procu.& l.fi. §.
2 cui dulcia.ff.de vino,tri.& oleo leg.*Quãdo autẽ dicatur
generalis, elice j.Reſcriptũ.§.j.in prin.Et vt patet in c.ſe
des.de reſcrip.eſt,vt enumeratis aliquibus perſonis dicen
do,& quidã alij:& ſimiliter enumeratis quibuſdã nego-
tijs dicendo,& quędã alia.Et circa hoc Pan.in d.ca.ſedes.
dicit duo.Primum eſt in ſummario tale:per generalẽ clau
ſulam,quidã alij,& quędã alia,non includuntur perſonæ,
nec res maiores expreſsis,ſed pares,vel minores.Secũdũ.
Hæc diſpoſitio,quę locũ habet ſpãliter in reſcriptis pro-
pter odium reſcriptorũ,ſecundũ Io.And.in cle.nõ pot.de
proc.nõ habet locũ in ꝓcurationibus,& alijs cõtractibus.
Vñ ſi conſtituo procuratorẽ expreſſo vno negotio,ſubie-
cta clauſula generali,ſub ea cõprehenduntur etiã maiora
expreſsis.quod verũ eſt,ſi illud expreſſum nõ requirebat
ſpeciale mandatũ:quia materia eſt fauorabilis.Secus ſi ex
primať vnũ requirens ſpeciale mãdatũ.Et hæc eſt mẽs gl.
in cle.nõ põt.de procu.quia tũc materia eſt odioſa. Vide
etiam ſuprà Caſus fortuitus.§.iiij.& infrà Generale.

DE CLERICO PRIMO QVANTVM ad nomen & priuilegia eius.

1 *Clericus unde dicatur.Et clericorum appellatione ſiue in odio, ſiue in fauore,qui contineantur.*

2 *Monachorũ appellatione,num ueniant clerici ſeculares, & an appellatiõe monaſteriorũ eccleſiæ quoq; ſeculares intelligãtur.*

3 *Populi appellatione, an contineãtur clerici, ſiue clerus ipſe. Et num laicorum appellatione clerici cõiugati comprehendantur.*

4 *Illegitimus diſpenſatus ut clericus fieri queat,an ita intelligendus ſit,ut ad minores duntaxat promoueri poſſit.*

5 *Priuilegia clerico conceſſa,ſiue clericali ordini,quænã ſint. Et ſub hac,quòd quatuordecim competant,de quibus ſeriatim.*

6 *Priuilegijs,de quibus ſuprà,nũ gaudeat clericus cõiugatus. Et quid ſi cũ uirgine cõtraxit,quib⁹ priuilegijs gaudeat. Et quid ſi ſit cõſuetudo,ut in alijs quoq;,quàm hic enumeratis gaudeat:nũ huiuſmodi cõſuetudo per c.unicum.de cleri.coniug.ſit ſublata.*

Cleri

7 *Clericus num conſuetudinibus, & ſtatutis laicorum in ſuum commodum uti poſſit.*

1 CLERICVS*dicitur à κλῆρος Græcè,ꝙ Latinè ſors di
citur,vel hæreditas:quia de ſorte domini eſt. di.xxj.
cleros.& ſecundùm Pan.in rub.de vita & ho.cle.largo vo
cabulo appellatione clericorum veniunt omnes ordines
habentes,in quacunque dignitate ſint,aut ordine,etiã in
prima tonſurà.de æta.& quali.c.cùm cõtingat. ex quo ad
ſeruitium Dei electi ſunt. Vnde omnes qui nõ ſunt laici,
dicũtur clerici.xij.q.j.c.duo ſunt.facit dictum c.cleros.in
prin.& de præben.cum ſecundùm.& in rub. prædicta iun
cto nigro.Vnde in materia fauorabili clericorũ noĩe ve-
niũt epiſcopi,& etiam religioſi. Sed in materia odioſa &
ſignificatione ſtricta,appellatione clericorum non com-
prehendũtur epiſcopi,nec alij in dignitate cõſtituti, nec
etiam canonici eccleſiarum cathedralium,nec monachi,
ſeu religioſi.facit c.quàm periculoſum.de ſen.exc.lib.vj.
& c.fidei feruorem.de hær.li.vj.& c.ſtatutum. de elect.li.
vj.& gl.in cle.j.de ſup.ne.prælat.Et ratio eſt,ꝗa in iſtis eſt
qualitas ſup alios,quæ in clericis ſimplicibus non reperi
tur.Faciunt etiã ad hoc dicta Ioã.And.in d.c.ſtatutũ. dicẽ
tis,quòd in nomine eccleſiarum parochialiũ non veniũt
parochiales collegiatæ in materia ſtricta: quia habẽt qua
litatem collegij ſupra caſum:ſed in materia nõ odioſa ſic.
Facit etiam quod not.idem Pan.in c.j.de inſtit. dicens,in
materia fauorabili nomine eccleſiæ venire monaſteria,
ſed non in ſtricta.Infertur etiam,ſecũdùm Pã.vbi ſ.quod
priuilegium attributũ clericis ſimpliciter,cõceditur etiã
epiſcopis & religioſis:quia materia eſt fauorabilis.¶ Pri-
2 mò*verò quęritur,vtrũ ecõuerſò appellatione monacho
rum veniãt clerici ſeculares:& appellatione monaſterio-
rum,ſeculares eccleſiæ?Et dicit Pan.in c.j.de inſti.ꝙ nõ,ſi
ue materia ſit larga,ſiue ſtricta.xvj.q.j.placuit.Facit quod
no.Barto.in l.j.ff.ad municip.dicens,nomine ciuiũ veni-
re comitadinos.l.qui ex vico.ff.ad muni.& nõ ecõtrario.
facit c.Rodulphus.& c.ſignificante.& quod ibi not.de re
ſcrip.Et ita refert ac ſequitur Sum.Angel.& male:primò,
quia dictum Bar.facit ad contrariũ,cũ ciues monachis tã
quam digniores dignioribꝰ reſpõdeãt,& comitadini cle
ricis ſecularibus,& ſecũdò,quia illud dictũ eſt falſum, vt
patet per no.à Pan.in c.Rodulphus.vbi vult, ꝙ in materia
ſtricta noĩe ciuitatis & ciuiũ nõ veniũt diœceſis & comi-
tadini.neq; ecõuerſo. ſed in materia larga vel ſaltẽ indif
ferẽti nomine illorũ veniũt iſta,& ecõtra.Vide ibi.¶ Se-
3 cundò,*vtrum appellatione populi veniãt clerici ſiue cle
rus?Et dicit Pan.in c.j.de vita & hon.cle. ꝙ non in mate-
ria odioſa:nec econtrario.facit c.ſi ſentẽtia. de ſentẽ.exc.
lib.vj.cùm glo.Et ſic limita textum Inſtitut. de iure natu.
gen.& ci.in §.plebiſcitum.dicentem, quòd appellatione
populi vniuerſi ciues ſignificantur,connumeratis etiam
patritijs & ſenatoribus:vt ſcilicet intelligatur de his,qui
ſunt eiuſdẽ profeſsionis:ſecus in alijs,vt ꝓbat dictus tex.
in d.c.ſi ſentẽtia.cum ſua gl.in materia aũt priuilegiatiua
dici poteſt quòd cõprehẽdatur.& facit c.dilecti. cum ſua
materia.de fo.com.& quod not.Bar.in d.l.j.& quod nota
tur in d.c.Rodulphus.nõ tamen intelligas ecõuerſo.arg.
ſ.§.j.¶ Tertiò,vtrum appellatione laicorũ veniãt clerici
coniugati?Et dicit Io.And.in c.Ioannes.de cleri.coniug.
ꝙ non,in materia odioſa. Vnde ſi ſtatutũ epiſcopi certo
caſu excõmunicat laicum, ſecundũ eum nõ comprehen-
dũtur clerici cõiugati:cũ materia ſit odioſa: & illi nõ ſint
laici puri,ſed quædã ſpecies miſta. & hoc ſequiť Pã.in c.j.
4 de prębẽ.¶ Quartò,*vtrũ ſi diſpẽſetur cum illegitimo,vt
poſſit fieri clericus,debeat intelligi vt ꝓmoueri poſſit ſo
lùm ad minores?Et dicit gl.ĩ c.literas.de fil.presbyt.quòd
ſic,cùm ſit materia odioſa.& Pan.in c.ſi quiſquã.de coha.
cle.& mul.dicit,ꝙ permiſsio in genere,ſi mediocritatem
reſpicit.l.vlt.§.j.C.com.de leg.ff.de lega.j.l. legato gene
raliter.cũ alijs cõcordantijs in gl.d.c.literas. Ex quo con-
cluditur cum prędictis,ꝙ ſolùm ad minores poterit pro
moueri:quia ordines minores ſunt medij inter primã tõ-
ſurã & ordines ſacros.Item dicũt Ber.Hoſt. & Goff.ꝙ qñ
cum aliquo diſpenſatur,vt ad beneficia eccleſiaſtica pro-
moueatur:ſolùm intelligitur de beneficijs, quæ non ſunt
dignitates aut prælationes.Prędicta tñ limita vt j. Diſpẽ
5 ſatio. §.v.¶ Quintò,*quæritur,quæ ſunt priuilegia con-
ceſſa clerico ſiue ordini clericali?Et loquendo in genere
dicit Pan.in c.epiſcopus.de præben. ꝙ omnia priuilegia
militũ cõngruentia clericis habẽt clerici:& de his habes ĩ
gl.l.j.ff.ex quib.cau.ma.Et ratio eſt: quia ſicut illi Impera
toris,ita iſti Dei milites ſunt.& facit c.j.cum gl.de cler.æ-
gro.tex.cum glo.in c.Chriſtianos.ij.q.j.& ſimiliter gl. in
c.militare.xx.q.j.& .j.q.iij.ſaluator.Et meritò dictũ eſt,cõ
uenientia clericis:quia militi non imputatur ignorantia
iuris,cũ habeat armis vacare.l.j.& quod ibi no.C.de iu.&
fact.igno.non ſic aũt clerico:cùm habeat vacare ſcientiæ:
vt dicetur j.Clericus,ſecundo.& ſic de cæteris.Vnde non
põt conueniri ꝓ debito vltrà quàm facere poteſt:nec te-
netur cedere bonis.l.miles.ff.de re iudi.niſi ſit ex delicto
contractum,vt ſ.Cedere bonis. Specialiter tñ Bern. enu-
merat quatuordecim priuilegia clerici,quę recitat Car.in
cle.j.de vi.& ho.cle.¶ Primum,quòd nõ conuenitur corã
iudice ſeculari.de foro.compe.ſi diligenti.¶ Secũdum,ꝙ
eum verberãs eſt excõmunicatus.xvij.q.iiij.ſiquis. ¶ Ter
tium,ꝙ non tenetur præſtare munera ſeu onera perſona
lia vel realia.de immunit. eccle.non minus.Vide j.Immu
nitas.j.§.v.¶ Quartum, quia põt vẽdicare rem cõceſſam
eccleſiæ ante traditionem.l.fin.C.de ſacroſãn.eccle.& ca.
ex literis.de conſuetu.¶ Quintum,quia eodẽ priuilegio
gaudet familia eius.xj.q.j.clericum.el j.xxij.diſt.eos.& v-
trobiq; in gl.Sed intellige quo ad forum:quia ſcilicet eſt
eiuſdem fori:vt patet ex dictis gl.¶ Sextũ, quia facientes
ſtatuta contra clericos ſunt excõmunicati: de immu.eccl.
eos qui.li.vj.¶ Septimum,quia ſolùm clerici poſſunt ob-
tinere beneficiũ eccleſiaſticũ.de trãſact.ex literis.¶ Octa
uum,quia per literas contra laicũ impetratas cum clauſu
la generali,conueniri nõ poſſunt:vt in c.ſedes.de reſc.in
gl.¶ Nonum,quia nõ tenenť ſportulas dare.de vita & ho.
cle.c.cùm ab omni.¶ Decimũ,quia acquiſita etiã ſub pa-
tris poteſtate diſponunt vt volunt.auť.presbyteros.C.de
epi.& cle.¶ Vndecimum, quia pro rebus ſuis recuperan-
dis agere poſſunt ſine conſenſu patris,vt not. Archi.in c.
ſi.de iudi.lib.vj.¶ Duodecimum, quia pro neceſsitate di
ſtrahi nõ poſſent à patre.l.ij.C.de pa.qui fil.di.¶ Decimũ
tertium,quia ſeruus ſciente domino clericatus à ſeruitu-
te & poteſtate dominica liberatur.di.liiij.ſi ſeru⁹. ¶ Deci
mumquartum,quia poſſunt facere collegiũ.arg.c.ſi.de re
li.domi.vbi ſolũ noua religio prohibetur.quod laicis nõ
licet:niſi vt j.Collegiũ. De multis autẽ alijs priuilegijs j.
6 Immunitas.¶ Sextò,*vtrũ prædictis priuilegijs gaudeat
clericus coniugatus?Et dico,quòd non, licet ſi contraxit
cum virgine,& defert tonſuram, & veſtes clericales,ſolũ
gaudeat duobus,ſcilicet priuilegio canonis,ſi quis ſuadẽ
te.& quòd pro crimine nõ poſsit ad iudicium trahi ſecu
lare,aut à ſeculari iudice prętextu cuiuſcũq; exceſſus pu-
niri pecunialiter vł pſõnaliter,criminaliter aut ciuiliter.

de cler.coniug.c.vnico.li.vj.in alijs autem nō retinet. Et ſi nō defert tonſuram & veſtes, in nullo retinet. Sed circa iſtā materiam no.ꝙ iſte condēnari non pōt à iudice ſeculari in cauſa criminali criminaliter, id eſt, agēdo ad pœnā corporalem: nec ciuiliter, id eſt, agēdo ad pœnā pecuniariā eo modo quo dictum eſt s̄. in verbo, Cauſa. ſed in cauſa merè ciuili cōueniri pōt à iudice laico, ſecūdū Io. And. in d.c.vnico. vbi eum ſequuntur Ioan. Caldc. & Gemi. nō tñ ab eo detrudi pōt in carcerē pro debito pecuniario, eo caſu quo gaudent iſti priuilegijs, ſecundùm Gemi. ibi, & Lap. etiam ſi ſit caſus quo laici poſsint licitè detineri: qa iſte tex. ei reſeruat priuilegiū canonis, eo modo quo pri⁹ habebāt prima iura, cùm in nullo diminuatur: per quę iura detineri nō poterat ſine pœna excōmunicationis. de ſo.com.c.ij. Si autem iſte iudex talē clericū nō diſtringat ꝓ crimine, ſed condēnet tantùm, non incurrit excōicationē, ſecundū Lap. & Gemi. quia ex ſola prōnūciatione ſententiæ nō incurrit quis excōmunicationē. ¶ Septimò q̄ritur, quid ſi ſit cōſuetudo particularis ī loco, ꝙ gaudeat etiam in alijs: an ſit ſublata per iſtum textum? Et dicit Ioā. Mon. ꝙ non: quia iſte tex. non tollit contrariā conſuetudinem. & conſequenter ſtabit per c. primum. de conſtitu. li.vj. Io. autem And. tenet contrarium, ſed Gemi. concordat: quia ſi cōſtat vtentes hac immunitate intendiſſe inducere conſuetudinem nouam ſeparatam à diſpoſitione iuris cōmunis: ſic illa conſuetudo hodie valet. Si aūt cōſtat, ꝙ non faciūt eo animo, ſed volunt ſeruare legē antiquā: tūc non valet: quia ex quo papa vult illam legem tollere, tollit omnem obſeruantiā legis hactenus vſitatæ. Si autē eſt dubium quo animo fiat: nō preſumitur quòd voluerit nouā cōſuetudinē inducere contra obſeruantiā legis, ſed tantū ex moribus vtentiū illā legem approbare, & ſic non
7 ſtabit. ¶ Octauò,* vtrū clericus vti poſsit ſtatutis & cōſuetudinibus laicorū ad cōmodū ſuū? Et dicit Pan. in c.fin. de vita & ho.cle. ꝙ ſic. & facit tex. in c. noſtram. de conſue. attamen non ligant in eius præiudicium. vide gloſ. in c.j. ne ſe. va. & j. Lex. §. xv. Quomodo aūt perdatur priuilegium clericale, vide s̄. Apoſtaſia. §. viij. & j. Clericus. §. iij. & ſe.

RVRSVS de Clerico. ij. qualem & qualiter ſe debeat habere.

1 *Clericus qualis eſſe, & qualiter ſe gerere debeat. uſque ad nu. 1.*
2 *Clericus in habitu agendo aduerſus ea, quæ hic traduntur, quādo mortaliter peccet.*
3 *Sacramenta ab ordinario in mortali peccato exiſtente, num quis licitè recipiat.*
4 *Clericus fornicator, num ita ſit ſuſpenſus, ut ob id in diuinis deuitari debeat. Et an oporteat à diuinis & ſacramentis eorum abſtinere, qui crimini obnoxij ſunt.*
5 *Peccatum notorium, an omne præciſionem, ſeu ſuſpenſionem à canone, ſicuti fornicatio ipſa inducat.*
6 *Conſtitutio pœnalis etiam quo ad pœnam, num ad caſum ſimilem ex identitate rationis, ſi ratio in ea conſtitutione eſt expreſſa, extendatur.*
7 *Abſtinere a celebrando propter admiſſum carnis delictum, ad tempus etiam poſt confeſſionem quis debet.*
8 *Sacramenta à notoriè inuido, uel ſuperbo clerico, ubi alterius copia non ſuppetit, accipere licet.*
9 *Clericus fornicator ſuſpenſúsne ſit, an uerò irregularis celebrando efficiatur, aut quiuis aliàs peccator, remittit.*

1 CLERICVS ſecundò* qualiter & qualē ſe debeat habere? Dico, ꝙ habere debet multas virtutes: vt xl. di. per totum. & alia quæcunq; bonus Chriſtianus debet habere: ſpecialiter autem quædam propria. ¶ Primò enī debet eſſe literatus: vt patet diſt. xxxvj. xxxvij. & xxxviij. per totū & xvj q.j. ſic viue. & illiteratus omnino nō eſt ordinandus, ſecūdùm Inn. in c. cùm in cūctis. de elect. poterit tñ promoueri parū ſciens, ſi eſt ſpes quòd poſsit proficere: nō aliàs, niſi ſint monachi: quia contēplatione magis īdigent quàm ſcientia. & facit quod legitur xvj. q. j. vbi dicit Ioan. quòd ſufficit monacho ſi ſit bonus, licet ſit illiteratus. Si aūt quæritur circa hoc quæ ſciētia ſit neceſſaria? dicit Inn. vbi s̄. quòd eſt requirenda ſecūdùm dignitatē, locum & ordinem, ad quem aſſumitur: vt in c. eccleſiā veſtra. de elect. ſicut ad epiſcopatū ſciētia noui & veteris teſtamēti, cùm epiſcopus ſit iudex animarū: & ſciētia iuris, cū debeat dicere ius. xj. q. j. de pſona. ad presbyteratū aūt ſufficit ſcire canones cōmunes pœnitētiales, & cætera, de quibus di. xxxviij. quæ ipſis. cantor verò debet ſcire cantū: & ſic de omnibus ordinibus. De ſciētia tñ cōfeſſorū j̄ Cōfeſſio. iiij. Qui aūt ſuſcipit aliquod officiū vel aliquam dignitatē, ad quā nō habet ſciētiā ſufficiētē: dicit quòd peccat: & ſimiliter dās. Sed ītellige niſi diſpēſetur ex cā rationabili: puta ꝓpter aliā idoneitatē: puta magnitudinē charitatis, q̄ ſupplet imperfectū ſciētiæ, de renū. c. niſi. maximè vbi p vicariū eruditū ſuppleri pōt, nō aūt ꝓpter nobilitatē: qa eo caſu ſi nō habet idoneū vicariū, nō ſatisfacit: ſi habet, ille debet habere beneficiū, quia magis idoneus. ¶ Secūdò, debet eſſe hoſpitalis. xxiiij. d. p totū. ſed de hoc vide j̄. Cleric⁹. iiij. §. xix. ¶ Tertiò, debet eſſe ornatus interiori ornamēto, ſcilicet virtutū, maximè ſacerdotes & prælati. xl. di. multi. & ſimiliter ornamēto exteriori, quod cōſiſtit in quatuor, ſcilicet ī cibo. de quo j̄. §. v. & ī potu. de quo vide j̄. Ebrietas. §. j. & ī inceſſu, ſcilicet moderato & nō curſiuo, vt mētis prætēdat maturitatē. xl. di. §. vl. ſub quo etiā cōprehenditur, vt oculos & linguā modereť ſub fræno caſtitatis. vj. q. j. ex merito. & vltimò ī habitu. de vi. & ho.cle. clerici officia. vbi dicitur ſic: Clerici coronā & tōſuram habeāt cōgruētem, indumēta clauſa deſup deferāt nimia breuitate vel lōgitudine nō notāda: pānis viridib⁹ & rubeis nō vtātur: nec manicis aut ſotularib⁹ cōſutitijs: frænis, ſellis, pectoralib⁹ deauratis, aut aliā ſupfluitatē gerētib⁹ vtanť: aut cappis manicatis ī diuino officio, ſed nec alicubi q ſunt in ſacerdotio & pſonatib⁹ cōſtituti: niſi iuſta cā timoris exigat habitū transformari: fibulas oīo nō ferāt, neq; corrigias auri vel argēti habētes ornamēta: nec annulis, niſi qbus cōpetit ex officio: nec pallijs diffibulatis in publico. Quod qdē capitulū in oīb⁹ loqtur pceptiue, ſecūdū Pe. ſed veri⁹ in aliqb⁹ tātū, ſecūdū In. & Pā. ibi ī cle. etiā qm̄. de vi. & ho. cl. ſic ſentētialiter dicit: Quicunq; clericus virgata vel partita veſte, id eſt, diuerſorū colorū vtitur ſine cā rōnabili: ſi eſt bñficiatus, ſuſpēſus eſt à fructuū perceptione p ſex mēſes: ſi nō eſt bñficiatus, & eſt ī ſacris citra ſacerdotiū, p idē tps eſt inhabilis ad bñficiū obtinēdū. Et idē eſt de alijs clericis, ſi talē veſtē ſimul & tōſurā publicè deferāt clericalē. Si aūt habet dignitatē vel pſonatū vel bñficium cū cura, vel eſt ſacerdos vel religioſus, eſt ſuſpēſus p annū à pceptione fruct⁹ bñficij habiti, & p idē tps eſt īhabilis ad obtinēdū, quodcūq; bñficiū ecclaſticū: & idē eſt ſi iſti publicè portēt in capite īſulā ſeu pileū lineū: vel ſecūdū gl. etiā ſericū à fortiori. p hūc aūt pileū Matth. intelligit birretū, & ſimiliter Car. ſi tñ ſub caputio portetur, nō eſt locus pœnę ſecūdū Doc. vtētes etiā epitogio ſeu tabardo foderato vſq; ad orā, & ita breui, ꝙ veſtis inferior notabiliter videatur: tenētur intra mēſem dare paupib⁹, ſi ſunt clerici vel religioſi adminiſtrationē habētes: nō habētes verò tenētur illud intra idē tēp⁹ ſuis ſup

ſuperioribus reſignare, in pios vſus cōuertendū: alioquin bñficiati ſuſpenſionis, cęteri verò inhabilitatis pœnas per idem tēpus incurrunt. hæc omnia ibi. Dicitur etiā xlj. diſ. §. j. ꝙ ſacerdos ſe non debet ornare fulgidis nec ſordidis veſtib⁹: ex quo videtur quidā moueri, vt patet ī Sum. Cōf. lib. iij. tit. vij. q. j. vt dicāt clerico nō licere veſtē ex ſerico, ſed de lana nō nimis pretioſa, aut vili: nec veſtem inciſam, ſeu lingulatam. i. frapatam ad inſtar paruarū linguarum.
2 ¶* Pro intelligentia tamen omnium prædictorum, quęro qñ in habitu clericus peccet mortaliter agēdo cōtra p̄dicta? Et dico circa hoc difficile eſſe determinare: ſecūdùm multos tñ hoc eſt multis caſibus. ¶ Primò, circa tōſuram; qa clericus debet raſurā ferre ſuperius in modū coronæ: & tonſurā inferius, ita vt aures pateāt: ſecūdū gl. in c. clericus. de vita & ho.cle. per quā tōſurā cōſtituitur clericus. de æta. & qual. cum contingat. Et horū rationē aſsignat S. Tho. in iiij. di. xxiiij. qa corona circularis ſignificat dignitatem regiā, quā adipiſcitur qui diuinis miniſterijs applicať. & perfectionē virtutis, quā debēt habere: cōpetit etiā eis ſubtractio capillorū ſuperior per raſurā, ne mens à cōtemplatione tēporalibus occupationib⁹ obuoluať: & inferior per tonſurā, ne ſenſus eorū tēporalibus obuoluantur: cōuerſi autē tondentur quidē propter renunciationē tpalium: ſed nō raduntur, quia nō occupantur in diuinis miniſterijs, in qbus oporteat eos diuina mēte contēplari. hæc ex illo. qbus addit Pan. per gl. in cle. attēdentes. de ſta. re. ꝙ etiā moniales debent habere tonſurā capillorū inferius vſq; ad aures. Igitur peccat mortaliter, primò clericus indiſtinctè, ſecundū Pan. in c. ſi quis. de vi. & ho. cle. ſi nō deferat tonſurā. Sed hoc videtur durū. ſi tñ vis tenere, limita primò ſi exceſſus ſit notabilis vltra cōſuetū. Scdò limita, ſi eſt in ſacris, vel bñficiatus. ad quod facit c. Ioānes. de cle.con. & quod ibi no. & in c. vnico. de biga. lib. vj. Si aūt ſit in minoribus tantùm, & nō habeat bñficium, eā deferre non tenetur. ar. d.c. Ioānes. & in c. vnico. eod. ti. li. vj. & in gl. fi. diſ. l. ¶ Secūdò, peccat mortaliter quicunq; portat veſtem partitā, aut dictū tabardū, ſi habet beneficium, etiā ſi ſolū haberet primā tōſurā: aut ſi non habet bñficiū, tamē tales veſtes portāt: ſimul cū tōſura clericali: aliàs nō. Et, ꝙ peccēt mortaliter, tenet & probat Steph. per verbū, ſancim⁹. allegās xviij. di. §. j. & j. q. vij. ſi quis omnē. & hoc verum ſi publicè portent. i. ſpectante multitudine: ſicut dicitur publicus aleator, vel vſurarius, aut maledicus, de exceſ. præl. inter. de male. c. ij. de exce. exceptionē. xxxiiij. di. vidua. Secus ſi in domo. i. ſecretè. Itē ſi ſine cauſa rōnabili quæ eſt timor: vt in c. clerici. el ij. de vi. & ho. cle. & peregrinatio longa. xxj. q. iiij. epiſcopi. quo tñ caſu licet forte habitū transformare omnino, ne cleric⁹ appareat, ſi deſit timor: cū ſtrictiſsimè hoc ꝓhibeatur: de ſent. excō. contingit. el ij. ſed licet habere veſtes breuiores & expeditiores: & idē eſt đ ſimilib⁹. Si aūt tabardū ſit breue quidē, ſed nō foderatū, Math. tenet locū eſſe dictæ pœnę. Zen. ṽò tenet nō eſſe: & ſimiliter gl. qa cōſtitutio ē pœnalis: quo ad culpam tamē fortè idē eſt, qa canon vult clericos habere veſtem talarē. xxiij. diſt. nō liceat. el ij. ¶ Tertiò, peccat mortaliter, qui viridib⁹, aut rubeis veſtibus vtitur, ſecūdū Pa. in d.c. clerici officia. cōtra Inn. & probat, qa dicta clem. quoniā. ſub pręcepto ampliatur etiā ad caligas: pręcipiēs ne caligis ſcacatis, viridibus, aut rubeis vtantur publicè. Nec obſtāt, qđ dicit Cardinalis, caligas virides, aut rubeas nō prohiberi, niſi ſint ſcacatæ: qa oppoſitū ibi tenuit glo. vnde tene hoc eſſe mortale. Et idem videtur dicēdū de veſte lingulata, & quacunq; alia notabiliter irreligioſa, aut ſcandaloſa, vel pretioſa, niſi ſit pretioſa ad ſe conformādū his quibus conuiuit, ne vileſcat. arg. diſtin. lxxx. epiſcopi. ¶ Quartò, peccat mortaliter qui nutrit comā, aut barbā: quia poteſt excōicari: de vita & ho. cleri. ſi quis. & hoc ſine rationabili cauſa, ſecundū gloſſ. & etiā intellige ſi ſit beneficiatus, vel in ſacris. vide etiam infrà Habitus. §. ij. ¶ Quartò, debet eſſe caſtus. de vi. & ho. cle. vt clericorū. & hoc non ſolùm verè, ſed etiā apparēter. Primò, vt nō viuat incontinenter: vt in d.c. vt clericorū. Secundò, vt non cōtrahat, ſi eſt in ſacris: vt de cle. cōiug. c. j. & per totū. Tertiò, vt nō cohabitet mulieri ſuſpectæ. de co. cle. & mul. per totū. Quartò, vt nec ad domū accedat mulierū ſuſpectarū. diſt. lxxxj. c. clericus, & duobus ſequentib. Quintò, vt non frequētet monaſteria fœminarū, niſi ex manifeſta & rōnabili cauſa: vt in c. monaſteria. de vita & ho. cler. vbi dicit gloſſ. ꝙ frequētare eſt vltra vnā vicē ire. xxv. q. ij. ita nos. ¶ Peccat verò in iſtis mortaliter in multis caſib⁹. Primò, ſi cōtrahat exiſtēs in ſacris, vel exiſtēs ſolùm in minorib. ſi habet beneficiū, & retineat illud. ad quod faciunt no. in glo. diſt. l. c. fi. & in c. tuæ. de apo. & c. Ioānes. de cler. coniug. cùm beneficiū perdat ipſo iure poſtquā contraxit, ſecundùm glo. & doct. in c. j. de cle. cōiu. Et ſi antequā vxor agnoſcatur intraret monaſteriū, nō propter hoc recuperaret, niſi cōcederetur ei de nouo: qa ius ſemel extinctū nō reuiuiſcit, licet ceſſet cauſa extinctionis. vij. q. j. quàm periculoſum. de cōſec. diſt. iiij. quæris. Et ſimiliter etiā ſi matrimoniū nō tenuit: puta qa erat cōſanguinea, vel affinis: priuatur nihilominus ipſo facto, ſecundū Pan. in c. j. quāuis alij teneāt contra. vnde retinendo beneficiū inique facit, & mortaliter peccat: cū illud nullo iure teneat, ſed ſit intruſus. ¶ Secūdò, peccat mortaliter, ſi cohabitat mulieri, de qua poſsit eſſe rationabilis ſuſpicio, etiā ſi ſit cōſanguinea, vel affinis. Ad quod facit c. j. de coha. cleri. & mu. & c. interdixit. xxxij. diſt. & multo magis ſi cohabitat maſculo tali de quo rationabiliter ſuſpicari poſsit. ar. à minori. Eis autē, de quibus nulla pōt eſſe ſuſpicio, licitè cohabitat. etiā nō cōſanguineis, & huiuſmodi ſunt, mater, ſoror, & amita, id eſt, ſoror patris. & matertera, id eſt, ſoror matris. xxxij. diſt. & diſt. xviij. cū omnibus. & c. cùm à nobis. de coha. cle. & mul. & c. cùm in iuuentute. de præſump. Et idē dic de Elia. Et ſimiliter de multū antiquis. diſt. lxxxj. fœminas. & in d.c. interdixit. Et idē dic de omnibus, quibus ante ordinationē ſine ſuſpicione poterat cohabitare: vt ſunt vxores fratrū, & omnes de familia prius etiā cum eo habitātes, & huiuſmodi, vt in c. cum oībus. diſt. lxxxj. Et qa circa hoc in textibus & gloſsis multa legūtur, vt omnia reducātur ad paucitatē, dic, ꝙ ratio huius prohibitionis quo ad inferiores epiſcopo eſt vel ſcādalū, quod naſcitur ex ſuſpicione: vel periculū, quod inde imminet perpetrandæ iniquitatis. Tamen altero horū ſtāte illicita eſt habitatio, & vtroq; ceſſante licita. Vnde matri aliàs ſuſpectæ licitè nō cohabitat clericus. de coha. cleri. & mul. c. j. cōſanguineis autē nō ſuſpectis etiā iuuenibus licitè cohabitat clericus bonæ famę, ſecundū Panor. ibi: non autē extranei quantuncunq; bonæ famæ: qa inquit, extranearū commiſtio eſt periculoſa: nō ſic conſanguinearum. & idem ſentit glo. diſt. xxxj. volumus. Sed intellige de cōſanguineis nō habētib⁹ pediſſequas. Vtrū autē epiſcop⁹ cohabitare poſſit matri, aut alij non ſuſpectæ: domi. Ant. dicit, ꝙ non: ſed Panor. dicit, quòd ſic, per textum expreſſum xxiij. diſtin. interdixit. licet ius ciuile tenuerit aliter in auth. epiſcopo. C. de epiſc. & cleric. Primum tamen, inquit, eſt honeſtius maxime propter clericos epiſcopo commorantes.

¶ Quin

¶ Quintò, debet eſſe ſobriꝰ: vt in c. à crapula. de vi. & ho.
cler. vbi dicitur eis, vt vinum ſibi, & ſe à viro temperent.
quod quamuis quidã ſic intelligãt, ꝙ peccẽt mortaliter bi
bendo vinũ ſine aqua: tamẽ doctores cõmuniter ſentiunt
contrariũ: ſed ſufficit ſi bibãt moderatè. vnde tex. dicit, ꝙ
debẽt eſſe trina potatione cõtenti: in cap. quãdo. quod pa
lea eſt: diſt. xliiij. quod tamen intellige qñ natura, vltrà nõ
requirit. Non licet etiã eis alios cogere ad bibendũ. intel
lige vltra neceſſitatẽ: nec plauſus, vel planctus, & riſus in-
conditos, & fabulas inanes referre, aut cantare, vel turpia
ioca ante ſe fieri pati, nec laruas dæmonũ ante ſe fieri, qa
diabolicũ eſt, & à ſacris canonibus prohibitũ. diſ. xliiij. nul
lus presbyterorum. de cõſe. diſt. v. nullus. Et debet mẽſam
benedicere antequã comedat, & poſt cibũ gratias agere.
xliiij. diſ. non liceat. vbi & dicit, ꝙ comedere nõ debet an
te tertiam. Licet autẽ clericis facere cõuiuia ex charitate.
xliiij. di. cõuiuia. dummodo adſint quæ in omni eorũ con
uiuio debent adeſſe. Primò. ſ. lectio diuinarũ ſcripturarũ.
Secũdò, ꝙ nulli detrahatur, nulluſq; irrideatur. Tertiò, ꝙ
inanes ſecularium negotiorũ fabulæ non recitẽt: & mol
to minus aliud turpe. Quartò, ꝙ ſolùm pro ſuſtentatione
& non ſuperfluè cibus ſumat. Quintò, ꝙ ante & poſt men
ſam ſoluãtur Deo laudes: aliter autẽ nõ licet. Et colligun
tur hæc xliiij. diſt. in c. conuiuia. & in c. quãdo. & in c. pro
reuerẽtia. & in c. nullus. & in c. non liceat. Faciẽdo tamen
contra prædicta peccant venialiter tantùm: niſi quãdo cõ
ſentiunt in rẽ de ſe mortalẽ, puta detractionem, aut volu-
ptuoſam narrationẽ turpium: aut quando agũt cõtra ali-
quod præceptũ ſibi ſpecialiter factum: ſicut forte qñ lar-
uas dęmonũ ante ſe fieri conſentiunt: ꝙ ſacerdotibus pro
hibetur in d. c. nullus. & ea. diſt. in c. presbyteri. extendi-
tur ad oẽs exiſtentes in ſacris: cæteros autẽ, qui non ſunt
in ſacris, non credo peccare mortaliter, niſi vt laicos. i. pri
mo modo tantùm. Sextò, debet ſolicitè exſoluere laudes
diuinas. vide infrà Hora. Septimò, debet in ſuis beneficijs
reſidere. de cleri. non reſi. qa nõnulli. ſed de hoc j. Reſidẽ
tia. per totum. Octauò, debet eſſe ſine crimine. xxv. diſ. p
totũ, id eſt, ſine omni peccato mortali: quãuis crimen ſtri
ctè ſit peccatũ accuſatione & depoſitiõe dignũ. diſ. lxxxj.
Apoſtolus. diſt. xxv. §. nũc autem. Vnde ſecundũ S. Tho.
in iiij. diſt. v. & ix. & xxiiij. exercẽdo officiũ ſuum in mor-
tali mortaliter peccat, quoties ſe exhibet, vt eccleſiæ mini
ſtrũ in aliquo ſpirituali: & toties quoties huiuſmodi actũ
exercet: vnde ſecundũ alios etiã tangendo res ſacras qua
ſi ſuo fungẽs officio mortaliter peccat. Facit ca. fi. de tẽp.
ord. & c. quotidie. de cõſe. di. ij. & c. de hoĩe. de cele. miſ. j.
Interdictum. v. §. iiij. Secus autẽ ſi exercet in caſu, in quo
etiã laico exequi liceret, ſicut baptizãdo in articulo neceſ
ſitatis: vt s. Baptiſmꝰ. iij. in prin. vel colligẽdo corpꝰ Chri
ſti iacẽs in terra: vel ſubdiaconus cãtãdo epiſtolã ſine ma
3 nipulo, & ſolẽnitate. ¶ Circa* hoc tamen quæritur primò,
vtrũ ab ordinario exiſtẽte in mortali liceat recipere ſacra
menta? Et dicit S. Tho. in iiij. diſt. xxiiij. ꝙ non ſolùm hoc
alicui licet: ſed etiã hoc debet, quãdiu toleratur ab eccle-
ſia: qa ad hoc eſt ei obligatus: tum, inquit, nõ eſſet tutũ, ꝙ
quis præter neceſſitatis articulũ talẽ miniſtrũ induceret
ad aliquid ſui ordinis exequendũ durãte cõſcientia, ꝙ ille
eſſet in mortali: quã tamen deponere poſſet. qa in inſtãti
homo à diuina gratia, emẽdatur. hæc ex illo. qui loquitur
de malo miniſtro, & ſubdito eius. dicitur autẽ toleratꝰ ab
eccleſia, ſecundũ Pan. in c. veſtra. de coha. cle. & mul. is qui
non fuit per ſententiam priuatus, nec eſt cõfeſſus, nec ha-
bet operis euidentiam. ſ. indubitatam, & inexcuſabilem.

4 ¶ Quæritur* ſecundò, vtrũ clericus fornicarius ſit ſuſpen
ſus ſic, ꝙ in diuinis officijs debeat euitari? Et Pan. in c. ve-
ſtra. & in c. fi. de coha. cle. & mu. ꝙ quilibet pro mortali ſu
ſpenſus eſt quo ad ſe, nõ autẽ quo ad alios: ſic videlicet, vt
debeat euitari: niſi peccatũ ſit notoriũ iuridice. i. per ſen-
tentiã vel ſpontaneã confeſſionẽ. in notorio autẽ facti, vt
quia habet in domo concubinã, nec fuit cõdemnatus, aut
in iudicio cõfeſſus: dicit caſum dubiũ & periculoſum: &
dimiſſis iuris ſubtilitatibus ſic poſſet diſtingui. Si enim
fornicatio eſt ita notoria, ꝙ nullã habet dubitationẽ, ſicut
qñ cõcubinas tenẽt ita publicè ſicut vxores, & filios publi
cè nutriũt, ita, ꝙ nec ipſi audent diffiteri: tunc credo, in-
quit, omnino abſtinẽdum eſſe ab eis ſine alia monitione.
quod pbat tex. in d. c. veſtra. in fi. ibi: nec habet operis eui
dentiã. & melius in c. tua. eo. ti. & directè in c. nullus. & in
c. pręter. xxxij. diſ. quæ iura requirũt ſolã euidentiã facti,
& nõ ſuperioris monitionẽ: & præterea ex cõtrario ſeque
retur, ꝙ nunquam, vel raro fornicatio poſſet eſſe notoria.
Si verò fornicatio nõ habet iſtã operis euidentiã, ſed põt
probabiliter tergiuerſari: puta, qa cõcubina habitat cũ ma
tre clerici, & dicit illã eſſe pediſſequã eius, vel quid ſimi-
le: tũc requiritur monitio. Et hãc puto, inquit, eſſe mentẽ
iuriũ: & videtur opinio cõmunis. Et iſta ſunt de mente S.
Tho. in iiij. diſt. xxv. dicẽtis, ꝙ à notorio cõcubinario non
eſt recipiẽda cõmunio euchariſtiæ, ſiue ſit notoriũ: qa eſt
conuictus, vel cõfeſſus in iure: ſiue per euidẽtiã facti, quæ
nulla poſſit tergiuerſatione celari. Ab alijs autem occultis
cõcubinarijs recipi põt, hæc ille. Hodie tamen circa huiuſ
modi eſt facta limitatio magna per conciliũ Conſtantien.
quã vide j. Excõicatio. iiij. §. ij. Addit his autem Arch. ꝙ
nõ ſolùm ſacerdos, ſed etiã clericus in minoribus ex noto
ria fornicatione eſt ſuſpenſus. Intellige quo ad ſe & alios
ab omnibus actibus ordinũ ipſo iure, ſecundũ Inno. quod
notat Arch. xxxij. diſt. §. ad hæc. Quomodo autẽ incurrat
irregularitatẽ. j. Concubinarius. §. iiij. ¶ Quæritur etiam
tertiò, vtrũ abſtinendũ ſit à diuinis, ſeu ſacramẽtis aliorũ
peccatorũ in crimine iacentiũ? Et dicit Pan. vbi ſuprà, di-
ſtinguendũ eſſe per tria membra: quia aut ſunt ſuſpẽſi ab
homine ſiue præciſi: vt excõmunicati, depoſiti, vel ſuſpẽſi
ab officio: aut ſunt ſuſpẽſi, vł præciſi à iure, aut neutro mo
do. Si ab homine: nõ eſt licitũ ab eis recipere aliqua ſacra
mẽta, vel audire diuina: quia nullo modo poſſunt dici to-
lerari, ex quo per ſententiã cõdẽnati ſunt: vt in d. cap. ve-
ſtra. & ix. q. j. cap. j. & ij. & no. Inn. in c. qualiter & quãdo. el
ij. de accuſ. Poſſet tñ dubitari de baptiſmo: & potius cre-
do, inquit, ꝙ licet: quia & ab hęretico in neceſſitate licitè
ſuſcipitur. pro quo vide textũ in ratione eius. xxxij. diſ. §.
verum. Si verò à canone, ſubdiſtinguẽdũ eſt: quia ſi factũ
eſt occultum: ſentiunt doctores in c. veſtra. ꝙ abſtinendũ
ſit à ſacramentis voluntarijs, niſi ſit ſcandalũ: ſed non à ne
ceſſarijs. Sed ſi factũ eſt notoriũ: nullo modo recipere li-
cet aliqua ſacramẽta à talibus, excepto baptiſmo, & corpo
re Chriſti, quę in neceſſitate licet ab iſtis recipere: ſicut di
citur de fornicarijs & ſimoniacis in ordine: vt in d. §. ve-
rum. vbi vide bonã glo. quare potius pmittãtur iſta, quàm
alia. Si verò nec ab hoĩe neq; à canone ſunt pręciſi: poſſu-
mus ſine ſcãdalo abſtinere à ſacramẽtis volũtarijs: nec tñ
non abſtinendo peccamus: qa nõ ſunt ſuſpẽſi quo ad nos:
vt in c. fi. de coha. cle. & muli. hæc omnia Pan. bene: cui in
hoc cõtrariatur dominus Ant. quãdo peccatũ inducat p-
ciſionem, vel nõ inducat: vt patet in quæſtione ſeq. Aduer
te tamen, ꝙ quando Panor. dicit, aliqua ſacramenta neceſ
ſaria à peccatore licitè ſuſcipi: ſemper limitandum eſt in
nece

neceſſitate, id eſt, quando haberi iure & cõmodè nõ poſ
ſunt ab alio: quia cũ peccẽt mortaliter ſacramenta mini-
ſtrando. c. fi. de tẽp. ord. nõ debeo eos ad hoc ſine neceſſi
tate inducere: imò etiã ſi ad hoc eſſent parati, adhuc nõ li
ceat ſine cauſa rationabili ab eis ſuſcipere, quãdo habere
poſſumus ab alio: licet cõtrariũ teneat Sũ. Ang. quia licet
tunc eos nõ inducamus: tamẽ eis peccãtibus ſupponimꝰ
materiã vnius peccati mortalis, quod aliter non cõmitte-
rẽt: ſicut peccat mulier ſine cauſa ſupponẽs ſe oculis eius,
quẽ probabiliter credit paratũ cõcupiſcere omnẽ mulie-
rem viſam: quia dat occaſionẽ vniꝰ peccati mortalis diſtĩ-
cti à priore, vel ſaltẽ occaſionẽ continuãdi præcedens. Et
idẽ dico, de eo, q cõmodè habere põt mutuũ gratis, ſi ac-
cipiat à parato fœnerari. Non tñ debet quis facilè crede-
re aliquẽ eſſe in mortali: cũ ſubitò cõteri poſſit. ¶ Quæ-
5 ritur quartò,* vtrũ omne peccatũ notoriũ inducat pciſio-
nẽ ſeu ſuſpẽſionẽ à canone, ſicut & fornicatio? Et dicit d.
Ant. in d. c. veſtra. vt ibi recitat Pan. ꝙ ſic: quia omne pec-
catum notoriũ interdicit officiũ ſine diſpẽſatione: de tẽ.
ord. c. fi. quã opinionẽ Pan. reprobat per text. in c. fi. de co
ha. cle. & mul. quia tex. ibi ſe reſtringit ad peccatũ noto-
riũ, quod eſt fornicatio. & idẽ dicit tex. in c. nullus. diſt. x-
xxij. ad c. aũt fi. de tẽp. or. dicit ſe fateri, ꝙ ſacerdos peccat
grauiter celebrando: nõ aũt alij miſſam audiendo. Sũ. aũt
Roſ. dicit hanc opi. Pan. tenendã: quia cùm materia ſit pœ
nalis, eam vltra terminos proprios extẽdere nõ debemꝰ:
vt j. dicetur in tit. Leg. Sed Sum. Ang. cõtrà dicit, opi. do.
6 Ant. eſſe veriſſimã:* quia conſtitutio pœnalis etiã quo ad
pœnã extenditur ad caſum ſimilẽ ex identitate rationis, ſi
ratio in ea cõſtitutione eſt expreſſa: vt in l. his ſolis. C. de
reuo. do. de quo vide j. Lex. §. xviij. di. aũt c. veſtra. ratio-
ne notorietatis peccati cõcludit notoriũ cõcubinariũ ſuſ
penſum: vnde erit idẽ in omni mortali notorio. Tu verò
dic primã opi. eſſe verã. & ad motiuũ Ange. dic, ꝙ in d. c.
veſtra. contrarium nõ probatur per notorietatẽ peccati ĩ
cõmuni, alioquin veniale notoriũ illam inferret, ſed pec-
cati, de quo mẽtio præceſſerat. ſ. fornicationis. Et pterea
nõ eſt ratio eadẽ de peccato notorio ſpirituali & carnali:
quod habet maiorẽ elongationẽ & irreuerentiã reſpectu
7 ſacramentorum ſpiritualiũ: vnde* propter peccata carnis
ẽt poſt cõfeſſionẽ debet qs à celebrãdo abſtinere ad tps:
vt j. Euchariſtia. iij. §. x. & xv. quod nõ legiť de ſupbia. Di
8 co* igitur, ꝙ vbi alterius ſacerdotis copia nõ ſuppetit, lici
tè capio ſacramenta etiã nõ neceſſaria à notoriè inuido,
9 vel ſuperbo. Vtrũ* aũt clericus fornicator ſit ſuſpẽſus, vel
efficiatur irregularis celebrando, aut qcunq; aliàs pecca-
tor, vide infrà, Cõcubinariꝰ. §. iiij. & infrà Luxuria. §. iij.

RVRSVS de Clerico tertiò, quantum ad
licita, quibus tenetur abſtinere.

1 *Clericus, à quibus abſtinere debeat: & an negotiari poſſit.* Et *quid ſi egeat.*
2 *Artificium, aut negotiationem honeſtam aliquam exercere num poſſit clericus.*
3 *Clerici negotiatoris quænã ſit pœna.* Et *hmõi clericus per quẽ, ac quoties, ut ab hmõi negotiatione deſiſtat, admoneri debet.*
4 *Clericus num tabernarius, aut macellarius eſſe queat.* Et *quid ſi huiuſmodi officia exerceat, ſed non publicè, aut in perſona.* Itẽ *quid de alijs uilioribus.*
5 *Clericus num hiſtrionem agere poſſit.* Et *an arma deferre.*
6 *Clericus num in laici manibus iurare poſſit.*
7 *Clericus matrimonium contrahere nunquid poſſit.*

1 CLERICVS* tertiò debet eſſe alienus à quibuſdã ſe
cularibus actibus aliàs licitis: de quibꝰ patebit per ſe
quentes quæſtiones. ¶ Primò enim quæritur, vtrũ clericꝰ
negotiari poſſit? Et dico, ꝙ nõ, quo ad negotia ſecularia,
maximè inhoneſta. ne cler. vel mona. c. j. de vi. & ho. cle.
c. fi. Sed tamen notandum eſt ſecũdùm Pan. in rub. ne cle.
vel mona. ꝙ negotium ſeculare dupliciter dicitur. Primò
largè, vt cõprehendat omne veniens ex carnali concupi-
ſcentia, nõ frænata ratione: id eſt, illud, per quod viuiť o-
mnino ſeculariter, ſiue ſecundũ carnẽ & ſeculum: non ſe-
cundũ ſpiritũ & Deum. Et hoc innuit tex. in d. c. j. in prin.
& hoc prohibetur etiã laicis: ſed magis clericis: vt in d. c.
j. ¶ Secundò ſtrictius, vt cõprehendat omne pertinẽs ad
Rempublicã mundanã, & ſeculares homines: quod quidẽ
licet ſit pmiſſum laicis, tñ clericis non licet. vnde l. placet.
C. de epiſ. & cler. dicit tex. ꝙ clerici nihil cõmune habent
cũ publicis actibus, vel ad curiam pertinẽtibus, cuius cor-
pori nõ ſunt annexi. per quod patet, ꝙ nullũ officiũ habe
re poſſunt in Republica. ¶ Tertiò, adde tu, ꝙ ſumitur ſtri
ctiſſimè & proprijſſimè, vt negotiũ ſit exercitium merca
toris, & negotiatoris, qui emit vt rẽ immutatã maiori pre
tio vẽdat: de quo j. Negotiatio. Igiť clerico negotiari nõ
licet. Primò intẽdẽdo rebus emẽdis & vẽdẽdis pretio ma-
iori, vt inde lucretur: quod eſt pprię mercari & negotia-
ri. diſt. lxxxviij. fornicari. ne cler. vel mo. c. j. iũcta gl. vbi &
dicitur, ꝙ negotiari põt propter neceſſitatẽ. Sed intellige
operando ſuis manibus, vel emendo rẽ, vt habeat materiã
ad aliquid operandũ. & vide ibi glo. in verbo, conducto-
res. Quòd ſi clericus ſuccedit conductori: licitè ſtare põt
in illa conductione vſq; ad præfinitũ tẽpus locationis. Si
etiã bladum emptũ præter propoſitum ſuperſit, & vendat
carius: non eſt illicitum, ſecũdùm Hoſt. Nec ſecundò, in-
tẽdendo quæſtionibus in iudicio ſeculari, ſcilicet aduo-
cando & procurando. Vñ dicit Pan. in c. ij. ne cle. vel mo.
ꝙ põt eſſe procurator generalis in cauſa eccleſiaſtica co
ram iudice eccleſiaſtico: non aũt in cauſis ſecularibus in
iudicio vel extra. Et hoc ſi habet beneficium, etiã ſi ſit in
minoribus. Et ſimiliter ſi beneficiũ nõ habet, ſed eſt in ſa
cris. Et hoc niſi pro ſe & eccleſia, & miſerabilibus perſo-
nis. de poſtul. c. j. vel niſi ſuã iniuriã proſequatur. iiij. q. vj.
omnibus. vel iniuriã ſuorum, aut quãcunq; honeſtam eo
rũ cauſam, ſi neceſſitas immineat. de poſtu. cũ ſacerdotis.
Nec tertio, ſuſcipiẽdo gubernationes aliarũ rerum, ſeu p
curationes alienorũ negotiorũ: poteſt tamẽ ſuſcipere tu
telas à lege impoſitas, ſi vult: licet nõ tutelam datiuam, id
eſt, quæ datur à iudice, quando non eſt per teſtamẽtum:
ſed ad tutelam cõmunem, & curam orphanorũ ac vidua-
rum, q indefenſæ ſunt, aut earũ pſonarũ, quæ maximè ec-
cleſiaſtico indigent adminiculo, omnes clerici & mona-
chi tenentur. Recipere poſſunt etiã de licẽtia epiſcoporũ
gubernacula eccleſiaſticarum rerũ: vt in c. peruenit. diſt.
lxxxvj. de quo etiã infrà Tutela. §. iij. nec quartò, exercẽ-
do quaſcũq; negotiationes. quod propter hoc verbũ ma-
ximè notauit Pan. in d. c. clerici officia. vbi dicit tex. Cle-
rici, officia vel cõmercia ſecularia nõ exerceãt, maximè
inhoneſta. Vbi glo. dicit, imò nũquam de manu ſua exeat
pſalterium. de conſe. diſti. v. nunquam. Sed hoc verũ eſt,
quando non eget: ſecus ſi eget: quo caſu vti põt negocia
tionibus honeſtis, & victum manibus quęrere. xcj. diſtin.
clericus. & c. j. de celeb. miſſ. & in c. j. ne cleri. vel mo. vbi
dicitur, ꝙ negotiari poteſt pp̃ter neceſſitatem. quod in-
telllige vt dictum eſt: ſed de hoc in §. ſequẽ. ¶ Secundò,
2 *quæriť, vtrũ aliquod artificiũ vel alia honeſta negotia-
tio clerico liceat? Et dico ſecundũ Ray. ꝙ ſi clericꝰ eget,
põt honeſto artificio quærere neceſſaria. imò, ſecundùm
Arch.

Arch.ſine hoc,dũtamen propter hoc non deſit ab officio
diuino.diſt.xcj.per totũ.de cõſe.diſt.v.nunqnam.ne cler.
vel mo.c.j.Nec obſt.d.c.j.& lxxxviij.diſt.per totũ.vbi cle
ricis oĩs negociatio prohibetur:quia, ſecũdũ gl.in c.cano
nũ.xiiij.q.iiij. emere chartã pro libro cõſcribẽdo,vt ſic lu
cretur victũ,nõ eſt negociatio propriè,ſed artificiũ:in iu
ribus aũt allegatis prohibetur negociatio ꝓpriè.Põt etiã
recipere poſſeſsiões excolẽdas ad quartã vel qntã partẽ,
& huiuſmodi, ſeu ipſas conducere ad ſuſtentationem ſui
& ſuorũ.arg.di.lxxxvj.peruenit.in verbo, auaritiæ cauſa.
vbi hoc ſentit gl.& in c.clericus.diſt.xcj.& ſatis cõcordat
Hoſt.& Pan.in c.ſecũdus.ne cle.vel mo.Poteſt etiã locare
animalia,vt oues & boues.ſ. ſi hæc habet ex decimis, vel
ſucceſsione,aut aliàs ſibi data:aut ſi habens paſcua multa
emit ea vt illa depaſcerent ad ſuſtentationẽ ſuã ſuorũ, &
pauperum,non aũt ſi emit vt traderet ad crementũ:vel a-
liud ageret in fraudẽ negociationis,ſecũdũ gl.Ray.& Sũ.
Con.Poteſt etiã,vt addit Veruec.emere rẽ,vt eã meliora-
tã vendat carius:puta equi pullum nutriẽdum,vel tabulã
vt imaginem faciat:quia in talibus nõ eſt negociatio, ſed
artificium:vt no.xiiij.q.iiij.canonum.de conſe.diſt.v.nũ-
quam.& de his Sũ.Con.li.ij.tit.vij.q.xlj.& titul.viij.q.ij.&
3 iij.¶ Tertiò* quæritur, quæ ſit pœna clerici negociatoris
propriè?Et dico, ꝙ mortaliter peccat ſecũdũ mẽtẽ Doct.
maximè Pet.de Pal.& Arch.qui hoc arguit ex pœna impo
ſita:quia debet excõicari.extrà,ne cle. vel mon. ſecundũ.
quia pro quolibet mortali,à quo quis nõ vult corrigi,po
teſt excõmunicari.xj.qõ.iij.nemo epiſcoporũ.al's incipit,
ſecundùm inſtituta. & ſi ſe non correxerit, debet deponi.
xcj.diſt.clericus.extrà,ne cle.vel mon. ſed nec.ita tñ ꝙ re
ligioſi diſtrictius alijs puniantur:vt in d.c.nec in foro pœ
nitẽtiæ iniũgi debet vel ſaltẽ conſuli,vt lucrũ huiuſmodi
pauperibus erogẽt.xiiij.q.v.qui habetis.ad hoc tñ nõ te-
nentur,ſecundũ gl.Ray.& Sum.Cõf.& hoc videt̃ ſeq Zẽ-
ze.& Car.in cle.j.de vi.& ho.cleri.licet Matth.ibi teneat,
ꝙ tenentur.Poſtquã aũt quis tertiò monitus non deſtite-
rit,perdit priuilegiũ clericale.de vita & hone cle.c. final.
Quãquã verò Doct.ſint varij:tñ credo,ꝙ mortaliter pec-
cet negociãdo religioſus,etiam cõuerſus:vt dicit Pet. de
Pal.& clericus in ſacris: nõ aũt clericus exiſtens in mino
ribus,ſiue cõiugat9,ſiue nõ:quia põt impunè redire ad ſe
culũ,& laicare:vt s̃.Apoſtaſia.§.ij.maximè,ſi nõ habet be
neficium.Si tñ nõ eſt cõiugatus, cogi põt per priuationẽ
priuilegij clericalis fori, quo ſcilicet cauetur ne clerici ve
xentur exactionib9 in perſona vel bonis:vt l.ij.C.de epiſ.
& cle.de vita & hon.cle.c.fi.non aũt forte per priuationẽ
priuilegij canonis,ſi quis ſuadẽte.xvij.q.iiij. etiã per tri-
nã monitionẽ:nec etiã per priuationẽ priuilegij fori,quo
ad hoc,vt poſsint ꝑ laicũ cõdẽnari pro criminibus vel ex-
ceſsibus,criminaliter aut ciuiliter: quia clericus coniuga
tus,quẽ oportet ſecularibus negocijs intẽdere:vt in c.Ioã
nes.de cler.coniug.is gaudet, ſi cõtraxit cũ vnica & virgi
ne,& defert habitũ ac tonſurã:vt in c.vnico.de cler. coiu.
li. vj.Si verò ſit cõiugatus,cogi nõ põt per priuationẽ di
cti priuilegij quo advexationẽ in ꝑſona vel bonis:qa ipſo
facto ꝑ cõtractũ matrimonij illud ꝑdidit: vt in d.c.vnico.
Et ſicut exiſtẽtes in minorib9,ita & religioſi, & clerici in
ſacris cõpelli poſſunt ꝑ dictã priuationẽ.¶ Quartò quęri
tur per quẽ & quoties neceſſariũ ſit fieri dictã monitio-
nẽ?Et dicit Pan.in c.cõtingit. el ij.de ſen.excõ.quòd fieri
nõ debet ꝑ iudicẽ ſecularẽ:ſed oportet eã fieri ꝑ epiſco-
pũ,vel per habentẽ iuriſdictionẽ epiſcopalẽ ſuper monẽ
dum:nec refert vtrũ eã habeat ex priuilegio, vel cõ ſuetu
dine, vel à iure,ſecũdũ gl.in c.ſi clericos.de ſent.excõ.lib.
vj.Et dicit idẽ Pan.in c.ſi.de vita & hon.cler.ꝙ oportet eã
eſſe trinam:quia vbicunq; agitur de pœna incurrenda, &
ius exigit trinam monitionẽ aut citationẽ,nõ ſufficit vna
peremptoria:vt voluit glo.not.in c.j.de vita & hon. cler.
& Io.And.in c.ex tuæ.de cle.nõ reſi.Et ſi obijciatur, quia
vbi à iure requiritur trina citatio,ſufficit vna perẽptoria:
quæ habet vim trinæ:vt in l.tres denunciationes.C.quo.
& quan.iud.Sum.Ang.ſoluit,ꝙ in citatiõe ſufficit vna,nõ
in monitione:quia iura ita voluerunt.Sed quia Pan.de v-
troq; promiſcuè & indifferẽter vbiq; loquitur,quantũ ad
hoc:ideo dico,ꝙ vbi agitur ad pœnã,non ſufficit vna mo
nitio pro trina,nec ſimiliter vna citatio,niſi vrgeat neceſ
ſitas,vt dictũ eſt s̃.Citatio.§.j.Si tñ fieret monitio, etiam
in pœnalibus,per viam ſtatuti valeret: quia ſtatutum ha-
bet vim legis:& prelatus põt ſtatuendo augere pœnã iu-
ris,& infligere pœnã ſine monitione verbali:aliàs requi-
4 ritur monitio.de cõſtit.c.ij.lib.vj.¶ Quintò* quærit̃,vtrũ
liceat clerico exercere officiũ tabernarij aut macellarij?
Et dico,ꝙ clericus nec miniſtrare nec manducare aut bi-
bere debet in taberna,niſi cã neceſsitatis in peregrinatio
ne.xliiij.di.c.non oportet.& c.nulli.& c.clerici. ſi aũt offi
cium tabernarij aut macellarij facit publicè,& perſonali-
ter:ſi tertio monit9 nominatim nõ deſiſtat,ſeu ſi poſtquã
deſiſtit,illud reaſſumat,perdit priuilegiũ clericale omni-
no, ſi ſit cõiugatus,etiã illud,ſi quis ſuadẽte. Si verò non
ſit cõiugatus,& nõ incedit vt laicus,ſed habitũ defert, ꝑ-
dit in rebus tantùm:& ſi omnino incedit vt laicus, ꝑdit il
lud etiã in perſona, quãdiu prædictis inſtiterit: vt in cle.j.
de vita & hone. cle. Si tñ tale officiũ dimittit,& habitum
recuperat,recuperat vtrũq; priuilegiũ tã cõiugat9, quàm
nõ coniugatus,ſecundũ Imo.ibi poſt do.Ant. & idẽ Pan.
& gl.Sed intellige,ꝙ non eodem modo reaſſumit priui-
legium cõiugatus vt nõ cõiugatus:ſed illud quo gaudet:
vt in c.vnico.de cler.coniug.li.vj.Et dicit gloſ.in d.cle.in
verbo,clericos.ꝙ illa conſtitutio cõprehendit etiã exem-
ptos delinquentes in loco nõ exẽpto: cùm per id ſubſint
diœceſanis:non aũt exemptos delinquẽtes in loco exem
pto:cũ excitet officiũ diœceſanorũ tantùm:maximè quia
quãdo iura iſta volũt ſuper exẽptos iuriſdictionẽ tribue-
re,hoc exprimũt:vt in d.cle.quia regulares.de ſupp.negl.
præla.Et ſecundũ Cardin.ibi,hæc monitio debet eſſe tri-
na:nec ſufficit vna pro tribus,& nominatim : nec ſufficit
generalis & facta clerico tale officiũ exercẽti:nec ſufficit
ꝙ fiat ante tale exercitium:aut ſi exercet vnũ horum offi-
ciorum,nõ ſufficit vt moneatur deſiſtere ab alio, nec erit
locus pœnæ,ſi exercet aliud.¶ Sextò quæritur, vtrũ ſit lo
cus dictæ pœnæ ſi cleric9 exercet quidẽ prædicta officia,
ſed nõ publice,vel non perſonaliter?Et dicit gl.in verbo,
publice.ꝙ non:ſed illa duo, publice & perſonaliter, con-
iunctim requirũtur:vnde ſi occulte, vel per aliũ hæc exer
cet,ceſſat pœna,ſed non culpa.Gemi.aũt in c.j.eod.tit.li.
vj.dicit quòd aut clericus vult habere tabernam, vt perſo
naliter adminiſtret in artificijs etiã inhoneſtis: & hoc eſt
prohibitum.diſ.xliiij.nulli.Aut vult adminiſtrare in artifi
cijs clerico permiſsis:& tunc poteſt habere: vt in glo.diſt.
lxxxviij.negociatorem.Aut vult eã habere:non vt perſo-
naliter miniſtret,ſed vt alij locet,qui exerceat ibi ſua arti-
ficia:& hoc nõ eſt prohibitũ.Pro quo facit etiam tex. in c.
ſignificante.de appellationi. vbi canonici habebant ſtal-
los,in quibus carnes incidebantur.Cui etiam text.conſo-
nare videtur dicens,non ſine miniſterio perſonaliter:qui
ſi voluiſſet prohibere etiã per aliũ,hoc potuiſſet.de deci.
cap.

c.ad audientiam.Credo autem,quòd ſi clericus hæc perſo
naliter exerceret,ſed pro alio,adhuc teneretur hac cle.qa
ſubeſt horror & vilitas.¶ Septimò , vtrum clerici poſsint
exercere officia præfatis viliora:vt aptare pelles,& huiuſ-
modi?Et dicit Pan.in d.cle.j.ꝙ nõ,ratione idẽtitatis ratio
nis.ratio,quia in his ſtatus clericalis dehoneſtatur.argu.l.
athletas.§.ait Prætor.ff.de his qui no.infa.nõ tñ incurrũt
pœnã ſtatutã cõtra exercẽtes officiũ tabernariorũ . Vnde
credo,ſi ſunt religioſi,vel ĩ ſacris,quòd mortaliter peccẽt
exercẽdo iſta publicè:ſecus ſi occultè ꝓ artificio ad victũ.
5 ¶* Octauò,vtrũ liceat clericis facere officiũ hiſtrionis?Et
dico,ꝙ vt colligitur ex c.clerici.iuncta gl.de vita , & hon.
cleri.lib.vj.qui dicuntur hiſtriones,ſecũdũ canones:vt de
cõſe.di.ij.pro dilectione.dicũtur bufones,ſecundũ vulga
re Tuſcũ:ſecũdũ Gallicũ verò goliardi à gula , cui ſolent
eſſe dediti:& Latinè dicũtur etiã ioculatores,quaſi iocilla
tores in publicũ.Faciũt enim ſpectaculũ ꝓprij corporis,
cuius ludibrio geſtus,& habitus hominũ repræſentant cũ
comœdijs,vel ſine.Et de his dico,ꝙ ſi hãc ignominioſam
artem clerici per annũ exercuerint:ipſo iure carent omni
priuilegio clericali.& ſimiliter ſi minori qdẽ tẽpore , ſed
tertiò moniti nõ reſipuerint:vt in d.c.clerici.Vbi nota,ſe
cundũ Gemi.ibi,ꝙ vbi canon pœnã imponit ipſo iure ex
facto negatiuo:monitio nõ requiritur,quãdo illi additur
certũ tempus:vt ibi,ſi nõ deſiſtãt intra annũ:q in hoc caſu
requiritur continuus & integer.Ex quo etiam nota,ꝙ vbi
lex, vł ſtatutũ dat certũ tẽpus,ad hoc,vt pœna cõmittatur:
intelligitur de tẽpore cõtinuo.Nota verò hic,ꝙ Arc. quẽ
ſequitur Gemin.in d.c.clerici.dicit,ꝙ clericus in ſacris,&
etiã monachus perdit priuilegiũ canonis, ſi quis ſuadẽte.
xvij.q.iiij.Io.autẽ Monald.tenet, ꝙ perdũt ſolũ exiſtẽtes
in minoribus:ſed primũ eſt verius.In occulto tamẽ, vt di-
cit ibi gl.vel cauſa infirmitatis, vł alterius honeſtæ rei cau-
ſa,ioci aliquid facere nõ reprobatur.Et facit,quod no. Io.
de cithariſtis, & his qui varijs vtũtur ĩſtrumẽtis.lxxxvj.di.
donare.in gl.hęc gl.ex quo intelligit̃, ꝙ dicta pœna ligat
ſolũ exercẽtes artẽ illã publicè.¶ Nonò,vtrũ liceat cleri-
cis arma portare?Et dico,ꝙ nõ,niſi pro defenſione eo mõ
quo dictũ eſt s̃.Bellũ.ij. §.iij.Si aũt relicto habitu clerica
li arma portauerint:& tertiò moniti illa nõ deponũt: per
dũt priuilegiũ clericale.de ſen.exc.in audiẽtia. Similiter
ſi nõ ſint moniti,& immiſcẽt ſe tyrãnidi & enormitatib9,
perdũt ipſo facto priuilegiũ clericale,ſi quis ſuadẽte. &c.
de ſen.exc.perpendimus.& c.cũ nõ ab hoĩe.de iudi. c.j.in
prin.priuilegiũ aũt fori nõ perdũt,niſi poſt monitionem,
ſecũdùm aliquos.& facit c.ſi iudex.de ſen.exc.lib.vj.¶ De
6 cimò,* vtrum liceat clerico iurare in manibus laici?Et di-
co,ꝙ hoc nullo modo debet pręſumere,ſcilicet ad petitio
nem cuiuſcunq; laici,niſi fuerit per iudicem eccleſiaſticũ
7 requiſitus.xxij.q.vlti.c.nullus.¶ Vndecimò,* vtrum cleri
cus poſsit cõtrahere matrimonium?Et dico,quòd ſi eſt in
ſacris,contrahendo eſt ipſo facto excõmunicatus , & ma-
trimonium nullum:vt j̃.Excommunicatio.ix.§. xl. Si ꝟò
eſt in minoribus,contrahẽdo cũ ſecũda,vel cũ prima, ſed
nõ virgine,eruitur omni priuilegio clericali,& additur ſe
culari foro:& ꝓhibetur ſub pœna excõicatiõis deferre tõ
ſuram.de bigam.altercationis.lib.vj. ſed cõtrahẽdo cum
vna, & virgine,deferẽdo tonſurã,& veſtes clericales,reti-
net clericale priuilegiũ in duobus,vt dictũ eſt s̃.Clericus.
j.§.vj.ſed iſta non deferendo,retinet in nullo.de cleri. cõ
iug,clerici.lib.vj.Vtrum autem clericus poſsit eſſe iudex.
j̃.iudex.Vtrum autem poſsit eſſe Tabellio.j̃.Tabellio.§.
iij.Vtrum etiam poſsit venari.j̃.Venatio.§.j.

RVRSVS DE CLERICO QVARTO.
quantum ad bona temporalia.

1 *Clerici bona multiplicis generis habere poſſunt,ut quibus proprium habere minimè uetitum ſit.*
2 *Clericus adminiſtrationẽ habẽs,an teſtari queat. Et an mortis cauſa donare. Et quid ſi adminiſtrationẽ nõ habeat, ſed beneficiatus ſimpliciter,an teſtari,inter uiuos donare, & mortis cauſa poſſit nu. 3.*
4 *Clericus,quòd de acquiſitis perſonæ contemplatione & intuitu poſſit diſponere,an in omni clerico & caſu locum habeat.*
5 *Clericus cur quædam donare poteſt,legare non poteſt.*
6 *Clericus de acquiſitis intuitu dignitatis clericalis,nũ diſponere poſſit. Et quid de acquiſitis ex pœnitẽtiarum iniunctione. Item quid de eo quod quis prælato,ipſius ſuaſione,relinquit.*
7 *Relictum clerico prælaturã non habenti,aut adminiſtrationẽ, cuius contemplatione in dubio relictum eſſe uideatur.*
8 *Clericus,qui rẽ eccleſiæ ſuæ propria induſtria meliorẽ reddidit, nũ de huiuſmodi melioratione diſponere,quaſi re de ſua poſſit.*
9 *Clericus in titulũ patrimoniũ habens,num poſſit illud ad arbitrium citra ſolennitatem alienare.*
10 *Clerici & religioſi nũ poſſint de bonis aduẽtitijs ſine patris cõſenſu diſponere. Et quid de acquiſitis ante ingreſſum.*
11 *Clericus nũ de bonis eccleſiæ ſorores dotare,aut parentes alere poſſit.*
12 *Clericus patrimonium ſufficiens habens,nũ illud hæredib9 ſeruare,& de beneficio uiuere poſſit.*
13 *Clerico ab inteſtato quis ſuccedat. Et quid tũ agendũ eſt,ſi neſcitur,res eccleſiæ num fuerint,an perſonæ.*
14 *Clericus præbendatus,nũ de reditibus eccleſiæ,& fideliũ oblationibus,partes quatuor iuxta uetera iura,facere teneatur.*
15 *Clericus beneficij fructus in uſus minimè honeſtos conuertẽs,an peccet. Et qui malè ab eccleſiaſticis accipiunt,nũ ad reſtitutionem teneantur. Et cui.*
16 *Clericus officiũ temere dimittẽs,fructus interim ab eccleſia perceptos num reſtituere teneatur.*
17 *Clericus an quos in peccato mortali exiſtẽs, fructus percipit,reſtituere teneatur. Et quid ſi excõmunicatus.*
18 *Clericus ex quibus , & quibus reſtituet, quæ ob eccleſiaſtica beneficia reſtituere tenetur.*

1 CLERICVS* quartò, quantũ ad bona tẽporalia,habe
re põt bona multiplicia,quæ ad duo genera reducũ
tur:quæ ſunt bona laicalia,vt acquiſita intuitu ꝑſonæ: pu
ta ex ſucceſsione cognatorum,vel amicorum donatione,
vel acquiſita ex induſtria:& bona eccleſiaſtica,cuiuſmodi
ſunt beneficia, & acquiſita intuitu eccleſię,vel ex facultati
bus,vt de teſta.c.j.cum gl.Et aliquãdo clerici nõ habẽt ad-
miniſtrationẽ:quod ſecundũ Gemi.in c.præſenti. de offi.
or.tũc eſt, quãdo nõ habẽt beneficiũ,cui ſit aſsignata dos:
& tunc dicũtur ſimpliciter beneficiati:vt ſunt canonici, &
ſimiles,quibus id,quod habẽt,obuenit ratione ꝑſonæ:nõ
ꝙ habeant præbendã in eccleſia diſtinctam: quia ſic habe
rent adminiſtrationẽ.¶ Primò verò quæritur,vtrũ clerici
poſsint habere propriũ?Et dico,ꝙ ſic:vt patet xij.q.j.epi-
copi.& ſi qua inueniãtur capitula cõtraria intelligũtur,ſe
cundũ ſtatum eccleſiæ primitiuæ,quãdo nihil ꝓpriũ poſ
ſidebãt:vel de religioſis qui renũciauerũt proprijs.Tamẽ
ſecundũ S.Tho.ij.ij.q.clxxxv.clerici nõ ſic debẽt ꝓprium
poſsidere,vt dum curãt illud,deficiãt in ſpectãtibus ad cul
2 tum diuinum.¶ Secũdò* quæritur, vtrũ clericus habẽs ad-
miniſtrationẽ teſtari poſsit?Et dico,quòd ſic de laicalibus
indubitanter.xij.q.iij.cap.j.& ij.& extrà, de teſta. ad hæc.
& capi.quia nos.& hoc etiam ſi clericus ſit in poteſtate pa
tris,aut aui conſtitutus.C.de epiſco.& cleri.authen. preſ-
byter

byteros.licet ſecus ſit in alijs perſonis:vt ĵ.Peculium . De
alijs eccleſiaſticis autẽ immobilibus aut mobilibus teſtari
nõ poteſt,ſecundũ Inno.in c.cùm in officijs.de teſt.vt ibi
& in c.ad hæc.& in c.relatum.el ij.& xij.q.iij.c.j. De con-
ſuetudine tamẽ clerici alicubi teſtãtur de fructib⁹ & reb⁹
mobilibus eccleſiæ acquiſitis:licet de iure ſit cõtrariũ, vt
dictũ eſt.Et ſecundũ Vlt.talis cõſuetudo valet: quia de his
teſtari nõ eſt illicitũ:niſi quia in fauorẽ eccleſiarũ prohibi
tum:vnde etiã quia ratio ſuadet oppoſitũ,vbi eſt cõſuetu
do,hoc poteſt ſecũdùm eum.Et hæc ſi ſint modica, ſecũ-
dũ Pan.alioquin conſuetudo eſſet in eccleſijs onerosa.qđ
adhuc limita,ſi pie,& rationabiliter diſponat in foro ani-
mæ:& ſi diſpoſitio non ſe extẽdat ad ſacra vaſa diuino cul
tui mancipata,quæ cenſentur quaſi bona immobilia:vt ſ.
Alienatio.§.vj.ſuper quib⁹ nullã nõ ſolùm donationem,
ſed nec alienationem facere poteſt.xij.q.ij.c.ij.& oppoſi-
ta cõſuetudo eſſet irrationabilis,niſi vaſa eſsẽt ſuperflua,
& tranſirent ad aliam eccleſiam:& de alijs mobilibus ſatiſ
fieri neceſsitatibus non poſſet.Et idẽ videtur de alijs mo-
bilibus pretioſis diuino cultui dedicatis.arg.c.ſi. de teſta.
De rebus autem immobilibus conſuetudo nõ valeret : ꝗa
eſſet oneroſa,& irrationabilis,& reprobata à iure: dũ iſta
alienari nõ poſsint ſine illa ſolẽnitate,de qua xij.q.ij. ſine
exceptione.¶ Tertiò quæritur, vtrũ clericus habẽs admi
niſtrationẽ,donare poſsit cauſa mortis,vł inter viuos? Et
dico,quòd de bonis laicalibus donare poteſt,ſicut & teſta
ri.de teſta.quia nos.de eccleſiaſticis aũt mobilibus, & fru
ctibus perceptis poteſt in ægritudine cõſtitutus ,modo ſit
compos mẽtis,dare pauperibus,& religioſis locis,& his ꝗ
ſibi honeſtè ſeruierũt,ſiue ſint ſiue nõ ſint affines:vt in c.
ad hæc.& in c.relatum.el ij.de teſta. & idẽ poteſt ex iuſta
cauſa dum ſanus eſt,dummodo temperatè.de donat.cæte
rum.& c.ad apoſtolicæ.Nota tamen, ſecundùm Pan.in c.
cùm in officijs.de teſta.quòd nõ poteſt clericus de rebus
prædictis donare,aut alio modo diſponere,niſi ĩ quatuor
caſibus.¶ Primò,quando tantundem de ſuo expẽdit ĩ vti
litatẽ eccleſiæ.xij.q.ij.ſi ꝗs.& q.v.ſi epiſcopus.quia in hoc
caſu poſſet etiã teſtari: imò ſi nõ teſtaret̃,hæres poſſet pe-
tere.facit c.de multa.& quod ibi no.de præbẽdis.& l.quæ
omnia.in ſi.ff.de procu.& gl.in l.ſi non ſortẽ. §.ſi cẽtũ.ff.
de cond.indeb.¶ Secundò,quãdo hoc habet cõſuetudo,
ſecundùm Hoſt.& Lau.in d.c.ſi epiſcopus.quod Pan.intel
ligit de rebus mobilib⁹,& modicis:& tu limita etiã,vt de
teſtamẽto dictũ eſt §.priore. quo caſu etiã teſtari poſſet.
¶ Tertiò,quando donat intuitu eleemoſynę:quã clericus
etiam in ægritudine facere poteſt:vt in c.ad hæc.& in c.re
latum.el ij.de teſta.¶ Quartò,quãdo vult remunerare ho
neſta ſeruitia,tam à cõſanguineis,quàm ab extraneis rece
pta:vt in d.c.relatum. §.licet. Sum.Ang.addit quintò,quã
do dat locis pijs,& religioſis,ex d.c.relatũ.ſed hoc ſub ter
tio mẽbro cõtinetur.Nota verò practicã,ſecũdũ Pan. vbi
ſ.quòd ſi clericus vult aliquo illorum quatuor reſpectuũ
vltimorum dare,faciat dum viuit,& nõ relinquat:quia nõ
valet.d.c.ad hęc.ſed hoc dictũ fallit ratione cõſuetudinis.
De donatione autem cauſa mortis.vide ĵ.Donatio.iiij.§.
3 iiij.¶ Quartò,* vtrum clerici nõ habentes adminiſtratio-
nem,ſed ſimpliciter beneficiati poſsint teſtari?Et dico, ꝙ
Gemi.in c.præſenti.de offi.ordi.lib.vj.dicit, ꝙ Arch.in c.
ſtatutũ.de reſcrip.lib.vj.tenet,ꝙ clerici non faciũt fructus
ſuos qui ſuperſunt deductis expenſis:alleg. c.j.xij.q.iij. &
ita intellexit Bartho.Brix.illum canonẽ,& ſic patet, ꝙ res
acquiſitæ de bonis eccleſiæ nõ ſunt clericorum:quia cleri
ci debent ea quæ ſuperſunt deductis neceſſarijs, pauperi-
bus erogare:aliàs iniquè agũt.Et quòd acquiſita ſint in ꝓ
uiſione eccleſiæ,patet xij.q.j.epiſcopi.& cõſequẽter de ac
quiſitis ſolus vſus cõpẽtit eis:licet fateatur, ꝙ clerici ſunt
perceptorũ fructuũ domini:& habẽt eorũ ꝓprietatẽ quã-
tum ad fidem,& debitam diſpẽſationẽ ſibi,& ſuis faciẽdã.
Et iſtam partem Archi.Gemi.veram credit,quam optimè
probant iura quæ allegantur:quia nõ dicũtur domini,ſed
procuratores.& pro hoc eſt tex.optimus.xij.q.j.cleric⁹.&
iſtud tenet gl.in c.quia nos.de teſta.His igitur ſuppoſitis.
ad quæſitum ſic dicit Gemi.ſecundùm glo. in d.c.pſenti.
clericus non habẽs adminiſtrationem:ſed ſimpliciter , &
perſonaliter beneficiatus in vita, & in morte cõparat̃ vſu
fructuario quantũ ad faciendũ fructus ſuos: & de ipſis per
ceptis teſtari poteſt:& ei eccleſia ſuccedit,quãtum ad hos
ab inteſtato.quam glo.quidam ſic intelligũt,quòd qlibet
habens beneficium ſimplex,teſtari poſsit.quod dicũt fal-
ſum eſſe:& cõtra c.relatum.quod loquitur in canonico:&
cõſequenter habente beneficium ſimplex:qui tamẽ,vt ibi
patet,teſtari non poteſt.& hoc,inquit,fateor:ſed gl.rectè
intellecta eſt veriſsima:& id non dixit:ſed ad beneficiatũ
poſſe teſtari tria requirit.Primò,quòd nõ habeat admini
ſtrationẽ.Secũdò,ꝙ beneficiũ ſit ſimplex.Tertiò, ꝙ illud
ſibi obueniat perſonaliter tantùm,& cõſequẽter tales fru
ctus ſint cõceſsi ratione ſtipẽdij perſonalis:quibus cõcur
rentibus, poterit teſtari.Ex his infertur primò,ꝙ canoni-
cus habẽs præbendã diſtinctã in eccleſia de fructibus eius
teſtari nõ poteſt:cũ habeat adminiſtrationẽ.& hoc expreſ
ſe voluit Inn.in c.nouũ gen⁹.de decimis. & eſt caſus in d.
c.relatũ.Et ſecundò,quòd canonicus teſtari põt de quoti
dianis diſtributionibus:quia dantur propter ſtipendium
perſonale,& pro diurno labore:vt in c.j.de cleric. nõ reſi.
li.vj.vnde de hoc teſtari poteſt,ſicut mercenarius, & ruſti
cus de lucro operis diurni.Et ita intelligi poterit iſta glo.
quia talis quo ad iſtas diſtributiones eſt beneficiatus ſim-
pliciter & perſonaliter:quia dãtur pro ſtipendio perſona
li tãtùm:nec habet rerũ adminiſtrationẽ:vnde tales diſtri
butiones ſoluũtur per capitulũ,ſingulis.Et hãc partẽ vide
tur tenere Pan.dicẽs,ꝙ ea quæ recipit cleric⁹ intuitu ſer-
uitij perſonalis tantũ,trãſmittit ad ſucceſſores. Et tertiò,
quòd ſi præbendæ nõ ſunt diſtinctæ in eccleſia : quia oĩa
veniũt in cõi,& poſtea diſtribuũtur ſingulariter tãtũ pro
quolibet:ꝙ etiam de iſtis poſsit de iure teſtari.Et quartò,
ꝙ habẽs capellanias in eccleſijs ad nutũ remouibiles,quæ
non dantur eis in titulũ:ſed datur eis certũ ſtipendium in
anno in pecunia,de tali ſtipẽdio teſtari poſſunt.c. ꝗa nos.
& c.relatum.de teſta.quia datur eis intuitu perſonæ ꝓ ſuo
labore.Et ſic alio modo intelligi poteſt d.gloſſ.quia tales
ſunt ſimpliciter,& pſonaliter beneficiati abſq; alia admi-
niſtratione.Et quintò infertur,ꝙ ſacerdotes,qui ſunt ĩ cõ
ſortijs ciuitatum,ſicut Bononiæ,vbi habẽtes beneficiũ in
ciuitate ponũtur in quibuſdã cõſortijs,& vniuerſitatibus,
& conueniunt in certis eccleſijs ad certã miſſam celebrã
dam:habẽtes poſſeſsiones illi cõſortio deputatas,de qua-
rũ fructib⁹ datur tantũ venienti ad illã miſſam:poſſunt te
ſtari de talibus:quia dãtur ratione ſeruitij pſonalis , & nõ
principaliter intuitu eccleſię.hęc ex Gem.in d.c.pręſenti.
¶ Quintò,vtrũ tales clerici nõ habẽtes adminiſtrationẽ,
donare poſsint inter viuos,& cauſa mortis?Et dico, ꝙ ſic,
quantũ ad ea de quibus teſtari poſſunt,quæ ſcilicet proue
niunt eis ratione perſonæ,ſiue inquantũ non ſunt admini
ſtratores:quia mai⁹ eſt legare,quàm donare:vt patet ex di
ctis:& vlterius ſi qua habẽt,de quib⁹ teſtari nõ poſſunt:vt
quia reſpectu aliquorũ habẽt adminiſtrationẽ,de illis poſ
ſunt

ſunt donare vtroq; modo,eadẽ ratiõe, qua & adminiſtra
4 tores. ¶ Sextò* quæritur, vtrũ id, quod dictũ eſt clericum
poſſe diſponere de acquiſitis intuitu pſonæ: puta,ex ſuc-
ceſsione cognatorũ,vel donatiõe amicorũ, ſeu induſtria
ſua:puta,doctrina,vel artificio, habeat locũ in omni cleri
co,& omni caſu?Et dico,ꝙ Pet.vt refert Cy.in auth. licen
tiam.C.de epiſ.& cler.limitat hoc verũ eſſe in clericis in-
ferioribus,non autẽ in epiſcopo, etiã ſi eſſet Cardinalis,
vt addit Bal.ibidẽ,& idẽ de platis eccleſiarũ regulariũ. &
eſt tex in d.authẽ.qui ſolùm cõcedit,ꝙ prædicti diſpone-
re poſsint de acquiſitis ante epiſcopatũ,vel prælationẽ:&
de acquiſitis in epiſcopatu,vel prælatione ꝑ cognationẽ,
vſq; ad quartũ gradum : de reliquis verò qualitercunque
acquiſitis diſponere nõ poſſunt:ſed acquirũt eccleſiæ.Cõ
munis autẽ opinio tenet cõtrarium: vt ĵ. Legatum.ij. §.j.
¶ Clericus autẽ potens de aliquibus diſponere ad libitũ.
hoc nõ poteſt in multis caſibus, in quibus eccleſiæ tenet̃.
Primò,ſi dolo,vel culpa eccleſiã læſit : intelligendo tamẽ
ſecundũ Inno.in d.c.cũ in officijs.de culpa nõ leui: quam
uis ipſum teneri etiã de leui culpa ſit tex. àpertus.C.arbi-
trium tute.l.quidquid.facit ff.de admi.tu.l. ſi res.& gl.in
c.ea quæ.de offi.ordi.& idẽ Hoſt.& tamẽ eadẽ glo. dicit,
ꝙ nõ tenetur de negligẽtia niſi craſſa,id eſt, lata: quæ ta-
mẽ negligẽtia eſt culpa.Vnde videtur,ꝙ teneatur de leui
cupa ſi delinquit ſciẽter : & ſolũ de nõ leui,ſi ignoranter,
ſiue ex negligẽtia,& de hoc infrà,Dolus.Secũdò,ſi de bo
nis eccleſiæ alicui fecit gratiã,ſecundũ Inno.vbi ſ.qui al-
legat l.cũ oſtendimus.ff.de fideiuſ.tu. & C. eo.l.ij.& vlti.
Tertiò,ſi paſſus eſt propter negligentiã ſuã rem eccleſiæ
præſcribi,ſecundũ Pan.in c.ex præſentiũ.de pigno. ꝗ al-
legat c.placuit.el ij.xvj.q.iij. Quartò,ſi redit⁹ cõuertit in
vſus inhoneſtos.xij.q.iiij.c.j.Quintò,in caſibus, in quib⁹
dicetur,quòd clericus tenetur ad reſtitituonẽ.In iſtis eñ
caſibus primò tenetur eccleſiæ ſatisfacere , antequam
aliud diſponat:quia prius ſunt reddẽda debita, quàm be-
neficia pręſtãda: ſicut magis tenetur homo ſoluere credi
5 tori cęteris paribus,quàm amicis benefacere.¶* Septimò
quæritur, quæ eſt ratio, ꝙ clericus aliqua donare põt, &
nõ legare?Et dicit Pan.in c.ad hæc.de teſta. hãc eſſe ratio
nem,quia teſtamentũ morte cõfirmatur.de cele.miſ.cum
Marthæ. & cõſequenter effectus confertur in tẽpus, quo
clericus nõ eſt futurus prælatus:ideo nõ poteſt de aliquo
diſponere in teſtamẽto ex facultatibus eccleſiæ:quãdo au
tem vult diſponere dũ viuit, nõ prohibetur: quia hoc fa-
6 cit tanquã adminiſtrator eccleſiæ. ¶ Octauò * quæritur,
quid iuris ſit de acquiſitis intuitu dignitatis clericalis, ꝓ
miſsis dicendis?Et Pan.in c.cũ in officijs.de teſta.recitat,
ꝙ Pet.vt refert Cy.in d.authẽ.licentiã.C.de epiſ. & cleri.
voluit,ꝙ de his cleric⁹ teſtari poſsit.quod Hoſt.& Inno.
placet in c.quia nos.de teſta.qui dicũt, ꝙ ſi cleric⁹ aliqua
ratione officij acquiſiuit:puta,quia fuit capellan⁹ alicui⁹
principis,qui ei multa donauit:de talibus poteſt ad libitũ
diſponere.quod Pan.vbi ſuprà limitat, niſi qui dedit pro
miſsis dicẽdis, dederit tanquã parochiali ſacerdoti : quo
caſu diſponere nõ poſſet.Et ex hoc infert Pan.ad quæſtio
nem, nũquid ex relicto pro miſsis dicẽndis debeatur epi
ſcopo canonica portio?Et dicit attendendas fore cõiectu
ras,an relinquẽs, vel donãs reſpectũ habuerit ad eccleſiã
vel perſonam:quia fortè relinquẽs,ſicut donãs ſuo paro-
chiali, hoc nõ feciſſet,niſi fuiſſet proprius parochialis.ſe
cus ſi nulla qualitas ſuggerat eccleſiã eſſe cõſideratã, ſed
perſonã duntaxat.¶ Nonò,quid de acquiſitis ꝑ ſacerdotẽ
ex iniũctione pœnitẽtiarum, quas imponit parochianis?
Et dicit Inno.in c.cũ inter.de verbo. ſigni. ꝙ debent eſſe
eccleſiæ : ideoq; de eis diſponere non poteſt ad libitum.
¶ Decimò quæritur,quid de eo, qđ quis ſuaſione prælati
reliquit pręlato,aliàs relicturus eccleſiæ,an illud ſit eccle
ſiæ,vt de eo prælatus diſponere nõ poſsit?Et dico,ꝙ Cyn.
formãs hãc quæſtionẽ in tutore,dicit,ꝙ tenetur,ſi ad ſibi
relinquẽdũ induxit blando ſermone,arg.in l.fin.ff.ſi quis
ali.teſt.pro. vbi patet talẽ non cõmittere delictũ. Si verò
induxit dolo,ſeu fraude, eccleſiæ tenet̃ ad intereſſe. Pan.
autẽ in c.ij.de pec.cle. dicit quoſdã tenere, ꝙ non poteſt
diſponere:ſed eccleſiæ reſtituere tenetur,per l.quicquid.
C.arbi.tut.& eſt tex.cũ glo. ꝙ tenẽtur reſtituere ſimplici
ter.xij.q.iiij.quicũq;.vbi patet,ꝙ prælatus tenetur eccle-
ſiæ ad intereſſe, quãdo ei potuit quærere,& neglexit: ad
inſtar tutoris :vt in d.l.quicqđ.& in l.pupillorũ.C. de ad-
mi.tuto.nec enim debet vtilitatẽ ſuã præponere vtilitati
eccleſiæ: ſicut nec tutor vtilitatẽ ſuã,vtilitati pupilli.l.tu-
tor ſecundùm dignitatẽ. §.j.ff.de admi.tu.l. ſi vt certo. §.
cõmodatũ.ff.commo.l.quod Nerua.ff. depo.vij.q.j.præ-
ſentiũ.& c.placuit.Pan.autẽ vbi ſuprà, conſentit Cy. cui,
& ego conſentio quantũ ad tutorẽ : quia nõ tenetur plus
pupillũ,quàm ſe diligere:aut bona eius,quàm ſua.arg.de
iureiur.petitio.& de pœ.diſt.ij.charitas. Cõſentio etiam
oppoſitæ opinioni in clerico,vel prælato,quãdo ſuã vtili
tatem temporalẽ procurat cũ iactura eccleſiæ : quo caſu
propriè loquitur d.c.quicunq;.quando ſcilicet cleric⁹ de
rebus,vel augmẽtis eccleſię auget propriã facultatẽ:ita ꝙ
ea,in quibus ius habet eccleſia,vt deſeruiãt cõmoditatib⁹
eccleſiæ conuertit ad ſeruiendũ cõmoditatibus ſuis: vt ſi
ex reditibus eccleſiæ colat ſuas poſſeſsiones, eccleſiaſti-
cas relinquẽs incultas: & idẽ in tutore.In pręſenti verò ca
ſu conſentio iterum Cyn. & Pan. quia nõ eſt eccleſiæ ius
acquiſitũ propter ſolã intentionẽ teſtatoris: nec ipſe te-
nebatur tũc procurare bonũ eccleſiæ, cũ ſine peccato fa-
cere potuiſſet : ergo potuit ꝓcurare ſuũ: cũ nulli faceret
injuriã. ¶ Vndecimò,* quid de eo,quod relictũ eſt cleri- 7
co nõ habẽti prelationẽ,aut adminiſtrationẽ eccleſię? Et
dicitur ſecundũ Pan.in d.c.cũ in officijs.& de teſta.requi
ſiſti.ꝙ pręſumitur factũ intuitu pſonæ in dubio : quia nõ
eſt veriſimile,ꝙ intuitu eccleſiæ reliquiſſet ei, qui eccle-
ſiæ nõ habet adminiſtrationẽ. quod verũ eſt,niſi per cõie
cturas cõtrariũ probaretur:vt in c. requiſiſti.de teſta.Se-
cus autẽ ſi habet adminiſtrationẽ. ¶ Duodecimò,* vtrum 8
clericus,qui rẽ eccleſiæ ex induſtria meliorauit,poſsit de
tali melioratiõe diſponere,quaſi de re ſua? Et dico ꝙ nõ:
ſed illa cedit eccleſiæ.facit c.in qrendũ.& c.ſi quis. de pe-
cu.cle. Et ratio eſt, ꝗa ad hoc tenetur, ſi de eius fructibus
viuit:ſecus autem ſi de ſuo melioraſſet.¶* Decimotertiò, 9
vtrũ clericus habẽs patrimoniũ in titulũ, poſsit illud alie
nare ad libitũ,ſine ſolẽnitate requiſita in alienatione ec-
cleſiaſticorũ bonorũ:de qua xij.q.ij.ſine exceptiõe. Et di
co,ꝙ ſecundùm Io.& Gofr.alienari non poteſt,ſicut nec
aliena bona beneficij ſpiritualis:licet illi patrimonio nõ
adhæreat ius ſpirituale ad hæredes nõ trãſmiſsibile:vnde
mortuo clerico extinguitur cauſa priuilegij . ſicut fun-
dus dotalis alienari non põt,durãte matrimonio: quo tñ
matrimonio ſoluto, tranſit ad hæredes. Sed Hoſt.diſtin-
guit: quia ſi clericus eſt ordinatus ſimpliciter, põt de pa-
trimonio ordinare ad libitũ:ſecus ſi expreſſe ordinat⁹ eſt
ad titulũ patrimonij.Et idẽ videtur ſentire Gemi. in c.ſi
epiſcopus.de præbẽ.lib.vj. dicẽs, ꝙ clericus ordinatus ad
titulũ ſui patrimonij,ſi expreſſe aſsignatur ei ſic, ꝙ trãſie
rit in rem eccleſiaſticã,de eo diſponere nõ poteſt. Et idẽ

Io.And.& Ioan.de Li.ſi verò aſsignatur tacitè,tamẽ licet
epiſcopus nõ teneatur ei prouidere ex quo habet vnde vi
uat:tamẽ illud vendere nõ poterit. Pan. tamẽ vbi ad illud
ordinatur,expreſsè excipit vnũ caſum,in quo licitè de eo
diſponere poteſt ad libitũ.ſ.ſi deinde conſequatur benefi
ciũ ſpirituale:quia eo caſu ceſſat ratio aliorũ,cũ poſsit ex
bñficio viuere. Et hæc ſecunda opinio de rigore iuris eſt
verior,licet prima ſit benignior,& ęquior,ne mẽdicet in
opprobriũ cleri. Et ſentit Inno.in c.epiſcopus.de præb.ꝙ
in alienatione talis epiſcopi cõſenſus nõ requiratur. Et ſi
quæratur,quid operetur ordinatio ad iſtũ titulũ, ex quo
fieri põt hæc alienatio? Dico, ꝙ ſatisfit iuri, vt nõ videat̃
ille promotus ſine ſuſtẽtatione: & ſi deinde vẽdat,nõ re-
probatur in clerico volũtaria,ſed coacta paupertas. ¶De
10 cimoquartò* quæritur, vtrũ clerici,& religioſi poſsint de
bonis aduẽtitijs ſine patris aſſenſu diſponere? Et dico pro
fundamẽto quæſtionis,ꝙ ſecũdũ Pan.in c.quia nos.de te
ſta.& in c.cõſtitutus.de reſti.in inte. peculiũ, qđ in laico
eſt aduentitiũ,clerico eſt quaſi caſtrẽſe:vnde licet ſit filiꝰ
familias, tamẽ vſusfructus nõ acquiritur patri. Et hoc te-
nuit Hoſt.in d.c.quia nos.& caſus eſt in authẽ. presbyte-
ros.C.de epiſ.& cleri.vbi dicitur, ꝙ res ad dominiũ cleri
corũ veniẽtes ſunt eius,ad ſimilitudinẽ caſtrẽſiũ, vt teſta
ri poſsint. Quod Pan. dicit indubitatũ, quãdo clericatus
adhæret tẽpore delctiõis bonorũ:vt p eũ patet in c. cõſti
tutus.de in integ.reſti. ¶ Ad queſtionẽ igitur dicit Pan.in
c.in præſentia.de proba.ꝙ ſi loquamur de bonis adueniẽ
tibus ingreſſo monaſteriũ,indiſtinctè acquirũtur mona-
ſterio : tũ quia amplius nõ eſt filius in poteſtate patris, &
ſic nõ acquiritur vſusfructus patri: tũ quia clerici,& reli-
gioſi ſunt priuilegiati ſuper bonis aduẽtitijs,vt ſint eis ca
ſtrenſia vel quaſi,per d.auth.presbyteros. Et fortè,inquit
idem dici poſſet in bonis acquiſitis prius, vt ſtatim p in-
greſſum gaudeant illo priuilegio,per d.auth. Et ſic pater
priuabitur vſufructu illorũ bonorũ etiã in vita ſua. quod
intelligo,qñ filius hoc expreſſe diſponit:aliàs ſtabo diſpo
ſitioni aut̃.ſi qua.C.de ſacr.ſanct.eccle.nõ obſtãte c.licet.
de ſepul.lib.vj.quia illud loquitur in laico,nõ in clerico,
11 aut religioſo.hæc ex illo. ¶Decimoquintò,* vtrũ clericꝰ
poſsit de bonis eccľię dotare ſorores,vel alere parẽtes? Et
dicit Pan.in c.peruenit.de arbi. ꝙ ſic: vel etiã alias cõſan
guineas.quod probatur per c.j.de coha.cle.& mul. & per
gl.cũ tex.in c.omnino cõfitemur.xxx.diſt. vbi dicit gl.ꝙ
clericꝰ habẽs vxorẽ,vel filios,põt eos paſcere de reditibꝰ
eccleſiæ:& cõſequẽter à fortiori dotare:cũ cauſa dotis ſit
fauorabilior,q̃ alimẽtorũ:vt notat Cy. & facit quod nota
tur in l.cũ in plures. §.pen.ff.de admi.tu.& in l.nõ omni.
C.eo.tit.in gl. Hoc tñ limita, & intellige ſi ipſæ indigent:
vt in gl.d.c.omnino.& nõ ad pompã,vel altũ ſtatũ,ar.eo-
rum,quę no.xlij.diſt.in prin.quia ſic tam dãtes, quàm ac-
cipientes tenẽtur ad reſtitutionẽ.xvj.q.vij.ꝑuenit. vt not.
Matth.& Card.in cle.ij.de vi.& hone.cle. Hoc tñ, ꝙ acci-
piẽtes teneãtur ad reſtitutionẽ,limita,qñ clericꝰ nõ eſſet
ſoluẽdo.aliàs nõ,ſi acceperint de rebus,quæ alienari poſ
ſent ad libitũ clericorũ,ſcđm Vide.& placet addito,vel ſi
ſoluere nollet : licet alij velint indiſtinctè , ꝙ teneantur.
quod eſſet tutius. Ratio aũt omniũ iſtorũ eſt : quia cleri-
corũ bona ſuperflua ſunt pauperũ: inter quos primi ſunt
cõiuncti cæteris paribus. vnde quod tenet Sum.Roſ.indi
ſtinctè.ſ. ꝙ clerici de bonis eccľiæ poſsint cõſanguineos
in ſtudio ſuſtẽtare, nõ eſt verũ indiſtinctè, ſed ſi indigẽt.
12 ¶Decimoſextò* quæritur, vtrũ clericus habens ſufficiens
patrimoniũ poſsit illud ſeruare hæredibꝰ,& viuere de be
neficio? Et dico ſecundũ Rich.in quolib.iij.q.xx.ꝙ habẽs
patrimoniũ ſufficiẽs ad neceſsitatẽ naturæ ſolũ , põt reci
pere beneficiũ ſecũdũ exigentiã ſtatus, & pſonæ. habens
verò patrimoniũ ſufficiẽs,etiã ad hæc,& ad eleemoſynas
multas faciẽdas,ſi recipiat beneficiũ, vt bene diſpẽſet, nõ
peccat, modò ſit idoneus: ſi verò recipit illud nõ intẽdẽs
eccleſiæ deſeruire, ſed amicos ditare,& magis honorari,
& viuere delicatius, mortaliter peccat. facit c.clericos.j.
q.ij.& c.ſe.imò in d.c.clericos.dicit Io.ꝙ ſeruiẽdo eccľię
ſi bona eius cõſumit, & ex cupiditate ſuũ patrimoniũ ſer
uat,peccat mortaliter.& facit tex.in c.quoniã. in fi.xvj.q.
j. Aliàs aũt ſeruiẽdo eccleſiæ,licet viuere de eccľia, & ſuis
hæredibus ſeruare patrimoniũ,ſecundũ Inn. in c.ep̃s. de
preben.& cõiter hoc tenẽt Docto.& idẽ Hoſt.& Pan.ibi,
dũmodo honeſtè viuat:& idẽ Veruec. addens,ſi deſeruit
eccleſiæ, cui ſi nõ deſeruiat, vel ſi in malos vſus expẽdat,
peccat mortaliter. Nec obſt.c.paſtor.j.q.ij.qa ſcđm Inno.
intelligit̃,qñ clericus vellet de beneficio viuere, & auarè
theſaurizare de patrimonio: ſecꝰ ſi vult illud pro hæredi
bus cõſeruare. Nõ obſtat etiã c.vlt.xvj.q.j.vbi dicit Hier.
in fi. ꝙ qui bonis parentũ ſuſtẽtari poſſunt, ſi qđ eſt pau-
perũ accipiũt,ſacrilegiũ incurrũt:qa ſecundũ Veruec.in-
telligitur cũ extrema neceſsitas pauperũ hoc requirit:vel
ſcđm Hoſt.ſenſus eſt,ꝙ de ſuperfluis debẽt clerici largas
eleemoſynas facere, ẽt ſi neceſsitas nõ ſit extrema.& hoc
magis cõgruit:alioqn nõ eſſet differẽtia inter clericos,&
laicos,& eorũ bona. Quãtũ verò ad debitũ pſonale,dicit
do.Anto.in c.olim nobis.de reſti.ſpo.ꝙ illud ſoluere põt
de fructibus eccleſiæ.& facit c.peruenit.de fideiuſ.ſed Ar
chi.in c.ſtatutũ.de reſcrip.lib.vj.tenet contrariũ:cuius di
ctũ Pan.in d.c. olim. verũ limitat,qñ debitũ eſt contractũ
13 pro delicto,vel patrimonio:& ſic ſeruãdũ eſt. ¶*Decimo
ſeptimò quæritur, qs ſuccedat clerico ab inteſtato? Et di
co,ꝙ ĩ bonis eccleſiaſticis ſuccedet eccleſia: in alijs cõſan
guinei ſecũdũ ordinẽ iuris.xij.q.iiij.quicũq;.& q.vl.c.vl.
quibus deficiẽtibus ſuccedet eccleſia.de ſuc. ab inteſt.c.j.
dicit tñ Pan.ĩ c.relatũ.de teſta.ꝙ acqſita p canonicũ intui
tu eccleſiæ,ſeu præbẽdæ,nõ cedũt ſucceſſori in prębẽda:
imò nec ep̃o,ſecũdũ Piſa.ſed eccľiæ capitulo.ſed vbi bñfi
ciatus nõ eſt de cõgregatione , ſed habet beneficiũ oĩno
ſeparatũ:puta,qa eſt rector eccleſiæ parochialis, vel præ-
poſitus,ſeu Archidia.nõ bñficiatus à capitulo: tunc bona
acquiſita intuitu bñficij cedũt ſucceſſori, & nõ capitulo.
Ratio diuerſitatis eſt:qa canonico datur p̃benda ex bonis
cõibus capituli principaliter,vt inde ſumat neceſſaria:nõ
aũt vt ſit adminiſtrator eccleſię:vñ ſi qua remanẽt vltra p̃
bendã, debẽt cedere capitulo, cuius ſunt oĩa bona p̃bẽda
rũ:ſatisq; eſt,vt ſucceſſor habeat corpus p̃bẽdæ: & capitu
lum adminiſtrabit bona quæſita,ſicut alia bona cõia. Alij
verò bñficiato per ſe extra cõgregationẽ datur beneficiũ
tanq̃ adminiſtratori eius,ſeu eccleſiæ. Vnde queadmodũ
adminiſtrare habet bona cõia eccleſiæ: ita & hæc intuitu
eccľię quęſita. ¶Decimooctauò quærit̃,qđ faciẽdũ eſt in
ſucceſsione ab inteſtato, ſi neſcitur vtrũ res fuerint eccle
ſiæ,vel pſonæ? Et dico ex mẽte Io. Andr. in c.vt vnuſqſq;.
de pecu.cle.& aliorũ doctorũ,ꝙ p̃ſumũtur oĩa eſſe eccle
ſiæ.poterit tñ hæres ꝓbare,ꝙ fuerint bona pſonæ. Sed ſi
cõſtat clericũ res habuiſſe, q̃ nõ erãt eccleſiæ, ſed pſonæ,
& dubitat̃,quę ſint illæ:præſumitur ꝓ eo, q eſt in poſſeſ-
ſione rei, de qua eſt queſtio. Vñ ſi poſt mortẽ eccleſia eſt
in poſſeſsiõe:probatio incũbit hæredibus: & ecõuerſo,ſi
hæredes ſunt in poſſeſsione, ꝓbabit eccleſia.ar.xij.q.iiij.
c.j.& q.v.c.j.in fi. Et ſi poſſeſsio eſt oĩno confuſa, & nihil
pro

probatur,ſed ſtatur in dubio: ęqualis debet fieri diſtribu
tio inter eccleſiã,& hęredes:niſi fortè quis ex ſeruo eccle
ſię factus ſit clericus:quia tũc fiet vt dicit̃ in c.ij.de ſucce.
ab inteſta.ita ꝙ peculium decedentis in quatuor partes di
uidatur:quæ ſingulæ aſsignẽtur epiſcopo,eccleſię,paupe
ribus & parentibus:& ſi nõ ſunt parẽtes,epiſcopꝰ illã par
14 tẽ recipiet in vſum eccleſię cõuerſurꝰ. ¶*Decimononò,
vtrũ clericus præbẽdatus teneat̃ facere quatuor partes de
reditibus eccleſię,& oblationibus fideliũ.ſ.epiſcopo,pau
peribꝰ,ipſi ſacerdoti,ac clericis,& fabricę:ſicut volũt anti
qua iura:vt in c.quatuor.& in c.cognouimus.& ſeq.xij.q.
j. Et dico colligẽdo ex Pan in c.j.de ec.æd. ꝙ ſtandum eſt
cõſuetudini,quo ad quartã epiſcopi,& fabricę: quæ valet
pręfatis iuribus derogare:niſi quando fabrica remaneret
derelicta:qa tũc eſſet irrationabilis,& nõ valeret:& con-
ſequẽter teneretur dare quartã.& intellige quãdo reditus
ſuperſunt detractis neceſſarijs. Quantũ verò ad quartam
pauperũ,nulla valet cõſuetudo in cõtrariũ quin teneatur:
imò plus dico,ꝙ nõ ſolùm quartã,ſed omnia ſuperflua ne
ceſsitati tenet̃ erogare pauperibꝰ ſub pœna peccati mor-
talis,niſi in duobꝰ caſibꝰ. Primò,ſi egeat fabrica.vel ſecũ-
dò,ſi Dei cultũ in ſua eccleſia velit ampliare,nulla tamen
extrema neceſsitate occurrẽte.arg.eorum quę no.in c.du
dum.el ij.de ele.& in c.cùm ſecundũ.de præben. Vnde &
ſecundũ S.Tho.in quol. & ij.ij.q. clxxxv.ſi iſta bona ſint
diſtincta.ſ.quę debẽtur prędictis:& aliqđ ſibi retinet epi-
ſcopus,quod debet pauperibꝰ vel miniſtris vel in diuinũ
cultũ erogare:peccat mortaliter reſtitutioni obnoxius. Si
verò diſtincta nõ ſunt,eius fidei cõmittitur:& erit venia-
le ſi deficiat in modico,ꝙ bonę fidei nõ repugnet: mor-
15 tale verò in exceſſu notabili. ¶Viceſimo*, vtrum clericꝰ
cõuertẽs fructꝰ beneficij in vſus inhoneſtos peccet? Et di
cit Ray.ꝙ ſi eccleſiaſtica bona det cõſanguineis diuitibus
ſcilicet vltra ſtatũ eorũ,& nõ vt pauperibus,ſecũdũ Ver.
& meretricibus aut hiſtrionibus & ſimilibus, pauperibus
debita,raptor eſt:qa qcquid habet,pauperũ eſt.xvj.q.j.ca.
fi.vnde peccat mortaliter,& reſtituere tenetur eccleſię,ſe
cundũ Pan.in c.cũ ſecundũ.de præbend.ſi habet in patri-
monio,vel aliunde.xij.q.iiij.c.j.& ij.qa de altari debet vi
uere,nõ luxuriari:accepta luxuria pro omni luxu, ſiue illi
cita cõcupiſcẽtia.diſt.xliiij.in prin.imò reſtituere tenen-
tur,quia accipiũt ab eis indebitè. Nec ſufficit ſecũdũ Ho.
ꝙ reſtituat de fructibus bñficij, niſi quatenus ſubtraheret
ſibi neceſſaria. Et hæc vera intellige in foro animę, nõ ſim
pliciter,& indiſtinctè:vt tenet Sum.Ang.ſed quantum ad
peccatũ mortale,limita ſi ſit magnus exceſſus,ſecundũ S.
Th. vt §.priore. quãtũ verò ad reſtitutionẽ,limita cõcur
rẽtibus duobus. Primò,ꝙ exceſſus ſit magnus:ſecus ſi mo
dicus,ſecundũ Hoſt.in Sum.de pœn.& re.& Aſten.libr.j.
ti.xxxv.& Franc.de Pla.in tracta.de reſt. Secundò, ſi bona
ſunt diſtincta,vt §.priore.ita.ſ.ꝙ aliqua diſtinctè ſint pau
perũ,ſaltẽ principaliter,licet cõſequẽter ſint miniſtrorũ:
vt bona hoſpitaliũ,& aliqua principaliter miniſtrorũ: vt
bona prębẽdarũ & beneficiorũ.aliàs S.Tho.vbi ſuprà, &
ij.ij.q.clxxxv.ar.vij.videtur tenere,ꝙ non ſit de neceſsita
te ſalutis reſtituere:ſed ſolùm ꝙ ſit mortale. Et idẽ Arc.in
ij.parte.ti.ij.c.j.§.fi.& Veruec.& idẽ Pręposi. xliiij.diſtin.
vide Reſtitutio.ij.§.v.in prin. ¶Viceſimoprimò,vtrũ re-
ſtituere teneãtur male accipiẽtes ab eccleſiaſticis pſonis?
Et dicit Ray.& Ho.ꝙ fornicariæ,& hmõi turpes perſonæ
tenent̃ reſtituere eccleſię,niſi acceperint cauſa eleemoſy
nę in ſumma neceſsitate,quod licuit.lxxxvj.diſt.paſce.&
ſimiliter tenent̃ diuites,& potẽtes,q acceperũt p fraudes,
minas,importunitates,& hmõi:& clericꝰ,q dedit redimẽ
do ſuã vexationẽ,excuſat̃.extrà,de ſimo.dilectus.j. nõ te
nẽtur verò ſi acceperũt ꝓpter aliã honeſtã cauſam,vel ne
ceſſariã,& rõne hoſpitalitatis,vel eleemoſynę:vt qa caſu
fortuito aliter habere nõ poterãt. Et idẽ eſt ſi erãt bñ me-
riti & honeſti viri,p̃ſertim,q iam impẽderãt eccleſię ſer
uitia defendẽdo,vel patrocinãdo,vel eleemoſynas faciẽ
do:qa talibus eccleſia repẽdere tenet̃.xij.q.ij.qcũq;. Ver.
tñ dicit,ꝙ q extorſit per fraudẽ,minas,violentiã,& hmõi,
tenetur etiã ſi clericus ſit ſoluẽdo:alij verò ſolùm ſi cleri
cus ꝓpter huius donationẽ factus ſit nõ ſoluẽdo:adde vel
ſoluere nolit.tutius tñ eſt,ꝙ indiſtinctè omnes teneãtur.
¶Viceſimoſecundò quęritur,cui reſtituere teneat̃,qui ac
cepit indebitè ab eccleſiaſtico? Et dico ſecũdũ Ray.ꝙ ei q
dedit,qñ nõ turpiter dedit,ſed timore,vel hmõi.aliàs aũt
authoritate iudicis pœnitẽtialis debet fieri eccleſię,cui ab
latũ eſt,ita ꝙ nõ illi q dedit,niſi in caſu prædicto, ſed ſuc-
ceſſori, vel ſuperiori:vt dicit Hoſt.vel in vtilitatẽ eccleſiæ
cõuertatur:vel ſecundũ gl.Ray.det̃ pauperibus illiꝰ loci.
ſi videbit̃ expedire:puta,qa eccleſia eſt abũdãs. Quod ve
ro dicitur de authoritate iudicis pœnitẽtialis,glo.Ray. li
mitat,ſi ſup talibus habet diſponẽdi poteſtatẽ: vñ Piſanus
habet authoritatẽ ſuperioris,ſed non credo neceſſarium.
16 ¶Viceſimotertiò,* vtrũ clericus dimittẽs officiũ ſine cau
ſa rationabili teneat̃ reſtituere fructus interim ꝑceptos ab
eccleſia? Et Io.Cal.in c.j.de cele. miſ.concludit ꝙ ſic. tum
qa iſte effectualiter nõ reſidet:nõ reſidẽs aũt priuat̃ bñfi-
cio,& fructibꝰ:de cle.nõ re.c.pe.tũ etiã qa propter offi-
ciũ datur beneficium.de reſcr.c.fi.li.vj. Vbicũq; aũt aliqđ
datur ob cauſam,cauſa nõ ſecuta illud poteſt repeti.ff. de
cõd.ob turp.cauſam,quaſi per totũ. Sed Pan.in d.c.j. hanc
opinionẽ nimis rigidã dicit:nec eã ſequi dñm Car.qa iu-
re nõ probat̃. Et ad primũ cõtrà poſſumus dicere, ꝙ licet
clericus nõ reſidẽs priuetur bñficio:nõ tñ reperitur arcta
ri,vt fructus reſtituere teneat̃.de cle.nõ re.ex parte . patet
de eo qui per annũ nõ reſedit,& occaſione tituli quẽ ha-
bet,donec priuet̃ percipit fructus,& ſi nõ ſeruiuit iſte di-
cẽdo officiũ,tñ ſeruiuit eccleſię vniuerſali in ordine cleri
catus. Ad ſecũdũ dicitur,ꝙ bñficiũ non datur ſimpliciter
ꝓpter officiũ:ſed etiã vt clericus aſſumptus in partẽ dñi
de patrimonio dñi viuat,& nõ mẽdicet.xciij.diſ.diaconi.
de prębẽ.c.ij. Alia tñ opinio tutior eſt in foro animę. hęc
ex illo. Et ſic ſecundũ hęc determinat Sum.Roſ.Sum. ve-
ro Ang.tenet,ꝙ reſtituere tenetur:& ꝙ licet illa opi.ſit ri
gida,eſt tñ vera.nec reſponſio Pan.ad Cal.eſt valida:qa li
cet dẽtur clerico reditus vt viuat:nõ tñ vt viuat ſimplici-
ter, ſed ſecũdũ cultũ Dei. Et idẽ,inquit,tenet Lau.in cle-
rico vacãte voluptatibus. Ego verò dico,ꝙ opinio Pa.eſt
vera:quia ſecũdũ mentẽ S.Tho.in quolibet clerico malo
tenent̃ ſubditi exhibere decimas.quod etiã patet in c.tua
nobis.de deci.vbi decimę mãdãtur reddi clericis nequã:
ergo illas reſtituere nõ tenẽtur. Et quãtũ ad rationẽ,quã
Sum.Ang.dicit inſolutã:dico verũ eſſe: ſed ego ſoluo, &
dico primò,ꝙ officiũ ꝓpter quod dat̃ beneficiũ,nõ eſt ſo
lùm horę canonicę:ſed eſt miniſtratio ſacramẽtorũ,& cõ
ſiliorũ,& verbi Dei,& decãtatio Diuinorũ tẽpore quo po
pulus cõfluit:qño dicitur quis ſuſpenſus ab officio,ſeu iu-
riſdictione,vel adminiſtratione:& dico ſecũdò, ꝙ datum
ob cauſam ea non ſecuta põt repeti,quando erat cauſa to
talis,vel ſaltem principalis dandi:ſecus ſi fuit partialis aut
ſecundaria,vt in propoſito:quia beneficiũ non datur prin
cipaliter ſacerdoti,vel clerico vt pſallat:ſed vt celebret, &
abſoluat,ac cętera faciat ordinis ſacerdotalis. Vnde bene

ficiati non ſacerdotes, vbi eſt cura, intra certū tempus te-
nentur ordinari ad ſacerdotiū. Et præterea beneficiū nō
datur ſub cōditione, ſed ſub modo: vnde modo nō ſerua
to adhuc fructus ſunt bñficiati. Et ita tenet Inno. Io. And.
& But. in c.j. de celebr. miſ. & Prepo. diſt. xcj. presbyter. &
Pet. de Palu. Arch. Franc. de Pla. Zaba. Ioā. de Lig. Cancel.
Pari. & Fel. & Hiero. Zane. & penè oēs. ¶ Viceſimoquar-
27 tò* queritur, vtrū clericus teneat̃ reſtituere fructus, quos
de bñficio percipit exiſtēs in peccato mortali? Et dico, ꝙ
dom. Anto. tenet omne peccatū notoriū inducere ſuſpen
ſionē à canone: quā opinionē qui ſequūtur, vt Sum. Ang.
tenēt ꝙ ſic: qa eſt ſuſpenſus: & idē eſt, ac ſi non reſideret:
qa nullū & inutile idem eſt. c. inter corporalia. de tranſla.
prela. ſicut nō ritè, & nō fieri, paria iudicantur. de preb. nō
bap. c. veniens. & ideò tenetur, ſicut & nō reſidēs. Sed Sū.
Roſ. tenet contrariū, ſcilicet ꝙ reſtituere non tenetur: qa
nec ſequitur dictam opinionē do. Anto. imò dicit, ꝙ fortè
etiam in notorio fornicario, de quo ſcilicet nō eſt dubiū
ꝙ ſit ſuſpenſus, iſta locum nō habēt. ar. eius quod no. glo.
in c. paſtora. de appel. vbi habetur, ꝙ excōmunicato non
ſubtrahuntur reditus: niſi hoc ſit expreſſum in ſententia.
& idem in caſu noſtro. hæc Roſ. Ego dico duo. Primò, ꝙ
non reſidens nō tenetur reſtituere fructus, niſi condēne
tur: vt patet ex dictis s̃. §. xxiij. nec hoc Sum. Ang. probat.
Secūdò, ꝙ hoc dato, non eſt ſimile in caſu de exiſtente in
mortali: qa ī aliquo deſeruit eccleſię, & ritè deſeruit, quā
rum ad id qđ eccleſia ordinauit: vt celebrando officiū, &
orādo vt eccleſia ſtatuit: licet nō vt ordinauit Deus. ¶ Vi-
ceſimoquintò quæritur, vtrum cleric⁹ excōicatus eccleſię
ſuę fructus reſtituere teneatur? Et dicit Bern. ꝙ aſsignari
debēt alicui, q celebret pro eo. i. loco eius. de ap. ꝓuenit.
& ſi iniuſtè fuerat excōicatus, recuperabit fruct⁹ ſibi ſubla
tos. ij. q. v. ſup cauſas. & idē Ray. & Goſ. Si verò iuſtè, non
pōt. C. de re. mi. l. cum allegatis. lib. xij. quę tamē Hoſt. li-
mitat, vt refert Aſtē. quādiu dormit in ſententia. i. in mo
ra eſt petendę abſolutionis: qa non debet percipere bñfi
cium, qui nō facit ſeruitiū. de app. paſtoralis. in fi. Secus ſi
non eſſet in mora. de cōceſ. ꝑbend. quia diuerſitatē. Et ſi
non habet vnde viuat, ſecundū Aſtē. poſt Ioā. prouidendū
eſt ei interim de bonis eccleſiæ: qa etiā depoſitis ꝓuidet̃.
diſt. l. ſtudeat. ne in opprobriū clericatus cogatur mēdica
28 re. ¶ Viceſimoſextò* querit̃, ex quibus & quibus reſtituet
clericus reſtitutioni obnoxi⁹ propter eccleſiaſtica bona?
Et dico, ꝙ ex bonis laicalibus ſi habet, vel habere pōt: vel
ex ecclaſticis, ſi ibi aliqd ſubtrahat de eo qđ licitè & cōſu
mere & nō cōſumere poterat, parcius viuendo. Reſtituet
aūt arbitrio iudicis pœnitētialis, vel ſuperioris, licet hoc
non ſit neceſſariū, dādo ipſi ſuperiori, vel ſeruādo ſucceſ
ſori, vel dando pauperibus: aut expendēdo in vtilitatē ec
cleſiæ, ſecūdū quod videbitur: vt dictum eſt in ſimili s̃. §.
xxij. De fructibus beneficiorū habes multa s̃. Beneficiū.

DE COACTIONE.

1 *Coactionem duplicem eſſe, abſolutam ſcilicet, & conditionalē.*
2 *Coactè baptizatus, num baptiſmi characterem recipiat.*
3 *Coacta ſeruitia Deo exhibita, an Deo placeant.*
4 *Coactè matrimonium initum, an teneat.*

1 COACTIO* duplex eſt. Vna. ſ. abſoluta, qua quis cōtra
voluntatem corporaliter ad aliquid ex toto cogitur:
ſicut qui ligatur. & de hac diſt. l. presbyteros. & ex hac ali
quid cōtra Deū faciens nō peccat. ſicut ſi mulier opprima
tur: vt patet in d. c. & no. glo. diſt. v. ad eius. quod verū eſt,
niſi tūc vel pōſt animus cōſentiat. Alia eſt, quę dicitur cō
ditionalis: qua quis cogitur vnū è duobus eligere: de qua
in c. lectores. xx xij. diſt. & in glo. prędicta: & hęc nō excu-
ſat in peccatis: vt in ca. ſacris. de his quę vi, metúsve cauſa
fiunt: niſi vt ĩ. Metus. De his S. Tho. in iiij. diſt. vj. q. j. art.
2 ij. q. ij. ¶ Primò* verò queritur, vtrū coactè baptizatus reci
piat characterē baptiſmi? Et dico ꝙ ſic, ſi coactio fuit codi
tionata, quāuis non gratiam: vt s̃. Baptiſmus. non autem ſi
fuit abſoluta, ſecundùm gloſſ. in c. epiſcopus. diſt. lxxiiij. &
3 Inno. in c. fraternitatis. de hæreticis. ¶ Secundò:* vtrū ſer-
uitia coacta placeant Deo? Et dico ꝙ non: etiam ſi coactio
ſit conditionata. puta ex metu pœnarum. xxiij. qō. v. ad fi-
dem. & xx. q. ij. præſens. vtilia tamē ſunt facienti: tum quia
diſponunt ad ſalutē: tum quia ſi ſeruiens non omittit ſal-
tem tantū: etſi omittat non faciendo quod debet, vt de-
4 bet, id eſt ex amore. ¶ Tertiò,* vtrum teneat matrimo-
nium per coactionē? Et dico ꝙ non, ſi fuit coactio abſolu-
ta: ſimiliter nec ſi fuit conditionalis, & interuenit metus
cadens in conſtantem virum: vt infrà Metus. §. viij. & Ma
trimonium. vj. §. j. & Matrimonium viij. §. xij.

DE COADIVTORE.

1 *Coadiutor quis dicatur. Et quam poteſtatem habeat iuridicus coadiutor. Et quid de commiſſario.*
2 *Coadiutor quibus dandus ſit, & abs quibus commiſſari⁹ aſſumi queat. Et cuius authoritate ac permiſſu.*
3 *Epiſcopus grauatus, ſi nolit coadiutorem accipere, etiam à capitulo requiſitus, quid agendum ſit.*
4 *Coadiutoris officium, quando expiret.*

1 COADIVTOR,* vt ipſum nomē ſonat, eſt qui in alte
ri⁹ adiutorium datur, vel aſſumitur. Et habet coadiu
tor iuridicus, id eſt, de quo mentio fit in iure, liberā & le-
gitimam adminiſtrationē. quod Sum. Ang. tenet indiſtin
ctè: ſed Pan. in c. de rectoribus. de cleri. ægro. limitat ve-
rum, quando prelatus eſt impeditus in ſpiritualibus, & tē
poralibus. Si autem in ſpiritualibus tantùm, tunc coadiu
tor non adminiſtrat temporalia. Et eius officiū eſt facere,
quæ pertinent ad officium eius, cui datur, excepto ꝙ nihil
immobile, vel mobile pretioſum poteſt alienare: vt in ca.
vnico. de cler. ęgro. lib. vj. iuncta glo. & non ſolùm de bo
nis eccleſię, ſed nec prelati: vt in c. paſtoralis. de cle. ęgro.
li. vj. Nec debet aliquid de bonis eccleſię, cui eſt adiutor,
ſumere, niſi ſumptus moderatos: vt ibidem. & ad hoc vij.
q. j. ſcripſit. & ſi reditus non ſufficiunt, eos habebit ille qui
ſeruit, & infirmo prouidebit epiſcopus, ſecundū glo. in c.
de rectoribus. extrà, de cler. ægro. Aliter tamē ſenſit Pan.
vbi ſuprà. Cōmiſſarius autē, qui ſemper aſſumitur, non ha
bet authoritatem, niſi quam illum aſſumens ei cōtulerit.
2 ¶ Primò* verò queritur, qbus dari debet coadiutor: & à
quibus aſſumi poſsit commiſſarius? Et dico ꝙ ille dari de
bet, ſecundū Inn. in c. niſi cum pridem. de renun. cuilibet
prælato, qui ſuū officium exercere nō poteſt. vij. q. j. quaſi
per totum. & ſecundum eundem in cap. venerabili. de of.
dele. dandus eſt dilapidāti eccleſię bona. Iſte vero aſſumi
poteſt ab epiſcopis & ſuperioribus prælatis: vt not. doct.
in d. c. vnico. imò & aliquo modo omnes, qui poſſunt vi-
ces cōmittere: quia à commiſsione cōmiſſarius dict⁹ eſt.
¶ Secundò queritur, cuius licētia vel authoritate dari poſ
ſit? Et dico, ꝙ epiſcopis & ſuperioribus prælatis dari non
pōt ſine licentia papę: vt in d. c. vnico. quod tamen in duo
bus caſibus fallit, vt ibi patet. Primò, quando epiſcop⁹ vel
ſuperior prælatus ſenio aut corporali valetudine ita gra-
uatus eſt, ꝙ perpetuò ſuum officium exercere nō poteſt:
quia tūc de cōſilio & aſſenſu capituli ſui vel maioris par-
tis vnum vel duos coadiutores poteſt aſſumere. Secundò,
quando eſt amens, ita ꝙ velit nolit, exprimere neſcit: qa
tunc

tunc capitulum, vel duę partes vnū, vel duos coadiutores
dare poſſunt. Alijs ergo dare poteſt ſuperior proprius.
3 ¶ Tertiò* quæritur, quid ſi epiſcopus grauatus, vt ſuprà,
nollet aſſumere, nec habere coadiutorē, licet à capitulo
requiſitus? Et dico, ꝙ nihil ꝑ capitulū innouet̃, ſed in hoc
caſu, & etiā ſi epiſcopus eſſet demens, capitulū ſignificet,
quàm citò poterit conditionē epiſcopi, & eccleſiæ: vt in
4 eo. c. vnico dicitur. ¶ Quartò* quæritur, quando expirat
officiū coadiutoris? Et dico, ꝙ in morte eius, cui dat⁹ eſt:
vt no. Doct. in c. grandi. de ſup. neg. præl. lib. vj. Et idē eſt
de commiſſario, vt per ſe manifeſtum eſt.

DE COGITATIONE.

1 *Cogitatio, num peccatum mortale eſſe poſsit. Et quid propriè ſit cogitatio.*

1 COGITATIO,* poteſt eſſe peccatū mortale: vt ſi ſit
deliberata de malo mortali. diſt. xlix. hinc etenim. §.
ponderoſus. etiā ſi opus nō ſequatur: ſed nō meretur pœ-
nam ab hoīe, cùm ſuis terminis eſt cōtenta. de pœ. diſt. j.
§. cogitatiōis. in tex. & in glo. Aduerte tamē, ꝙ cogitatio
propriè eſt operatio intellectus: impropriè autem eſt ope
ratio voluntatis: vt delectatio, & conſentire videtur cogi
tatio. Vnde quomodo vtraque ſit peccatum, nécne, vide
infrà Conſenſus: & infrà Delectatio.

DE COGNATIONE.

1 *Cognationem triplicem eſſe.*

1 COGNATIO,* triplex eſt, ſcilicet carnalis, q̃ dicit̃ cō
ſanguinitas: ſpiritualis, quæ dicitur compaternitas:
& legalis, quæ dicitur adoptio. de quibus infrà Impedi-
mentum. v. vj. & vij. & ſuprà, Adoptio.

DE COLLEGIO.

1 *Collegium unde dictum ſit. Et quid ſit collegium eccleſiaſticū.*
2 *Collegium, num à ſocietate differat.*
3 *Collegium an facere liceat. Et num collegium rectorē unum ſibi conſtituere poſsit. Et an ſtatutum facere.*
4 *Collegiū deſerentes, num in bonis collegij partem ſuam habere debeant.*
5 *Collegio deſtructo, an eius quoque priuilegia reſtincta eſſe uideantur.*
6 *Collegium, uel uniuerſitas, num ita reſtitutionē in integrum petat, ut minor. Item quomodo ſuper re priuati diſponere queāt, & quot debeant cōuenire, ut aliquid efficaciter facere poſsint, remiſsiuè.*

1 COLLEGIVM* dictū eſt, quia ſimul aliqui colligun-
tur, vel ſimul cohabitāt, ſecundū gl. in l. j. ff. quod cui.
vni. no. & eſt cōgregatio, quā ad min⁹ tres facere poſſunt:
vt l. Neratius. ff. de ver. ſig. quia duo faciūt cōgregationē:
collegium, tres: populū, decem: turbam plus, quàm decē.
aut xv. gregē v. porci, vel x. oues: vt no. Ber. de ele. c. j. vi-
de glo. in c. j. x. q. j. Sed paterfamilias dicitur qui habet do
miniū, licet filios nō habeat. l. pronūciatio. ff. de verb. ſig.
Et dicitur eccleſiaſticū, ſi maior pars inæqualis eſt clerico
rum, & ſimiliter data partiū æqualitate: ſecundū Pan. in c.
ex literis. de conſti. quia magis dignū trahit ad ſe minus
dignū. c. quod in dubijs. de conſe. eccl. vel alta. l. quod ma
2 ior. ff. ad muni. no. Bar. in l. fi. ff. de colle. illi. ¶* Primò ve-
ro quæritur, vtrum collegiū differat à ſocietate? Et dicit
Inno. vbi s̃. quòd ſic, patet in l. j. ff. quòd cui. vni. vbi dici-
tur, ꝙ ſocij alicuius congregationis poſſunt facere colle-
giū: & cōſequēter ſocietas nō eſt collegiū. Itē collegiū re
ſidet in vno. ff. qđ cu. vni. l. ſicut. ſed ſocietas morte vnius
3 ſocij ſoluitur. ff. ꝓ ſocio. l. adeo. ¶ Secūdò* quæritur, vtrū
liceat collegiū facere? Et rñdet Inn. in c. dilecta. de exceſſ.
præla. licet aliter alij dicāt, ꝙ homines cuiuſcunq; ꝓfeſ-
ſionis: vt grāmatici, vel negotiatores, & hmōi poſſent ſi-
mul cōuenire propria autoritate, & facere ſibi rectorē, ac
ſyndicū, dūmodo coeāt, vel collegiū faciāt, pro cā hone-
ſta: puta, ad defenſionē ſuæ iuſtitiæ, vel ne in ſuis officijs
fiat fraus: & multo magis ſi faciāt cā pietatis, vel religiōis.
Et ꝙ liceāt alia collegia, patet C. de iuriſdi. om. iu. l. fin. ff.
qđ cui. vni. l. j. ff. ad Treb. l. oībus. & de procu. c. quia. & ff.
de colle. il. l. j. §. j. vbi aliquā ꝓhibēdo, lex videt̃ alia conce
dere. Vbi etiam dicitur, ꝙ ſenatuſcōſulto illicita arcent̃,
& conſequēter licita cōcedūtur. Illicitū autē eſt, quod fit
pro aliquo malo, & deſtruendū eſt. l. vlti. ff. de colle. illi.
Vnde Bar. in l. j. ff. de colle. ill. dicit, ꝙ iure cōmuni colle-
gia, quę fiūt cauſa religionis, ſunt permiſſa. l. j. ff. quod cu-
iuſ. vni. ¶ Tertiò, vtrū collegiū poſsit ſibi facere rectorē
vnū, ſub quo poſsint omnes de collegio cōueniri? Et di-
co ꝙ ſic. tex. eſt in l. fi. C. de iuriſ. om. iud. & tenētur ei obe
dire: vt ibi. ¶ Quartò, vtrū collegiū poſsit facere ſtatutū?
Et dico, ꝙ collegia licita, & approbata in his, in quibus ha
bent iuriſdictionē: & quo ad pertinentia ad ipſos colle-
giatos poſſunt facere ſtatuta, vt not. in glo. fi. C. de iuriſd.
om. iudi. & expreſsius C. de con. pecu. l. ij. in fi. per Barto.
4 in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. ¶ Quintò,* vtrum de-
ſerentes collegiū debeant habere partem ſuam bonorū
collegij? Et dicit Inn. vbi ſuprà, quòd ſic, de his, quæ in eo
conferunt ipſi de collegio. & ſic loquitur l. j. §. fi. de coll.
illic. facit pro hoc l. ij. §. viarū. ff. ne quid in loco publi. de
cle. cōiu. quod à te. vbi not. de hoc xvj. q. j. de lapſis. ſed de
alijs, quæ legantur vel donantur vniuerſitati, non debet
habere partem. facit l. ſicut. §. ſi quid. ff. quod cu. vni. cum
alijs notatis in glo. d. §. fi. quæ concordant cum Innocē.
5 ¶ Sextò,* vtrū deſtructo collegio extinguātur oīa priui-
legia eius? Et dicit Pan. in c. ij. de poſtu. præla. ꝙ ſic, ſi eſt
eccleſiaſticum, & deſtruatur per ſuperiorem. Si verò eſt
ſeculare, ſunt opiniones: ſed verior, ſecundùm eū, eſt, ꝙ
durant apud ciuitatem, vel locū, ſi ipſi ciuitati erant con-
ceſſa: ſicut in eccleſiaſticis durat apud eccleſiā. de quo vi
6 de ſuprà, Ciuitas. §. ij. ¶ Septimò,* vtrū collegiū, vel vni-
uerſitas petat reſtitutionem in integrum, ſicut minor? Et
dicūt aliqui, ꝙ ſic. quod verū limita in pijs: vt ſunt hoſpi-
talia, & huiuſmodi, ſecundū Ioan. Andr. in c. ij. de reſtitu.
in integ. lib. vj. argu. c. requiſiſti. de teſt. quod etiam ſequi
tur Panorm. in c. j. de reſtitu. in integ. allegans l. oīa. C. de
epiſco. & cle. qui dicit omnia priuilegia cōceſſa eccleſijs
extēdi ad hoſpitalia, & pia loca: de quo vide ſuprà, Ciui-
tas. §. ij. Quomodo autem collegium diſponere poſsit ſu
per re priuati, & quot debent conuenire, vt poſsint aliqd
facere, vide infrà, Statutū. §. ij. & infrà, Electio primò. §.
j. & quomodo ſinguli poſſent eſſe teſtes collegio, infrà,
Teſtis. §. j. & ij.

DE COLONO.

1 *Colonus an poſsit ſemen, aliáſue impenſas de iure deducere, ſi de hoc ſpeciatim non cauerit.*

1 COLONVS,* accipiens terrā colendam ad tertiam, vel
quartam, vel alium reditum, ſecundùm Innocē. in c.
tua. el ſecūdo, de deci. non poteſt de iure deducere ſemē,
aut alias expenſas, niſi per pactum ſpeciale fiat: & ſi pactū
non fit, attendenda eſt conſuetudo, ſi eſt: quæ ſi non eſt,
ſtabimus iuri.

¶ COLVMBARIA. Reſtitutio, tertiò. §. quarto.

DE COLLVSIONE.

1 *Colluſio, ac colludere quid ſint.*

1 COLLVSIO,* dicitur quaſi ſimul luſio, id eſt, duorum
ludus illudentiū iudici. Et colluſio, ſecundū Ber. in
glo.

gloſſ.in c.audiuimus. de collu. c.cum clerici.de cenſi.eſt
inter actorem,& reum latens, & fraudulenta cōuentio,ꝑ
quam alter in iudicio ſe ſuperari permittit:& qua interue
niente,ſecundū Hoſt. in Sum. delicta aliquādiu remanēt
impunita,aut etiā cōmittuntur.Et colludere,eſt aliquem
cum ſuo aduerſario pecunia,vel gratia mediante paciſci,
vt pro ſe in cauſa,vel iudicio permittat ſentētiari.de coll.
c.j.& ij. Quod quidem aliquādo fit impunè,ſcilicet in ci-
uilibus cauſis, ſecundū Azo. vt cū quis ꝑ colluſionē pati-
tur ſeruum, vel libertum ingenuum pronūciari, ne ſcili-
cet ꝑ tales degeneres inquinaretur amplius ordo ſenato-
rum. Vtrū autē hoc liceat, vide ſuprà, Accuſatio. §.viij.

DE COMMENDA.

1 *Commenda unde dicta eſt, & quotuplex ſit.*
2 *Commenda eccleſiæ curatæ, aut parochialis,quomodo conſti-tuenda ſit.Et num commendatarius parochialis prælatus cen-ſendus ſit. Et an talis fructus eccleſiæ ſuos faciat.*
3 *Commendatarius parochialis ſi eccleſiam impetret, num de cō menda mentionem facere teneatur. Et num ad huiuſmodi com mendam patronus uocandus ſit.*
4 *Commenda durante, num ea reuocari,aut conferri poſſit.*
5 *Epiſcopo ſi conceſſum fuerit,ut uſq; ad certum tempus eccleſiarum uacantium fructus accipere queat,num hoc prætextu beneficium commendati fructus retinere queat. Et quanto tempore epiſcopus commendare queat.*
6 *Commendam finitis ſex menſibus,an poſſit ordinarius alij cōmittere. Et an commendantis morte commenda ipſa quoque finiatur.*
7 *Commendatas eccleſias an unus plures habere curatas poſſit. Et quid de commenda eccleſiarum non curatarum.*

1 COMMENDA,*ſcilicet eccleſiæ,nūc per ſincopā dicit̄
quaſi comedenda:quia ſcilicet eccleſia, quæ eſt in cō
menda,comeditur,& voratur:olim autem à commendā-
do dicta eſt. quod quidem cōmendare ſumitur multipli-
citer,ſecūdùm Ioan. And.in gl.in c.nemo.de elect. lib.vj.
ſcilicet pro deponere:vt xxij.q.ij.ne quis. & pro laudare:
vt,nō qui ſeipſum cōmendat,&c.ij.Corin.viij. Aliquādo
pro traditione ad cuſtodiā,vt hîc.Duplex autem eſt com
menda,ſicut & duplex eccleſia,ſcilicet eccleſiæ curatæ,&
nō curatę.Et duplici ex cauſa cōmēda rationabiliter fieri
cōſueuit.Primò,ad vtilitatē eccleſię cōmendatæ.Secūdò,
ad honeſtam ſubuentionē cōmendatarij:quia licet c.ne-
mo.de elect.lib.vj.dicat,ꝙ nō fiat, niſi ex euidenti vtilita
te ipſius eccleſiæ,tamē loquitur de curatæ.prælati autē cu
ratarum ſunt propter populū,vel eccleſiā:non autē popu
lus propter prelatū.vnde principaliter præfici debēt, pro
pter vtilitatem eccleſiæ,nō ſuā, ſicut dicit San. Tho.iiij.
2 diſt.xvij.q.iij. ¶Primò*verò quæritur,quomodo faciēda
ſit cōmēda ecclię curatæ,vel parochialis?Et de hoc Greg.
x.in cōcilio Lugdunēſi.vt extrà,de ele. nemo.lib.vj.dicit
ꝙ nemo deinceps parochialem eccleſiā, alicui nō cōſtitu
to in ætate legitima,& ſacerdotio cōmendare præſumat,
nec tali etiā,niſi vnā,& euidenti neceſsitate, vel vtilitate,
ipſius eccleſię ſuadēte. Huiuſmodi aūt,inqt,cōmendā,vt
premittitur, ritè factā declaramus.vltra ſemeſtris tēporis
ſpatiū nō durare : ſtatuētes quicqd ſecus de cōmendis ec-
cleſiarū parochialiū actū fuerit eſſe irritum ipſo iure.hæc
ibi.In alijs ergo cōmēdis locū nō habet iſta cōſtitutio:ſed
ſtat ius antiquū, ſecūdū gl. ¶Secūdò quęritur,vtrū talis,
id eſt,parochialis cōmēdatarius ſit prelatus.Et dicit idem
Io. And. ꝙ nō, ſed tm̄ procurator: habet tamē legitimam
adminiſtrationem. xxij.q.j. relatio. ſcilicet qn̄ debitè ſit.
¶Tertiò,an talis faciat fruct⁹ ſuos?Et dicit idē,quòd nō,
ſecundū Ber.qa cuſtos eſt,& ius in eccleſia nō habet:licet
teneat Archi.ꝙ ſi eccleſia indiget,poteſt præſentare cleri
cum ordinādū ad titulū talis eccleſię:vt de iure pat.poſtu
laſtis.imò nō habet ius in fructibus,niſi ad colligēdū,gu-
bernandū,& prouidendū ſibi,& miniſtris, & quod ſupeſt
in vtilitatē eccleſiæ cōuertēdū: ſicut & de viſitatore dicit̄
diſt.xvj.obitū.Et hoc tenet Hoſt.ſed cōtrariū fit de facto.
3 ¶Quartò,*vtrū talis,ſi eccleſiā impetret,teneatur de cō-
menda facere mentionē?Et dicit idē ꝙ ſic.arg.de conceſ.
præben.cum noſtris.& c.literas.Sed intellige,ſi nō impe-
trant eandē. ¶Quintò,vtrū ad talem cōmendā vocabitur
patronus?Et dicit idē ꝙ ſic,ſecūdū Inn.Hoſt. & Gar. arg.
xvj.q.vij.filius.& idē eſt in alijs,qui ex tali cōmenda lędū
tur:& ſi fuerint cōtumaces,vlterius nō audiētur. ¶Sextò,
4 vtrū* durāte cōmenda poſsit interim per ordinariū con-
ferri,aut reuocari?Et dicit idē ꝙ nō,ſecundū Gar.niſi ceſ
5 ſet cauſa,ex qua fuerat facta.ar.de voto. magnæ.¶*Septi-
mò quęritur,ſi cōceſſum fuerit epiſcopo, vt vſq; ad certū
tēpus percipere poſsit fructus vacantiū eccleſiarū. an hoc
pretextu retinere poſsit fructus beneficij cōmēdati?Et di
cit idē ꝙ nō, ſecundū Gul. nec interim dicit̄ talis eccleſia
vacare:quia titulus iſte eſt canonicus,ſicut & alij.extrà,de
elect.dudū.ij. ¶Octauò,quāto tēpore epiſcop⁹ poſsit cō
mēdare?Et quidā,vt idē refert,dicunt,ꝙ cōmendare pōt
ſolū,vſq; ad illud tēpus,quo poteſt cōferre,ſcilicet vſque
ad ſex menſes:tamē ſecundū Gul.hoc eſt falſum:quia ſi ſe
cundo,vel tertio die poſt vacationē cōmendaret, iam nō
duraret per ſex menſes:quod tamē poteſt per iſtā conſti-
tutione: vnde ſi fiat vltima die ſex menſiū,durabit per ſex
mēſes:ſi tamē totū tempus ordinarij elabatur, ſcilicet ſex
mēſes,nō poterit deinde facere cōmendā,ar. de off.dele.
de cauſis. Vel dico,ꝙ eo finito eā cōmendare poterit ali-
cui ad cuſtodiendā,& ſaluandā, donec ꝓuideat ſuperior.
6 arg.de app.cū teneamur. ¶Nonò,*vtrū finitis ſex menſi-
bus poſsit ordinarius eā eidē,vel alteri iteratò cōmenda-
re? Et dicit idē videri ꝙ ſic: quia tēpus Lateranēſis cōcilij
nō currit pendēte cōmēda ex cauſa facta: ſed certè, inqt,
mens dictę conſtitutionis cōtradicit: aliter fieri poſſet ei
fraus, & perpetuò fieri.vt argu.de diuor.quanto. Vel di-
ſtingue,vtrū cōmenda fiat intuitu eccleſiæ, vel perſonæ:
vt ſcilicet facta intuitu eccleſiæ.ſ. ad eius vtilitatē teneat,
nō aūt facta intuitu perſonę.hęc ille. Sed iſta diſtinctio vi
detur euacuari per textū,qui vult,ꝙ fiat ſolū intuitu eccle
ſiæ.vnde dic, ꝙ poterit cōmēdare, donec prouideat ſupe
rior. ¶Decimò,vtrū expiret cōmenda morte cōmēdātis?
7 Et dicit̄ ꝙ nō, ſecūdū Gul.vt de cōmo.c.j. ¶*Vndecimò,
vtrū vnus, plures poſsit habere curatas eccleſias commē-
2 datas?Et dicit idē,quòd nō: ſicut nec plures in titulum:vt
patet in d.conſtitutione:niſi ex diſpenſatione Papæ,in ca
ſu vtroq;:ſed vnā intitulatā,& aliā cōmendatā curatas ab
ordinario poteſt habere,ſecūdū antiquū ius.xxj.q.j.ꝗ plu
res. ſed cū moderatiōe d.c.nemo. ¶Duodecimò quærit̄,
quid de cōmēda eccleſiarū nō curatarū, quę hodie viget
in dominis Cardinalibus quātū ad multas abbatias? Et di
co,ꝙ ſicut licet ſubuenire clerico de beneficio curato,vt
honeſtè viuat:ita,& fortè magis,licet ſubuenire de nō cu
rato,ſi indigeat ad neceſsitatē,aut decētiā. Vn̄ ſi abbatiæ
habēt ſupflua,& ipſi ſunt indigētes, fieri poteſt,maximè,
vbi nō poſſunt īueniri monachi regulares in numero pa
ri reditibus:ſed eo caſu teneatur,ſecundū Pan.in c.de mo
nachis.extrà,de preb.eccleſias cōſeruare in ſolito ſtatu,&
de ſuperfluo ſibi ꝓuidere poſſunt ad neceſsitatē, & decē
tiam. Circa hoc tamen mortaliter peccant multis modis:
Primò,

Primò,ſi nō indigent in veritate:ſed ſolùm ſecundū ſuam
pompaticam concupiſcētiā,& laſciuiam: quia vſurpant ſi
bi ſanguinē pauperū.Secundò,ſi notabiliter minuūt cul-
tū diurnū:vt ſi ibi cōſueuerāt officiare duodecim, & aua-
ritia ducti retinēt ſex:quia iniuriā inferunt honori diui-
no,& iniuſtè dānū defunctis.Tertiò,ſi opponūt ſe ex cu
piditate reformationib⁹ abbatiarū eadē ratione. Quartò,
fortè propter ſcandalū populorū hac occaſione blaſphe-
mantium nomen Domini,& tepeſcentium in fide.

DE COMMISSIONE.

1 *Commiſſio per Papam facta alicui,dignitatis nomine expreſſo, facta mentione,quòd alibi reſideat,quid præſtet. Et quid ſi de confidentia mentio facta non fuerit.*
2 *Committere uices ſuas num quis poſſit. Et quid ubi commiſſio facta eſt in genere de diſpenſando,an ad mediocritatem reducatur,remiſſiuè.*

1 COMMISSIO*facta per papā alicui expreſſo nomine
dignitatis faciēdo mentionem,ꝙ reſideat in alio lo-
co,facit vt talis cognoſcere poſsit in loco reſidentię,ſecū
dùm Ioā. And.in c.exhibita.de re.permu. Sed ſi de reſidē
tia mentio nō fiat,tunc commiſsio facta eſt in loco digni-
tatis expreſſe: nec extra illā diœceſim poterit de cauſa il
la cognoſcere.c.ſtatutum. §.in nullo.de reſcript.lib.vj. &
2 quod ibi not. Vtrum*autem quis poſsit cōmittere alteri
vices ſuas:vide j.Delegatus.& j.Vicarius.& j.Cōfeſſor.j.
Vtrum etiam commiſsio facta in genere de diſpenſando,
ad mediocritatē reſtringatur, vide ſuprà Cleric⁹.j.§.iiij.

DE COMMODATO.

1 *Commodati definitio,& eiuſdem ſigillatim explicatio.*
2 *Cōmodari quænam res poſſunt. Et quis cōmodato dare queat.*
3 *Cōmodati natura. Et commodatarius ad quid teneatur. Et ad quid minimè. Et quas in re commodata expēſas factas repetat.*
4 *Commodans num commodatū cū intereſſe commodatarij ante uſum expletum,reuocare poſſit. Et quid ſi cōmodatarius re cōmodata intra tempus tacitè,aut expreſſè præfinitum uti nō potuerit,an alio tempore inuito domino uti poſſit.*
5 *Commodans uaſa uitioſa,equum aut quippiam aliud,num teneatur commodatario de damno, ſi quod inde ſecutū fuerit. Et ſi commodator rem æſtimatam tradat,num periculum in commodatarium tranſire faciat.*
6 *Cōmodatarius, an de omni culpa teneatur,ſi res deterioretur, aut pereat. Et quid de caſu fortuito.*
7 *Commodatarius rem commodatam per nuntium remiſit, & ea periit,nū commodāti de ea teneatur. Et quid ſi ſciēs ad uſum non deſtinatum contra domini uoluntatem uſus ſit.nu.ſeq.*
9 *Commodatarius, num proprias rebus commodatis, ſi ſimul omnes ſeruare nequeat,præferre queat.*
10 *Commodatarius,aut depoſitarius & hmōi,allegantes res commodatas,depoſitas,& id gen⁹ reliquas deperditas,nū id probare,& qualiter teneātur. Et quid ſi rerū probata amiſſione, cōtrà dolus aut culpa allegetur,cuinam probandi onus incūbat.*

1 COMMODATVM*ſiue contractus,per quē aliquid di
citur commodatū,eſt alicuius rei ad aliquem ſpecia
lem vſum gratuito facta conceſsio,ſecundū gl.in c.vnico.
de commo.& idem Hoſt.& dicitur quaſi vtentis cōmodo
datum,ſeu cōceſſum.Dicitur autem gratuitò, ſiue gratis:
alioquin ſi merces interuenit pecuniæ, iam eſt locatio: ſi
verò nō interuenit merces pecunię,ſed aliud,eſt cōtract⁹
innominatus.Inſt.man.§.vlt.qui quadrupliciter fit,ſcili-
cet do vt des:do vt facias:facio vt des:facio vt facias.ff. de
preſ.verb.l.naturalis.vide j.Contractus. Dicitur etiam ad
ſpecialem vſum:quia ad incertum vſum nihil commodari
poteſt,quia iam eſſet precarium:quod in hoc differt,quia
precariū eſt ad incertū vſum,quo ad tempus durationis,
puta pro ſe,& heredibus ſuis.ff.de preca.l. cum precario.
commodatum autē eſt ad vſum certū:quia ſcilicet habet
tempus tacitum vel expreſſum,ante quod reuocari nō po
teſt.Et dico tacitum,puta commodaui tibi librū ad tranſ-
ſcribendum: habes tempus,in quo poſsit commodè trāſ-
ſcribi.ff.commo.l.iij.& l.iiij.& l.ſi vt certo.& l.vlt. ſecun-
2 dùm Inn.in d.c.vnico. ¶Primò*verò queritur, quid com
modari poſsit?Et dico,ꝙ res immobilis,& res mobilis,&
res corporalis,puta ſeruitus habitationis.ff.cōmo.l.j. vbi
dicit tex.poſſe commodari rem mobilem,& etiam ſoli,&
etiam habitationem.Et intellige ſi bona fide poſſidem⁹.
ff.commo.l.commodare.& etiam ſi mala fide,vt ibidē ad
hunc ſenſum:quia fur aut prędo commodando peccat, &
furtum cōmittit,tamē dicitur poſſe commodare,quia ha
bet cōmodati actionem contra commodatariū.ff.cōmo-
dati.l.vt ſi.niſi fortè cōcurrat dominus rei cum legitimis
probationibus:qa tūc ei facienda eſt libera reſtitutio. C.
de fur.l.inciuilem.Res tamē mobilis,quę vſu cōſumitur,
vt panis,& pecuniā,cōmodari non poteſt,niſi ad pompā
vel oſtentationē.ff.cōmoda.l.iij.& ſequēti:ſed per oſten-
tationem & pompam intellige omnem vſum,per quē res
ex toto nō cōſumitur:ſed eodem numero reſtitui poteſt:
puta ſi cōmodetur aurum, ad lætificandum:quia in omni
bus eadem ratio eſt,vt infrà. §.iij. ¶Secundò, quis poſsit
commodare,& cui cōmodari poſsit? Et dico ſecūdū Mo.
quòd ille qui poteſt contrahere:arg.l.Iulianus. §.antepe.
ff.de act.emp.& vēd.vnde non ſolùm prælatus, ſed etiam
œconomus poteſt cōmodare:quia is cōtrahere pōt.x.qō.
ij.hoc ius.Vnde ſi pupillus cōmodet,nō eſt obligatus;ſed
alius ei obligatur.ff. de act.emp.& vend.l.Iulianus. Si au-
tem ei cōmodetur, obligat̄ pro quāto factus eſt locuple-
tior,vel dolum commiſit:ſecundùm glo.in l.j.ff. commo.
quod Bar.ibi limitādo dicit,quòd ſi ab initio nō ſubſiſtit
cōmodatū iure ciuili,aut naturali,quia ſcilicet puer erat
infans,vel à tutore recepit:tūc nullo caſu tenetur:quia ab
initio nō ſubſiſtit.d.l.j. §.impuberes.ſed ſi ab initio ſubſi-
ſtit ſaltē naturaliter,quia ſcilicet pupillus erat proximus
pubertati:tūc tenetur quaten⁹ eſt factus locupletior:vel ſi
dolum cōmiſit:vt in l.j. §.an in pupillū.ff.depo. Dicit̄ au-
tem factus locupletior,ſecūdū aliquos:vt ibi refert Bar.ſi
nō eſt factus pauperior.quod licet alij reprobēt,tamē ipſe
dicit reprehenſionē nō eſſe iuſtā rectè intelligendo:quia
ſi pupillus habet rē,conuenitur vt reſtituat eā:& tenetur,
quia reſtituendo nō efficitur pauperior.Sic & ſi perſonę,
non eccleſię commodatū fuit,tenetur eccleſia in quātū in
3 vtilitatē eius verſum eſt. ¶Tertiò,*quę ſit natura cōmo-
dati?Et dicit Mona.hāc eſſe,vt res ipſa cōmodata reſtitua
tur:quia hoc eſt de iure naturali.diſt.j. ius autē naturale.
ſic quòd talis rei dominium non tranſit in recipientē, ſe-
cundùm glo.in d.c.vnico.& in l.rei cōmodatæ.ff. cōmo.
Nec tenetur cōmodatarius de re ſi perijt,niſi fuerit in cul
pa:ſed perijt dn̄o:vt in d.cap.vnico.& de hoc infrà §.vij.
Nec etiā tenetur de rei deterioratione,ſi in ea re vſus eſt
ad quam accepit,& ſine ſua culpa deterior facta eſt.ff.com
mo.l.eū qui rem.& l.ſi. Et quod dicitur in lege, ſed mihi.
ff.eo.quòd propriè res dicit̄ nō reddita,quando deterior
facta redditur:intellige ex culpa ſua.d.l.eum qui rem.Sed
nec poteſt eā retinere ratione cōpenſationis,pretextu ali
cuius debiti.l.vlt.C.cōmo.huius tamen contrariū ibi cōi
ter tenetur.& facit quod no.Pan.& in gl.in c.bona fides.
de dep.quia ſolū prohibetur cōpenſatio in depoſito, per
illū textū.& l.ſi.C.de cōpē.& cōſequēter in alijs cōtracti

bus cōpenſatio admittitur:quia exceptio firmat regulā in
alijs.xxxiij.q.vij.dominus.Et hoc videtur tenere glo. in l.
fi.C.com.& hoc vbi debitū ſit liquidū. Nec etiā poteſt re
petere expēſas in re cōmodata factas naturali ratione:pu
ta cibariorū,& huiuſmodi.ſed aliàs ſic:niſi ſint modicę:vt
impēſas valetudinis,aut fugę,vel huiuſmodi:vt in l.in re-
bus.§.poſſunt.ff.cōmo.vnde & Bar.dicit in l.diuortio.§.
impendia.ff.ſol.matr.ꝙ ſi cōmodo tibi equū, & tu impen
dis in eo curādo: ſi quidē modica fuit impenſa,nō repeti
tur,ſicut nec cibaria.d.§.poſſunt.ſecus ſi magna.Et idē di
4 cit de impēſis factis in ſeruo curando. ¶ Quartò* quæri-
tur,vtrū cōmodās ſiue cōmodator reuocare poſsit cōmo
datum cum intereſſe cōmodatarij ante vſum expletum?Et
dico ꝙ non.de cōmo.c.vnico.& l.in cōmodato.§.ſicut.ff.
eo.precariū verò bene poteſt reuocare:qa nō eſt ad vſum
certū.ff.de preca.l.ij.§.j.& de prec.c.vl.Et ſi reuocat ante
tempus,tenetur cōmodatario de damno.l.in rebus.ff.cō-
mo.quod in conſcientia verū limito, niſi cōmodās ſimili
ter erat dānū paſſurus,ſi non reuocaſſet:& cōmodatarius
etiam aliàs ſine re cōmodata ſibi prouidere nō potuiſſet:
quia poti⁹ ex mea re mihi debeo cōſulere:nec cōmodata
rius pōt dici deceptus,ex quo aliàs ſibi prouidere nequi
uiſſet. ¶ Quintò quæritur,ſi cōmodatarius vti non potuit
re cōmodata intra tēpus præfixum tacitè vel expreſſe ſine
ſua culpa:vtrum inuito cōmodāte vel domino poſsit vti
alio tēpore?Et dicit Bar.in l.in cōmodato.§.ſicut.ff.com
mo.& ſequitur Pan.in d.c.vnico.ꝙ non:quia cùm domi-
nus certet de dāno vitādo,& ipſe de lucro captādo:debet
caſus potius cōmodatario imputari: facit l.ſi vno anno.§.
5 item cū quidam.ff.locati. ¶ Sextò,*vtrū cōmodās vaſa vi
tioſa,vel equū,aut aliud,teneatur cōmodatario de dāno,
ſi inde ſequitur:vt quia oleū perdidit?Et dico ꝙ ſic,ſi hoc
ſcienter fecit,ſecundū doc.& gl.in d.c.vnico.non autē ſi
ignorāter.ff.cōmo.l.in reb⁹.§.poſſunt.& §.itē qui ſciēs.
& l.pe.In locatione tamē ſecus eſt: quia tenet̃ locator ad
intereſſe,etiā ſi ignorāter locauit vas vitioſum.ff.lo.l.ſed
addes.Et idē in vendito,ſi vas ſit vitioſum occulto vitio:
quia tenetur venditor non ſolùm de pretio,ſed etiā de in
tereſſe.ff.de act.emp.& ven.l.tenetur. ¶ Septimò, vtrū cō
modator faciat tranſire periculū,ſi rem cōmodatā tradat
ęſtimatā?Et dicit Bar.in l.ſi vt certo.ff.cōmo.§.nūc viden
dū.poſt gl.ꝙ per æſtimationē addicitur gradus: & hoc in
contractibus,de quorū natura nō eſt vt transferatur domi
nium:vt in cōmodato,depoſito,& ſimilibus:vt ſi cōmoda
tarius tenebatur tātùm de lata,modò tenebitur de leui: ſi
de leui,modò tenebitur de leuiſsima:ſi de leuiſsima, mo
dò tenebitur de caſu fortuito.Ex his infert ad quęſtionē,
ꝙ cùm ex natura talis cōtractus dominiū non trāsferatur:
talis æſtimatio facit venire leuiſsimā:per d.gl.Et hāc opi
nionem tenet Accur.& Hoſt.in d.c.vnico.& Aſten.lib.iij.
ti.vj.Sed Ioā.And.in d.c.vnico.cōtrariū tenens dicit,ꝙ in
talibus cōtractibus ęſtimatio nō facit recipientē magis te
neri,quàm expoſcat natura cōtractus:ſed operatur ſolū vt
ſciatur verū pretium rei,in caſu quo aut deterioraretur,
aut perderetur. Et hæc opinio placet Pan.ibi, quia pactū
generale nō obligat ad caſus fortuitos.& ad §.nūc viden
dum.dicit,ꝙ loquitur quādo expreſſe promiſit ſe pręſtitu
rum ęſtimationē:ſecus quādo fuit ſimpliciter facta.Et idē
dicas quādo recipiēs promiſit alternatiuè rem,vel ęſtima
tionem:per l.quoties.ff.de iur.do. hæc Pan.vide etiam ſ.
6 Caſus fortuitus.§.v. ¶ Octauò* queritur,vtrū cōmodata-
rius teneatur de omni culpa, ſi res deterioratur, aut perijt?
Et ſecundū Gof.& Ber.& cōmuniter doc.ſic diſtinguēdū
eſt.Nam ſi recipiēs rem cōmodatam recipit gratia ſui tan
tum,vt cōiter accidit,tenetur de dolo & culpa lata,leui,&
leuiſsima.d.c.vnico.& d.l.in rebus.& d.l.ſi vt certo. §.cō
modato.quia in talibus adhibere debuit diligentiā talem
qualē & in rebus ſuis:nec hoc etiā ſufficit ſi res diligētiꝰ
potuit cuſtodiri.ff.de act.& obl.l.j.§.is quoq; cui.de caſu
verò fortuito,quē etiā diligēs & fidelis homo præuidere
nō potuit,nō tenetur,niſi in tribus caſib⁹,vt §.ſe. Si verò
recipit gratia dātis tātū,vt ſi cōmodaui tibi veſtes,& ioca
lia,vt ornatior ad me venires:tenetur recipiēs de dolo tā
tùm.ff.eo.l.ſi vt certo.§.interdū.vbi ſit mētio de dolo tā
tùm.Sed Hoſt.addit,ꝙ tenetur etiā de lata culpa.& hoc te
ne,quia lata culpa ęquiparatur dolo.ff.depo.l. quod Ner
ua.vbi etiā dicit̃,ꝙ lata culpa eſt,ſi cura minor rebus alie
nis adhibeatur,quàm ſuis.Si aūt recipit gratia vtriuſque:
vt cùm inuitamus coēm amicū,cuius tu curā ſuſcepiſti,&
ego vaſa argētea cōmodaui:tenet̃ de dolo,& de culpa la-
ta & leui,ſed nō leuiſsima,ſecūdū gl.in d.§.interdū.& d.
l.in rebus.Et idē Hoſt. ¶ Notat autem Pan. in d. c. vnico.
hoc non eſſe ſpeciale in cōmodato:ſed generale in omni
bus cōtractib⁹: vt in l.cōtractus. & quod ibi notatur.ff.de
reg.iur.Sed fallit in precario:vbi quis non tenetur niſi de
dolo,quāuis fiat gratia recipiētis tātū.Et diuerſitatis ratio
redditur:quia precariū poteſt ſemper reuocari,nō aūt cō
modatū:ideoq; magis grauatur cōmodatarius.facit l.quæ
ſitum.§.illud.ff.de preca.& d.l.cōtractus.Fallit etiā ſecun
dū quod dicam infrà Locatio.§.vij.Quid aūt ſit culpa la-
ta,leuis,& leuiſsima,& quādo teneatur de lata culpa, qui
tenetur de dolo,vide j.Culpa.per totū. ¶ Nonò,vtrū com
modatarius teneatur de caſu fortuito?Et dico ꝙ nō , niſi
in tribus caſibus. ¶ Primò,ſi caſus accidat culpa ſua:puta,ſi
accepit equum iturus ad villam, & iuit ad bellū,ibiq; caſu
perijt . ¶ Secundò,ſi interuenit pactum. ¶ Tertio,ſi fuit in
mora reſtituēdi.d.c.vnico.& d.l.in rebus.& C.cōm.l.j.ff.
de act.& obli.& l.j.§.ſi is verò q.Aduerte nihilominus, ꝙ
licet moroſus teneatur:ſi res perijt:in conſcientia tn̄,ſi eo
ij.de pœ.& re.li.vj.Vnde tantū non pōt conſuetudo,ſicut
priuilegiū:tamen,vt dicit idem in ca.conquerente.de of.
ord.hoc verū eſt quo ad ſubditos:is tamē,qui eſt in dignitate,nomine dignitatis poſſet preſcribere hāc curā, & fieri ꝓprius ſacerdos. ¶Nonò querit,quid poſsit dictus confeſſor ſic electus?Et dico,ꝙ ſecūdū Archi.qui refert Petr.
de Pa.ꝙ electos ab epiſcopis & ſuprà: abſoluere pōt ēt à
notorijs etiā epiſcopo inuito,etiā ab excōicatione,etiam
maiore,& mutare vota,& relaxare iuramenta,& oīa alia,
ꝓpter que nō eſſet ſedes apoſtolica cōſulēda, nō obſtāte
ꝙ in dicta decretali mētio nō fiat,niſi de abſolutiōe à peccatis:quia intētio papæ fuit ita per illū confeſſorē ꝓuidere epiſcopis,quibus eſt graue ſemper ad archiepiſcopū recurrere.ſicut ꝓuiſum eſt ſubditis epiſcoporū p ipſos epiſcopos:ideo ille in epiſcopū pōt,quecūq; pōt epiſcopꝰ in
ſubditos:qa vbi eadē ratio,idē eſt etiam ius.Electus aūt ab
inferioribus,pōt abſoluēdo & diſpenſando quicquid poſſet epiſcopus,ſi ei ſubeſſent:imò dicit Ho. ꝙ ſi eligēs eſt
exēptus,electus habet authoritatē pœnitētiarij pape,quo
ad abſolutionē,licet nō quo ad diſpēſationē. Si verò eligat aliꝰ,habet poteſtatē iudicis,cui ſubeſt eligēs,exceptis
tñ publicis & grauibus:vt in Sum.Cōfe.lib.iij.tit.xxxiiij.
q.lxj.per que grauia intellige ꝑcipua inter reſeruata epiſcopi arbitrio electi:que cū hoc ꝙ ſunt grauia, ſunt ēt publica:nō aūt omnia reſeruata ei,vt intelligit Supplemētū:
alioqn Hoſt.diceret cōtraria:puta ꝙ haberet authoritatē
iudicis cui ſubeſt,puta epiſcopi,& nō haberet: & ꝙ exceptio fieret,& non eſſet à quo exciperetur.Intellige ēt qđ
dictū eſt de grauibꝰ & publicis,vbi eſſet ſcādalū:alioquin
verū dicit Pe.de Pal.vt abſoluere poſsit à notorijs,ſi nō ſit
ſcādalū:& à grauib. ſi nō ſint notoria. ¶Fallit hoc primò
in ſentētia illata à ſupiore cōtra electorē:puta ab archiepiſcopo cōtra ſuffraganeū ſuū:vel ab abbate cōtra priorē cōuentualē ſubditū ſibi:quia ab hmōi abſoluere non pōt talis cōfeſſor.hæc Pe.fallit ſecundò ſecundū Ray.iūcta glo.
eius,ſi electus ſit excōicatus maiori: qa abſoluere nō poſſet:ſecus ſi minori tantū.ar.ca.ſi celebrat.de cle.excō.mi.
¶Quidā tñ tenēt,ꝙ ſic electus abſoluere nō pōt ab excōicatione maiori,aut caſibus grauioribus.i.reſeruatis epiſcopo,ſi eligēs ſit exēptus inferior epiſcopo.quā opi. ſequitur Sum.Piſ.& Pan.in c.ſignificaſti.de foro compe.&
arguūt quo ad excōicationē,quia electꝰ ab epiſcopo non
habet authoritatē,niſi electione epiſcopi.Et quo ad caſus
epiſcopales arguunt ex c.ſi epiſcopus,de pœni.& re.li.vj.
Sed tu tene primā opinionē.ſ.Pe.de Pal.Ho.& Arch.quia
eſt rōnabilior, maximè qa conſtitutio eſt gratioſa. Et ad
primū in cōtrariū dic quòd habet authoritatē nō ab epo
eligēte,ſed à iure cōmittēte.ſicut electꝰ ab eo,q licētiā eligēdi habet p literas pœnitētiarij,authoritatē habet à pœnitētiario,nō ab eligēte:ſicut etiā frater electi à prioribꝰ
qbus epiſcopi cōmittūt,cōmiſſarij ſunt epiſcopi,non eligētis.Ad ſecūdū verò dic,ꝙ in illo c.dicitur,ꝙ electus cōfeſſor ex licētia epiſcopi abſoluere non pōt à caſibus ſpecialiter epiſcopo reſeruatis,cū in generali cōfeſsione illa
nō veniāt,q nō eſſet qs in ſpecie veriſimiliter cōceſſurꝰ.
Ex hoc aūt nō probāt intētū,ſed ſequitur ſolùm,ꝙ electꝰ
à predictis ex licētia pape,abſoluere non pōt à reſeruatis
pape:qđ verū eſt,niſi forte quo ad exēptos,ſecūdū Hoſt.
10 ¶Decimò* queritur,vtrū ſicut vagabūdi,ita & ſcholares,
mercatores,mercenarij,ſtipēdiarij,& hmōi cōmorātes in
aliqua parochia,abſolui poſsint ab eo,à quo & parochiani,licet ibi non contraxerint domiciliū? Et dico,ꝙ circa
iſtā materiā tres inuenio differētias pſonarū in genere.ſ.
nullū habentes domiciliū,vt vagabūdi:de quibꝰ dictū eſt
ſ. §.vj.& §.j.& habentiū domiciliū,& vltra illud etiā aliā
habitationē,vt iſti,de qbus eſt quæſtio,& habētiū domiciliū,in quo.ſ.nō ſunt,ſed nō aliā habitationē, vt peregrini
& viatores.Sunt igit̃ in hac materia due ſolēnes opiniones.Prima eſt Inn.in d.c.omnis.ſic dicētis,Scholares,incole ānales,& mercenarij debēt cōfiteri ſacerdoti parochiali quē incolūt per annū,& ab eo poterūt abſolui.ar.xvj.q.
j.quęſti.vbi dicit̃,ꝙ ibi debēt ſoluere decimas perſonales,
qa ibi recipiunt ſacramēta eccleſiaſtica per anni circulū.
Hāc opinionē ſequit̃ Fed.cōſ.cclvj.aſſcribēs Inn. verba
predicta,ꝙ ſenſerit tales eſſe parochianos talis eccleſiæ.licet ibi domiciliū non habeant.i.animū ꝑpetuò remanēdi,qa iura in hoc iure parochiali nō ponderāt domiciliū,
ſed habitationem,vt in d.c.queſti.Vñ ſi ſcholaris ciuis cæpiēs eſſe in ſocietate forenſium,transferat ſe ad aliā parochiā,retento priori domicilio,illa eccleſia,vbi habitat,eſt
ſua parochialis,& non illa vbi habet domiciliū.Et idē de
infantibus,q ſępe trāſferuntur ad aliā parochiā, hæc Fed.
Et hęc opinio eſt cōis.Alia eſt,vt refert Inno.vbi ſuprà,ꝙ
idē eſt,etiā ſi ad tēpus minus anno conducāt, vel domos,
vel dominos.arg.de deci.ad apoſtolicę.maximè ſi ꝓrogetur ſine fraude cōductio vel habitatio vltra natiuitatē vel
paſcha.quia tūc ex ꝑcepto huius decretalis ſemper debet
quis cōfiteri & cōmunicari.hęc Inn. Et hanc opinionem
tenet Pan.in c.omnis.dicēs,ꝙ ille dicitur proprius ſacerdos prefatorū,in cuius parochia habitāt de preſenti, nec
poſſent cōmodè adire propriū ſacerdotem.ar.c.ſi.de paro.vide etiā glo.hoc tenentē in cle.j.de priui. Et idē dicit
Panor.in c.cum contingat.de foro comp.Ego autē cōcordando dico,ꝙ actus laici in ordine ad ſacerdotē ſunt duplices.quidā.ſ.vtiles ſacerdoti,quibus exhiberet aliquod
emolumentū directè,vel concomitanter.vt ſolutio decimarū,ſepultura,& huiuſmodi.& in his requiritur habitatio annalis,vel quaſi.quod nō intelligas quātū ad effectū,
ſed quantū ad affectū & intētionē habitādi. ſicut & dicitur quis alicubi habere domiciliū ſtatim,quando illuc vadit animo perpetuò habitādi vel habēdi domiciliū.Et quidam etiā vtiles pœnitēti, quibus aliquid ſuſcipit: vt cōfiteri,& cōicare,audire diuina, & hmōdi, & in iſtis eſt vera opinio ſecūda,ſaltē quo ad caſus non reſeruatos epiſcopo.ſed tamen cum duplici limitatione.Prima.ſ.ꝙ nihil fiat fraudulenter in preiudicium animæ proprie:puta

fugiēdo cēſurā ꝓprij ſacerdotis volētis imputare occaſiones peccatorū. Secūda, ꝙ talia ſacramēta ſunt neceſſaria.
Tertia,ꝙ cōmodè tales nō poſsint adire propriū ſacerdotem, & propriā parochiā honorare.Et ratio eſt:qa ſtantibus iſtis proprius ſacerdos,vel ſaltē ſummꝰ prelatus vult,
ꝙ ab alieno habeat ſubditus animæ ſuæ ſolatia : alioquin
eſſet iniquæ volūtatis : qa diſpliceret ei bonū fratris ſibi
nihil præiudicās.& de hoc etiā j.Domicilium. Et iſta fuit
mēs Pan.q in c.in noſtra.de ſepul.recitat opi.Fede.ponit
quatuor caſus, dicēs,ꝙ qs aliqñ ex toto domiciliū trāſfert
ad alienā parochiā:aliqñ retēto priori domicilio,ī aliena
parochia cōſtituit nouū, ita ꝙ habet plura: aliqñ retento
priori domicilio cōſtituit in aliena parochia ſolū habitationē ad tēpus:& cōſequēter non cōſtituit ibi domiciliū:
qđ nō cōſtituitur niſi aīo habitādi ꝑpetuò: vt in l.ſi qs inſtructus.ff.ad muni.aliqñ retēto priori domicilio, in aliena parochia nō habet habitationē:ſed peregrinꝰ ibi decedit.In primo caſu,inquit,īdubiè ſecūda eccleſia eſt parochialis:vt ī c.ſi.de paro.in ſecūdo,vtraq; eccleſia eſt parochialis.de ſepul.c.ij.lib.vj.in quarto nō dicit̃ parochianus
eccleſię ſecūdæ: vt voluit gl.in c.in nr̃a.de ſepul. ꝓ quo l.
hæres abſens.ff.de iudi.& c.Romana.in §. cōtrahētes.de
fo.cō.li.vj.in tertio aūt eſt dubiū.hæc ex illo: q deinde in
forma ſic ſubiūgit:Ego dicerē,ꝙ ſola habitatio non facit
ꝓpriè aliquem eſſe parochianū iſtius eccleſiæ.Vñ ex quo
habet animū redeūdi ad domū ſuā:illa eccleſia domicilij
eſt ꝓpriè parochialis iſtius:vt in c.ij.& iij.de ſepul.lib.vj.
Sed ꝓpter neceſsitatē poterit iſte in loco habitatiōis,vel
vbi eſt peregrinꝰ,recipere ſacramēta:ita ꝙ hęc eccl'ia habitatiōis nō ſit ꝓpriè parochialis iſtius:ſed in defectu ꝓpter neceſsitatē ſuccedit ī loco parochialis,quo ad adminiſtrationē ſacramētorū.ar.optimū in c.is q.de ſepul.lib.
vj.Et ſic puto intelligēdā glo.in cle.dudū.de ſepul.Inn.in
d.c.oīs.& ſic loqtur ſi bene pōderetur: qa dicit in fi.illius
qſtiōis,tutius eſſet,vt ſcholares,& peregrini habeāt licētiā à ꝓprio ſacerdote,vt alibi poſsint capere ſacramēta. &
notā dū dicit à ꝓprio pſbytero:quaſi ipſe presbyter habitatiōis nō ſit ꝓprius. Et ſic pōt intelligi c.j. de celeb. miſ.
& c.officiū.de offi.archi.Et hoc cōuenit etiā actibꝰ ſimilibus: qa ꝓpter longā diſtantiā multa pmittūtur, que aliàs
ſunt ꝓhibita:vt in l.hæres abſens.ff.de iudi.vide glo.in c.
cū ex literis.de in inte.reſti.ſup ver.diſtātia.Ex quo infero,ꝙ ſi de loco habitatiōis ire pōt cōmodè ad eccl'iā domicilij ꝓ ſacramētis:nō debet hic accipere,ſed in eccleſia
domicilij:vt in d.c.is q.Et hęc no.qa aperiūt intellectū iurium multorū.Hęc ille in forma,valde bene,excepto eo,
quod dicit de peregrino.de quo j. §.ſeq.excepto etiā,qđ
dicitur de intētione ꝑpetuo habitādi:qa iſta nō eſt ſimpliciter de ratione domicilij:alioquin nullꝰ poſſet ſimul habere duo domicilia:ſed eſt de ratione eius ſub diſiūctione.ſ.hic,vel ibi. ¶Vndecimò quærit̃,qd de peregrinis,viatoribus,& mercatoribꝰ diſcurrētibꝰ.i.nō habētibꝰ alicubi māſionē, niſi in ꝓprio domicilio? Et dico, ꝙ ſi alicubi
habitationē cōtrahāt:fiat,vt §.priore notatū eſt.Si ṽò nō
cōtrahāt,& de licētia ꝓprij ſacerdotis ſunt in via: poſſunt
vbiq; recipere ſacramēta:quod quantū pertinet ad cōfeſſionē,ſecūdū Inno.& glo.Ray.intelligitur de peccato nouo.i.in via cōmiſſo, & de veteri oblito: imò intelligo de
quolibet peccato nouo, & veteri : niſi fortè ſit epiſcopo
reſeruatū:vel niſi aliqd fiat in fraudē,vel præiudiciū proprij ſacerdotis:qa dādo licētiā peregrinādi,vel huiuſmodi,dat licētiā prouidēdi animæ ſuæ omni meliori modo
quo pōt,ſaluis predictis:alioquin eſſent inique volūtatis.
Imò abſolui poſſunt peregrini etiā habentes caſus reſeruatos epo,ſecundū Verue.& Rod. ſi inſtet tempus gñalis
cōionis,vt in paſcha,etā à ſimplici ſacerdote: ſed iniungi
debet iterata cōfeſsio,data copia epiſcopi.Et hoc dictū,licet cōiter nō teneatur,tñ poſt Pet.de Pal. Archi.dicit,ꝙ ſi
epiſcopus peregrinādi licentiā ſibi nō retinuit: videt̃ ex
hoc dare licentiā cōicandi,& cōfitendi de caſibus, etiam
epiſcopalibus,ſicut curatus de parochialibus.Vel hoc dictū ſic intelligitur, ꝙ poſſunt qdē abſolui, ſic ꝙ liceat eis
cōmunicare:nō tñ poſſunt abſolui à reſeruatis.&hoc niſi
in neceſsitate.i.in mortis articulo: quo caſu nō tenent̃ reconfiteri,ſed ſolùm ſatisfacere, ſi ſatisfaciendū eſt: vel ſe
præſentare,ſi erant excōicati:vt ſ. Abſolutio iiij. Si verò
ſunt in via ſine licentia:nullibi confiteri,aut cōmunicare
poſſunt,ſecūdū Inn.& Hoſt.& Gul.& hoc niſi in neceſsitate.i.in paſcha,ꝙ in morte:& tūc recipiēt hęc in eccleſia
cathedrali:ar.c.officiū.de offi.archipres. & dicēdorum j.
Sepultura. §.vij. particula ij. niſi periculū eſſet in mora:
qa ea reciperēt in parochia, in qua ſunt. Et licet Pan.in c.
j.de ſepul. velit ꝙ in neceſsitate pōt ſacerdos parochialis
ea miniſtrare peregrinis, per c.j.de celeb.miſ. tamē illud
c.nō probat apertè:nec illa neceſsitas, de qua loqtur,neceſſariò intelligitur,quo ad ſacramēta ꝑcipienda: ſed pōt
intelligi etiā de miſſa audienda.Vnde primū eſt tutius,&
verius,niſi,vt dixi,periculū eſſet in mora.Si autem aliqui
prædictorū,vt mercatores,nō habēt domiciliū, ſed ſemp
nūdinas ſequūtur:idē eſt quod de vagabūdis: & idē eſt,ſi
in loco ſuo tenēt domiciliū:ſed cōiter ad illud in paſchate nō declināt: qa ibi,quo ad ſacramēta nō vidētur habere domiciliū, ſecūdū Pet. de Pal.& Archi. Et idē ſecundū
eoſdē,eſt de familia principis,aut balliui, q nūquā in eodem ſtatu permanēt,nec ad ſuū hoſpitiū,niſi ad horā redeūt:qa & iſti cēſentur vagabūdi. Et idē, ſecundū Pet.de
Pal.eſt de familia laica epiſcopi,in qua nō ſic habet ius,ſicut Cardinalis:qa ſi ſunt de diœceſi,de licētia eius confiteātur:ſed ſi ſunt de alia, ex quo dimiſerūt hoſpitiū, & p
diœceſim vagātur, reſpectu illiꝰ diœceſis reputātur vagabūdi:vnde cōfiteri poſſunt de licētia epiſcopi,vel cuiuslibet curati ad cuius parochiā veniūt . Sed iſta intellige qñ
quaſi continuè diſcurrūt:ſecus ſi cū epiſcopo habēt māſionē:quia tūc ſunt ſub cura eccleſię maioris. ¶Duodecimò,
quid de his,qui in diuerſis locis morātur?Et dicit Hoſt. ꝙ
ſi ſe trāſferāt aīo remanēdi,fiūt parochiani illiꝰ: ſi aūt nō
intēdūt relinquere antiquū domiciliū debēt cōfiteri ſacerdoti antiqui domicilij.Sed hæc limita dupliciter . Primò,
qñ nō veniūt aīo remanēdi per annū.ſecꝰ ſi p annū : quia
cōfitētur ſacerdoti nouæ habitatiōis eodē modo, quo dictū eſt §.ij. qñ primū domiciliū apparet principalius: qa
ſi ī diuerſis locis morātur æqualiter, aut habēt domicilia,
nec apparet vbi principalius habeāt, dico,ꝙ ibi recipere
pñt ſacramēta,vbi ſe inueniūt tēpore receptiōis exercendæ.ar.c.ex parte.de foro cōp.& facit glo. in l.ij.C. vbi de
cri.agi op.Vñ ſecūdū Pet.de Pal.qui in diuerſis parochijs
habet æſtiualē,& hyemalē domū:vtrobiq; forū ſucceſsiuè ſortit̃,ſecūdū qđ habitat hic, & ibi:vt tūc hic ſacramēta recipiat,qñ hic habitat,aliàs ibi.Et ita ſe vident̃ habere
nobiles, & ciues Genuēſes. Limita etiā tertiò iuxta dicta
11 §.priore. ¶Decimotertiò,* vtrū qs ſortiatur forū ratiōe
delicti?Et dico ꝙ ſic, quantū ad forū cōtentioſum:vt in c.
poſtulaſti.& in c.ſi.de fo.cōpe.ſed quantū ad forū cōſcientiæ dico ꝙ nō:etiā ſi peccatū eſſet notoriū,ſecūdū Pan.in
c.cū cōtingat.de fo.cōpe.& no.per glo.xj.q.j.c.j.& qđ notatur in c.j.de rap. Et ratio eſt : quia pœnitētia imponitur

propter offenſam Dei,& animæ propriæ,ſecundū Ioā.de
Lig.ideoq; illi ſoli qs ſubijcit, quē habet loco Dei, & qui
eſt iudex animæ ſuæ. Vñ ſecūdùm gl. Ray. qñ ius dicit ali
quē ratiōe delicti forū ſortiri, intelligēdū eſt,quo ad per
tinētia ad forū cōtētioſum:qa pōt illic cōueniri,iudicari,
& puniri de crimine ibi cōmiſſo.hęc ille. Aliàs oporteret
aut cōfeſsionē diuidere cōfitēdo delicta cōmiſſa in diuer
ſis parochijs:aut oportet de caſibus nō reſeruatis cōfiteri
tot ſacerdotib⁹,quot eſſent dictæ parochiæ. Vnde Zab.re
fert tenere Lau.ꝙ curati,& fratres ad cōfeſsiōes admiſsi,
ſcdm formā cle.dudū.de ſepul.poſſunt audire,& abſolue
re pctā cōmiſſa,etiam extra diœceſim: dūmodo cōfitētes
poſsint illis cōfiteri.i.ꝙ ſint illius diœceſis,vel parochiæ
quo ad curatos. Ad quod etiā facit generalis cōſuetudo,
quę eſt optima legū interpres.ff.de legi.l. ſi de interpreta
tione.qa videm⁹ pœnitētē peccata,quę toto terrarū orbe
cōmiſit,vni ſacerdoti cōfiteri:& eos nūquā remitti ad ſa-
cerdotes locorū,in qbus deliquerāt ꝓ abſolutiōe,niſi ra-
tione excōicationis,vel niſi pctm̄ eſſet notoriū: quo caſu
remittūtur aliqñ cauſa ſatisfactionis, & ſcādali emēdādi,
& nō ratione abſolutionis. Facit etiā,quia ſpirituale,ſiue
eccl'iaſticū forū nō æquè facilè trāsfert, vt ſeculare: vt pa
tet in c.ſi diligēti.& in c.ſignificaſti.de fo.cōp. & in ſpiri-
tualibus forū pœntētiale nō æquè facilè trāsfertur, vt iu-
diciale:vt no.gl.in c.ne pro dilatione.de pœ. & re. Vñ cū
iura allegata ad probādū, ꝙ qs cōſequit forū ratiōe deli-
cti,loquūtur in iudicialibus, vt patet intuēti, ad pœniten
tialia hoc nō debet extēdi,niſi aliquo iure expſſum ꝓbet,
12 quod non eſt verū. ¶*Decimoquartò, vtrū ꝓprius ſacer-
dos vbiq; ſubditū ſuū poſsit audire? Et dicit Hoſt.ꝙ ſic,ſi
ue intra territoriū ſuæ parochiæ,ſiue extra: qa pœnitētia
eſt de iuriſdictiōe volūtaria.ff.de off.ꝓcō.l.ij. Vnde & de
loco nihil exprimitur in c.oīs. de pœ.& re. Sed Cardi. in
cle.dudū.de ſepul.dicit hoc verū eſſe ſecūdū Laud.de ꝑla
to ordinario,ſiue perpetuo,ſiue tēporali:quia in his,quæ
ſūt ſine ſtrepitu iudicij, nullius territoriū læditur.arg.de
of.leg.c.vl.& pe. Cōfeſſor aūt extraordinarius,vt mēdicā
tes,audit cōfeſsiones de peccatis vbiq; cōmiſsis intra ter
ritoriū: ſed extra territoriū abſoluere nō poſſet, ꝑ verbū
d.cle.ibi: extra ciuitates,& diœceſes. Et facit qd̄ no.Pan.
in c.cū cōtingat.de fo.cōp. ¶Decimoqntò quæritur,vtrū
vnus ſacerdos parochialis aliū poſsit audire ſacerdotē,&
abſoluere? Et dicit Verue.ꝙ nō,ſine licētia ſuperioris ge
nerali vel ſpeciali expreſſa,vel tacita. Nā ſi eps ſcit cōiter
ita fieri,& tacet:eoipſo preſūmēdus eſt tacitè approbare,
& dare licētiā. Et idē Hoſt.addēs,ꝙ hoc nō expedit mul-
tū. Et idē eadē ratiōe videtur de his, qui ſuis ſacerdotib⁹
ſciētibus,& nō cōtradicētibus,cū poſſent, alijs confitent.
ar.lxxxviij.diſ.error.& extrà,de ver.ſig.intelligētia. Hoc
tamē Archi.dicit non eſſe tutū:quia declaratū eſt ꝑ nouū
ius in c.ſi epiſcopus.de pœ. & re.lib.vj. ꝙ nulla cōſuetu-
dine pōt introduci,vt qs ſibi eligat cōfeſſorē ſine ſuperio
ris ſui licētia. Sed intellige expreſſa, vel tacita. Vide tñ s.
13 §.vj.in fi.& quæ dicit Pan.s.§.vj.in fin. ¶*Decimoſextò;
vtrū proprius ſacerdos requiſit⁹ debeat faciliter dare licē
tiā alteri cōfitendi? Et dicit S.Th. in iiij.diſt.xvij. ꝙ quia
multi ſunt adeò infirmi, ꝙ potius ſine cōfeſsione decede
rent,quàm cōfiterentur tali presbytero:ideo dare debet:
vnde illi, q ſunt nimis ſoliciti, vt cōſcientias ſubditorum
ſciāt,multis laqueū dānationis inijciunt, & conſequenter
ſibijpſis. Quod dictū Sū.Ang.credit verū,niſi qñ propter
hoc ſolicitāt ſcire,ne alios inficiāt:vt cæteri magis à pec-
catis præſeruētur. Sed tu dic, ꝙ quocunq; fine id faciant,
dūmodo nimis faciāt,malum faciunt:& quando rationa-
biliter,& probabiliter timere poſſunt ne iſte,qui licentiā
petit,ſi ei negetur,nō cōfiteatur verè: quia non ſunt faciē
da mala,vt veniant bona. Et dicitur in eadē Sum.ꝙ requi
rendus eſt ſubditus,cui velit cōfiteri:& ſi ille eſt æquè bo
nus, vt ſacerdos proprius, cōcedatur licentia. alioquin ſi
nō eſt æquè bonus,negetur. Et ſi negari nō pōt,puta,quia
ille alius habet alio modo autoritatē audiēdi : cōſulat, ꝙ
ad illā nō accedat. Sed iſta nō bene dicūtur: quia nihil ꝓ
hibet illū,qui eſt ſimpliciter minus idoneus cōfeſſor eſſe
magis idoneū,quo ad iſtū, qui paratus eſt illi, & nō alteri
confiteri: vnde facilis debet eſſe paſtor in iſtis, & ſemper
minora mala præferre maioribus. Vnde dicit S.Th. ino-
opuſcu.cōtra impug.relig.c.iiij.ꝙ dato etiā,ꝙ ex tali cō-
feſsione,qua aliquis aliter,quàm proprio ſacerdoti cōfi-
teatur,detur aliqua occaſio mali : tamē multùm prępon-
derat, ꝙ ꝑ hoc vitantur multa alia mala maiora, & multis
periculis obuiatur. hęc ibi. Intellige tamē quod Sā.Tho.
dicit,ꝙ licētiam petitā dare debet debito honeſtatis,non
autē debito neceſsitatis:quia eam potes bono fine ex cau
ſa,q̄ ſibi probabiliter cōſtat,licitè negare:nec ſubditus eſt
ſine copia ſacerdotis,ex hoc, ꝙ ſi confiteatur prælato, de
cætero habebit oculū ſuper eū: aut nō videbit eum liben
ter,& huiuſmodi. Vide s. §.vj.circa medium. ¶Decimo-
ſeptimò, vtrū ſacerdos parochialis credere debeat ſubdi-
to dicenti ſe cōfeſſum alteri,vt ei detur euchariſtia? Et di
cit S.Tho.in quolib.ꝙ nō, ſi impedimentū euchariſtiæ,
ꝑtinet ad forū iudiciale, vt excōmunicatio , niſi ei cōſtet
de abſolutiōe:quia in tali foro creditur homini cōtra ſe,
nō pro ſe. Si autē impedimentū pertinet ad forū pœnitē
tiale,vt peccatū:tenetur ei credere,& iiuſtè agit euchari-
ſtiā negās:quia in tali foro creditur homini ꝓ ſe, & cōtra
ſe.& cōcor.Pet.& Hoſt. Sed glo.Ray.dicit, ꝙ nō tenetur
ei credere,etiā ſi dicat ſe cōfeſſum ſuperiori:niſi ei cōſtet
per literas ſuperioris, vel alio modo legitimo. Sed Sum.
Cōf.cōcordat, dicēs ſecundā opi. eſſe verā in manifeſtis:
vel qñ ſubditus probabiliter eſt ſuſpectus. quo caſu videt
etiā,ꝙ ei credere nō tenetur etiā de occultis:qa licet hęc
ſint tātùm fori pœnitētialis , tñ non confiteri pertinet ad
iudiciale:cū non cōfitens arceri ab eccleſia,& priuari de-
beat eccleſiaſtica ſepultura:vt in d.c.omnis. Notandū eſt
tñ;ꝙ dictū Sā.Tho. de excōmunicatione, intelligitur de
ea, quę ꝑuenit ad forū iudiciale,& in foro iudiciali, pro-
pter quā,& vbi poſſet eſſe ꝑiudiciū tertij:ſed in foro cō-
ſcientiæ qñ inde nullū poteſt præiudicium ſequi,credere
debet. Et ſic intelligo dicētes,ꝙ in conſciētia credendum
eſt:vt Io.And.& Pan.& alij in c.ſicut.ſuper glo.j de ſentē.
excō. Dicenti aūt ſe habere licentiā à prælato ſuo confitē
di alteri,ſecūdùm Ric.credēdum eſt. Et intellige niſi ꝑ ſi-
gna probabilia cōſtaret, ꝙ nollet verè, ſed fictè confiteri
propter aliquem ſuum affectum. Et ratio eſt; quia volens
verè confiteri,ſi vellet ſine licētia cōfiteri, vellet contra-
14 dictoria. ¶Decimooctauò,*vtrū ſacerdos parochialis te
neatur audire ſubditū; toties quoties voluerit cōfiteri,ex
neceſsitate ꝑcepti? Et dicit Rich. in quarto,ꝙ ſic,ſi pœni-
tēs de neceſsitate habet cōfiteri. Si verò ille nō tenet de
pręcepto cōfiteri : nec ſacerdos obligatur audire, niſi de
conſilio. Si autē volentē pluries cōfiteri audire noluerit:
liberè pōt alteri confiteri:& ille poterit abſoluere; niſi ſa
cerdos proprius eū ad determinatū ſacerdotem miſerit:
quia ſi nec audire, nec alium determinatū aſsignare vult:
videtur ei tacitè dare licētiā, vt pro ea vice ille confiteat,
cui voluerit:ſed ſic electus abſoluere non poterit, niſi ab
his

his à quibus & proprius ſacerdos abſoluere potuiſſet. Qd̄
tñ dictū nō habet locū in proprio ſacerdote,qui ſub ſe ha
bet vicarios:qa abſoluere illi nō poſſent ab his quę ſibi il
15 le reſeruaſſet. ¶Decimononò* quęritur,qd de cōfeſsio-
ne facta ei qui de iure nō tenebat beneficiū? Et dico ad hu
ius euidentiam,ꝙ Pan.in c.nihil.de elect.ponit tres caſus.
¶Primus,cū talis gerebat ſe pro pręlato:nō tamē erat in
poſſeſsione de iure,qa nō cū authoritate ſuperioris: licet
de facto ſe intruſiſſet in beneficio,vel poſſeſsione. ¶Secū
dus,cū habuerit quidē confirmationē à ſuperiore: ſed cō
firmatio vel electio nō tenuit. ¶Tertius,cùm fuit electus
& cōfirmatus per ſuperiorē:ſed pòſt aliquid egit,propter
quod fuit priuatus ipſo facto prælatura:puta qa incidit in
hereſim. ¶Primo caſu geſta per eū,indubitāter nō valēt:
nec ea ſuſtinet cōis error,ex quo iuridica poſſeſsio defi-
cit. Ad quod facit l.Barbarius.ff.de of.præ.q̄ ſe fundat ſup.
cōi errore,& authoritate ſuperioris:qa iſte ſeruus,q puta
bat liber,habuit officiū à ſuperiore.& ſic concurrebāt ibi
duo.ſ.cōis error,& ſuperioris authoritas. Secus aūt vbi ad
eſſet vnū tantū:vt tenet Inn. ¶Secūdò vero caſu geſta per
eum retractari nō debēt,ex quo aliàs legitimè geſta ſunt:
cū hic cōcurrat cōis error,& ſuperioris authoritas:vt in ca
ſu d.l.Barbarius. ¶Tertiò verò caſu ſi priuatio fuit occul-
ta,tenēt omnia geſta. Et idē videtur, qñ de priuatione du
bitatur:quia ex quo tolerabatur in officio, tenere debent
oīa acta interim geſta:vt in c.nónne.viij.q.iiij. Sed ſi ſuſpē
ſio vel priuatio eſſet notoria, vel præceſsiſſet ſuperioris
inhibitio:nō tenerēt:vt in c.veritatis.de do.& contu. hæc
ex Pan. Ex his concludit, ꝙ cōfeſsiones factæ cū excōica-
to occultè tolerato valēt:nec ſunt iterandæ ſuperueniēte
ſciētia. Qui verò ignorāter confitētur intruſis, vel huiuſ-
modi,qui nunquā habuerunt inſtitutionē à ſuperiore:ſal
uantur quidem propter fidē ſacramenti:ſed tamen ſi ante
mortē hoc ſciret,iterum tenerētur cōfiteri. Et licet talis.
ſcilicet excōicatus non habeat aliquādo iuriſdictionē ve
ram,habet tamē toleratam:quæ ſufficit ad confeſsionē va
16 lere. ¶Viceſimo,*vtrū aliquo caſu liceat cōfiteri cuilibet
ſacerdoti,etiā præciſo:puta excōicato,vel heretico? Et di
co ꝙ ſecundū omnes in articulo mortis quilibet ſacerdos
nō pciſus eſt proprius ſacerdos abſoluere potēs ab omni
peccato & excōicatione:vt tenet gl.in c.paſtoralis.§.præ
terea.de offi.ordin.quā cōiter ſequuntur doctores, ita ꝙ
ſi quis euadat,non oportet eū reconfiteri,etiam de caſib⁹
reſeruatis.arg.c.eos.de ſen.excō.lib.vj.niſi eſſet excōica-
tio,pro qua iniungitur,vt ſe pręſentet ei,qui eum al's po
terat abſoluere de iure:vt s. Abſolutio.j.§.v.Item j.Excōi
catio.vij.§.xxxj. Si autem ſacerdos ſit præciſus:vt quia eſt
hæreticus, ſchiſmaticus,vel huiuſmodi,ſecundū Ray.non
tenetur quis in neceſsitate cōfiteri:ſed cōfiteatur Deo in
corde,& ſufficit:imò conſulerē,inquit,ꝙ eis nullo modo
cōfiteretur:quia tales faciliter in errorē vel deſperationē
inducerent peccatorē,ſicut Phariſæi Iudam,Mat.xxvij. &
de pœ.diſt.vj.c.j.in tex.& in gl.& idē de excōicato maio-
re dicendū eſt:quia illi in articulo neceſsitatis nō eſt con
fitendum,ſecundū Hoſt.& S.Tho. Imò hæretico,ſchiſma
tico,vel excōicato confiteri nō licet:ſed eſt peccatū mor
tale,ſecundū Arch.talibus participādo in diuinis. quod nō
intelligas,ſecundū eum,in caſu neceſsitatis,ſed extra: &,
ſecundū eum,tenetur quis iterū confiteri:etiā ſecundùm
eos qui dicunt,ꝙ fictè confitēs recōfiteri nō tenetur:quia
ſecundū Petr.de Pal.hoc verū eſt de ficta per ſubtractionē
neceſſarij,quę eſt in attrito:nō per poſitionē cōtrarij im-
pediētis abſoluentis poteſtatem. Dicit tamē idem Pet. ꝙ
in articulo mortis quis qui hæretico confitetur ignorans
illum hæreticū,verā recipit abſolutionē,nec conualeſcē-
tem neceſſe eſt recōfiteri:ſed & ſi hoc ſciat,& in nullo ſuę
hæreſi velit aſſentire,ſed ſacramētū neceſsitatis accipere
cū hæreſis deteſtatione,videt etiā abſolutio vera:quia &
de manu hæretici,licet baptiſmū in neceſsitate recipere.
Vnde quare nō etiā pœnitētiā:cùm & ipſum ſit ſacramē-
tum neceſsitatis,& ibi aliquādo fiat homo de attrito con
tritus? Hæc Pet. Quod tamen,ſecundū Archid.non eſſet
fiēdum,niſi pœnitēs eſſet intelligēs & fortis in fide.& idē
ſentit Pet. Aureo.addens,& quāuis in talibus ligata ſit cla
uium poteſtas:tñ hoc non eſt verū in tali caſu: quia neceſ
ſitas legi humanæ nō ſubiacet:vt in c.quod nō eſt.de reg.
iur.& idē tenet gl.in c.nō eſt.de ſpon. Non licet autē in-
ducere talē ſacerdotē ad audiēdū,ſed licet eo vti,ſi ſit pa
rat⁹,ſecūdū Sum.Ang. Sed hoc nō bene dicitur:quia talis
ſacerdos in tali caſu habet iuriſdictionē toleratā: & cōſe-
quēter non peccat abſoluēdo,ſed abſoluēdo in peccato
mortali,ad quod nō inducit à peccatore,ſed ad abſoluēdū
tantū;ſicut dicetur infrà de petēte ad vſurā, ꝙ nō inducit
vſurariū ad mutuādū ſub vſura quādo petit mutuū,ſed ad
mutuandū tantū. Vbi not.primò,ꝙ ex his non ſequitur,ꝙ
quis talibus teneatur in tali caſu cōfiteri,quia ad motiuū
de baptiſmo,dico non eſſe omnino ſimile:qa poſt illū ad
Chriſtū quis ſtatim euolat tota pœna remiſſa:& per illum
quis inſignitur charactere Chriſtiano:nō poſt ſacramētū
pœnitētiæ. Ad motiuū etiā de attritione,dico ꝙ De⁹ ſup
plere credit effectū clauiū,vbi qs ꝓpter obediētiā & dete
ſtationē ſcelerū abſtinet ab vſu clauiū,ne participet predi
ctis. Not.ſecūdò,ꝙ qui excōicato occultè ſciēter confitet
extra caſum neceſsitatis,mortaliter peccat,& confeſsionē
iterare tenet:non aūt ſi ignorāter:ſed in caſu neceſsitatis
prędicto,nec peccat,nec tenetur iterare.de quo §.priore.

RVRSVS DE CONFESSORE SECVNDO,
quis ſit ſpecialiter, quantum ad Prædicatores & Mi-
nores, & de horum authoritate.

1 *Confeſſor in ordine prędicatorū & minorū,quis ſit legitimus.*
2 *Cōfiteri ut quis poſsit prædicatorib.ac minorib.ex ui cōſtitutio*
nis,dudū.de ſep.in cle.ſine alia licētia,quot & quæ requirātur.
3 *Præſentatio hodie uſurpata, qua uidelicet priores cōuētuales.*
aut gardiani prędictorū ordinū per ſe, uel alios à diœceſano pe
tunt licentiā,uel ab eius uicario,exponendi fratres ad cōfeſsio-
nes audiendas,an fiat iuxta formam d.clemē.dudum.de ſepult.
4 *Fratres,de quibus proximè,ſic ꝓſentati,ut dictū eſt,quid diſtēt*
à curatis,aliisq; fratribus ſic no præſentatis. Et qs ac quotuplex
ſit effectus cōmiſsionis factæ iuxta prędictā formā aut aliam.
5 *Fratres iuxta prædictam formā præſentati,à quibus abſoluere*
poſsint. Et in hoc opiniones duæ. Item quos audire,ac abſoluere
queant.nu ſequen.
7 *Fratrū prędictorū præſentatio quibus,& apud quos fieri de-*
beat. Et quid ſi ſedes uacet,aut prælati copia haberi nequeat.
Et quid ſi prelati præſentatos admittere nolint, aut de eorum
numero,aut idoneitate cōtrouerſia ſit. Aut quid ſi admiſerint,
& licentiam dederint,ſed reuocauerint.ſeq.nu.

1 CONFESSOR* ſecundò,id eſt cōfeſsionis legitimus
auditor quis ſit in ordine Pręedicatorū & Minorū,de
clarat in cle.dudū.de ſepul. §.ij. vbi ſic dicitur: Statuimus
etiā & ordinamus authoritate prædicta,vt in ſingulis ciui
tatibus & diœceſibus,in quib⁹ loca Prædicatorū & Mino
rum ordinū fratrū conſiſtere dignoſcunt, & in ciuitatib⁹
& diœceſibus locis ipſis vicinis,in quibus loca huiuſmodi
non habētur,magiſtri,priores, ꝓuinciales Prædicatorum
aut eorū vicarij:& generalis miniſter,& prouinciales mi

niſtri,& cuſtodes Minorũ ordinũ prędictorũ ad præſen-
tiam pręlatorũ eorundẽ locorũ ſe cõferãt, per ſe, vel per
fratres, quos idoneos ad hoc fore putauerint, humiliter
petituri,vt fratres,q ad hoc electi fuerint,in eorũ ciuitati
b⁹,& diœceſib⁹ cõfeſsiones ſubditorũ ſuorũ cõfiteri ſibi
volentiũ,audire liberè valeãt:& huiuſmodi cõfitentibus,
prout ſecundũ Deũ expedire viderint,pœnitentias impo
nere ſalutares,atq; eiſdẽ beneficiũ abſolutionis impende
re de licẽtia,gratia,& beneplacito eorundẽ.Deinde p̃fa-
ti magiſtri prouinciales,miniſtri ordinũ prędictorum eli-
gere ſtudeãt perſonas ſufficiẽtes,idoneas,& vita approba
tas,diſcretas,modeſtas,atq; peritas,ad tã ſalubre miniſte-
riũ,& officiũ exequẽdũ:quas ſic ab ipſis electas reprę̃ſen-
tẽt,vel faciant prę̃ſentari prę̃latis,vt de ipſorũ licẽtia,gra-
tia,& beneplacito,in ciuitatibus & diœceſibus eorundẽ,
huiuſmodi perſonæ ſic electæ cõfeſsiones audiãt, extra ci
uitates & diœceſes,in qbus fuerint deputatę:per quas eas
volumus,& non per prouincias deputari cõfeſsiones nul
latenus audituræ.Numerus autem perſonarũ aſſumẽda-
rum ad huiuſmodi exercẽdũ officiũ eſſe debet,prout vni
uerſitas cleri,& populi,ac multitudo vł paucitas exigit eo
rundẽ.Et ſi ijdẽ prę̃lati petitã licentiã cõfeſsionũ audiẽ-
darum cõceſſerint:illã prę̃fati magiſtri,miniſtri,& alij re-
cipiant cũ gratiarũ actione.Quòd ſi fortè iam dicti p̃lati
quenquã ex huiuſmodi fratribus prę̃ſentatis eiſdẽ ad hu-
iuſmodi officiũ nollẽt habere,vel nõ ducerẽt admittẽdũ:
eo amoto vel ſubtracto,loco ipſius ſimiliter eiſdẽ præſen
tandus prælatis alius poſsit & debeat ſubrogari. Si verò
ijdẽ prę̃lati prę̃fatis fratribus ad cõfeſsiones,vt præmitti
tur audiẽdas electis hmõi exhibere licentiam recuſaue-
rint:nos ex nũc ipſis vt cõfeſsiones cõfiteri ſibi volẽtiũ li
bere,liciteq; audire valeãt,& beneficiũ abſolutionis impẽ
dere gratiosè cõcedim⁹ de Apoſtolicæ plenitudine pote
ſtatis.Per huiuſmodi aũt cõceſsionẽ nequaquã intẽdim⁹
p̃ſonis ſeu fratribus ipſis ad id taliter deputatis poteſtatẽ
in hoc impendere ampliorẽ,quàm in eo curatis,ſeu paro
chialibus ſacerdotibus eſt à iure cõceſſa,niſi forſan eis ec
cleſiarũ prę̃lati vberiorẽ in hac parte gratiã ſpecialiter du
2 cerent faciendã.hęc ibi.¶Primò* verò quęritur,quid re-
quiratur ad hoc,ꝙ quis ſine alia licẽtia poſsit dictis fratri
bus vigore dictę cõſtitutionis cõfiteri?Et dico requiri pri
mò,ꝙ prędicti fratrũ prę̃lati,vel ſuperiores accedãt per ſe
vel alios ad dictos prę̃latos petituri humiliter,vt fratres,
qui fuerint electi,poſsint cõfeſsiones audire:vnde ſi aſpe
rè petatur,ſecundũ Pa.nõ videtur ſatisfactũ cõſtitutioni:
ſed eſſet iterũ petenda propter omiſsionẽ formę.Ex quo
elicio,ꝙ ſi prę̃lati negẽt licẽtiã aſperè petitã, fratres p̃di-
cti eã nõ habẽt à papa:ſi tamẽ electi ante petitionẽ licẽtię
prę̃ſentẽtur,ſecundũ Zen.valet confeſsio ſi fiat:licet p̃lati
exigere poſſent,vt primò fiat petitio, ſecũdũ aliquos. qđ
tñ ſecũdũ Car. non eſt verũ:ſed electores eligere poſſunt
ſine alia requiſitione.Vnde hoc primum eſt de bene eſſe.
¶Secũdò,ꝙ dicti fratres eligant & habilitẽtur per magi-
ſtrũ aut priores ꝓuinciales,quo ad Prędicatores: vel per
generalẽ aut prouincialẽ miniſtrũ quo ad Minores.horũ
aũt vicarij aut cuſtodes eos nõ poſſunt eligere,ſcđm Car.
& Pau.& glo.licet poſsint dictã licẽtiã petere.& intellige
propria authoritate:priores aut cõuẽtuales,quo ad Prædi
catores:& gardiani quo ad Minores ẽt petere nõ poſſunt,
licet poſsint ad petẽdũ à prędictis:imò ex cõmiſsiõe poſ-
ſunt eligere:quia quod priores ꝓuinciales habẽt à iure,
cõmittere poſſunt,cũ ſint ordinarij.¶Tertiò,ꝙ dicti ele
ctores ſi electos per ſe,vel per alios prę̃ſentẽt dictis præla
tis.Vbi no.primũ,ꝙ ſecũdũ Sum.Roſ.cuſtodes poſſent fa
cere iſtã prę̃ſentationẽ.allegãs gl.in verbo,cuſtodes. Sed
fallit:quia ibi eſt ſermo de petitione licẽtię,nõ de prę̃ſen
tatione.Vnde Arch.ſentit cõtrariũ,& bene,qa text.eſt cla
rus.Nota ſecũdò,ꝙ Sum.Ang.dicit nõ eſſe neceſſe,ꝙ iſti
electi præſentẽtur perſonaliter.cui⁹ oppoſitũ tenet gl.&
rationabiliter:qa,vt patet in tex.p̃lati poſſunt aliquos ex
electis refutare,ſi nõ fuerint idonei:& cõſequẽter debẽt
ſubijci examini eorũ:quod ſine prę̃ſentia eſſe nõ põt.Vn
de ſi electi nõ prę̃ſentati perſonaliter nõ acceptent,nõ ha
bẽt ex hoc licẽtiã à papa audiẽdi:ſi tñ ipſi prælati hoc nõ
exigãt,ſatisfactũ puto huic legi:vt j.§.ij.¶Quartò requi
ritur,ꝙ dicti fratres nõ audiant extra diœceſim illius, cui
ſunt præſentati,ſecũdũ Car.quẽ ſequit̃ Sum.Roſ. & Ang.
innitẽtes textui in verbo,extra.Supplemẽtũ verò tenet,ꝙ
dictę diœceſis p̃ſonas audire poſſunt vbiq;.Sed hoc dictũ
ſecũdũ eſt planè cõtra oẽs doctores & cõtra textũ.Primũ
verò indiget limitatiõe.qa qñ fratrũ prędictorũ loca ſunt
vicina diœceſi,in qua vel pro quã p̃ſentãtur, & in qua nõ
ſunt dicta loca, in ipſis locis audire poſſunt perſonas talis
diœceſis:vt patet ĩ textu:alioquin oporteret cõfeſſores ac
cedere ad cõfitẽtes,nõ ecõuerſo.& de hoc ĩfrà §.iij. intra
diœceſim aũt vbiq; poſſunt audire, etiã in domib⁹ ſecula
riũ,etiã cõtradicẽtibus curatis:qa ex quo ꝓhibẽtur extra,
permittũtur intra.ar.j.q.j.extra catholicã. nã quicquid eſt
intra limites,cedit limitato.ff.de leg. iij.l.patronus.§.Sẽ-
pronio.Poſſunt tñ iſti fratres prę̃ſentari p̃latis extra diœ-
ceſim exiſtẽtib⁹ ſecũdũ Pau.cũ ſit iuriſdictiõis volũtarię.
¶Quintò reqritur,ꝙ cõfiteri volẽtes prædictis ſint de iu-
riſdictiõe prælati cui ſunt prę̃ſentati:vt patet in textu ,ni-
3 ſi habeãt priuilegia.¶*Secundò quæritur,an præſentatio
quotidie vſitata,qua.ſ.priores cõuẽtuales vel gardiani di
ctorũ ordinũ per ſe vel per alios petũt licentiã diœceſano
vel eius vicario exponẽdi fratres ad cõfeſsiões,ſit facta ſe
cundũ formã dictæ cle. dudũ?Et dico ꝙ in ordine Prædi-
catorũ,quia prouinciales dant prioribus cõuẽtualib⁹ li
cẽtiã exponẽdi fratres ſiue præſentãdi prælatis pro cõfeſ
ſionibus,dant eis licẽtiã faciẽdi prædictã electionẽ:vnde
p̃dicta præſentatio eſt facta ſecundũ formã dictæ clemẽti
næ,ſicut ſi fieret à ꝓuinciali,qñ prælati aliã ſolẽnitatẽ nõ
requirũt:quia ſecũdũ Mat.& Zen.ſufficit,ꝙ ſeruetur for
ma quo ad tria ſubſtãtialia,quæ peti debẽt:quæ ſunt,audi
re cõfeſsiones,imponere pœnitẽtias,ac beneficiũ abſolu
tionis impẽdere.Vnde petẽdo iſta tria ſeruata eſt forma,
& valebit cõfeſsio pro præſentibus electis,vel etiã ꝓ eli-
gendis,ſi hoc petatur:imò ſi petatur licẽtia ſolùm audiẽ-
di,intelligunt̃ petita alia duo,ad quæ dicta auditio ordina
tur.Nec obſtat,ꝙ ſecundũ gl.dicta præſentatio debet eſſe
perſonalis,eò ꝙ præſens dicitur,qui præbet̃ ſenſibus cor
poris.arg.ff.de ver.obl.l.j.quia hoc eſt verũ,ſolũ quando
prælati hoc volũt & petũt.quod patet:tũ quia hoc eſt ſta
tutũ in fauorẽ prælatorũ vt eis deferat̃,cui renũtiare poſ
ſunt.& ſi dicat̃ ſtatutum vt examinẽt:dico ꝙ examen hoc
cõmittere poſſunt alteri,puta p̃latis ipſorũ,in qbus fidũt:
tũ qa qñ alicui imponit̃ aliquod onus ſine determinatio-
ne,quo impleto ad aliquod bñficiũ meretur admitti,quo
cunq; leuiori modo impleatur onus,cõditio dicit̃ imple
ta:& ad beneficiũ meret̃ admitti:vt probat̃ ff.de condi.&
demõ.l.quod traditũ.Vñ in propoſito ſufficit,ꝙ fiat prę-
ſentatio verbaliter,vel qualitercũq;.Et motiuũ gl.nõ va-
let:qa p̃ſentatio perſonalis etiã fieri põt p ꝓcuratorẽ. C.
de proc.l.fi.& ſic p̃bet ſe quis ſenſibus per ſe vel p aliũ.ff.
de procur.l.prę̃ſens.Fratres tñ aliqui in hoc ſunt priuile-
giati

giati vt omnes, qui qualitercũq; ſunt expoſiti,intelligã-
4 tur expoſiti,ſecũdũ formam cle.prędictę.¶Tertiò* quę-
ritur, quæ differẽtia ſit inter fratres præſentatos ſecundũ
dictam formã,& curatos,ac alios fratres ſic nõ præſenta-
tos?Et dico, ꝙ dicti fratres poſſunt audire oẽs de diœce-
ſi,pro qua ſunt p̃ſentati:ſed non poſſunt cõmittere alteri
audientiã, nec eã exercere extra diœceſim, ſecundũ Lan.
& Zab.niſi in caſu dicto:alioquin quo ad eccleſiã nõ eſ-
ſet vera abſolutio, & cõfeſsio iterãda eſſet,ſecũdũ Arc.ſed
curati nõ p̃nt audire oẽs de diœceſi,ſed parochianos ſuos
tantùm:eorũ tñ audiẽtiã cõmittere poſſunt alteri,& exer
cere extra diœceſim ſuã vbiq;:qa in his q̃ fiunt ſine ſtrepi
tu iudicij,& ſub ſilẽtio, nulli⁹ læditur territoriũ.ff.de of.
ꝓcõ.l.ij.Et facit quod no.Pan.in c.cùm cõtingat. de foro
cõpe.& ita tenet Car.Si tamẽ ſine dicta ſolẽnitate cõmit
teretur ab epiſcopo vel curatis,fratrib⁹ iſta authoritas au
diẽdi cõfeſsiones ſimpliciter:tũc ſecundũ Archi. poſſent
etiã extra diœceſim audire, ſicut & alij vicarij eorum: &
in hoc ſunt maioris poteſtatis q̃ dicti electi , licet in alio
ſint minores:qa nõ habent authoritatẽ, niſi quam dat eis
epiſcopus vel curatus:electi verò habẽt eam,quã dat pon
tifex ſumm⁹.de qua j.§.v.¶Quartò q̃ritur,quis ſit effe-
ctus cõmiſsionis factæ prędicto modo vel alio?Et dico ſe
cundũ Petr.de Pal.in iiij.di.xviij ꝙ ſunt qnq;,quos tñ nõ
habet in p̃ſonis ordinũ reprobatorũ, de qbus dicit̃ extrà,
de reli.do.c.j.lib.vj.¶Primus eſt, ꝙ cõmiſſari⁹ audire &
abſoluere põt,nulli⁹ alteri⁹ licẽtia reqſita:& ſimiliter pœ
nitẽs cõfiteri nõ petita licẽtia aliqua,etiã à ꝓprio ſacerdo
te,ar.efficax extrà,de pri.in his q̃.li.vj. Et idẽ dicit Io.An.
in c.ſi eps.de pœ.& re.li.vj.& idẽ Pau.Vnde gl.Ber.oppo
ſitum dicẽs per Clementẽ quartũ tanquã falſa dãnata eſt
in quodam priuilegio,quod incipit,quidã temere.¶Se-
cundus eſt,quia cõmiſſarius audire põt cõtra prohibitio-
nẽ alterius prælati inferioris vel æqualis, etſi nõ ſuperio
ris:inferior etiã cõtra ſuperioris inhibitionem alteri cõ-
mittere nõ põt,ſicut nec p ſeipſum audire:ecõuerſo autẽ
ſuperior cõtra inhibitionẽ inferioris ſicut audire, ita &
cõmittere põt:ſimiliter ſi eſſent duo curati,& vterq; inſo
lidũ,vn⁹ cõtra alterius inhibitionẽ & audire & cõmitte-
re põt:qa par in parẽ nõ habet imperiũ.¶Terti⁹, quia te
netur curatus ei euchariſtiã & alia ſacramẽta miniſtrare,
ex quo dicit ſe cõfeſſum illi qui potuit abſoluere.Vñ ſe-
cundũ S.T.in quoli.tenetur ei credere.quod limita ſecũ
dũ eundẽ,& Pe.p̃dictũ,niſi eſſet excõicatus vel notorius
peccator,aut generaliter aliquid habẽs pertinens ad forũ
cõtẽtioſum.quo caſu antequã euchariſtiã illi miniſtret,de
bet ei clare de abſolutione cõſtare.¶Quartus eſt,qa pec
cata cõfeſſa habẽti dictã cõmiſsionẽ nõ tenetur qs recõfi
teri ꝓprio ſacerdoti,vt etiã declarauit Io.xxij.in extraua-
gãti,q incipit,vas electionis.¶Quintus,qa audiẽs cõfeſ-
ſiones nõ iure ſuo p̃dit ſuã p̃tãtem delegãte mortuo vel
amoto.Et idẽ forte eſt ipſo excõicato vel ſuſpẽſo: quãuis
ꝓbabiliter dici poſsit,ꝙ ſi epiſcopus nõ exiſtẽs excõicat⁹
vel ſuſpẽſus inſtituit officialẽ & pœnitẽtiarũ,& poſtea ex
cõmunicet̃:vterq; põt in ſuo officio procedere: qa vtit̃ iu
re eius qui iuriſdictionẽ habet,licet nõ vſum per ſe.vide
tñ ſ.Abſolutio ij.§.vj.Si aũt iã erat excõicatus: inſtitutio
vel cõmiſsio nõ tenuit.Si tñ cõmiſsio fiat ſecundũ formã
dictæ cle.dudũ.ſecũdùm Direc.& Car.nõ expirat p mor-
tem cõcedentis:quia eſt papalis. Et hoc ſi fiat ſimpliciter,
ſicut neceſſariò fit,ſi ipſi velint.arg.de trãſac.veniẽs.Si ẽt
ſit cõmiſsio aliàs facta ab epiſcopo: durat quo ad fratres
Prædicatores:& cõſequenter quo ad Minores:qa priuile
giati ſunt⁹,ꝙ epiſcopis mortuis,qui nobis ſuã authorita
tẽ dederũt vel cõmiſerũt,ea poſſumus vti,donec eccleſię
ꝓuiſum fuerit de paſtore.Si verò ſint deputati vſq; ad bñ
placitũ deputãtis,ſecundũ Car. poſt eius mortẽ nõ durat
commiſsio:qa hoc extinguitur morte:vt in c.ſi gratioſe.
5 de reſcri.li.vj.¶Quintò* quęro,à quibus poſsint abſolue
re fratres præſentati ſecũdũ formã dictę cl.Et dico,ꝙ cir
ca hoc ſunt duę opiniones,quarũ prima dicit,ꝙ abſolue-
re nõ poſsint à reſeruatis epiſcopo de iure,vel conſuetu
dine,aut volũtate,ita quòd ſicut curatis põt eps eis reſer
uare caſus ad libitũ ex cauſa rationabili, ſiue cõſtituẽdo,
ſiue aliter:& multomagis hoc põt cõciliũ prouinciale &
ſynodale,à cuius ſentẽtijs religioſi abſoluere non p̃nt,vt
dictũ eſt.Et hanc opi. Archi.recitat,& more ſuo in dubijs
nõ videtur determinare,ſed hanc tanquam tutiorem cõ-
ſulit.Sum.verò Piſ.nõ videtur appoſuiſſe mentẽ ad ſpecu
lãdum an dicti fratres habeant aliquid plus q̃ curati:ſicut
fecerũt quidã ſequẽtes.Io.vero And. Zab.Lau.Pau.Step.
Ioã.Mo.& Zẽze.hãc ſequũtur.Quorũ motiua ſunt duo.
Primò cle.religioſi.de priui.vbi dicitur,ꝙ religioſi à caſi
bus reſeruatis ordinarijs quenquã abſoluere nõ p̃ſumãt.
Secũdò,quia vt dicit Io.Mo.ſi eps põt arctare poteſtatem
ordinariã curatorũ:multomagis arctare põt extraordina
riam ipſorum fratrũ.Tertiò adde,ꝙ gratia,quam hic pa-
pa facit,ſuper qua ſcilicet opinio contraria fundat̃,habet
locum ſolùm quãdo ordinarij nolũt admittere fratres p̃-
ſentatos idoneos,vt patet in tex.¶Secũda opi.dicit,ꝙ di
cti fratres abſoluere p̃nt ab oĩbus caſibus,exceptis præci-
ſe reſeruatis epiſcopo in iure vel ſuperiori:quãtuncunq;
reſeruentur epiſcopo ex cõſuetudine vel cõſtitutione vł
beneplacito, quam opinionẽ videtur fundaſſe Gul. Spe.
& Io.de Lig.efficaciter ꝓſecutus eſt in c.omnis.de pœ.&
re.& ſequitur Pan.& cõiter omnes Summiſtæ,& Doct.ſe
quentes,& hoc rationabiliter & verè.Primò,qa data veri
tate primę opinionis,fratrũ priuilegiũ truncari poſſet ex
toto:quod eſſe nequit.c.quanto.de priui.Et ſecũdò,quia
diſpoſitio d.cl.dudũ.totaliter poſſet euacuari & annulla
ri,& fruſtrari eius intẽtio:quæ eſt,vt populi libẽter dictis
fratribus cõfitẽtes habeãt ſuas cõſolationes in dño.quod
nõ eſſet, ſi epiſcopi ad libitũ poſſent ſibi caſus reſeruare.
Tertiò,quia gratiã,puta abſoluere poſſe ab omnibus,ni
ſi reſeruẽtur à iure,quã cõcedit ſuperior,id eſt, papa,re-
uocare,vel arctare non poteſt inferior:vt patet per ſe.& ĩ
c.inferior.diſt.xxj.Nec põt dici,ꝙ papa eã cõcedit ſolùm
in caſu iuxta tertium motiuũ:ſed ſimpliciter etiã extra di
ctũ caſum.quod patet primò,quia ſecundũ Dire.iſta con
ceſsio vel licẽtia audiẽdi eſt papalis:& prælati in cõcedẽ-
do præbẽt nudũ miniſteriũ,ſicut miniſter in baptizãdo,
ſcilicet vt eis deferatur.quod patet,quia ſi nõ cõcederẽt,
nihilomin⁹ hoc haberẽt.Vñ papa eſt qui cõcedit, & in di
cto caſu,& extra illum quando prælati admittunt.Dicere
aũt,ꝙ qñ illi admittunt concedit minus: & quando repu
gnant,maius:nec eſt rationabile,nec habetur ex tex.Secũ
dò,quia vt patet in fine tex.ibi:niſi forſan &c. hanc gratiã
habent dicti fratres,etiam quando prę̃lati vberiorem gra
tiam faciunt: & cõſequenter eam habẽt extra caſum,quo
eos nolunt admittere.Vñ ſecurè tenẽda eſt hæc opinio:
& ſecundũ eam practicandũ eſt,quãdo epiſcopi vel eorũ
vicarij ſunt inſolẽtes & duri in cõcedẽdo, ex auaritia,vł
ę̃mulatione,vel alia iniuſta cauſa.ſ.Abſolutio.j.§.iij.ĩ fi.
niſi caſui reſeruato ab eis eſſet p cõſtitutionẽ annexa ex-
cõmunicatio reſeruata diœceſano vel ſupiori:qa tunc fra
tres p̃dicti nihil p̃nt,per d.cle. religioſi.ſ. Abſolutio.j.§.

iiij. Vnde ſe nō intromittāt ſine epiſcopi licētia: qa eſſent
excōicati. Et idem ſentit gl. de ſentētijs ſuſpēſionis & in-
terdicti. de quo vide j. Excōicatio. vij. §. xiiij. dubio x. Si-
militer nec de votis diſpēſandis, aut iuramētis, aut de in-
certis reſtituēdis: niſi vt j. Reſtitutio. vlt. §. vj. Ad motiuū
primum, dico illā cle. loqui de reſeruatis iure cōi, non ſta
tuto vel cōſuetudine: quia ſicut hęc, ſcilicet cōſuetudines
& ſtatuta cōtraria excludūtur per cle. dudū. ita oportet ea
excludi per cle. religioſi. ne leges fiāt ludibrio. C. de bo. q̄
lib. l. fi. §. vbi aūt. & iura iuribus ſunt concordāda. l. vnica.
C. de inoffi. do. de elec. cùm expediat. li. vj. Ad ſecundum di
co, ꝙ vtiq; illud pōt, ſi ipſe talem daret poteſtatem ex ſe
tales promouendo: non aūt ſi eam dat ſuperior: quanquā
talis poteſtas ſit ordinaria, ſurgēs à dicta cle. vt tenet Zē.
& Lau. Sunt & alia motiua Mon. ſed inualida. De poteſta
6 te aūt curatorū, vide tit. ſeq. ¶ Sextò* quæritur, quos audi
re & abſoluere poſsint dicti fratres? Et dico, ſecundū oēs
Doctor. ꝙ audire & abſoluere poſſunt oēs, q abſolui poſ
ſent ab illo prælato cui ſunt præſentati, tā exēptos quàm
nō exēptos, tam eccleſiaſticos quàm ſeculares, ſecundùm
Car. nec contradictio curatorum, aut quęcūq; excōicatio
nis ſnīa contra hoc quicquam valet iure ipſo per extra-
uagantē Mar. iiij. inſertam. in rub. de priuil. imò, ſecundū
aliquos abſoluere poſſunt etiā religioſos, qui ex ſtatutis
ſuorū ordinū abſolui nequeūt, niſi à ſuis prælatis: qa hæc
puiſio eſt reſpectu omniū volentiū cōfiteri, & de plenitu
dine poteſtatis, quæ ab alijs ſtatutis nō dependet. Sed gl.
tenet cōtrariū, dicēs, ꝙ per hāc cōceſsionē illi nō cōpre-
henduntur. quod Pan. tenet: & Card. dicit verius: quia reli
gioſi nō habēt velle. de elect. ſi religioſus. li. vj. & cōſequē
ter nec pn̄t dici volētes, ſcilicet niſi quatenus volūt p̄lati.
7 ¶ Septimò* quæritur, cui fiet iſta præſentatio, ſiue qs in-
telligatur hic nomine prælatorū? Et dico, ꝙ ſecundū Di-
rec. intelligūtur epi, & eorū loca tenētes de iure vel con-
ſuetudine: vt ſunt qui de iure vel cōſuetudine ſede vacā-
te regūt eccleſias: & ſic nomē prælati accipit ſtrictè, ſicut
& de of. or. ſi eps. & de temp. or. cū nullus. li. vj. largè autē
capitur, de of. or. cū ab eccleſiarū. Car. verò dicit hic no-
mine prælatorū intelligi eos, q in loco habēt iuriſdictio-
nem epiſcopalem, vel quaſi, ita ꝙ nulli diœceſano ſubſint
ipſi, nec eorū ſubditi. quod tenet Pā. & ſic quo ad tales nō
ſufficeret licētia diœceſani. Et hęc opi. dicit idē quod pri
8 ma, & aliquid addit. ¶ Octauò* q̄ritur, cui fiet iſta p̄ſenta-
tio, ſi vacat ſedes, vel haberi nō poſsit copia p̄lati? Et dicit
Pan. ꝙ vacāte ſede fiet cap. arg. c. cū olim. de ma. & obe. &
non habita copia prælati fiet, inquit, eius vicario in ſpūali
bus, ſi habet. de tēp. or. cū nullus. li. vj. Si verò nō habet, &
hoc malitioſe facit: debet adiri ſuperior, qui ei⁹ negligē
tiam debet ſupplere. ar. ix. q. iij. cū ſimus. de cōc. præb. qa
diuerſitatē. & idē ſi eſſet excōicatus vel ſuſpenſus. arg. in
9 eo. c. qa diuerſitatē. ¶ Nonò* quærit, quid ſi dicti p̄lati no
lint admittere p̄ſentatos? Et dico, ꝙ ex rationabili cā poſ
ſunt reprobare aliquē ex electis, vt patet in tex. & hoc in
tra triduū à die præſentationis, ſecundū conſtitutionē, in
ter cūctas. quæ qa ſublata eſt, ſecūdū Laud. hoc eſt arbitra
riū. Et ſi loco repulſi alius ſubrogetur: etiā ille ſecūdū gl.
ex cā poterit repelli: nō aūt ſine cā. Si verò prælati abſolu
tè nolūt dare licētiā dicto modo petentibus, nihil refert:
qa eis licētia authoritate apoſtolica conceditur, vn̄ audi-
re pn̄t cōfeſsiones. & hoc, ſecūdū Car. expectato cōgruo
tēpore, quod, vt videt, eſt vſquequo viderint eorū in hoc
firmā ſnīam. Si verò prælati nō expectata præſentatione
pręmonētes, dicāt, nō pręſentetis aliquos, qa nō admitte-
mus: ſecūdū Car. audire poterūt ſine alia p̄ſentatione. Si
verò expreſſe nō recuſant admittere, ſed nō dāt licētiā,
vel negligūt, ſecūdū gl. locū habet hic priuilegiū poſt tri
nā monitionē vel requiſitionē. de ſup. negl. p̄la. c. j. & facit
10 de ap. ab eo. li. vj. ¶ Decimò,* qd ſi fiat cōtētio de nume-
ro admittēdorū, vl̄ idoneitate? Et dico, ꝙ ſi fiat de nume
ro, ſecūdū gl. eps reijcere pōt, ſi vltra modū ſolitū præſen
tent, nec hoc exigit populi multitudo: vn̄ recipiet nume
rū, q ſibi videtur: de reliquis erit recurſus ad arbitriū bo-
ni viri, id eſt, iudicis, qui debet eſſe medius, ſecūdū Car.
Si vero ſit de idoneitate: & ꝓbabiliter coniecturet de ma
litia p̄latorū, ꝙ ideo ſcilicet cōtēdāt, qa nolūt admittere:
credo, ꝙ locū habebit priuilegiū, ſaltē in ſubrogato: quia
nō refert an verbo vel de facto dicāt ſe nolle dare licētiā.
Vbi verò p̄lati bn̄ mouētur, licet cū errore, verū eſt quod
dicit gl. eos repellere poſſe, etiā ſubrogatum. ¶ Vndeci-
11 mò* q̄rit, qd ſi dederint qdē licētiā, ſed deinde reuocaue
rint? Et dico, ꝙ ſine cauſa hoc facere nō pn̄t, ſecundū glo.
Pau. Zen. & Car. Vn̄ nihilominus licētiam fratres habe-
rēt: qa eſſet in fraudē legis: & idē quaſi abſolutè negaret.
Ex cā tn̄ videtur, ꝙ hoc poſsint, ſecūdū mētē p̄dictorū: vt
puta, ſi aliquis ex dictis fratribus poſt licētiā ſcādaloſe cō
uerſaretur, vel efficeretur ſurdus, aut mēte capt⁹, & huiuſ
modi. qa tex. requirit perſonas idoneas, & vita probatas.

RVRSVS de Confeſsore tertiò, quantum
ad eius qualitatem.

1 *Confeſsor qualis eſſe, & quot in ſe habere neceſſariò debeat. Et quid de bene eſſe. Et de ſingulis fuſe diſſerit.*
2 *Confeſſor caſus epiſcopales & papales indagare tenetur. Et an ſic teneatur ſcire epiſcopales, ſynodales, archiepiſcopales.*
3 *Regulæ duæ pro exponēte & exponēdo ad cōfeſsiōes audiēdas.*
4 *Confeſſor in peccato mortali exiſtens, audiendo confeſsiones, an peccet. Et qualiter, ac quoties. Et num ſubditus à miniſtro eccleſiæ in mortali exiſtenti ſacramenta extra neceſsitatis caſum tutò accipiat. Et qui dicatur neceſsitatis caſus.*
5 *Confeſſor à quibus abſoluere poſsit. Et an caſus, qui de iure inferioribus competunt, epiſcopus ſibi reſeruare poſsit: & id quibus caſibus.*
6 *Authoritas, quam epiſcopus, uel alius ſuperior inferiori concedit, quomodo, ac quatenus accipienda ſit.*
7 *Diſpenſare in uotis, aut iuramentis, ſine mandato ſpeciali non licere. ſed nec ab excommunicationibus à ſacerdotibus illatis pro furtis ac damnis, quorum authores neſciuntur abſoluere. Et ibidem multa alia, in quibus ſpeciale mandatū requiritur.*
8 *Officialis epiſcopi, num in præſentijs authoritatem caſuum epiſcopalium habeat.*
9 *Sacerdos, num eum abſoluere poſsit, quem nō ipſe, ſed alius audiat. Et num illam, cum qua peccauit. Et ibidem, an epiſcopus in ſimonia cum eo admiſſa diſpenſare queat. Et ſub hæc quòd diſpenſatio dignitatis ſit abſolutio neceſsitatis.*
10 *Sacerdos in mortis articulo, num quilibet à quolibet quemuis in abſentia propria ſacerdotis, abſoluere poſsit.*
11 *Sacerdos num illum abſoluere poſsit, qui ab aliquo deſiſtere nō uult, quod ſacerdos ipſe mortale credit.*
12 *Confeſſor, num à peccato abſoluere excommunicatum poſsit, quem ab excommunicatione abſoluere nequit. Et de hoc opiniones duæ recitantur.*
13 *Confeſſor, num de omnibus, quæ ſibi in confeſsione dicuntur, eā cognitionē habere debeat, ut ſciat mortalia ſint nécne. Et quid ſi caſus illi dubi⁹ occurrat. Et caſus dubi⁹ quot modis dicatur.*
14 *Confeſſor in confeſsione delinquens ex ignorantia, pro qua culpa teneatur.*
Habẽtur hęc ex c. nihil. de ele. & c. ſi. eo. tit. li. vj. cũ ibi no.
¶ *Septimò* quęritur, in quibus ſeruanda ſunt hęc? Et dico
primò hęc ſeruanda eſſe in oĩbus beneficijs ſimplicibus,
ſecũdũ Gemi. in d. c. ſi. ſiue habeãt curã animarũ, ſiue nõ:
qa cũ in omni beneficio requiratur examinatio, & cõfir-
matio electi, ſeu pręſentati, vel poſtulati, ſecũdũ Io. And.
poſt Hoſt. in c. propoſuit. de cõceſ. prębẽ. ſunt ſeruãda p̄-
dicta. Et ſecũdò ſeruãda *ſunt in hoſpitali.* ſecũdũ Gemi. &
Lap. ſi datur in beneficiũ p viã pręſentationis, vel electio
nis. Secus quãdo nõ datur in beneficiũ: quia tũc fit com-
miſsio, nõ electio, vel collatio, ſeu præſentatio: vt in cle.
6 qa cõtingit. de relig. do. ¶ Octauò,* vtrũ electus admini-
ſtrans poſt cõfirmationẽ, quę fuit nulla, cadat in pœnam.
de qua s̃. in principio? Et dicit glo. in d. c. ſi. ꝙ ſi errauit in
facto: puta, quia credidit factã vocationẽ, & diſcuſsionẽ:
nõ cadit, ſed excuſatur. Si verò errauit in iure: à dicta pœ
na nõ excuſatur. de reg. iur. c. ignorãtia. lib. vj. cũ concor.
¶ Nonò quæritur, vtrũ dicta nullitas cõfirmationis locũ
habeat in poſtulatiõe? Et dicit gl. ibidẽ, ꝙ ſic in admiſsio
ne poſtulationis, q̃ fit à ſuperiore, q poſtulatũ admittẽdo
cõfirmat: ſecus in poſtulatione, quę eſt in eo, qđ poſtu-

latur

latur monachus electus à prælato ſuo. Similiter habet locum in præſentatiōe, vt ille, cui ſit preſentatio, ſeruet decretalē d.c.ſi. Nec obſtat, ꝙ cōſtitutio videtur pœnalis, & cōſequenter nō extēdenda: quia nō eſt pœnalis, cùm nō priuet iure quęſito, ſed quærendo. vide ibi Doct.

DE CONFIRMATIONE DIVINA, quæ eſt ſacramentum.

1 *Confirmatio diuina quid conferat ac præſtet.*

2 *Confirmationis diuinæ, quæ ſint ſubſtātialia. & quot numero. Et quis huius ſacramenti ſit miniſter. Et an Papa poſſit ipſius executionem delegare.*

3 *Confirmationis ſacramentum, an ſit de ſalutis neceſſitate. Et quis ſit eius effectus.*

4 *Confirmationis ſacramentū quibus, & quomodo conferri debeat. Et ibidē ꝙ Archiepiſcopus ſubditos ſuorū ſuffraganeorum, dum uiſitat, confirmare debet. Et quid ſi non ſubditos confirmet; irregularis efficiatur.*

1 CONFIRMATIO* diuina, id eſt, diuina lege ſancita, quę eſt vnū ex ſacramētis eccleſiæ, vt dicit S. Tho. & Pet. de Pal. gratiā cōfert: ſiue in gratia cōfertur, nō ſolùm cōiter, ſicut in quolibet ſacramento cōfertur gratia emūdans à peccato: ſed robur & gratiā ſpecialē, p quā quis deputatur ad officiū ſanctitatis: & idoneus efficitur ad Chriſtum cōfitendū: vnde & de grato facit magis gratū. Et vt dicit Melchiades Papa in c. Spiritus ſanctus. de cōſe. diſt. v. valet ad augmētū gratiæ, ad cōfirmandū in pugna cōtra vitia, & diabolum: & armat ac inſtruit ad hui⁹ mūdi prelia

2 & agones. ¶*Primò verò quæritur, quæ ſint de ſubſtātia huius ſacramēti? Et dico ꝙ ſunt quinq;, ſecūdùm Pet. Duo ſunt ex parte ſacramēti. ¶ Primum, eſt materia chriſmatis cōpoſiti ex oleo oliuarū & balſamo, & cōſecrati ab epiſcopo cōſecrato, & nō electo tātū, quod ſcilicet debet eſſe illius anni: cū ſit minoris neceſſitatis cōfirmatio quàm baptiſmus: & vetus in eccleſia debet exuri. arg. c. quoniā. de ſen. excō. lib. vj. & c. ſi quis de alio. de cōſe. diſt. iiij. Vnde ſi quis etiā ab epiſcopo ſit vnctus oleo pro chriſmate, ſecūdùm Inn. & Hoſt. in c. vnico. de ſacr. vnct. debet iterū liniri chriſmate, repetita illa oratione, Signo te &c. alijs orationibus precedētibus & ſequētib⁹ nō iteratis: ſimiliter ſi quis inūgatur ab epiſcopo & chriſmate, ſed nō cōſecrato ab epiſcopo, nihil ſit, ſecūdū Arch. & alios. ¶ Secundū, eſt forma verborū, quæ ſecūdū S. Tho. Pet. & Al. eſt hæc: cōſigno te ſigno crucis, & cōfirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti amē. Circa quā intelligenda ſunt ſecūdū Albe. omnia quæ dicta ſunt de mutatione formæ baptiſmi. ¶ Duo etiā ſunt ex parte miniſtri. ¶ Primū, eſt dignitas pontificalis; quia ſolus epiſcopus eſt huius ſacramēti miniſter. de cōſe. diſt. v. manus. & c. nouiſſimè. & c. vt ieiuni. Et ſi ſacerdos ſimplex ſine Papę cōmiſſione cōfirmet, nihil agit, ſecūdū omnes. Vtrū aūt Papa eā cōmittere poſſit, ſunt opiniones. Et dicit Pan. in c. quāto, de cōſu. ꝙ cōmittere pōt etiā ſimplici clerico, modò ipſe ſit cōfirmatus. Et idem gl. ibi, & hoc ſequitur Sum. Ro. & Angel. Alij dicūt, ꝙ etiā laico cōfirmato. quod videtur approbare gl. in c. manus. de cōſe. diſt. v. ponēs regulā, ꝙ ex delegatione Papæ quilibet pōt cōferre ſacramentū quod ipſe recepit. Probabilior tū eſt opi. S. Tho. & Pet. de Pa. ꝙ ſacerdoti, & ei ſoli, poſſit Papa hoc ſacramētū cōmittere. Et hoc ſecuta eſt Sum. Piſa. & gl. di. xcv. peruenit. & neceſſe eſt ita dici: vt patet per ea quæ diffusè dicit Pet. de Pal. in iiij. & ſimiliter Capreol. in diſt. vij. ¶ Secūdū, eſt intentio: & de hac multa dicta ſunt ſuprà Baptiſmus. iij. §. xij. & ſeq. ¶ Vnum etiam requiritur ex parte ſuſcipiētis. ſ. ꝙ in fronte chriſmetur, vt dicetur: & cōcordat S. Th. & Albe.

3 ¶ Secūdò* quęritur, vtrū hoc ſacramētū ſit de neceſſitate ſalutis? Et dico, ſecūdùm S. Tho. Pet. & Alb. ꝙ ſic, de bene eſſe: qa adiuuat in ſpirituali pugna: nō aūt ſimpliciter ſiue abſolutè: qa baptizat⁹ ſi ſtatim decedat, ſaluatur, quāuis nō cōfirmatus. de cōſe. diſt. v. Spirit⁹ ſanct⁹. cōtēnens tū illud ſuſcipere, mortaliter peccat: vt colligit ex d. c. cū ibi no. & ex Rich. & prædictis doct. Tūc aūt videtur quis eius eſſe cōtēptor, ſecūdū mentē Pet. de Pal. q dicit, ꝙ ſemel tenetur quilibet cōfirmari ex præcepto eccleſiæ, qū habita ſufficienti opportunitate ſine rationabili cā illud nō ſuſcipit. Propter qđ etiā negligētia cōferendi illud in epiſcopo, ſi ſit notabilis, videtur peccatū mortale. ar. d. c. Spiritus ſanctus. Tertiò quæritur, quis ſit eius effectus? Et dicit Pet. de Pal. poſt S. T. ꝙ eſt triplex. ¶ Primus, eſt impreſſio characteris diſtincti à charactere baptiſmi, & ordinis pſupponētis ad eſſe characterē baptiſmi: & preſuppoſiti de bene eſſe à charactere ordinis, vnde iterari non pōt hoc ſacramētū: quia character eſt indelebilis: imò iterans ſciēter peccaret mortaliter: ſecus ignorāter, vel in dubio: qa nō dicitur iteratū, quod factū neſcitur. ¶ Secūdus, eſt gr̄a ſacramētalis diſtincta à baptiſmali: quia per hoc ſacramentū deputatur homo ad aliquod ſacramētū, qđ dignè ſine gr̄a fieri nō pōt: cū nō ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris. Itē qa deputat ad opus arduiſſimū, & maximæ charitatis. ſ. ponere animam pro Chriſto: & confiteri fidem eius. ¶ Tertius, eſt cognatio ſpūalis, nō ſolùm impediēs matri

4 moniū cōtrahēdū, ſed etiā dirimēs iā cōtractū. ¶* Quartò quæritur, quib⁹ ſit hoc ſacramētū cōferēdū? Et dico, ſecundū S. Tho. & Pet. ꝙ oībus Chriſtianis. de cōſec. diſt. v. oēs fideles. Nā & pueris cōuenieter cōfertur: quia minus habēt fictiōis. Et licet nō tūc, tū fortè poſt habebūt cōfiteri. Tamē qa hoc ſacramētū nō debet iterari: nec ſic præſumitur de cōuerſante inter Chriſtianos, ꝙ ſit confirmatus, ſicut ꝙ ſit baptizatus: ideo nō expedit, ſcđm Archi. ꝙ exhibeatur ante ſeptēniū, vt melius paruuli recordētur gr̄a cuius datur alapa: imò gl. in c. quāuis. de cōſe. diſt. v. videt tenere, ꝙ dari nō debeat ante annū duodecimū: ſed non tenetur vera. Confertur etiā cōiter maſculis, & fœminis: qb⁹ cōis eſt pugna, & fidei Chriſtianæ pfeſſio. Et mōſtroſis, & hermaphroditis, & mutis, quia ſigno poſſunt cōfiteri: & ſurdis, quia cōfiteri poſſunt ore, & ſpūaliter pugnare: & infirmis, ac moriētibus: q licet ſubtrahātur à pugna, tū pergūt ad præmia militātiū: vnde cōſequēter accipiūt Chriſtianæ militiæ ſignū. ¶ Quintò quæritur, quomodo debeat cōferri? Et dico primò, ꝙ propter reuerentiā ſacramēti ieiunis dari debet, & ſuſcipi. de cōſe. diſ. v. vt ieiuni. & c. ſeq. ſed hoc nō eſt de præcepto: vt patet in d. c. vt ieiuni. & in neceſſitate: puta, qa epiſcopus eſt receſſurus, vel huiuſmodi: melius eſt cōfirmari poſt prādiū, q̃ ꝙ quis cōfirmari nō poſſit, ſcđm Albe. & alios. Et idē de omni ſacramento intelligit Archi. vñ poſt prādiū ſine magna, inqt, & iuſta cā nō eſſet faciēda confeſſio, maximè de mortalibus. ¶ Et ſecūdò debet dari cōfeſſio, ſi ſunt adulti, & commiſerūt mortale: vt ī d. c. vt ieiuni. & idē de omni ſacramēto dicendū eſt: nō tū hoc eſt præceptū, niſi in eucharistia, ſed cōſiliū tantùm: preceptū tū eſt cōteri. ¶ Et tertiò dari debet tm̄ in frōte. extrà, de ſa. vnc. c. j. quia datur, vt homo Chriſtū ſine timore, & rubore audacter cōfiteatur: vñ potius debet fieri in frōte, vbi magis apparēt hmōi paſſiōes: quā frontē oportet ligari, quouſq; deſiccet chriſma: & ſeptē dieb⁹, nō qdē ligaturā ferre, ſed caput à lotione ſeruare, ſcđm Archi. poſt Pe. de Pal. ¶ Et quartò, ſecūdùm Pet. dari poteſt omni tēpore. ar. c. omnes fideles. & c. vt ieiuni. & c. ſeq. de conſe. diſt. v. etiā tēpore interdicti: ſicut pōt dari baptiſmus, & chriſma cōfici. de ſent. excō. cum ex eo. & co. ti. quoniā. li. vj. ¶ Et quintò in omni honeſto loco, etiā extra eccleſiā: licet chriſma ſolū in eccleſia cōfici debeat: quia, inquit Pet. quod nō eſt prohibitū, eſt cōceſſum: non debet tū epiſcopus ſecundū Pe. de Pal. extra locū ſuę diœceſis cōfirmare, ſicut nec alia ſacramēta vł ſacramētalia miniſtrare, etiā ſubditis ſuis: ſed nec Archiepiſcopus ſubditos ſuffraganeorū ſuorū debet cōfirmare dum viſitat, nec in ſua diœceſi alterius diœceſani ſubditos. xvj. q. j. interdicimus. tamen confirmando non ſubditos, licet peccet, nō tū efficitur irregularis, & cōfert verū ſacramētū. hæc ille. Sed tamen excipe ſacramētum confeſſionis, qđ epiſcop⁹ ſuo ſubdito vbiq; pōt cōferre.* ¶ Et ſextò debet cōferri ei qui ab alio teneatur congruēter: quia roborando baculus ſuſtentans congruit: quamuis hoc nō ſit de neceſſitate ſacramēti. quia ſine hoc daretur: ſed eſt ex præcepto, ſi adſit facultas. Quæ tētio fieri debet ab vno tantū. de cōſe. diſt. iiij. non plures. vel ab vna, ſicut & in baptiſmo: vt ibidē. & ille debet eſſe cōfirmatus: alioquin peccat: licet pter hoc nō ſit irritū ſacramentū. ea. di. in baptiſmo. nec contrahet iſte compaternitatē ſecundū aliquos. & concor. S. Tho. & Pe. de quo ī. Matrimoniū viij. §. vij. parti. xij. debet etiam eſſe alius ab eo qui tenuit in catechiſmo vel baptiſmo ſecūdū cōſuetudinē eccleſiæ Romanę niſi cogat neceſſitas. de cōſe. di. iiij. in catechiſmo. hodie tū qui tenuit in catechiſmo, tenet in baptiſmo ſine peccato: qa eſt cōſuetudo. Si tū plures ſunt tenētes: oēs efficiūtur cōpatres ſuſcepti. de cogn. ſpi. c. ſi. li. vj. & ideo vir tenere non debet vxorē, vel ecōuerſo, quia oriret impedimētū cognatiōis ſpūalis: nec quis proprium filiū aut fratrē, vel ſororē quia ſufficit inter tales vinculum carnale, ſecundùm Sum. Confeſ.

DE CONFRATERNITATE, CONiuratione, & Conſpiratione.

1 *Confraternitas, coniuratio, & conſpiratio, in quibus conueniant, & quibus differant.*

2 *Confraternitas omnis, an licita ſit. Et an ſtatutum ualeat, quo cauetur, ne quis in fraternitatem recipiatur, niſi certam perſoluerit ſummam.*

3 *Coniuratio & conſpiratio omnis, an ſit illicita. Et quæ coniurantium, aut conſpirantium pœna ſit. Et nu. ſeq.*

1 CONFRATERNITAS,* id eſt, multorum ſimul fraternitas: & cōiuratio. i. multorū ſimul iuratio: & conſpiratio. i. multorū ſpiratio: cōueniūt primò inuicē inquātū oīa hæc importāt volūtariā vnionē multorū in aliquo vno: & ſecūdò inquātū nullū horū dicit aliqd de ſe malū. ſed differūt primò quantū ad nominis etymologiā, vt patuit: & ſecūdò quantū ad rē ipſam. Nā cōfraternitas videtur principaliter importare vnionē ad mutuū amorem: & cōſequēter ad ea q amor requirit: puta defendendū, & obſequendū: cōiuratio verò importat vnionē ad rebellādū vel impugnādū mediāte iuramēto: cōſpiratio autē importat idē ſine iuramēto. Vnde hęc duo pro eodē crimine accipiuntur. xj. q. j. cōiurationū. Sed cōiurare eſt ſimul vel in vnū iurare, & cōſpirare, eſt ſimul vel idē ſpirare. ſecundū gl. in c. conſtitutionē. de ſen. excō. li. vj. vnde oīs cōiuratio eſt cōſpiratio: nō ecōtra. Et qa amor notitiā præſupponit: nō dicunt ſimul ſpirare vel intēdere vnū, ij, quorū vnus de

2 alio notitiā nō habet, niſi per accidēs. ¶ Primò* verò quæritur, vtrū omnis cōfraternitas ſit licita? Et dicit Pe. de Peru. in trac. de canonica portione. ꝙ licita eſt, ſi fiat ex licita cauſa: Et facit gl. in c. ſi qui clericorum. xj. q. j. dicēs, ꝙ fraternitates bonæ admittuntur. xlij. diſt. ſi quis deſpicit. quæ autē fiunt ad malum, prohibentur. C. de monop. l. vnica. ¶ Secūdò quęritur, vtrū liceat confraternitatū ſtatutum, quo cauetur ne quis recipiatur niſi ſoluerit certā ſummā? Et dicit Pe. vbi ſ. ꝙ ſic, ſi propter honeſtā cauſam fiat: puta pro alendis pauperibus, & hmōi. ar. d. c. ſi quis deſpicit. & xvj. q. ij. nō exēplo. Nec obſtat, ꝙ quidā dicunt illud illicitum, quia excludit pietatē receptiōis: quia debet intelligi ſtatutum ſi quis ſoluere poſſit. & ſi aliter intelligatur, eſt illicitum. Et ſic intellige. dicit Lud. de Ro. poſt Arc. ꝙ valet factū per verba affirmatiua: nō aūt ſi fiat per negatiua, ſcilicet nullus admittatur, niſi &c. de ſimo. ad apoſtolicā. Et addit idem Ludo. ꝙ poteſtas inueniēs ſocietatē in qua ſit ſtatutū inhoneſtū: ſtatim pōt eo ipſo caſſare ſocietatē, ſecundū Bar. in l. ſub prætextu. ff. de extraord. cri. & ſequi

3 tur Bal. in c. j. §. cōuēticula. de pa. te. in vſi. feu. ¶ Tertiò* quæritur, vtrū oīs cōiuratio vel conſpiratio ſit illicita? Et dico ꝙ cōiuratio propriè & ſecundū vſum cōem loquentiū eſt illicita ſemper: qa coniuratio eſt: qū aliqui rebelles authoritate in vnū ſe colligēdo iuramēta īter ſe dederūt. xj. q. j. ſi qui clericorū. Cōſpiratio verò eſt fraudulēta cōfœderatio facta in præiudiciū alicuius pſonæ vel dignitatis. xxij. q. v. ſi quis laicus. & eſt palea: & oīs talis ſit ex ſupbia: & eſt illicita, ſecundū gl. in c. exhibita. de iud. Largè tū & præter cōem loquendi vſum cōiuratio & cōſpiratio dicitur, quā aliqui aut cōiurāt aut cōſpirāt in vnū, quod de ſe eſt bonū, vel ſaltem non malū: & talis nō eſt illicita: vt no. gl. in d. c. ſi qui clericorū. & no. Inn. in c. cū L. & A. de ſen. & re iud. & Pan. in c. exhibita. de iud. vt ſi canonici conſpirēt de nō parēdo epiſcopo excōicato: vel nō eligēdo indignū. Quādo ergo aliqui coniurant vt rebellēt prelato vel obediētiæ, & hmōi, ſi eſt coniuratio vel cōſpiratio: & tales ſunt cōſpiratores: vt patet in c. conſtitutionē. de ver. ſig. li. vj. & de ſe hoc eſt mortale peccatū. Si verò dubitatur, vtrū cōſpiratio licita ſit vel illicita: ſemper in dubio præſumitur mala & illicita, ſecundū Innoc. de ſchiſ. c. j. & Vin. in c.

4 ſi. de teſti. co. & Io. An. in c. ij. de verb. ſig. ¶ Quartò* quæritur, quę ſit coniurantiū aut cōſpirantiū pœna? Et dico, ꝙ ſi eſt laicorū contra epiſcopū: debēt excōicari, ſecūdū gl. in c. ſi. de teſti. cog. & ſecundū Hoſt. & Io. An. in vna libra auri cōdēnari ſinguli in cōſtitutione Federici. de pa. tenē. c. hac edictali. & ſi quis tumultū contra aliquē fecerit, vel ſeditioſas voces emiſerit, capitalis eſt pœna. l. denūtiam*. C. de his q ad ec. cōfu. l. j. & ij. C. de ſeditioſis. & ff. de pœnis. l. aut facta. & C. de epi. & cler. l. conuēticula. vbi prohibet cœtus vel turba cōgregari, niſi inueniatur expreſſe cōceſſum. ff. de colle. illi. per totū. cleri verò debēt deponi.

¶ CONIVRATIO. ſ. proximè in princ.

¶ CONSANGVINITAS. vide infrà Matrimonium viij. §. vj.

DE CONSCIENTIA.

1 *Conſcientia, quid propriè ſit. Et applicatio ad aliquē actū moralem quotupliciter fiat.*

2 *Conſcientia erronea, an ad aliquid faciendū liget. Et quomodo ligare dicatur. Et ſub hæc, quod cōſcietiæ erroneæ obligatio maior ſit obligatione præcepti prælati.*

3 *Conſcientiam erroneam num quis deponere teneatur.*

4 *Subditus qualiter ſe gerere debeat, ubi prælatus aliquid, quod ſubditus ipſe legi diuinæ aduerſari credit, præcepit. Et ſub inde quomodo ſcrupuloſa conſcientia deponatur.*

1 CONSCIENTIA* vt tenet S. Th. in j. qō. lxxix. nō eſt potētia propriè, qa deponi nō poſſet: nec habit⁹, qa non eſſet aliquid vnum, ſed multa: cùm multi ſint habit⁹

cognoſcitiui, quibus dirigimur in agendis: ſed eſt actus
ſynterеſis.i.applicatio ſciẽtiæ ad aliqd morale dijudicã-
dũ:vñ eſt quaſi cõcluſio ſyllogiſmi, qua iudicatur aliquid
eſſe bonũ vel malũ,ſiue bene vel malè factum,& hmõi:vñ
dicitur conſciẽtia quaſi concludẽs ſciẽtia. Quę quidẽ ap-
plicatio ad aliquẽ actum moralẽ tripliciter fit. Primò ad
cognoſcẽdũ an ſit factus nécne:ſicut dicitur Gen.xliij. nõ
eſt in cõſciẽtijs noſtris quis poſuerit pecuniã &c.Secũdò,
ad cognoſcẽdũ an actus factus,ſit rectè factus nécne. Ter
tiò,ad cognoſcẽdũ an ſit fiẽdus vel nõ.Et ſic cõſciẽtia ha-
bet tres actus ſecundũ tres applicationẽs:qui ſunt:Primus
quidẽ teſtificari de peccato facto vel nõ facto.Secũdus re-
prehẽdere, remordere,& excuſare vel excuſare de pctõ fa
cto rectè vel nõ rectè.Tertius eſt ligare vel ſoluere reſpe
ctu futuri:qa, ſecundũ oẽs ſanctos,quod eſt cõtra vel præ
ter conſciẽtiam.i.non ſecundũ quod ipſa dictat,eſt pecca-
2 tum,etiã ſi ipſa ſit erronea. ¶Primò* verò quæritur, vtrũ
erronea cõſciẽtia liget ad aliquid faciendũ? Et dico,ꝙ ſe-
cundũ beatũ Tho.in ij.diſt.xxxix.conſciẽtia non ligat vel
obligat virtute ꝓpria,ſed aliena.i.præcepti diuini. quod
patet:quia nõ dictat aliquid faciẽdũ vel non faciẽdũ,quia
ſibi videtur aut nõ videtur:ſed ſub hac rõne,qa eſt à Deo
pręceptũ vel prohibitũ. Imo eſt idem dicere,quod præce
ptum Dei liget,& ſimiliter cõſciẽtia: qa ſi quid ſit præce-
ptũ,& non ſit in ſciẽtia ſiue conſciẽtia alicuius,nõn ligat
illũ,niſi quatenus tenetur ſcire præceptũ:vñ eadẽ eſt vir-
tus,qua pręceptũ & qua conſciẽtia ligat. Igitur ſi quid ap
prehẽdatur vt directè cadẽs ſub Dei pręcepto,& non fiat:
vel ſub prohibitione,& non omittat:eſt cõtra conſciẽtiã,
& peccatũ mortale,ſecundùm oẽs doct. etiã ſi conſciẽtia
erret:quia hoc eſt cõtẽnere Deum & præceptũ Dei quod
creditur eſſe,etiã aliqñ ſi nõ ſit.Si verò aliqd apprehẽda-
tur quidẽ vt faciendum vel omittendũ,ſed nõ quaſi cadẽs
directè ſub diuino præcepto,ſi fiat,vel non omittatur,eſt
pręter conſciẽtiã:nec eſt mortale,ſed veniale peccatũ, &
aliqñ nullũ:vt ſi dictet cõſciẽtia bonũ eſſe,vt fiat aliquod
opus cõſilij.Vnde glo.ſuper illud Ro.iiij.omne quod nõ
eſt ex fide,peccatũ eſt.dicit ꝙ omne quod fit cõtra cõſciẽ
tiam,ædificat ad gehennã.¶Secundò quæritur,qũo erro
nea conſciẽtia liget?Et dico ꝙ conſciẽtia non ligat coa-
ctiuè,quia voluntas eſt libera,& cogi nõ põt:nec per mo-
dũ principalis authoris,quia ſic ligat Deus ſuis præceptis:
ſed ligat primò per modũ ſuppoſitionis ſeu conditionis
vel cõſecutionis alicuius finis:quia.ſ.qui ſalutẽ non aſſe-
quit,niſi fiat quod illa dictat ſi eſt recta,vel eã deponat ſi
eſt erronea:& per modum inſtrumẽtalis agẽtis,eo modo
quo pręco iudicis pceptũ deducẽs ad notitiã alicuius.Ali
ter tñ recta,aliter erronea ligat,ſiue obligat volũtatẽ.Pri-
mò,qa recta ligat ſimpliciter & abſolutè ſemper in omni
euẽtu nunquã deponẽda:erronea verò ligat ſecũdũ quid,
id eſt, ſecũdũ credere hominis,& ſub hac cõditione,ſi du
rat,& ſolũ quandiu durat.Secũdò,quia recta in pręceptis
vel ꝓhibitis à Deo plus ligat quàm præceptũ pręlati:quia
præceptũ Dei,cuius virtute ligat,maius eſt pręcepto pla-
ti.In indifferẽtibus verò ecõtrario plus obligat præceptũ
prælati,quàm propria conſciẽtia:quia in hmõi cõſciẽtia
ſubditi habet ſupra ſe nõ ſolũ Deum,ſed etiam prælatum:
vnde de eius pręcepto nõ habet iudicare. Obligatio vero
erroneę conſciẽtiæ maior eſt obligatione pręcepti præla
ti,qa inteſior:ſed ex alia parte eſt minor,qa ſolubilior:qa
deponi põt erronea conſciẽtia,non aũt obligatio ſubditi
ad prælatũ.Hæc Archid.& Ray.poſt S.Tho.in q. de veri.
Dicit tñ S.Bon.ꝙ erronea conſciẽtia nõ ligat ad faciẽdũ,
ſed ad deponendum. Sed intelligitur,ꝙ nõ ligat abſolu-
3 tè,ſed ſuppoſito ꝙ duret.¶Tertiò*quæritur, vtrũ homo
teneatur erroneã conſciẽtiã deponere? Et dico, ꝙ ſic: qa
ea durãte eſt perplexus,& extra viã ſalutis:qa ſi facit quod
dictat,etiã facit cõtra legẽ Dei:ſi nõ facit,contẽnit Deum,
etiã faciẽdo bonũ:qa credit illud diſplicere Deo,dictan-
te erronea conſciẽtia.Nullus tñ eſt perplexus ſimpliciter
inter duo mala:ſed ſolũ ex ſuppoſitione erroneę conſciẽ
tiæ,vt dictũ eſt,vel alicuius obſtinatiõis:ſicut qui nõ vult
relinquere pctm̃, perplexus eſt hoc ſuppoſito,& peccat ſi
ue cõmunicet in paſcha, ſiue nõ:ſed vterq; horum põt,&
tenetur deponere:vñ non eſt perplexus ſimpliciter,ſed ex
ſuppoſitione. ¶Quartò quæritur, qũo ſe debeat habere
ſubditus,ſi ꝑlatus aliquid præcipiat,quod ſubditus credit
aduerſari legi diuinæ? Et dico ꝙ, ſecundũ omnes, ſi cer-
tus eſt,illud eſſe contra legẽ Dei,nõ tenetur obedire:& ſe
cundùm oẽs,ſi eſt de hoc dubius,quia.ſ. non pendet plus
notabiliter ad vnã partẽ,quàm ad aliã,tenetur obedire:ſi
verò opinatur,ita ꝙ neſcit,nec dubitat,ſed credit,diſtin-
guẽdũ eſt:quia ſi credit ex leuibus,tenetur tale iudicium
deponere ad conſiliũ vel pręceptũ pręlati,& obedire:& ſi
militer ſi credit ꝓbabiliter,& excuſatur ꝓpter obediẽtiæ
bonũ:quia certus eſt,ꝙ tenetur obedire: non autẽ eſt cer
tus ꝙ hoc ſit contra legẽ Dei,ſed opinatur tantùm. Cõfir
mat iſta determinatio primò,quia S.Bon.in ij. diſt.xxxix.
dicit ꝙ tenetur conſciẽtiã deponere,niſi clarũ foret illud
contra legẽ Dei:& ſi neſcit iudicare,debet conſulere peri
tiores,vel Deũ per orationẽ.Et ſecũdò,quia de ſen.excõ.
in c.inquiſitioni.quærẽti an alter coniugũ ſciẽs impedi-
mentũ,teneatur reddere debitũ.reſpondetur,ꝙ nec tene-
tur,nec põt reddere,ſi hoc ſcit pro certo:etiã ſi inde excõ
municetur.Si verò hoc credit leuiter & temerariè:depo-
ſita credulitate ad cõſiliũ paſtoris reddere & exigere põt.
Si verò credit probabiliter & diſcretè, licet nõ euidẽter,
reddere,ſed nõ exigere põt,ne agat cõtra legẽ coniugij,
aut cõſciẽtię iudiciũ.hęc ibi.Sicut aũt tenet ſubditus red
dere debitũ pręlato:ita coniũx cõiugi. Quomodo autem
deponatur ſcrupuloſa cõſciẽtia,vide Arc.prima parte.tit.
iij.ca.x.§.x.pulcherrimè & ſecurè.vide etiã ĩ.Scrupulus.

DE CONSECRATIONE PRAELATORVM.

1 *Conſecratio epiſcoporum & ſuperiorum prælatorum quæ,ue-
lut ſubſtantialia exigat.*
2 *Conſecratio prælatorum abs quo fieri debeat.* Et *ubi.nu.ſe.* Et
quando ſint prælati conſecrandi.nu.4.
5 *Conſecratio prælatorum qualiter facienda ſit.*

1 CONSECRATIO primò*epiſcoporũ & ſuperiorũ ꝑ
latorũ,quędã exigit quaſi de ſubſtãtia ſua.Nã primò
cõſecrandus inungitur chriſmate caput:& ſecundò ponit
liber ſuper ceruicẽ eius:& tertiò conſecrat à trib᷒,quorũ
vnus eſt principaliter cõſecrãs,totã cõſecrationẽ pficiẽs,
aliter nihil fit:vt ſi vnus agat partẽ,alius aliã,licet oẽs cõſe
crationẽ pronũtiẽt:imò nihil agitur,ſi vnus imponat ma-
nũ,& alius bñdicat:ſed oportet,ſecundùm Hoſt.& Gofr.
vnũ principaliter totã cõſecrationẽ perficere,& alij ſunt
quaſi coadiutores.Vel ſecundũ Hug.& gl.Ray. oẽs cõſe-
crãt:& ſunt tres actiones,& vna paſſio:ſicut cũ tres ferunt
lapidẽ:ſed primũ eſt melius.Et ſecundũ,tertiũ, ſecũdùm
Hoſt.ſunt de ſubſtãtia.Et intellige,ꝙ à fortiori primũ:ita
ꝙ ſine his nõ cõſecratur epiſcopus.Vñ ſi cõſecretur à pau
ciorib᷒,nihil ageret,ſcdm gl.in c.epiſcopi.de tẽp.ordin.
& ſecũdũ gl.Ray.Vñ dicit Hug. di.lxvj.in c.porro.ꝙ ſi in
mũdo nõ eſſent niſi duo epi,conſecrari nõ poſſet epiſco-
pus, donec papa aliũ inſtituerit,vel eo mortuo gñalis ec
cleſia

ſia mutaret hãc formã traditã ab apoſtolis: & inſtitueret,
ꝙ eps cõſecraret epiſcopũ,vel etiã presbyteri,ſecundùm
Hoſt. Si aũt nec epiſcop᷒,nec presbyter eſſet:& tũc dicit
implorãdũ eſſe diuinũ iudiciũ qd agendũ eſſet.Pet.tñ de
Pal.dicit in lib.de poteſtate Papæ,ternariũ numerũ nõ eſ
ſe de ſubſtãtia cõſecratiõis. Vnde & Greg.in hoc legit in
2 Anglia nouiter cõuerſa diſpẽſaſſe. ¶Primò * quæritur, à
quo fieri debeat pręlatorũ cõſecratio? Et dico,ꝙ Papã cõ
ſecrãt epi cardinales, q in hoc vicẽ obtinẽt metropolita
ni.diſt.xxiij.in noĩe dñi.vel etiã ille quẽ vult, cùm ſtatim
poſt electionẽ habeat plenitudinẽ poteſtatis,vt ibi: ex cõ
ſuetudine tñ,vt dicitur,eſt eps Hoſtienſis. Primates verò,
& metropolitanos cõſecrãt tres epiſcopi eorũ ſuffraga-
nei, oĩbus alijs ſuffraganeis pſonaliter aduenientibus, niſi
eſſent neceſſitate impediti, quo caſu p literas cõſentiãt.
lxiiij.diſt.qa.& di.lxvj.archieps.& c.porrò.& de tẽp.or.ſi
archiepiſcop᷒. & cũ primatis cõſenſu,ſi cõſecrat metro-
politanus. diſt.lxv.placet. ita ꝙ ſine eo nõ recipit execu-
tionẽ cõſecratus:vt no.Inn.in c.ne epi. de tẽp.ord. Et li-
cet ita ſit de mero iure:hodie tamẽ,ſecũdũ Ray.ex cõſue
tudine,quaſi nullus archieps, patriarcha,vel primas cõſe-
cratur niſi à Papa,vel ab alio de eius mãdato.arg.xxiiij.q.
j.pudẽda.quę tñ cõſuetudo,ſecũdũ glo. eius nõ eſt gene-
ralis. Et idẽ puto de cardinalibus.arg.c.pudẽda.xxiiij.q.j.
& quod ibi no.& idẽ dicit Pan.in c.meminimus.de ac.de
quolibet prælato cõfirmato à Papa: qa benedici, aut cõſe
crari nõ põt p inferiorẽ,niſi de licẽtia Papæ: vt in c.cũ di
ſtribuẽdis.de tẽp.ord.niſi aliud habeat cõſuetudo,ꝙ ſi ab
alio forſan cõſecrarẽtur,parũ prodeſſet:qa anteq̃ poſſent
ſe archiepiſcopos,vel patriarchas noĩare, & plura alia fa-
cere,oporteret eos palliũ habere à Papa: niſi fortè habe-
rẽt ab aliquo de quatuor patriarchis principalib᷒.de quo
vide ĩ.Palliũ.& ĩ. Patriarcha.Epm verò,ſi eſt exẽptus,cõ-
ſecrat Papa,vel alius de eius mãdato,ſecũdùm Al.Si verò
nõ ſit exẽptus, eũ cõſecrabit archieps cũ duobus prouin-
cialibus epiſcopis , aut tres cõprouinciales epiſcopi ex
iuſſu archiepiſcopi: ita tñ ꝙ oẽs epiſcopi cõprouinciales
ſunt p epiſtolã requirẽdi,vt conſentiãt: vt in c.ne epi. de
tẽp.ord.vbi dicit Inno. ꝙ ſi qs epiſcoporũ cõprouincia-
lium cõtẽnatur in cõſecratione archiepiſcopi,vel epiſco-
pi:poterit agere,vt officij executione priuetur:ſicut in e-
lectione agitur,vt caſſetur.de elect.quod ſicut.ar. de ele.
3 cũ in veteri. de arbi. cũ olim.lxv. diſt. nõ debet. ¶*Scdõ
quęritur,vbi fieri debeat pręlatorũ cõſecratio?Et dico,ꝙ
Papa in ſua eccleſia cõſecrãdus eſt,ſi fieri põt: aliàs ĩ qua-
cũq; etiã extra vrbẽ.diſ.xxiij.in noĩe dñi. primas verò,pa
triarcha, & metropolitanus, in ꝓprijs eccleſijs,niſi aliud
inducat neceſſitas:vt in d.c.pudẽda.& in c. ſi archieps. de
tẽp.ord.vel niſi aliud habeat conſuetudo probata, etiã in
cõſecratione Papæ,ſcdm gl.Ray.& Sũ. Cõfeſ. Epiſcopus
aũt cõſecrãdus eſt, vbi metropolitanus elegerit. diſt.lj.c.
vl.in fi.niſi aliter habeat cõſuetudo ꝓbata, ſecũdùm glo.
Ray.& ſi alibi fuerit cõſecratus:debet ſecundũ Ray.intra
tres mẽſes à cõſecratiõe ſe pſentare metropolitano ſuo.
4 diſt.lxiij.cũ longe.¶Tertiò*quæritur,qñ conſecrãdi ſint
prædicti prælati? Et dico,ꝙ die dominica, hora tertiarũ.
diſt.lj.qui in aliquo.diſt.lxxv.quod die. & c.ordinatiões.
& hoc intra tres mẽſes à cõfirmatione ; nec vltrà differri
debet, niſi ſuadeat neceſſitas.diſt.lxxv. qñ quidã. vbi nõ
dicitur poſt cõfirmationẽ:ſed tñ à confirmatione hoc tẽ-
pus incipit cõputari,ſecũdùm glo.Ray.& Hug.ibi, & nõ
à tẽpore electionis : quia ante cõfirmationẽ cõſecrari nõ
potuit: ideoq; tẽpus illud computari nõ debet : ſicut nec
tẽpus ſuſpẽſiõis in cõſecratiõe beneficiorũ.de cõceſ.præ
ben.qa diuerſitatẽ. Ray. tñ tenet illud cõputandũ eſſe à
electione.quod poteſt eſſe verũ,qñ fuit negligẽs ad petẽ
dam confirmationẽ:quia & illud tẽpus ſuſpẽſionis cõpu-
tatur negligẽti petere abſolutionẽ, ſecũdũ glo. in d.c. qa
diuerſitatẽ.Et ſi vltra differat,cõmunione priuatus expe-
ctatur per duos mẽſes, intra quos ſi morã nõ purgauerit:
cedat metropolitani iudicio,nec ibi,nec alibi poſtea cõ
ſecrabitur, niſi fuerit legitimè impeditus:vt in d.c.qñ.&
5 diſt.xlv.quoniã. ¶Quartò*quæritur, qualiter fiet præla-
torum cõſecratio? Et dico,ꝙ eo modo,quem epiſcopi ha
bent in ſuis ordinarijs:de quo etiã xxiij.diſt. q eps.& diſt.
lxxv.ordinationes.& de ſacra vnct.cũ veniſſet.Nec eſt ne
ceſſe cõtinuare ieiuniũ à ſabbato, vſq; ad cõpletã ordina
tionem fiendã in dominica nihil comedẽdo:quia etiã in
ipſa dominica ante prandiũ intelligitur eſſe ieiunus,qui
in ſabbato pranſus eſt,ſecundùm Ray.& Sum.Confeſ.

RVRSVS ſecundò,de Conſecratione,& Recon-
ciliatione ſacrorum locorum.

1 *Conſecratio locorum ſacrorum triplex eſſe dicitur.* Et *an in cõ-
ſecratione miſſa ſit de ſubſtantia.*
2 *Conſecrari eccleſia à quo, qualiter,& quando debeat.* Et *quis
conſecrandi modus,remiſsiuè.*
3 *Conſecratam eccleſiam eſſe,quomodo præſumatur.*
4 *Conſecratione eccleſia quibus caſibus egeat , aut propter exe-
crationem,aut non factam conſecrationem.*
5 *Conſecrata eccleſia polluta, quibus caſibus reconciliatione ege
at.& ibidem quòd quinq; caſibus: de quibus ſigillatim.* Et *an
pollutio in ſomnis uiolet conſecrationem.*
6 *Eccleſia non conſecrata, quomodo uioletur.*
7 *Eccleſia conſecrata, uel non conſecrata, ſi polluatur,quomodo
reconciliari debeat.*
8 *Eccleſia à quo reconciliari poſsit.*
9 *Celebrantis in eccleſia conſecrata polluta , ante reconciliatio-
nem,quænam ſit pœna.*

1 CONSECRATIO*ſecundò.ſ.ſacrorũ locorũ,eſt tri-
plex.Prima ſcilicet cœmeterij,de qua ſ.Cœmeteriũ.
& ſecunda altaris,de qua ſuprà,Altare.p totũ.& tertia ec-
cleſiæ, quę alia eſt:vñ vna ſine reliqua fieri põt. extrà,eo.
c.j.Vñ nũc de cõſecratione,execratione,pollutione,recõ
ſecratione, & recõciliatione eccleſiarũ agendũ eſt. Quæ
cõſecratio ſine miſſa eſſe nõ debet.de cõſe.diſt.j.c.ij.& c.
de fabrica.in fi.tñ hoc nõ eſt de ſubſtãtia cõſecratiõis,ſe-
cundũ Ber.& Hoſt.in c.qd ſicut.de elect. q dicũt,ꝙ miſſa
ſecundũ cõſuetudinẽ eccleſiæ Romanæ dici debet à cõſe
crante : tñ ſi aliter fieret, teneret. Idẽ ſenſit Hugo,dicens
ſufficere, ſi presbyter cãtet. Et debet tũc.ſ.in cõſecratiõe
eps ſupplere,ſi dotẽ cõpetẽtem nõ petiuit in lapidis pri-
marij poſitione : quia ad hoc tenetur fabricator, & eius
hæres.x̃.eo.cũ ſicut.j.q.ij.placuit.& ad hoc cõpelli põt,ſe
cundùm Pan.in c.cũ ſicut.de cõſe.eccle.vel alta.Et debet
dos eſſe tanta, ꝙ inde viuere poſſit vnus presbyter cũ mi
2 niſtro,habito reſpectu ad obuẽtiones ſpũales. ¶*Primò
verò quærit, à quo debeat eccleſia cõſecrari ? Et dico, ꝙ
à ſolo epiſcopo.de cõſe.diſt.j.nemo. ab epo, inquã pro-
prio,& nõ alieno,niſi de licẽtia ꝓprij:qa extra propriam
diœceſim eps eccleſiã nõ cõſecrat.de cõſe.eccle.vel alta.
tua fraternitas. nec hoc eps põt alteri delegare, niſi epo,
ſicut nec recõciliationem.extrà eo. Aqua. licet ſecũdùm
Inno.de licẽtia Papę ſacerdotes ſimplices recõciliare poſ
ſint aqua prius p epiſcopũ benedicta.¶Secũdò quęritur,
qñ & qualiter debeat cõſecrari ? Et dico,ꝙ omni tẽpore,
tã feſtiuo,quàm nõ feſtiuo cõſecrari põt:vt in c.tua frater

nitas.de cōſe.ecc.vel al.Modus aūt cōſecrandi eſt, q tradi
tur in epiſcoporū paſtorali.de cōſe.diſt.j.oēs Baſilicę.ſed
3 à paſtorali nō eſt recedendū. ¶ Tertiò* quæritur, quomo
do eccleſiā eſſe conſecratā præſumitur? Et dico ſecūdùm
Inno.& Ray.ꝙ præſumitur cōſecrata.Primò,quādo appa
ret de hoc aliqua ſcriptura in dotationis inſtrumento, vel
libris eccl'iæ, vt in colūna, aut tabula marmorea, vel dicti-
tijs: vel etiā ſi apparet vnus teſtis de viſu, vel auditu.de cō
ſe.diſt.j. ſolēnitas dedicationū.& c.eccleſiæ.& xxiiij.q.ij.
ſanè profertur.ibi, in ſacris dictitijs. quæ dictitiæ, ſecūdū
glo,Ray.ſunt colūnæ eccleſiæ, vel ſecundū glo. in d.c.ſa-
nè, ſunt tabulæ, dictæ à dico dicis. Et ſic ſerua regulā, quā
ibi habes, ꝙ vbi nō agitur de præiudicio alterius, ſculptū
ra in lapidē, vel vnus teſtis fidē facit, & ſufficiūt huiuſmo
di probationes ſemiplenæ.Secus vbi eſſet de hoc cōtētio
4 per quā iſta probatio tolleretur. ¶ Quartò* quæritur, qui
bus caſibus eccleſia indigeat cōſecratiōe, propter execra-
tionem, vel nō cōſecrationē? Et dico, ꝙ ſecūdùm iura, &
doct.in c.ꝓpoſuiſti.de cōſe.eccl.vel alt.ſunt tres. ¶ Prim⁹
eſt, ſi neſcitur, vel dubitatur an fuerit cōſecrata: nec appa
ret aliqua probatio de dictis. §.priore.de cōſe. diſt.j.ſolē
nitatis. ¶ Secūdus eſt, ſi fuit eccleſia cōbuſta, ita ꝙ cōbuſti
ſint parietes, vel notabiliter decruſtati in toto, vel parte
maiori.de cōſ.diſt.j.eccleſijs. cū glo. Ratio ſecūdū Pan.in
d.c.propoſuiſti.eſt: quia eccleſiæ cōſecratio in exteriori
parte cōſiſtit, vbi linitio, & cruces fiūt. Secus autē ſi tectū
cōburatur: quia nō eſt reconſecrāda: vt in c.in ligneis.de
cōſ.eccl.vel al. ¶ Tertius eſt, ſi parietes in toto, vel in par
te maiori corruerint: ita ꝙ nouiter oporteat eos ſimul re
ficere, etiā ex lapidib⁹ eiſdē.de cōſ.diſt.j.de fabrica. Sec⁹
ſi corruerit ſolū tectū: in d.c. in ligneis. Si verò parietes
ſucceſſiuè ruant, & ſucceſſiuè reparētur ꝑ ſingulas partes
paruas, ſeu minores: ſunt duæ opiniōes. Nā prima dicit, ꝙ
nō ſit recōſecrāda, ſed recōciliāda ſolū cū aqua exorciza
ta, & ſolēnitate miſſæ: imò etiā de recōciliatione nō eſſe
ius expreſſum, ſed tñ hoc tutius, & deuotius eſſe: vt dicit
Hoſt.quā opinionē tenuit gl.in d.c. ꝓpoſuiſti.& Sū.Cōſ.
& Sū.Piſ.& Arch. & Pe.de Pal.& cōiter doctores priores.
Et ratio eſt: quia ſemper eſt eadē eccleſia. Sicut nauis to-
ta reparata, ſed ſucceſſiuè, dicitur ſemper eadē: vt in l.ꝙ
in rerū.ff.de leg.j. Et ſicut populus dicitur ſemp idē, licet
aliqui naſcātur, & moriātur alij: vt in l. proponebat.ff.de
iudi.Secūda verò opinio dicit, ꝙ indiget recōſecratione:
quā ſequit̄ Inn.in rub.eo.tit.& Pan in d.c. propoſuiſti.di-
cēs, ꝙ in iſtis ſpiritualibus cōſideramus veritatē, & nō fi-
ctionē: in veritate aūt nō eſt illa eccleſia, ex quo nouiter
ex toto, vel maiori parte refecta eſt, licet ſucceſſiuè. Et ne
gari nō pōt, quin conſecratio, quæ in antiquis parietibus
cōſiſtebat, ſublata ſit. Et hāc opinionē ſequit̄ Sum.Ang.&
Roſ. Sed in veritate prima opinio habet pro ſe veritatē,
qđ patet: qa omnis cōſecratio eſt indelebilis, manēte ſub-
iecto: vt patet per S.Tho.ij.ij.q.xxxix.arti.iij.q.lxiij.art.v.
q.lxxxij.ar.viij.iiij.diſt.iiij.q.j.ar.iij.c.iiij. & in quarto.cō
tra gētil.c.lix. qđ aūt ſucceſſiuè reparatur, eſt eadē res nō
ſolū fictè, ſed verè: quia eſt eadē res, nō ſolū ſecūdū leges
& canones, ſed ſecūdùm Philoſophos: vt de igne exēplū
ponit Ariſtoteles: & idē patet de eodē hoīe, cuius partes
corrūpūtur ꝑ calorē naturalē, & generātur per potentiā
nutritiuam. Et ratio eſt: quia ſemper pars addita efficitur
vnū cū priore, & eadē forma ꝑficitur, & eodē nomine cē-
ſetur: ſicut in homine, q à principio ſuæ cōceptionis for-
tè eſt magnus, vt muſca: & in tāto cremēto ſemper partes
additæ ꝑ animā informātur, & dicūtur caro humana. Se-
cūdò patet: qa in his, quę fiūt vnū, dignius trahit ad ſe mi
nus dignū. ſicut s̄.de aqua benedicta dictum eſt. vide ibi.
Nec tñ ſi paruæ parti parietis eccleſiæ addat̄ magna, erit
totus cōſecrat⁹: qa pars maior nō accedit ad formā mino
ris, ſed ecōuerſo: ſicut Tanagrū, & Ticinū, & oīa flumina
Lōbardiæ trahūtur ad formā, & nomē Padi, iūcta Pado: &
nō ecōuerſo. Et quod dicit Pan. ſublatā cōſecrationē an-
tiquā, nō eſt verū: qa addita vna parua parte parieti anti-
quo, cōſecratio ſtatim extēſa fuit ad illā quātū ad virtutē,
vel acceptationē diuinā, q data eſt parieti toti ad linitio-
5 nē lapidū aliquorū: & ſic de alijs. ¶ Quintò* quæritur, in
quibus caſib⁹ eccleſia cōſecrata polluta ſit indigēs recōci
liatione, & nō cōſecratiōe? Et dico ꝙ ſunt quinque, licet
reducātur ab aliquib⁹ ad pauciores. ¶ Primus eſt, propter
homicidiū.de cōſe.eccl.propoſuiſti. Intellige in eccleſia
perpetratū, cū volūtaria occidētis irreuerētia, etiam ſine
ſanguine: vt dicit gl.in c.vnico.eo.tit.lib.vj. Vt ſi poteſtas
ibi furē ſuſpēdat, etiā nullo ſanguine fuſo. Vnde nō viola
tur per homicidiū caſuale: puta, lapide cadēte de pariete,
ſecundū Hoſt.& Hug. ſimiliter nec ꝑ factū cōtra ſeipſum
ex amentia furiæ, ſcđm eoſdē. Secus ſi quis ſeipſum ſanæ
mētis ex ira occidat, aut vulneret, & ſit publicū, ſcđm Ge
mi.in d.c.vnico. Nec ſi fiat ad defenſionē, ſcđm Inn.intelli
ge præciſè. Secus ſi dominetur libido vindictæ, vltra mo
deratam tutelā. Nec ſi compleatur in eccleſia per vulnus
alibi acceptū ſine irreuerētia eccleſiæ, etiā ſi ſanguis fluet
in eccleſia. Secus ſi vulnus accipiatur in eccleſia, & mors
alibi ſequatur, nullo ſanguine fuſo in eccleſia, ſcđm Di-
rect.& glo.vbi s̄. Nec ſi quis ſupra eccleſię tectū occidat̄,
ſecūdùm glo.vbi s̄.& Hug. quia factum videtur extra ec-
cleſiā. Et idē eſt ſi qs occidatur ſub eccleſia, ſecūdùm glo.
in c.vnico.eo.tit.li.vj. Nec ſecūdùm aliquos, ſi martyr ſit
qui occiditur: quia taliū ſanguine conſecratur eccleſia, &
nō polluitur: tamē verius eſt, ꝙ non polluit eam ſanguis
effuſus, ſed iniqua effuſio: & indiget recōciliatione, ſecū
dùm glo.in d.c.vnico. licet, vt dicit, lauādus nō ſit locus,
vbi ſanguis effuſus eſt. Et idē dic, ſi tale homicidiū ſit ſine
effuſione ſanguinis: qa iniuria eſt par. ¶ Secūdus caſus eſt
propter ſanguinis effuſionē in eccleſia factam. extrà eod.
propoſuiſti. Et intellige enormē, & volūtariè irreuerētē
ſiue iniurioſam. nō autē ſi effuſio ſit modica, ſecūdū oēs:
quia, vt not.Panor.in d.c.propoſuiſti.effuſio abundantiā
ſignificat. pro quo vide bonū tex. cum glo.in c.cum illo-
rum. §.quod ſi clauſtrales: de ſenten.excō.nec ſi ſit facta à
furioſo inſanæ mētis: vel à caſu, ſecundū Hugo. de conſe.
diſt.j.eccleſijs.& Hoſt.in c.ſi eccleſia. de conſec.eccle.vel
alta. Secus ſi quis ſanæ mētis ſeipſum vulneret, ſecūdùm
Gemi.vt dictū eſt. Si aūt vulnus fiat in eccleſia, vel cœme-
terio, & non effundatur ibi ſanguis, vel nō labatur ad ter
ram, vt qa colligitur in ſcutella: eccleſia violatur, & recon
ciliabitur, ſecūdùm glo.in d.c.vnico.& Pan.in d.c.propo
ſuiſti. vbi dicitur eccleſia violari recōciliāda propter ho-
micidiū, & vulnera, non diſtinguēdo an fuerit ſanguinis
effuſio nécne. licet ſine ea vulnera nō fiāt, vt dicit Pan.&
ꝓpterea alia iura faciūt mētionē de ſanguinis effuſiōe, vt
extrà eo.c.fi.& d.c.vnico.propterea etiam dicit Pan.ꝙ ex
corporali iniuria citra ſanguinē eccleſia nō violat̄, vt in-
digeat recōciliatione. ¶ Tertius caſus eſt, ꝓpter adulte-
riū, vel ſeminis effuſionē: extrà, de adul.ſignificaſti. & de
conſe.diſt.j.eccleſijs. Et intellige primò ſeminis humani,
ſiue fidelis, ſiue infidelis: & ſecūdò ꝙ ſit effuſio magna: qa
ſecundùm Aſten. propter modicam humectationem nō
eſſet recōcilianda: & tertiò cum irreuerentia voluntaria:
vt quot

vt quoties illicitè fit per mollitiē, aut quęcūq; coitū cum
fœmina vel maſculo, ſecūdū omnes: & ſimiliter ſi fiūt per
licitū coitū matrimonialē: licet in hoc ſint opiniones, qui
buſdā tenentibus ꝙ violatur: vt Ioan.& iterū Ioā.Andr.&
hāc opinionē ſequutus eſt Archi.& Sum.Piſa. quibuſdam
verò dicētibus ꝙ nō: vt no.gl.ſecūdū Hu.in c.eccleſijs. de
cōſe.diſt.j.quā opinionē ſequitur Sum. Roſ.cui repugnat
Sum.Ang.quæ tenuit primā: & ad aliud extremū tendens
cōtra omnes doctores, hoc extēdit etiā ad pollutionē in
ſomnis, & generaliter omnē humanam pollutionē. Vnde
dico, ꝙ pollutio in ſomnis nō violat, ſecūdū Verne.& oēs
cōtra Angelicā: & violat act⁹ matrimonialis ſecūdū prędi
ctos, & S.Tho.& Petrū contra Roſ.qui etiā hoc falſò im-
ponit Io.imo nec Hugo hoc tenuit: quia ſecūdū Sum. Cō
feſ.videtur loqui de recōſecratione. Nec valet motiuum
Roſ. Nā pollutio, inquit, vigilātis eccleſiā violat: non autē
dormiētis, etiā ſi ſit manifeſta: ꝙ ideo nō eſt, niſi quia pri-
mū eſt cū peccato, ſecundū nō: & ſic eſt de actu cōiugali.
Dico enim hoc eſſe, quia fit cū irreuerētia volūtaria, etiā
ſine peccato: ſicut de iuſta occiſione dictū eſt. Vnde in ca-
ſu neceſſitatis: qui ſcilicet irreuerentiā tollit: vt ſi cōiuges
longo tēpore in loco ſacro obſidētur, & illicita emiſſione
ſeminis ſibi timent: crederē eccleſiā nō violari: quia ſi nō
violat effuſio ſanguinis facta ad cōſeruationē vitæ corpo
ralis, ſecundū Inn.quare violabit effuſio ſeminis ad cōſer
uandā vitā ſpiritualē? vide j.Debitū. §.iij. De his tamen ſic
dicit Arch. Quando vitia hæc in eccleſia cōmiſſa, ſunt oc
culta, vt dicit Gul.& Hoſt.in Sum.nō indiget recōciliatio
ne.& idē tenet Io.And.in vj.eo.tit.licet Hoſt.in gl. magis
ſuſtineat contrariū.hæc ille. Et idē tenet gl.in c.vnico.eo.
titu.lib.vj.& habetur ex d.ca.ſignificaſti.in ver.publicè.&
fiūt hæc publica vel ex cōfeſſione eorū qui fecerūt, vel ex
rei euidentia. Et hoc intelligo verū non ſolū in effuſione
ſeminis, ſed etiā in effuſione ſanguinis, & in alijs caſibus,
quibus polluitur. quod patet ex ratione Ioā.And.quia, in-
quit, eccleſia nō iudicat de occultis. ¶ Quartus caſus eſt,
quādo in ea ſepelitur excōicatus: quia ſi erat cōſecrata, re
cōciliāda eſt, & prædictorū corpora proijciēda, ſi diſcerni
poſſunt ab alijs.de cōſ.diſt.j.eccleſiā.de cōſe.eccle. vel al.
cōſuluiſti. Et idē ſi in ea ſepultus fuit pagan⁹ vel infidelis.
quo caſu nō ſolū corpus eijciēdū eſt, ſed etiā ſunt radendi
parietes & tigna: et in d.c.eccleſiā.ſecundū Io.An. in d.c.
propoſuiſti. imò etiā qñ ſepelitur ibi excōicatus, ſecundū
Ho.quod tñ Pan.nō placet: quia per abraſionē parietū vio
laretur cōſecratio: & nō eſſet recōciliāda ſolùm, ſed recō
ſecrāda: caput aūt, eccleſiā.loquitur, vt dicit, in eccleſia nō
dū conſecrata: quo caſu ſeruādū eſt quod dicit Io.And. Et
ſi paganus ſit in vtero mulieris fidelis ſepeliēdæ: vt qñ mo
ritur pugnās: ſecūdū Goſ.& Ber.ſepelietur in eccleſia: qa
factus eſt pars vētris.de cōſe.diſt.iiij. ſi qua & hoc.ſecūdū
Ho.ſi certū eſt fœtū eſſe mortuū: nec inde exhumabitur.
Sed ſi certū eſt ꝙ viuat, aut dubitatur: ſcindetur mulier.ff.
de mor.infe.l.ij.idē Dir. ¶ Quintus eſt, ſi eccleſia, & idem
de altari & cœmeterio, ab epiſcopo publicè excōicato cō
ſecrētur, vel etiā benedicant̄: quia ante recōciliationē nec
celebrari nec ſepeliri ibi aliquis debet.ar.d.c.cōſuluiſti.&
ibi Pa.reddit rationē poſt Hoſt.quia ſi ſepultura corporis
excōicati polluit ipſum locū, à fortiori qñ ipſa cōſecratio
trāſit per manus excōicati notoriè. ¶ Sext⁹ eſt, ſecūdū gl.
in d.c.propoſuiſti.qñ parietes ſucceſſiuè reparantur: quo
caſu ſecūdū Sum.Ang.eſt recōſecrāda: ſecūdū alios verius
nō eſt etiā recōciliāda neceſſariò: qa hoc nullo iure caue-
6 tur, & de hoc s̄. §.iiij. ¶ Sextò* quæritur, qūo violetur ec-
cleſia nō cōſecrata? Et dico, ꝙ violatur ſeminis & ſangui-
nis effuſione.de cōſe.ecc.vel alta.c.fi. Itē qñ in ea ſepelitur
excōicatus: vt patet de cōſe.di.j.in c.eccleſiā.iuxta intelle-
ctū Pa. Itē qñ ab epiſcopo excōicato notoriè benedicitur
ſiue recōciliat̄: quia ſecūdū regulā Pan. in d.c.cōſuluiſti.
ea quæ cōſiſtūt in exterioribus benedictionib⁹ & cōſecra
tionibus, facta per notoriè excōicatū, nō debēt per fideles
exercitari ante recōciliationē. Per reparationē aūt parie-
tū aut eorū diruptionē vel cōſtructionē cœmeteriū vio-
7 lari, nec legi, nec credo. ¶* Septimò quæritur, qūo recon
ciliari debet eccleſia cōſecrata, vel nō cōſecrata, ſi pollua-
tur? Et dico, ꝙ conſecrata recōciliari debet eo modo, quo
dicitur in paſtorali: & ſimiliter cœmeteriū: de recōcilia-
tione verò nō cōſecratæ Gre.ix.in c.fi.de cōſe.eccl.vel al.
iūcta gl.dicit, ꝙ ſi eccleſia nō cōſecrata fuerit ſeminis, aut
ſanguinis effuſione polluta: aqua protin⁹ exorcizata laue
tur, ne diuinæ laudis organa ſuſpēdant̄.eſt tñ quàm citius
poterit cōſecrāda.hæc ibi. Ex quibus patet, vt ibi dicit Pa.
ꝙ ea polluta ibi ſuſpēdunt̄ organa clericorū: ita ꝙ ante re
cōciliationē nedū miſſa, ſed nec vllū diuinū officiū ibi ce
8 lebrari debet. ¶ Octauò* quęritur, à quo poſſit eccleſia re
cōciliari? Et dico loquēdo de cōſecrata, ꝙ eā reconciliare
pōt epiſcopus proprius per ſe vel per aliū: pōt etiā vn⁹ epi
ſcopus aquā benedicere, & alius recōciliare: per ſimplices
verò ſacerdotes hmōi reconciliatio fieri nō pōt, etiā ſi ſit
cōſuetudo: vt dicit Ray.& Al.extrà eo.aqua.& hoc ſecun-
dū Inn.niſi ex cōmiſſione papæ, qui plurib⁹ nō epiſcopis
hoc conceſſit: aqua tñ prius per epiſcopū benedicta. Hanc
eñ recōciliationē papa ſimplici ſacerdoti pōt cōmittere,
ſecūdū gl.in d.c.& Pa.ibidē.vbi regulā habet, idē dicēdū
eſſe in oībus quę ſunt iuris epiſcopalis ex diſpoſitione hu
mana: quia in his papa habet plenitudinē ptātis: vt in c.ꝓ
poſuit.de cōceſ.præb.quæ aūt ex diſpoſitione diuina cer
to ordini ſunt cōmiſſa, nō habēti ordinē illū cōmitti non
poſſunt, etiā per pōtificē ſummū, ſecūdū gl.in c.peruenit.
diſt.xcv. Loquēdo verò de nō cōſecrata, dicēdū eſt, ꝙ per
ſimplicē ſacerdotē recōciliari pōt, ſecūdū gl.in ca.fi.extrà
eo.quia ſi Gre.intēdiſſet ibi lotionē fiendā per epiſcopū:
hoc expreſſiſſet.ſicut in c.ꝓcedēti, cū idē eidē ſcripſerit.
Itē quia ibi dicitur, ꝙ lauetur aqua exorcizata.ſ.tātū, quæ
ſcilicet fit per ſimplicē ſacerdotē: & nō cū aqua benedicta,
vino & cinere, cū qua recōciliat̄ eccleſia cōſecrata. Itē qa
dicit, protinus: quod nō fieret, ſi oporteret expectare epi
9 ſcopi mādatū, vt aliqui dicūt. Nonò* quærit̄, quæ ſit pœna
celebrātis ī eccleſia cōſecrata poſt pollutionē ante recōci
liationē? Et dico, ꝙ quāuis ante recōciliationē nō debeāt
ibi officia diuina celebrari, aut aliqs ſepeliri: tñ nec eccle
ſia eſt ꝓpter hoc interdicta: nec cōtrariū faciēs, ēt ſciēter,
eſt irregularis.de ſen.exc.c.is qui.li.vj.nec tenetur Ho.di
cēs cōtrariū. ſed Inn.& alij q ſentiūt cōtra eū. Dicit tñ Lap.
ꝙ talis ab ingreſſu eccleſię ſuſpēſus eſt.de priuil.c.epiſco-
porū.li.vj. Et ſi cū tali ſuſpēſiōe in eccleſia diuina celebra
ret, vt pri⁹ ſuo fungēs officio, erit irregularis: vt ī d.c.is q.

¶ CONSECRATIO altaris.vide s̄.Altare. §.j.

¶ CONSECRATIO cœmeterij. vide s̄. Cœmeteriū.
in prin.& §.iiij.

¶ CONSECRATIO vaſorum ac veſtium.vide s̄. Be-
nedi.per totum.

DE CONSECRATIONE virginum & veli.

1 *Velum quintuplex eſſe. Et an id quod uirginibus datur, uiduis quoque dari poſſit, aut contra. Et an ſit ſextum, & quale.*

2 *Cōſecrāda quænā uirgo ſit. Et quid de ea quæ uiolēter cognita eſt. Itē quid de ea q occultè: an à certis officijs abſtinere debeat.*

1 *Velum dare, ſiue virgines conſecrare, quiſnam poßit. Et quid de viduis.*
4 *Conſecrandæ virgines qualiter ac quando ſint. Et num poßint extra tempora, ſi neceßitas ingruat, conſecrari.*

1 CONSECRATIO* virginũ atq; velatio, vt plenius in
noteſcat, ſciendũ eſt, ſecundũ Petr. de Pal. in iiij. diſt.
xxxviij. ꝙ velum ſcilicet nigrũ eſt quintuplex. Primũ eſt
profeſsionis, quod fœminis datur xij. anno cõpleto. xx. q.
ij. puella. & hoc portãt in religionibus omnes profeſſæ, ſi
ue virgines, ſiue viduę. Secũdũ eſt cõſecrationis, quod da
tur anno xxv. ętatis. xx. q. j. placuit. Tertium eſt ordinatio
nis, quod datur anno xl. xxvij. q. j. diaconiſſam. quę ſcilicet
ideo ſic dicitur, quia datur aliqua benedictio, ex qua acci-
pit officiũ inchoandi horas in choro, & legendi homiliã:
quod alijs nõ licet. Vnde epiſcopus dat ei ad tangẽdũ Bre
uiarium, in quo ſunt homiliæ de Euãgelijs in matutinis:
quod quidẽ adhuc ſeruatur poſt virginũ cõſecrationẽ in
eodẽ officio miſſæ: ſed nõ conſueuit dari velũ in hoc, nec
expectari illa ætas: ſed ex cõi conſuetudine hoc fit quãdo
conſecrãtur, ſeu velantur: quod etiã fit ante xxv. annum.
Quartũ eſt prælationis, quod dabatur abbatiſsis lx. ætatis
anno. xx. q. j. iuuenculas. ſed hodie fieri põt abbatiſſa xxx.
anno cõpleto. de elec. indẽnitatibus. lib. vj. nec datur velũ
ſecũdũ põtificale, ſed fit officiũ quoddã & benedictio: vt
ibi no. Quintũ eſt continẽtiæ & obſeruationis, quod eſt
viduarũ. xxvij. q. j. vidua. & poteſt etiã dari virginibus: li-
cet virginale dari nõ poſsit viduis ẽt ex diſpẽſatione epi
ſcopi. xx. q. j. deuotis. Sextũ addũt quidã, ſcilicet probatio
nis, quod in monaſterio datur in receptione habitus ante
2 profeſsionẽ: quod cõiter album eſt. ¶* Primò verò q̃ri-
tur, quæ virgo ſit conſecrãda, ſeu conſecrationis velo velã
da? Et dico ſecundũ Archid. ꝙ ſola religioſa profeſſa tria
eſſentialia vota in religione probata: nec tamen omnis ta
lis: quia nec moniales mendicantiũ, nec quædã aliæ cõſe-
crantur ab epiſcopo: nec corrupta violenter, ſecundũ Al.
licet virginitatẽ vel aureolã nõ perdat: quia difficile eſt,
inquit, voluntatẽ tũc ita reniti, vt aliquẽ cõſenſum nõ eli
ciat: vnde cũ de pleno diſſenſu cõſtare nõ poſsit eccleſię,
ſtatutũ eſt vt humiliter à cõſecratione abſtineãt. lxxxij. q.
vj illæ familiæ. xv. q. j. ſi quis nõ iratus. & cõcordat S. Tho.
nec ſimiliter corrupta occultè, etiã ſi inde ſequeretur ſcã-
dalũ: licet hoc aſſerat Gul. quia ſecũdũ Alb. & S. Tho. pro
pter vitandũ ſcandalũ mutanda nõ ſunt eccleſiæ ſacramẽ
ta, nec etiã ſacramẽtalia, cuiuſmodi eſt virginũ conſecra-
tio: bene tamẽ poſſet epiſcopus vti aliqua cautela, vt ſerua
tis quibuſdã ceremonijs, q̃ non ſunt de eſſentia veli virgi
nalis, alia, quę ſunt de ſubſtãtia, mutent: puta verba dicen-
da in veli oppoſitione: vt in forma mutato nomine virgi-
nitatis, in nomẽ caſtitatis. & cõcor. Goſ. & Ho. non obſtã-
te, ꝙ Pet. de Pal. dicat iſtã cautelã eſſe fictionẽ in facto rei
ſacramẽtalis, & nõ licere: quia ſicut loquẽs põt verbis ex
cauſa, & ſine mẽdacio decipere, quãdo nõ tenetur reſpon
dere ſecundũ intentionẽ interrogantis, vt dicitur ĩ. Mẽda
cium. §. ij. ita & hic eſt: quia epiſcopus non tenet exhibe-
re ſigna ſecundũ intentionẽ vel opinionẽ videntiũ. Quod
confirmat per c. j. de his quę vi, me. cau. fi. & ſecundũ Sum.
Conf. corrupta carne põt ex diſpẽſatione epiſcopi, aut ei⁹
vices gerẽtis ſuſcipere modũ veli virginalis, & nõ aliter.
Et adde glo. Ray. ꝙ huiuſmodi occultè corrupta ante vel
poſt cõſecrationẽ, abſtinere debet ab officijs, quę ſecũdũ
cõſuetudinẽ monaſterij ſolẽt cõſecratis virginib⁹ cõpete
re, donec cũ ea ſuper hoc fuerit per epiſcopũ diſpẽſatum.
Notãdũ eſt tamẽ, ꝙ ſecũdũ Pe. liceret iſta cautela, vbi epi
ſcopus hoc ſciret ſolùm occultè in cõfeſsione, vel aliter:
quia eo caſu nõ tenetur, nec debet talẽ publicè repellere,
ſed admittere: licet ipſa peccet, & ſimiliter quę illã ſciẽter
ad hoc ſollicitant: nõ autẽ ſi permittant, cũ eſt occultum.
Poteſt aũt ſe excuſare nõ manifeſtando peccatũ, ſed ſe ex
3 humilitate excuſando. ¶* Secundò quæritur, quis poſsit
dare velum ſeu virgines cõſecrare? Et dico ſecundũ Arc.
poſt Pet. de Pal. ꝙ velũ continẽtiæ ſeu viduarũ dari poteſt
etiã à ſacerdote: vt etiã dicit gl. xxvj. q. j. vidua. imò etiã vi
dua per ſeipſam hoc accipere poteſt ab altari facta profeſ
ſiõe corã ſua prælata: velare aũt virgines nullus poteſt ni
ſi epiſcopus. xx. q. j. deuotis. quia ipſe eſt quaſi paranym-
phus deſponſans virgines Chriſto: imò hoc epiſcopus de
mandare nõ poſſet nõ epiſcopo: quia hoc eſt conſecratio
nis & ordinationis epiſcopalis, ſicut cõſecrare eccleſias: &
non iuriſdictionis. de conſe. eccle. vel al. aqua. Ex quibus,
inquit, apparet, ꝙ prælati mendicantiũ ſuas moniales ve-
lantes cũ epiſcopali ſolẽnitate, excepta coronatione & da
tione anuli, nõ bene faciũt, niſi hoc habeãt ex cõceſsione
papę: quia vſurpãt officiũ epiſcopale. Et cõcordat S. Tho.
in iiij. diſt. xxxviij. dicens, ꝙ virgines per ſolũ epiſcopum
conſecrantur: viduæ aũt poſſent etiã à ſacerdote benedi-
4 ci: & ibi huius aſsignat rationẽ. ¶* Tertiò quæritur, qua
liter & quando ſint virgines conſecrandæ? Et ad qualiter,
dico, ꝙ vt in ordinario ſiue paſtorali docet: ad quando ve
rò dico ſecũdũ Hoſt. ꝙ in die Epiphaniæ, & in tota reſur-
rectionis hebdomada, in natalibus Apoſtolorũ, & in die-
bus dñicis: vt etiã not. xx. q. j. §. velamen. & c. ſeq. ſed tñ in
neceſsitate, puta imminẽte lãguore poſſunt tẽpore quoli
bet cõſecrari. xx. q. j. deuotis. de tẽp. ord. c. j. & cõcor. Goſ.

DE CONSENSV, ET RATIHABITIONE.

1 *Conſenſus & aſſenſus quarũ poteſtatũ eſſe dicatur. Et quotu plex cõſenſus ſit. Et quãdo mortale peccatũ, aut ueniale iducat.*
2 *Regulæ iu. Qui tacet cõſentire uidetur: qui ſit intellectus. Et ibi dẽ deciſiones multæ in materia taciti conſenſus, & nõ contradictionis, atque tolerantiæ & patientiæ actum ſubſequentis.*
3 *Conſentire ne quis uideatur in actu negatiuo, an proteſtatio neceſſaria ſit. Et ibidem, quando uni propoſita ſint duo, ſi unum ſolum neget, alterum affirmare uidetur.*
4 *Culpabilis num ſit is, qui in cõſilio exiſtẽs, in quo malũ aliquod tractatur, tacet. Et an religioſi uocem in c. habentes, ſi humano reſpectu uoci ſuæ & ſuffragij ferẽdi facultati renũtiẽt, peccent.*
5 *Conſenſus ſingulariter præſtitus, ac nõ collegialiter, in actu qui communem ac collegialem requirit, an ſit efficax.*
6 *Ratihabitio, ut actũ præcedentem cõfirmet, quid deſideret. Et ibidẽ, in factis malè, quanã ratihabitio ſufficiat. Et an ubi certũ tẽpus eſt de actus ſubſtãtia, ratihabitio ad id, actu poſteà ſecuto, retrotrahi poßit. Et quãdo nõ poßim ratũ habere quod meo nomine geſtũ eſt. Et de his requiſitis, ad finẽ, uſq; ad nu. 7. & 8.*

1 CONSENSVS,* vt probat S. Th. j. ij. q. xv. pertinet ad
virtutẽ appetitiuã, quæ eſt voluntas: & eſt eius cõpla
centia in aliquid: licet ab Augu. ſuper Geneſ. attribuatur
rationi, inquãtũ ſcilicet in ea includitur volũtas. Aſſenſus
aũt propriè pertinet ad virtutẽ cognoſcitiuã, id eſt ratio
nem, licet attribuatur impropriè volũtati. Eſt autẽ duplex
conſenſus, ſcilicet in opus & cogitationẽ propriã: & ſimi-
liter in opus & cogitationẽ alienã. Primus eſt duplex, ſcili
cet deliberatus expreſsè, ſiue explicitè, q declaratione nõ
indiget: & deliberatus implicitè tantũ, ſiue tacite: qui ſecũ
dũ mentẽ S. Bona. ij. diſt. xxv. & Petri de Tarã. in ij. diſtin.
xxiiij. videtur eſſe: cũ ratio ſufficiẽter aduertit de mala co
gitatione, & eius periculo, & eam reprimere negligit poſt
tẽpus ſufficiẽs humanæ fragilitati ad deliberandũ ex com

placentia, vel ex negligẽtia, ſiue cõplacẽtia. Dicit enim ſic:
Cõplacẽtiã ſurgẽtẽ in ſenſualitate circa luxuriã, vel aliud
quod eſt mortale ex genere ſuo: aut ratio ſuperior cõſidẽ
ratione diuini præcepti vel offenſæ Dei ſtatim reprimit:
& nõ eſt niſi veniale. Aut nõ ſtatim reprimit: & tũc aut ex
preſſe cõſentit: & ſic eſt mortale: qa vir comedit, id eſt, rõ
ſupior cõſentit: aut non expreſſe, ſed negligit reprimere.
Aut ergo manet talis cõplacẽtia poſt ſufficiẽtem delibera
tionẽ & animaduerſionẽ piculi: & tũc eſt mortale: & mu-
lier comedit, & ſcilicet tacitè & ĩterpretatiuè. Aut nõ ma
net: & ſic eſt veniale. hæc ex illo. q p ſufficiẽtẽ deliberatio
nẽ intelligit tẽpus ſufficiẽs ad deliberãdũ, poſtquã rõ ad
uertit: q̃ tpe in deliberãdo indiget. Negligẽtia tñ repellẽ
di cõplacentiã cũ diſplicẽtia rõnis de ea ſecũdũ S. Bona.
eſt cõſenſus interpretatiuus, quòd nõ eſt peccatũ morta-
le, ſecundũ multos magiſtros: vt recitat: licet, vt dicit, ſanũ
cõſilium ſit, vt quis de hoc ſicut de mortali pœniteat. De
cõſenſu etiã in delectationẽ ĩ. Delectatio. §. j. Secũd⁹ aũt,
id eſt, cõſenſus in factũ aut cogitationẽ alteri⁹, eſt quadru
plex, ſcilicet negligẽtiæ, cũ qs debet corrigere delinquẽ-
tem, cõſilij, cooperationis, & authoritatis, aut palliatiõis,
vel defenſionis: & primo ac ſecũdo cõſentiẽs punitur mi
nus q̃ faciẽs, tertiò æqualiter, quartò plus. vñ ver. Conſe-
quens ſpernit, ſuadet, iubet, atq; tuetur: Hic minus, ille mi
nus, luit hic æqualiter, hic plus. De hoc glo. optima in c. j.
de offi. del. ſup verbo, pari pœna. & tex. xj. q. ij. q cõſentit.
2 vbi duo mẽbra ſub vno cõcluduntur. ¶ Primò* verò q̃rit,
qñ intelligitur illa regula iuris in vj. Qui tacet, conſenti
re videt? Et dico, ꝙ cõſentire videt ſecũdũ Inn. in c. in Ge-
neſi. de elect. qñ qs tacet in actu honorabili ſeu cõcupiſci
bili: ſed in actu vituperabili & piudiciali, & in quo loqui
& cõtradicere verecũdũ eſſet, plerũq; videt diſſentire. l.
filiusfamilias. §. inuit⁹. & ibi gl. ff. de pcu. & eſt gl. ĩ l. q pa-
tit. ff. mã. quod limitat gl. in c. plerũq; ij. q. vij. Ioã. de Imo.
in c. veſtra. de loca. & gl. in c. diaconus. di. xxvij. & in d. l. q
patitur. qñ actus q fit in piudiciũ, valet etiam eo cõtradicẽ
te: ſecus ſi nõ valet, niſi prius cõſentiat: qa tũc tacẽs habet
p cõſentiẽte. Exemplum primi. Vẽdo rẽ alienã domino p̃
ſente & tacẽte. & ſic nõ valet: quia etiã eo abſente vel con
tradicẽte vẽdi potuit in præiudiciũ vendẽtis: vt no. in l. rẽ
alienã. ff. de cõtrah. emp. ſicut & legare quis poſſet rẽ alie
nam in præiudiciũ ſui hæredis: vt not. in c. filius. de teſta.
Exemplũ ſecundi. Impignorat quis rem alienam præſen-
te domino. & ſic valet, vt not. in l. Car⁹. ff. de pig. act. Et de
hac diſtinctione habes tex. ſingularem in l. ſæpe. §. cur aũt
is. ff. de re iudic. facit l. ſi ſeruus cõmunis. ff. de dona. inter
vir. & vxo. vbi fratre donãte rẽ communẽ ſibi & fratri, pre
ſente fratre, & non cõtradicente, tenet cõceſsio. facit c. cõ
tinebatur. de his quæ fiũt à prælat. vbi ſi prælatus contulit
beneficium præſente capitulo, & nõ cõtradicẽte, collatio
tenet. facit quod no. Bal. in l. ſi tutor. C. in qui. cau. in inte.
reſti. nõ eſt ne. vbi dicit, ꝙ ſi quis ſcit aliquẽ ſe gerere pro
eius procuratore: tunc ſi contradicẽdo poteſt illud impe-
dire, ſi tacet, cõſentit: ſecus ſi non põt impedire. Simile de
ciſionem ponunt domini de Rota in habẽtibus cauſam cõ
munẽ: ſi vnus illorũ procuratorẽ cõſtituit, vt cõſentire vi-
deãtur ſi poſſunt impedire. Et quod no. Bal. in l. ij. §. ſi vię.
ff. ſol. ma. vbi dicit, ꝙ qñ conſenſus requiritur ad habilitã-
dã perſonã, nõ contradictio habetur pro conſenſu: vt in l.
quo em. §. j. ff. rẽ ra. hab. vbi dicit gl. ꝙ nõ contradicere ra
tihabitioni par eſt. Ex quo arguit Bal. ꝙ ſatisfactum eſt ſta
tuto Florẽtinorũ requirẽti cõſenſum conſanguineorũ in
contractibus, ſi conſanguinei ſciunt, & non contradicunt,
pro quo facit illud ſingulare dictum Bal. in l. potuit. in vlt.
q. C. de iure delib. vbi vult, ꝙ ſi pupill⁹ maior infante vnã
cũ tutore ingreſſus eſt poſſeſsionẽ, ꝙ per hoc hæreditas
eſt legitimè comprehenſa. nec obſtat, ꝙ authoritas debet
præſtari verbis expreſsis: vt facit l. j. ad fi. ff. de auth. tut. qa
hoc eſt verum circa actus expreſſos: ſed in tacitis tacitè lo
quimur rebus iſtis & factis, iuxta illud, Et factis loquimur.
arg. in l. de quibus. ff. de legib. & l. itẽ quia. ff. de pact. Facit
quod dicit idẽ Bal. in l. mãdatum. C. mand. in ij. col. ꝙ ſo
cietas cõtracta cũ patre, intelligitur cũ filio renouata, ſi ĩ-
teruenait patiẽtia tutoris. itẽ aliud dictũ in l. poſt mortẽ.
ff. de adop. vbi dicit idẽ Bal. ꝙ ſi filius vixit ſeorſum à pa-
tre negotiãdo, vt emancipat⁹ per x. annos, patre ſciẽte &
patiẽte, præſumit emãcipatus. vide infrà Electio. ij. §. xij.
3 ¶ Secũdò* quæritur, vtrũ in actu negatiuo requiritur p-
teſtatio, ne quis videatur cõſentire? Et dico, ꝙ in actu ne-
gatiuo abſtinens & tacẽs non habetur pro cõſentiẽte. Et
facit quod not. Hoſt. & Inno. in c. olim inter. de reſti. ſpo.
& quod not. in cle. vnica. de procur. iuncta glo. in l. fin. ff.
de proc. Similiter nota, quòd quãdo duo proponũtur vni,
& ſolùm negat vnum, videtur alterũ affirmare: vt in c. nõ
4 ne bene. de præſump. ¶ Tertiò* quæritur, vtrum exiſtẽs
in conſilio, & tacẽs quãdo aliquod malũ tractatur, ſit cul-
pabilis? Et dico, ꝙ quando obuiare poteſt, & non facit, in
uoluitur peccato, & de damno tenetur: quia qui tenetur
loqui, & tacet, cõſentit in eius præiudiciũ. l. de ætate. §. q
tacuit. ff. de interrog. acti. & c. ſi poſt præſtitũ. de cõfeſ. li.
vj. Quilibet aũt de vniuerſitate tenetur votũ ſuum expri-
mere in concernentibus facta cõmunitatis ex debito offi
cij. arg. in c. j. de his quę fi. à ma. par. cap. vbi dicit Innoc. ꝙ
niſi contradicat, ſi ibi aliqua malè agerentur, habetur pro
cõſentiẽte quo ad peccatum & pœnam. Quod quidẽ vni
uerſaliter quo ad culpã habeo indubitatũ de quolibet po
tente obuiare peccato, & nõ obuiat. argu. xxij. q. v. hoc vi
detur. ſed de pœna non credo, niſi in his, quib⁹ ex officio
cõpetit: vt in prælato & habẽtibus vocẽ in c. arg. eorũ quę
notãtur in c. negligere. ij. q. vij. vel niſi quis doloſe taceat,
& nõ prohibeat. arg. eorũ quæ not. in c. quãtæ. de ſen. exc.
Et ſecundùm hanc diſtinctionẽ limitat Barto. in l. vtrũ. ff.
de parrici. vbi vult, ꝙ ſolùm teneatur obuiare, qui eſt ſub
iectus illi, q debet offendi: ſicut ſeruus & filius. & glo. in l.
culpa caret. ff. de reg. iur. & tex. Inſtitu. de pub. iud. §. alia.
qui vult, ꝙ cõſcius, quãuis extrane⁹, puniatur. quod intel
lige, qñ tenetur ex officio, vel qñ doloſe nõ prohibet, vel
in crimine læſæ maieſtatis. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. ma. Et
ita dictũ Inn. limitat Sum. Ang. Sed melius eſt, vt ſimplici
ter & ſine limitatione ſit verũ, vt ſcilicet præſens in colle
gio & tacẽs incurrat pœnã in dãnatis & iniquis. & appro-
bat Pan. in c. j. de his q̃ fiunt à ma. par. cap. & in c. cõtineba
tur. de his q̃ fiũt à præl. & c. in cauſis. de elec. & c. ij. de loc.
& Feli. c. cũ Bertoldus. de re iu. & c. cũ oẽs. de cõſtit. imò
& ipſa Ang. Excommunicatio. vij. caſu v. Et ratio eſt quia
qlibet debet habere curam boni cõmunis. Vide tñ ĩ. Ele-
ctio. ij. §. xij. Ex his patet, q̃ malè faciant religioſi haben-
tes vocẽ in capi. ſi humano reſpectu renũciẽt voci ſuæ, qđ
eſt tacere, quando vidẽt, ꝙ authoritas prouidẽdi p hoc re
5 manet penes eos qui zelo carẽt. ¶ Quartò* quęritur, vtrũ
actus qui expediri debet p cõſenſum in cõmuni præſtitũ,
valeat ſi conſentiãt ſinguli vt ſinguli, nõ collegialiter? Et
dicit Pan. in c. cùm in eccleſia. de cauſ. poſſeſ. & proprie. ꝙ
non: vt in c. Geneſi. de elect. & l. ij. C. de decur. nec eſt ſpe-
ciale in electione: quãuis gloſ. dicat contrarium in c. j. de
reb. eccl. non alie. lib. vj. Vnde tenẽdum eſt, quòd non va-

let, quod etiam ſentit poſtmodum ibi Io. And. in nouel. &
firmat Io. Cal. in c. cùm oēs. de cōſti, & Bar. in l. omnes po
6 puli. ff. de iuſti. & iur. ſ. Ciuitas. §. j. ¶ Quintò* quæritur,
quid requiratur, vt ratihabitio cōfirmet actū præcedētē?
Et dico, ꝙ oportet primò illū eſſe factū nomine meo: vt
in regula, ratū. lib. vj. & dicitur fact⁹ nomine meo, quādo
mea contēplatione factus eſt, ſecūdū gl. in c. cùm quis. de
ſen. excom. lib. vj. ¶ Secundò oportet, ꝙ habeam ratū tan
quam geſtum nomine meo. nam poſſum ratum habere fa
ctū, & non qualitatē eius, ſcilicet, ꝙ ſit factum noīe meo. l.
cū interdicto. C. ar. tu. & no. in l. Pōponius. ff. de neg. geſt.
Et iſta opi. Iac. de Are. approbata in l. j. §. deieciſſe. ff. de vi
& vi ar. & per glo. ſecundùm Bar. ibidem, in §. ſed & ſi cū
quis. licet ſecundùm Bal. ſit gl. cōtraria ibidem in §. quo-
ties. Aduertendū eſt tamē, ꝙ nō ſolùm ratihabitio expreſ
ſa ſufficit in maleficijs, ſed etiam tacita: vt puta, quia nō re
uocat poſtquam ſcit, ꝙ eſt factū nomine eius, aut nō cōtra
dicit: vt lit. non conteſt. c. j. de offi. deleg. cum olim. el. j. C.
de ince. nup. l. cū ancillis. C. de ſer. l. j. quia tūc eſt ratihabi
tio præſumpta. ij. q. j. notū. ſecus aūt eſſet in nō maleficijs.
¶ Tertiò, oportet, ꝙ actus præſentiam non requirat: quia
quæ præſentiā requirūt, ratihabitio confirmare non pōt.
Inſti. de autho. tuto. §. tutor. ¶ Quartò, requiritur ſecūdū
Pan. in c. j. de conuer. inf. ꝙ extrema ſint habilia ad illum
actum perpetrandum, ſcilicet tēpus in quo actus geſt⁹ eſt,
& tēpus ratihabitionis: nā ſi vnū iſtorū deficit, ratihabitio
nō procedit: quia cùm ipſa ſit fictio iuris, procedere non
pōt ſuper impoſsibili: de quo plenè per Bar. in l. ſi is qui ꝓ
emptore. ff. de vſuca. Exemplum. quidam noīe infantis, in
terfecit: maior factus ratum habet. Non enim talis ratiha-
bitio retrotrahitur: quia tūc temporis impoſsibile erat ta
lē mādare. Exemplū de alio extremo. Ab aliquo terminū
habebā ad aliqd agēdū: amicus meus noīe meo fecit: ego
poſt terminū ratū habui. Non enī retro trahitur: qa ſicut
poſt terminū nō potuiſsem verè facere: ita nec fictè. Re-
ſpōdeo, quia vbi certū temp⁹ eſt de ſubſtātia, ibi oportet
obſeruari tēpus: aliàs actus ipſo iure nullus eſt. ff. de excu.
tut. l. ſcire oportet. §. cōſequēs. quia recedere à tēpore, eſt
recedere à forma. ff. de verb. ob. l. qui Romæ. §. Augeri⁹.
Facit quod not. Car. in cle. quod circa. de elect. vbi dicit, fi
ctionē non poſſe id quod ſecundùm naturam eſt impoſsi
bile. Exēplū Inſti. de adopt. §. minorē. vbi quis eū nō pōt
adoptare, quē nō antecedit per tot annos, ꝙ eū generare
potuiſſet. Similiter fingi nō poſſet, ꝙ viueret hodie q ccc.
annis præteritis mortuus eſt. Inſti. de excu. tut. §. ſed ſi in
bello. ¶ Quintò, requiritur ſecundùm Inn. in c. prudētiā.
de offi. leg. ꝙ illud quod quis facit, valeat vt ſit aliquid: qa
quod nihil eſt, ratū haberi nō pōt. Vnde hæc eſt eius theo
rica, ꝙ vbicunq; actus eſt nullus ex defectu ſolennitatis,
& ſuppletio nō depēdet à mea volūtate: nō poſſum habe-
re ratū quod noīe meo geſtū eſt. Secus vbi ſuppletio ſolē
nitatis depēdet à poteſtate volētis ratificare ſniam nullā:
ſicut in papa, q iuris diſpoſitioni nō ſubijcitur: vnde ratifi
care pōt ſnīam nullā. Vnde ſi quis excōicet nomine alte-
rius, nō valet, licet ille ratū habeat: niſi excōmunicet ipſe
q pōt. Similiter ſi quis iuriſdictionē faciat noīe iudicis,
nō pōt ratū haberi: quia q̄ facti ſunt, & ſolēnitatē reqrūt,
rata haberi non pñt. Vñ cùm ſentētia à nō ſuo iudice lata
nulla ſit. de iud. at ſi clerici. & cū aliæ ſolēnitates requiran
tur, quas ipſemet, qui ratū habere vult, ſi omitteret, nō te-
neret quod facit, ratū habere nō pōt, ſi ab alio omittātur.
Si verò actus ſit null⁹ ex defectu cōſenſus: bene ratificare
poſſum quod noīe meo geſtū eſt, per nouū cōſenſum. Et
pro hoc tex. in c. cùm nos. de his quæ fiūt à præl. Imò dicit
Sum. Roſ. in ti. Excōicator. §. viij. ꝙ per nouū conſenſum
ratū habere poſſum quod non eſt geſtū noīe meo. & alle
gat gl. in c. cū ad ſedē. de reſti. ſpo. q hoc dicit quidem, ſed
7 vt falſum & cōtra regulā iuris ratū li. vj. ¶ Sextò* requirit,
ꝙ poſsit mādatū per aliū fieri: alioquin nō retro trahitur:
vt ſi faciat qs adulteriū nomine meo, ratū habere nō poſ-
ſum, ſecundū gl. in l. j. §. quoties. ff. de vi & vi ar. & Cy. in
l. nō dominus. C. de accu. & in c. ſciāt cuncti. de elect. li. vj.
quod limita verū in alijs, quæ non ſunt delicta: ſed quo ad
delicta, licet nō ꝓpriè cōmittat, ſed interpretatiuè, eadem
pœna punietur, tāquā eiuſdem delicti particeps & māda-
8 tor: vt no. Bal. in l. vnica. §. ne aūt. C. de cad. tol. ¶* Septi-
mò, requiritur, ꝙ lex nō requirat niſi delictū ſimpliciter:
quia ſi requireret maleficiū, & per pri⁹ machinationē ſeu
tractatū, non ſufficeret ſola ratihabitio. Facit glo. & Ioan.
And. in c. j. de cōuer. cōiu. Ex quo patet, ꝙ licet mulier ha
beat ratū homicidiū viri poſt mortem: tamen quia requi
ritur machinatio per prius, nō impediet matrimoniū ſe-
quens cū occiſore, ſecundùm Gemi. in c. cùm quis. de ſen.
exc. lib. vj. Secus quando lex requirit ſolum factum.

¶ De materia Conſenſus, vide infrà Delectatio. §. j. & ſequentibus.

DE CONSERVATORE.

1 *Conſeruatoris definitio. Et ſub hæc, quòd conſeruatores iudices delegati reputentur. Et conſeruatorum genera tria eſſe.*
2 *Conſeruator quis & à quo dari poſsit. Et quot modis inter ſe diſtent conſeruator & delegatus.*
3 *Conſeruator ex officio ſuo de quibus cognoſcere poſsit. Et ibidem ad finem, prædicatorum ac minorum conſeruatores in quacunque cauſa poſſe procedere.*
4 *Conſeruator qua ratione, ac modo in his, de quibus notionē habet procedere debet. Et ad hoc octo ſubijcit cōcluſiōes & dicta.*
5 *Conſeruator, ſi non iuxta formam proximè traditam procedat, cui pœnæ ſit obnoxius. Et ibidē Hoſt. in ſumma refellitur.*
6 *Conſeruatoris officium, quandiu duret.*

1 CONSERVATOR,* eſt iudex datus ad defendendū
aliquos cōtra manifeſtas iniurias, iudiciali nō vtens
indagine. de offi. dele. ſtatuimus. li. vj. & ibi de cōſeruato
ribus agitur. c. j. ij. & vltimo. qui reputātur iudices delega
ti à papa. ſecundū Arch. Et ibi Io. And. in glo. c. j. ponit ge-
nera tria conſeruatorum: quia aliqui dantur contra latro
nes vel prædones: aliqui contra infringentes priuilegia:
& aliqui contra iniurias & offenſas manifeſtas. & in nullo
dictorum caſuum habent iudicialem indaginem: id eſt, ꝓ
cedere nequeūt per viam iudicij ad inueſtigandā veritatē
quaſi dubij de iuſtitia. vnde habet glo. in verbo, indaginē,
id eſt, cauſæ cognitionem ſeu examinationē, quia dubia
2 ſunt. ¶ Primò* verò quæritur, quis & à quo dari poſsit cō
ſeruator? Et dico, ꝙ eſſe poſſunt epiſcopi & eorū ſuperio
res aut abbates, ſeu illi qui in cathedralibus vel collegia-
tis eccleſijs obtinēt dignitates vel pſonatus: alij verò eſſe
nō pñt: nec pōt aliquis eſſe conſeruator ſui cōſeruatoris,
nec ſui domini, ſub cui⁹ dominio eſt, vel diſtrictu eccleſia
ſtico vel tēporali: exceptis cōſeruatoribus datis regib⁹ vł
reginis, de offi. dele. hac conſtitutione. lib. vj. Dari autem
poſſunt huiuſmodi conſeruatores ſolū per Romanū pon
tificem, ſecundū Io. And. quod probat d. c. j. dum dicit, cō
cedimus. & d. c. fi. vbi ab apoſtolica ſede conceditur. & ſic le
gatus hoc non poteſt. ¶ Secundò quæritur, quę ſit differē
tia inter conſeruatorem & delegatum? Et dico, ꝙ Io. An.
in glo. dicti c. hac conſtitutione: ex ipſo textu multas aſsi-
gnat. ¶ Prima eſt, quia iudex delegatus poteſt eſſe canoni
cus

cus eccleſiæ cathedralis: cōſeruator non. ¶ Secunda, quia
eius qui eſt mihi iudex delegatus, poſſum eſſe iudex dele
gatus in alia cauſa, ſaluo iure recuſationis: ſed in cōſerua-
tore ſecus, etiā ſi non opponatur exceptio. ¶ Tertia, quia
ſaluo iure recuſationis ſubditū mihi bene poſſum impe-
trare delegatū: ſed non cōſeruatorē. ¶ Quarta, qa delega-
tus à principe pōt cauſam ſibi cōmiſſam in totū, vł in par
tem cōmittere. de offi. dele. paſtoralis. ſed nō cōſeruator.
nec tenetur Gul. contrarium dicēs in Speculo: cùm textus
iſte cōtradicat. ¶ Quinta, qa dato, ꝙ ſe intromittat lega-
tus de his quæ nō ſunt iuriſdictionis, nō propterea in illū
locū habet pœna. d. c. qa nō inuenitur expreſſum: ſecus de
cōſeruatore. ¶ Sexta pōt addi, qa & ſi cōſeruator haberet
ex priuilegio, quod poſſet alteri delegare: hoc tñ nō pōt,
niſi habētibus cōditiones ſupradictas: ſed delegat⁹ ſubde
legare pōt ei, cui potuiſſet delegari. In oībus alijs ꝑdictis
exceptis æquiparātur cōſeruatores alijs iudicibus delega-
3 tis, ſecundū eundē Io. An. in gloſ. ¶ Tertiò* quęritur, circa
quid poſsit, aut nō poſsit cōſeruator ſe ex officio ſuo in-
tromittere? Et dico primò, ꝙ de manifeſtis iniurijs ſolū,
& violētijs habet ſe intromittere, & cōſequēter cognoſce
re: vt in d. c. ſtatuimus. & in c. hac cōſtitutione. Et intellige
manifeſtis, ſecundùm Io. An. id eſt, notorijs, & ita patenti
bus, ꝙ nulla probabili tergiuerſatione celari poſſunt: vt
de verb. ſig. ex parte. Si aūt ſe de dubijs intromittāt, incur
rūt pœnā, de qua j. §. v. quod intellige, vbi cōſtiterit ea eē
dubia an ſint facta notoriè nécne: & an ſint rectè facta nec
ne: etiā ſi de notorietate cōſtaret: qa tūc reqritur indago.
Sec⁹ ſi à principio dubitet, an res ſit dubia, ſiue ſui fori: qa
pōt inquirere, vt ſciat an ſua ſit iuriſdictio, vt ſtatim dicā.
¶ Dico ſecundò, ꝙ ſi is qui iniuriatus eſt, neget offenſam
notoriā: licet negatione res videatur fieri dubia. C. qui ad
li. procla. nō licet. l. iij. tñ hoc non obſtante cōſeruator bñ
recipiet ꝓbationes, an factū illud ſit notoriū: vt ſic videat
an ſua ſit iuriſdictio: vt in c. ſuper literis. de reſcrip. aliàs of
ficiū eius eſſet inutile: quod etiam qlibet iudex pōt. ſ. co-
gnoſcere an ſua ſit iuriſdictio. l. ſi quis. ff. de iudic. & ſi fa-
ctū notoriū inuenerit, ꝓcedet: alioqn deſiſtet: qa non ha-
bet poteſtatē defendēdi iīuriā ſimpliciter, ſed qualificatā,
id eſt, notoriam. ¶ Dico tertiò, conſeruator habet vocare
reū: & ſi cōfiteat factū, bene quidē: ſi neget, ſup notorio ꝓ
bationes recipiat, vt dictū eſt. Si ꝟò cōfiteatur qdē factū, li
cet dicat ſe ſuo iure feciſſe: ſecundū aliquos ſe vltra intro-
mittere nō debet: ſecūdū alios verò ꝓbationes recipiet ſu
per offenſa notoria. Ad qđ de elec. bonæ. aliàs facile eſſet
cōſeruatoris officiū deludere: vnde ſi videatur ei negatio
probabilis, nō procedet: aliàs puniat ſicut notoriū. ¶ Dico
quartò, ꝙ ſecundū Io. An. defendere pōt ab iniuria noto-
ria, nō ſolùm illata, ſed etiam inferēda: vt ſi quis ſit parat⁹
inferre iniuriā his, quorū eſt cōſeruator: ꝓhibere poterit,
excōicare, & punire: vt in c. ſacro. de ſen. exc. In cōmiſſa ve
ro cōpellet ad ſatisfactionē per diſtrictionē eccleſiaſticā,
vel etiā brachiū ſeculare inuocādo. quod ſecundū Ber. in
uocare pōt: vt de offi. or. c. j. hæc omnia Io. An. in gl. ſuper
c. j. Sed adde primò, ꝙ ſi reus factū cōfiteatur, ſed neget il
lud eſſe notoriū: procedet cōſeruator ad ſentētiā: quia ꝑ
eius cōfeſsionē factū eſt notoriū. de cohab. cle. & mu. ve-
ſtra. & c. ſi. & idem Sum. Cōfeſ. li. ij. ti. v. q. cliiij. Adde ſecū-
dò etiam ſecundū eū. Io. An. ꝙ qa cōſeruator non cogno-
ſcit niſi đ notorijs, nō poterit recuſari: ſicut nec appellare
pōt in notorijs. Adde tertiò, ꝙ ſi cōſeruator citatū cōtu-
macem excōicauerit, & deinde inuenerit illū iniuriatum
fuiſſe, ſed nō manifeſtè, ſecundū Inn. non erit verè excom
municatus: quia iuriſdictionem nō habet niſi de manife-
ſtis: ſecundū alios verò, vt Alb. erit excōicatus: ſed primū
eſt verū, ſi fuit excōicatus pro facto: ſecūdùm verò ſi pro
cōtumacia. Adde quartò, ꝙ Prędicatores & Minores ſunt
priuilegiati: vt eorum cōſeruatores procedere poſsint in
4 quacūq; cauſa. ¶ Quartò* quæritur, quomodo procedere
debet cōſeruator? Et dico primò ſecundùm Innoc. ꝙ licet
principaliter non habeat iudicialē indaginē: habet tñ illā
in notorijs: quia omnia ſine qbus eius iuriſdictio nō poſ
ſet explicari, intelliguntur ei eſſe cōmiſſa. ff. de iur. om. iu
l. ij. Vnde pōt citare & punire cōtumaces. de off. deleg. de
cauſis. ff. ſi quis ius di. l. j. Et ſi maleficiū eſt notoriū alijs, &
nō ſibi: quærat, & cogat teſtes. ij. q. j. in primis. extrà, de te.
c. ij. & de teſt. cog. c. j. & per totū. ¶ Dico ſecundò, ꝙ quia
in notorijs eſt aliquis ordo neceſſarius. de iureiu. ad no-
ſtrā. oportet ſimiliter, ꝙ procedat ad inquiſitionē, qñ fa-
ctum eſt notoriū, & neſcitur quis fecerit, ſecundùm Inno.
¶ Dico tertiò, ſecūdū eundem, ꝙ ſi reus, qui fuerat cōdē-
natus & excōicat⁹, intra annū cōpareat, & dicat ſe velle ſa
tisfacere: cognoſcetur conſeruator de quātitate damni, &
hmōi. ¶ Dico quartò, ꝙ procedere nō pōt contra aliquos
extra ciuitates, vel diœceſes, in quibus fuerit deputat⁹; vel
alibi, quàm in ciuitatib⁹, ſeu locis inſignib⁹, vbi poſsit ha
beri copia peritorū, nec poſſet aliquē citare vltra diætā à
fine diœceſis ei⁹: vt in d. c. hac cōſtitutione. ¶ Dico quin-
tò, ꝙ per ſeipſum debet ꝓcedere: nec poſſet cōmittere vi
ces ſuas, exceptis citationib⁹, & ſentētiarū denuntiationi
bus: niſi aliter eis cōmitteretur per literas. quo caſu cōmit
tere poſſet intra loca, in qbus fuerit deputatus, & perſonis
prædictis: vt in d. c. hac conſtitutione. ¶ Dico ſextò, ꝙ per
excōicationē cogere pōt brachiū ſeculare, ſine poteſtatē
ad ſuffragādū contra prædictas iniurias, ſecundùm Ber. &
Sum. Cōfe. cùm hoc ſit acceſſoriū ad officiū cōſeruatoris.
xxiij. q. v. adminiſtratores. ¶ Dico ſeptimò, ꝙ circa mune
ra & expēſas aſſeſſorum & notariorum tenetur obſeruare
quod in delegatis ſtatutū eſt. de quo vide j. Iudex. j. §. viij.
& ix. ¶ Dico vltimò, ꝙ de off. deleg. c. qa pōtificali. lib. vj.
ſtatuitur, vt quadā modeſtia cōſeruator, aut iudex contra
epiſcopos procedēs vtat, vt. ſ. primò ingreſſus eccleſię, vel
ſacerdotale interdicatur officiū: ſecūdò verò ſuſpēdantur
ab officio. tertiò, aggrauet eccleſiaſtica cenſura cōtra eos:
niſi fortè aliter fieri ſuaſerit nimia cōtumacię ꝓteruitas:
qa. ſ. vt dicit gl. iniurias & cōtumelioſa verba ꝓferūt in iu
dicem. Si tñ iudex nō ſeruata hac forma ſtatim ſuſpendat,
vel excōicet epiſcopū, aut eo ſuperiorē: ſentētia tenet, ſe-
cundū gl. licet iudex ſit reprehēdēdus. ij. q. iij. c. j. ¶ Quin
5 tò* quæritur, quę pœna ſit, ſi aliter, quàm dicto modo ꝓce
datur? Et dico, ꝙ quicqd cōtra pręmiſſa, vel eorū aliqd at
tētari cōtigerit: totū eſt irritū & inane: vt in d. c. hac cōſti
tutione. & cōſeruator ſi de alijs, quàm de manifeſtis iniu
rijs & violētijs, ſciēter ſe intromiſerit, ſeu ad alia, q̄ iudi-
cialē indaginē exigūt, ſuā extēderit poteſtatē, eo ipō ꝑ an
num eſt ab officio ſuſpēſus, vt ibi, ſecundū gl. etiā à benefi
cio, quod eſt officij ſequela: vt xxxij. diſ. pręter. & idē eſt,
ſi ignorātia eſſet iuris, vel craſſa, vel affectata, ſecūdū gl. vt
de ſent. & re iud. ignorātia. imo dicit Sum. Ho. ꝙ eſſet ex
cōmunicat⁹. ſed fallitur. nec hoc dicit gl. quā allegat. pars
tñ, quę hoc fieri ꝓcurat, bene ſentētiā excōicationis incur
rit, vt ibi patet: à qua abſolui nō pōt, vt ibi dicit, niſi prius
integraliter ſatisfecerit de expenſis. ſ. legitimis, & propter
cauſam iſtā factis, ſecundū Gemi. & ij. quæſt. j. in primis. Si
autē alius, quàm is, cuius cōſeruator hoc procuret, non in
cidit in hāc ſentētiā, ſecundū Gemi. niſi participaret cum
par

parte poſt quam excõmunicata eſt: quia tunc ligaretur ea
dem ſẽtẽtia, participãdo in crimine crimino ſo. Abſolu-
tio tñ ab hac ſententia epiſcopo conuenit, ſecũdũ Io. An.
& Arc. & Mon. quia cõditor canonis non ſibi reſeruauit.
6 ¶ Sextò* quæritur, quantũ duret conſeruatoris officium?
¶ Et dico, ꝙ expirat in obitu cõcedentis cõſeruatorẽ, quo
ad negotia nõ cœpta: vt in d.c. hac cõſtitutione. Sed intel
lige niſi aliter exprimeretur in literis: ſed quo ad cœpta
nõ expirat, ſecũdũ mentẽ illius textus & Doctorũ: imò ſe
cũdũ gl. vt patet ex c. cùm plures. de off. del. lib. vj. qñ ſunt
plures cõſeruatores deputati ꝓ vno ꝓlato, vel monaſterio,
ſeu eccl'ia, quo ad negotiũ cœptũ per vnũ illorum, perpe-
tuatur iuriſdictio in alijs, nõ obſtante morte concedentis.

DE Conſilio, & Obligatione ad illud.

1 *Conſilij acceptio triplex.*
2 *Conſilium acceptum, num quis ſequi teneatur.*
3 *Conſilium in facto dubio à pluribus non modo ſapiẽtibus, ſed inſipientibus expetere, utile quandoq; eſſe. Nam ſtultis loquentibus, ſapienti plerunq; noui conceptus ac ſubtiles inſurgunt.*
4 *Conſiliũ expetere adſtrictus, num illud ex uerborum ſignificatione propria, ſequi teneatur. Et an cõſilium conſenſus naturã induat, ut obligare poſſit ad ſui implementum.*
5 *Conſilio alicuius, qui aliquid agere tenetur, an poſſit ad actus perfectionẽ procedere, ſi ille aut mortu9 eſt, aut abſens, aut alio qui conſulere nolit.*
6 *Actus geſtus, conſilio nõ expetito, quod peti oportuit, et potuit, an efficaciter geſtus ſit. Et quid ſi petere debens, ſe in temporis anguſtias, ut ſic petere non ualuerit, coniecerit.*
7 *Conſilium petere debenti, an ſatis ſit, ſi poſt actum geſtum illud petat.*
8 *Conſilium ſequi obligatus, an malum ſequi debeat. Et nũ quis ex conſilio dato teneatur.*
9 *Conſilij capiẽdi cauſa, qui aliquid proponunt, quò proximi iniuſtè dãnum ſubire cogantur, uel iniqua ut fiant ſtatuta, præter mortale, quod incurrunt, ad reſtitutionem tenentur.*
10 *Papa ſi collegio mandet, ut quempiam in prælatũ eligant, quorundã conſilio petito: an ſi unum ex his, quorũ conſilium requirendum eſt, eligere uelit, exponere ab eodẽ conſilium oporteat.*
11 *Conſilio, uel cõſenſu præſtando, ubi plures ſimpliciter eligũtur, uel officio cuipiam exercendo, quod maior pars conſtituit, & efficit, ualet, modò minor non contemnatur.*
12 *Statuto ſi cautum ſit, ne mulier ſine duorum conſanguineorum cõſenſu q̃cquã alienet, ſi uni ex his, altero cõſenſum præbẽte, alienet, nũ efficaciter alienet. Et quid de filio, cũ quo pater litigat, ſi ſtatuto caueatur, ne filius ſine patris conſenſu litiget.*

1 CONSILIVM,* quãtũ colligitur ex doctrina & mente
S. Tho. ſumitur dupliciter. Primò pro cõcluſione fa-
cta per diſcurſum rõnis circa res agendas, aut vitandas. Et
ſecũdùm pro ipſo diſcurſu. & iſto modo dicit xij. q. xiiij.
per totũ. ꝙ eſt inquiſitio eorũ tantũ, qui ſunt ad finẽ ope-
rabilium à nobis, nõ minimorũ, nec differentiũ. Sumitur
etiã tertiò pro re, vel actione, ad quã faciendã, aut fugien
dam cõſilium inducit: & ſic dicitur xiiij. q. j. in c. quod præ
cipitur. ꝙ cõſiliũ eſt voluntatis: ꝓceptũ verò neceſſitatis.
2 ¶ Primo* verò quæritur, vtrũ teneatur quis datũ ſibi conſi
lium ſequi, quãdo circa aliquid tenetur cõſiliũ petere? Et
dico, ꝙ tenetur quilibet cõſiliũ petere ſiue quærere, vbi à
iure cauetur: & tenetur expectare tẽpus, donec cõſulat ſa-
pientes: aliàs nõ valeret ſi fieret, quod mãdatur fieri cũ cõ
ſilio: tamen conſiliũ ſequi nõ eſt neceſſe, ſed honeſtũ, niſi
addatur de cõſilio & aſſenſu. extrà, de ele. ne pro defectu.
vbi de hoc in glo. & c. cùm in veteri. eo. ti. & c. cũ olim. de
arb. Vbi quærit gl. ad qd petitur conſiliũ, ſi illud ſequi nõ
eſt neceſſe? Et dicit tale conſilium eſſe vtile: quia inde mo
ueri prælatus ad aliquid põt, quod per ſe forſitan nõ feciſ
ſet: qa quod à pluribus quæritur, facilius inuenitur. xx. di.
de qbus. & vt habito cõſilio deliberet, an illud ſequi expe
3 diat. ¶ Vnde* dicit Pan. in c. ad noſtrã. de cõſue. eſſe vtile
in facto dubio à pluribus exquirere conſiliũ ſapiẽtibus &
inſipiẽtibus: quia plerũq; parũ ſapiẽtes in certa re habẽt
intellectũ eleuatũ: & acutius omni ſapientia diſcurrũt: ſi-
cut narrat Io. An. de fatuo Pariſius, qui tabernario cũ pau
pere cõtendẽte & extorquẽte pecunias, qa panẽ comede-
rat ad odorẽ aſſati: determinauit ꝙ ſolueret ei per ſonum
monetę. & de Bar. dicit, ꝙ cõſiliũ daturus ſuper aliquo ar
ticulo, cõferebat de materia cũ mercatoribus. Adde etiã,
ꝙ dũ loquũtur ſtulti, inſurgũt ſapiẽti plerunq; noui cõce
4 ptus ſubtiles. De hoc tamẽ etiã §. ſeq. dicetur. ¶ Secũdò*
quęritur, an ex propria ſignificatione vocabulorũ ſit vẽ,
ꝙ adſtrictus cõſilium petere, illud ſequi nõ teneatur? Et di
cit Hoſt. ꝙ ſic: quia cõſiliũ ex proprio ſignificato nõ obli-
gat ad hoc: ſed, ſupple, obligat verbũ aſſenſus, vel cõſen-
ſus. quãdoq; tñ fit impropriatio vrgẽte ſubiecta materia:
quod qñ ſit, latius declarat Pan. in d.c. cùm olim. de mente
Bart. in l.j. §. ſi plures. ff. de exerci. Cùm enim quæritur an
cõſiliũ ſapiat cõſenſum: dicit, ꝙ ſic. Primò ſi impedimẽtũ
eſt nõ habẽti integrũ iudicium rõnis: vt in l. impuberibus.
ff. de ſuſpe. tut. Vnde ſi ſtatuto cauetur, vt pupill9 certũ qd
faciat cum duorũ agnatorũ cõſilio: ibi capitur cõſiliũ pro
cõſenſu, qa pupillus nõ habet diſcretũ iudicium. ¶ Et ſe-
cundò ſi ſit quidẽ impendendũ conſiliũ habẽti integrũ iu
dicium rationis: ſed is, qui habet impendere, eſt particeps
eiuſdẽ officij. & iſte propriè eſt caſus c. venerabilis. de off.
deleg. ſecũdùm vnũ intellectũ: vbi dicitur, ꝙ prelatus, cui
dat9 eſt coadiutor, nihil facere debet ſine coadiutoris cõ
ſilio. i. aſſenſu: aliter ſuũ officiũ eſſet ſuperuacuũ. Si autẽ
nõ ſit particeps officij, vt cõſilium, ſtat propriè: & ſatis eſt
requirere: vt in d.c. cũ olim. ſicut ſi ſtatuto cauetur, vt mu-
lier teſtari nõ poſſit ſine cõſilio duorũ conſanguineorũ:
ſatis eſt cõſiliũ reqrere: cũ facultas teſtãdi ſoli mulieri cõ-
petat. Et hoc tenẽdum eſt: nec diſtinguendũ, an dicatur de
cõſilio, vel cũ cõſilio: vt voluit Cy. in l. id quod C. de epi.
& cle. vt. ſ. teneatur qs ſequi, vbi dicitur de cõſilio: nõn aũt
vbi dicitur, cũ cõſilio: qa hãc differentiã nõ approbat Io.
And. in regula, nullus. in mercu. nec Bar. vbi ſ. Secus ſecũ
dùm Io. And. ibi. ſi dicatur, iuxta, vel ſecundũ cõſilium ta-
lis: qa tũc tenetur qs illud ſequi. ¶ Adde prędictis, qd not.
Bar. in l. ſi cũ dotẽ. §. eo aũt. ff. ſol. ma. ꝙ ſi cõſanguinei re
qſiti nolũt cõſentire, ad iudicis officiũ ꝑtinet examinare
cauſam cõtradictiõis, & ſi quidẽ eſt iuſta, bene: aliàs iudex
permittet mulieri cõtrahere, aut teſtari: vt in d. §. eo aũt.
¶ Adde ętiã ſecũdũ aliquos, ꝙ tenetur ſequi tertiò, qñ pe
tendum eſt ab eo, à cuius poteſtate depẽdet principaliter
actus: vt ꝙ clericus nõ cõueniatur corã alio epiſcopo ſine
conſilio proprij. & iſte eſt caſus in c.j. de foro comp. cũ gl.
Si verò nõ depẽdet actus ab eo, ſed vnà cum alijs debet in
tereſſe: etiã ſequi tenetur, ſi per alia iura debet ſeq. & ita
procedit gl. in c. ij. de cor. vitia. ſecundũ intellectũ Hoſ. qd
etiã patet in c. ſtudet. diſ. l. qd requirit conſiliũ aliorũ epi-
ſcoporũ in depoſitione ſacerdotis, & intelligitur, ꝙ ſequa
tur, ꝓpter c. ſi aũt presbyteri. xv. q. vij. nõ aũt ſi nõ apparet
per alia iura, niſi ſit ibi participatio officij, vt dictũ eſt. Et
idẽ eſt, ſi petẽdũ eſt ab habẽte ius, ſicut ſi mãdatur ꝓuideri
alicui de eccleſia reqſito cõſilio patroni: qa debet illud ſe-
qui, cũ habeat ius in tali ꝓuiſione. Dictũ eſt Io. And. in c.
dilect9. de off. leg. & in c.j. de capel. mo. Et quartò tenet ſe
quẽ

qui, ſi hoc habet materia: etiã ſi petatur à nõ habente ius:
puta, ſi cõſulatur alicui, ne ordinetur ꝓpter irregularita-
tẽ, & ita procedit tex. in c. ad aures. de æta. & qualit. ita eũ
5 intelligit Io. And. in d. reg. null9. ¶ Tertiò* quæritur, vtrũ
is qui aliquid agere tenetur cũ alicuius conſilio, ꝓcedere
poſſit ad actus cõſummationẽ, ſi ille eſt mortuus, vel ab-
ſens, vel cõſulere nõ vult? Et dico, vt ex Gemi. colligitur ĩ
c.j. ne ſe. vac. li. vj. & Pan. in c. ex parte. de cõſti. ꝙ aut con
ſilium debet peti ex ſtatuto vel cõſuetudine: & tũc proce
dere põt in triplici illo caſu, quãdo periculoſum eſt expe
ctare. Si verò peti debet ex mãdato alicuius: dicit Gemi.
ibi, quòd procedere nõ põt: ſed debet ad mandantẽ refer
ri. Quod limita ſecundũ Vin. & Cõpoſt. niſi cõpromiſſio
facta fuiſſet ſub noĩe dignitatis: quia expectabitur ſucceſ-
ſor, ſi ille eſt mortuus. arg. c. quoniã abbas. de of. deleg. Si
aũt facta eſt expreſſo nomine proprio, mandatũ expirat;
ex quo forma ſeruari nõ potuit: ſed expectari debet ſecũ
da iuſſio. arg. in c. cũ dilecta. de reſcri. Limita etiã, ſecun-
dùm Pan. niſi immineat periculũ ex dilatione. l. ſi lõgius.
§. ſi filius. ff. de iudi. & in l. ſi cũ dotẽ. §. ſed ſi latitat. ff. ſol.
mat. quod ſentit Barto. in l.j. §. ſi plures. ff. de exer. Ratio,
ſecundũ eũ, quia mandatum ſecundũ iura debet intelligi.
arg. c. ex literis. de cõſtit. & c. ij. de reſcrip. De mente autẽ
iuris eſt, ꝙ habeatur, ſi haberi põt. ſi non põt haberi, pro-
cedat ad conſummationẽ actus, ſi periculũ ſit in mora: vt ĩ
6 d.c.j. ¶ Quartò quæritur, *an valeat actus geſtus, qñ petẽ-
dum fuerat conſiliũ, & poterat peti, & nõ eſt petitũ? Et di
cit Pan. in c. ex parte. de cõſti. ꝙ ſi mãdator ex forma man
dati voluit requiri cõſiliũ: & nõ tenet actus, niſi reqratur:
vt in c. cũ in veteri. de elect. Si verò eſt ex diſpoſitione le-
gis: tunc ſi lex à principio cũ dedit poteſtatẽ, mandauit cõ
ſiliũ requiri: ſimiliter nõ valet ex defectu poteſtatis, quia
habuit illã modificatã & qualificatã. & ſic intelligerẽ c. no
uit. de his quæ fiũt à prela. ita, ꝙ ſine clauſula decreti act9
eſt nullus. Aut habenti prius poteſtatẽ mandauit ſuperior
vt procedat cũ conſilio: & tũc tenet, licet ſit puniẽdus: ar.
c. dilectus. el ij. de præb. vide gl. ſing. in cle. j. de iure patr.
ꝙ ſi mandatur aliàs habẽti poteſtatẽ, vt aliquid faciat ſub
certa forma: tenet actus, licet forma non ſeruetur, per d.c.
dilectus. Sed eſt alius tex. ſecundũ Pan. de cõceſ. præb. lib.
vj. in c. ſi capitulo. vbi dicit, ꝙ ſi mandatur canonicis aliàs
poteſtatẽ habentibus, vt cõferant certũ beneficium: dato
executore, vt illis negligentibus exequatur, per ſolã litera
rum præſentationẽ afficiũtur manus canonicorũ: & pro-
uiſio alteri facta nõ valet: quia ex quo ſuperior transfudit
poteſtatem in executorẽ, defectu illorũ, quibus mãdauit,
adimit illis poteſtatẽ in caſu contumaciæ. Not. etiam idẽ
in c. cũ in veteri. de ele. ꝙ ſi is, qui tenebatur petere conſi
liũ, arctauit ſe ad extremitatẽ: actus ſine cõſilio geſtus nõ
valet: licet propter extremitatẽ temporis nõ potuerit ha-
bere conſilium: quia ſibi eſt imputandum. Secus ſi debito
tpe petiuit, & debito tpe expectauit reſponſum, quia tunc
ſi cõſiliarij plus debito differunt, vel nolũt dare conſiliũ:
procedi poteſt ad actus conſilio eorũ non expectato: vt in
7 d.c. notatur. ¶ Quintò* quæritur, vtrũ in caſibus, in quib9
debet peti conſiliũ: ſufficiat illud petere poſt actũ. Et dicit
Pan. in d.c. cũ in veteri. ꝙ non. ſed poſtulari debet in ipſo
tractatu actus. Et facit ad materiã epiſcoporũ, qui tenẽtur
negotia eccleſiæ regulariter promouere cũ conſilio capi
tuli: quia debet conſiliũ in actu requiri, & nõ poſt: nec te-
nẽtur canonici præcipitare ſñiam: ſed petere poſſent tem
pus ad deliberandũ cõgruũ. Et idem dic de iudice, qui ex
forma ſtatuti teneretur requirere cõſiliũ ſapiẽtis: qa non
ſatisfacit ſtatuto, ſi prius ſñiam ſcribit, & poſtea cõſilium
petit: vel ſi nõ vult expectare cõſultorẽ tẽpore debito. ad
quod facit c. licet. de reg. vbi nõ licet accipere licentiã ex
8 poſtfacto. ¶ Sextò* quæritur, vtrũ obligatus ad ſequen-
dũ conſiliũ, debeat ſequi conſiliũ malũ? Et dicit Pan. poſt
Hoſt. ꝙ nõ: quia conſilium importat, ꝙ ſit iuſtum; vt in l.
Titium & Męuiũ. ff. de admi. tut. & not. Pau. in l. ſi plures.
ff. de exer. Nec excuſatur faciens actũ cum malo conſilio,
ſecundũ eundẽ Pan. de mẽte Cõpoſtel. quia conſiliũ non
obligat. & idẽ Barto. & ſecundũ eũdẽ Hoſt. poſſet contra
riam proferre ſñiam. quod Pan. dicit verũ de æquitate: ſe
cus de rigore iuris. Sed dictũ eius limita, niſi periculũ eſ-
ſet differre: quia tunc clare poſſet etiã de rigore iuris, vt
dictum eſt. ¶ Septimò quæritur, vtrũ teneatur quis ex cõ
ſilio dato? Et dico, ꝙ aut dedit delinquẽti, aut cõtrahenti.
Si dedit delinquẽti: dico, ꝙ indifferẽter inuoluit, quo ad
culpam, ſiue peccatũ: ſed ad pœnã ſiue reſtitutionẽ, diſtin
guo. Nam aut talis erat facturus etiã ſine cõſilio: & tunc ſi
dedit conſiliũ & opẽ, tenetur. Inſti. de obli. quæ ex delic.
naſc. §. at vbi ope. ff. de furt. l. ſi quis vxori. §. j. etiã ſi conſi
lium nõ adhibuit principaliter, ſed ſecũdario. ff. de furt. l.
pignore. Inſtit. de furt. §. ope. vt puta, accõmodauit ſcalã
ad aſcẽdẽdum, vel hmõi. Si verò dedit quidẽ cõſiliũ aliàs
facturo, ſed ſine ope, nõ tenetur. d. §. at vbi ope. nõ obſtã
te l.j. §. ſi quis. ff. de ſer. cor. quia eſt caſus ſpãlis, in quo de
bet augeri malitia ſerui laudãdo: vel põt dici, ꝙ ibi nõ ſo
lũ ille cõſuluit, ſed etiã laudando incitauit: qd maius eſt.
Pro quo facit quod no. in l. ſæpe. §. fi. ff. de ver. ſig. Aut nõ
erat facturus: & tũc tenetur. l. ſi remunerãdi gratia. §. pla-
nè. ff. man. ſed nõ ei cui dedit conſiliũ, ſecundùm gloſſ. in
regula, nullus ex cõſilio. de reg. iur. li. vj. ſed ei cõtra quẽ:
& eius maleficij nomine: puta, ſi fecit homicidiũ, homici-
da eſt, imò in cõſcientia tenetur ei, cui malũ cõſuluit, quã
tum põt, cõſulere bonũ, vt eũ reducat: ar. vj. q. j. deteriores.
¶ Si verò dedit cõſiliũ cõtrahẽdi, diſtinguò. Nam aut cõ-
ſilium eſt fraudulẽtum, & tũc tenetur indiſtinctè. ff. de do-
lo. l. quod ſi cũ ſcires. vbi ille, qui doloſe & ſui lucri cauſa
cõſuluit mutuare debitori nõ idoneo, tenetur actione de
dolo ei cui dedit cõſilium: & idẽ ff. pro ſoc. l. ij. Aut nõ eſt
fraudulẽtũ: & tunc nõ tenetur. vt in d. regula, nullus ex cõ
ſilio. ff. de dolo. l. & elegãter. Et hoc verũ eſt, ſi eſt ſimplex
cõſiliũ: qa ſi eſſet mãdatũ, quãuis nõ fradulentũ, ſi eſt deſi
gnata certa ꝑſona, puta, mãdat quis tibi vt Titio pecuniã
tradas, tenetur indiſtinctè, etiã ſi aliàs erat facturus. ff. mã.
l. ij. §. tua & aliena. & ff. de neg. geſt. l. iij. §. fi. Si autẽ non
eſſet deſignata certa ꝑſona, tũc tenet, ſi aliàs nõ erat factu
9 rus. ff. mã. l. ſi remunerãdi gratia. §. planè. ¶* Octauò quæ
ritur, quid de proponẽtib9 in conſilio aliquid, quo ꝓximi
damnificẽtur iniuſtè, vel quo fiant iniqua ſtatuta? Et dicit
Dir. ꝙ tenẽtur ad reſtitutionẽ in ſolidũ vltra mortale, quã
10 do ſine eorũ propoſitione factũ nõ fuiſſet. ¶ Nonò* queri
tur, qd ſi papa mãdet collegio, vt eligãt prelatũ cũ aliquo
rum cõſilio, ex quibus vnũ volũt eligere, an requirendũ
ſit eius cõſiliũ? Et dicit gl. in d.c. cũ in veteri. ꝙ nõ eſt ne-
ceſſe, quia cõſentiẽdo poſtea electioni, ſatis videbitur prę
ſtare cõſiliũ; & ſi ante electionẽ cõſentiret, caſſanda eſſet
propter vitiũ ambitionis. de elec. poſt petitã. Sed Io. And.
dicit hoc eſſe probabile, ſed tuti9 eſſe requirere etiã hui9
cõſiliũ, vt mãdati formę ſatisfiat, quia eius cõſilio fortè eli
gent meliorẽ. Sufficit autem, ſi cõſiliũ petatur in genere,
ſcilicet de quo vos conſulitis &c. Si verò petatur in ſpecie
de ꝑſona ſua, ſecũdũ Gof. debet reſpõdere, aliorũ iudicio
relinquo. Sed ſecũdũ Hoſ. hoc eſſet ambitioſum, vnde po
teſt

reſt cũm bona conſcientia dicere: nõ eligatis me, quia nõ ſum dignus. Et ſic põt eligi: & ſi eligatur, poterit conſentire. Quòd aũt debeat iſtius conſilium requiri ſaltẽ in genere, communiter tenetur per Doct. vt dicit Pan. in d. c. cũ in veteri. Si verò papa mandaſſet, de cõſilio & aſſenſu: an poſſent eligere vnũ illorum. Hoſ. dicit, ꝙ ſic. quia ſatis eſt ꝙ ex tribus electis duo conſentiant, modò tertius nõ contemnatur: vt patet in arbitris & iudicibus ſimpliciter electis, in quibus valet ſñia maioris partis: vt in l. duo ex tri-
11 bus. ff. de re iudic. Et* not. ſingulariter hoc dictum: ꝙ vbi eliguntur ſimpliciter plures ad conſulendum vel conſentiendum, vel aliquod officium extra iudiciũ exercẽdũ, valet quicquid facit maior pars, modò non contemnatur minor, ſecundùm Pan. in d. c. cùm in veteri. Si autem mãdet papa eligi prælatũ cum conſilio & aſſenſu cõcordi illorũ trium, nullus eorum poſſet eligi, ſecũdũ Hoſt. & Pan. vbi ſuprà: quia nullus conſentire poteſt in ſeipſum. Et idem eſſet, ſi mandaſſet cũ conſilio & aſſenſu tertij: quia oporteret eum ante electionẽ conſentire: & notaretur ambitio-
12 nis: vt in d. c. poſt petitam. ¶ Ex* his patet, ꝙ ſi ſtatuto caueatur, ne mulier alienet ſine conſenſu duorum agnatorũ: ſi alienet vni de cõſenſu alterius, tenet alienatio. & ſtatuto ſatisfactum eſt: quia is, qui emit, alienationi videtur cõſentire. Et idem ſi caueatur ſtatuto, ne filius litiget ſine cõſenſu patris, & pater litigat cum eo.

¶ CONSPIRATIO, ſuprà Coniuratio.

¶ CONSTELLATIO, infrà Superſtitio. §. vj.

DE CONSTITVTIONE.

1 *Conſtitutio quæ cum lege eadem eſt, à quo propriè fiat. Et quid diſtet à decretis & ordinationibus collegiorum conſtituendi authoritatem non habentium.*

2 *Prælatus ſi quid præter collegij præſentiam, ſed per ſe decernat & ordinet, quamdiu duret.*

1 CONSTITVTIO,* infrà Lex, diffuſe declaratur: quia eſt idem legi: dicta à con, & ſtatuo: quia vt dicit Pan. in ru. eo. tit. propriè conſtitutio fit à principe cum ſuis cõſiliariis. largè autem à collegio, in quo multi ſimul aliquid ſtatuunt: & de eius natura eſt, ꝙ ſit perpetua, niſi reuocetur, ſecundùm Archiep. Vincẽ. clxxxiij. Vnde differt ab ordinationibus, quas faciunt collegia non habẽtia authoritatem conſtituẽdi: quæ nõ ſunt perpetuæ. Vnde dicit idẽ Archie. in iij. parte. tit. xxiiij. c. ij. §. iiij. ꝙ in capitulis generalibus & prouincialibus fiũt ordinationes ſeruandæ, quæ dicuntur acta: quæ obligãt ad ſeruandũ vſq; ad ſequens capitulũ, poſtquã fuerint promulgatæ. hæc ille. Et dato, ꝙ ſint perpetuæ, vt aliqui dicunt, quod tamen eſt falſum, non obligant, poſtquã nõ practicatur in obſeruãdo: & à fortiori quãdo nõ ſunt in memoria, qa abrogari poſſunt multofortius quàm cõſtitutiones. Et ſi ita eſt de actis capitulorũ generaliũ: multofortius hoc eſt verũ de omnibus ordinationibus factis collegialiter in ordine prædi-
2 cto: alioquin nõ differrent à cõſtitutionibus. Si* quid tñ aliquis prælat⁹ ſingulariter ſine collegio ordinaret, durãte ei⁹ prælatione præciſe: niſi eſſet gratia facta authoritate papæ, vel authoritate propria ſine præiudicio ſucceſſoris, de qua ĩ. Gratia. §. ij. & ĩ. Indulgentia. §. v. parti. vij.

DE CONSVETVDINE, ET MORE.

1 *Conſuetudinis ac moris finitiones, & acceptiones multiplices. Et ſcripto quod conſtat, cuius nomine contineatur.*

2 *Conſuetudo rationabilis, & irrationabilis quænam dicatur. Et ſub hæc, quòd cõſuetudo eo caſu rationabilis eſt, quo & lex, ſi recens conderetur.*

3 *Lex à rationabili uoluntate legiſlatoris, id eſt Dei, procedit, quãtum ſcilicet ad legem naturalem & diuinam, uel hominis quãtum ad humanam. Et ſicut uerbo, ita facto rationabilis uoluntas in agendis demonſtratur.*

4 *Conſuetudo præſcripta, quæ ſit.*

5 *Conſuetudinem prout ad præſens negotium pertinet, quis inducere uel facere poſſit. Et conſuetudinem iuris ſpeciem eſſe.*

6 *Conſuetudo ut inducatur, quæ requirantur.*

7 *Conſuetudinis appellatione, quænam propriè accipienda ſit. Et an pueri, mulieres, furioſi, & huiuſmodi ſint de numero habiliũ ad legem inſtituendam.*

8 *Conſuetudo qualiter interrumpatur, aut tollatur.*

9 *Conſuetudo, num legem poſitiuam abolere queat.*

10 *Conſuetudo ſemel lege reprobata, non poteſt amplius induci. & huius limitatio. Et ſubinde, num conſuetudo legem uincat.*

11 *Conſuetudinem ſcire præſumitur ciuis. Et ſi ciuitas ſtatutum contra conſuetudinem faciat, licet de ea mentionem nõ faciat, tollitur conſuetudo.*

12 *Conſuetudo legi poſitiuæ & præceptiuæ, an derogare poſſit. Et in legibus pœnas inſligentibus ipſo facto, num locum habeat cõſuetudo contraria: & quid in his, quæ pœnas inſligi edicunt.*

13 *Conſuetudinem, an inducat non uſus, & legem tollat. Et an in his, quæ meræ facultatis ſunt, conſuetudo inducatur.*

14 *Conſuetudo, an legem diuinam aut naturalem abolere poſſit. Et quid de præceptis ceremonialibus, & iudicialibus. Et quid de moralibus.*

15 *Conſuetudo contra Canones, cur ualeat, at non æquè in ſtatuto. Et cur laicis aduerſus leges Imperiales ſtatuere liceat: eccleſiaſticis autem contra pontificia decreta non liceat.*

16 *Statutum contra canonem ex cauſa urgẽti, nec à canone ueriſimiliter præuiſa, fieri poſſe. Et an ex noua cã legatus generalis delegato papæ prohibere poſſit, ne in cauſa ſibi cõmiſſa ꝓdeat.*

17 *Lex aut ſtatutum excommunicationis ſententiam habens, num tollatur per conſuetudinem.*

18 *Conſuetudo, num ab huius ſeculi pœnis, ſi praua ſit, excuſet. Et quid quo ad Deum, Et an conſuetudo communis dicta propriè ad mortale obliget.*

19 *Conſuetudinem ſuam num quis ſeruare teneatur, in his quæ liberè facit: ſeu, num in his, quæ meræ facultatis ſunt, conſuetudo induci queat, prout ius priuatum eſt in facientis præiudicium.*

20 *Conſueta in omni pacto, num quis ſeruare teneatur. ſeu mauis, num in omni pacto actum eſſe intelligatur, quod cõſuetum eſt.*

21 *Conſuetudinem, qua quid temporale pro ſpirituali exigitur, num quis ſeruare obligetur. Et quid de ſtatutis quarũdam ciuitatum, ut bona filiorum & uxorum, ſed & filij quoque ipſi ob delictũ fallentiæ, id eſt, quando pater foro cedit, capi poſſint.*

22 *Conſuetudo, aut ſtatutum, num ualeat, ut homicida, uel huiuſmodi criminoſus in pecunia puniatur, cùm iure diuino corpore delictum luere debeat. Et an ualeat ſtatutum, quo cauetur, ut patris interfectorem, aut ad faciem cædẽtem interſicere liceat.*

23 *Conſuetudo num in iudicio contentioſo ſpectetur, ut ſecundũ eam, quamlibet iuri ſcripto contrariam iudicandum ſit. Et ſecundùm quam conſuetudinem iudici delegato, ſit iudicãdum.*

24 *Iudex arbiter in quem compromiſſum eſt, ut ſecundũ iura pronuntiet, num poſſit ſecundũ conſuetudines & ſtatuta iudicare.*

25 *Conſuetudo & præſcriptio quotupliciter differant. & ibidẽ ſex traduntur ordine & fusè differentiæ.*

1 CONSVETVDO* & mos, vt plenius intelligãtur, ſciẽdũ, ꝙ mos ſecundũ Iſi. in v. Etym. eſt lõga cõſuetudo de moribus tantũmodo tracta. Et ſecundũ Archi. in Roſ. mos aliqñ eſt nomẽ qualitatis. i. habitus mẽtis: aliqñ verò eſt nomen iuris. Et ſecundũ S. Tho. in iij. diſtin. xxiij. mos primò ſignificat cõſuetudinẽ. i. frequentiã actuũ, qui ſunt in noſtra poteſtate: & ſecundò inclinationẽ appetit⁹, quæ aliquam

aliquãdo eſt à natura. vnde & beſtiarũ dicuntur mores aliquãdo à cõſuetudine, aliquãdo ab infuſione. Et ſecũdùm Arc. mos tripliciter ſumitur. Primò ꝓ omni lege, quaſi gen⁹. Secũdò pro actu frequẽtato, præcipuè ſecũdũ rationẽ. Tertiò, ꝓ iure humano nõ ſcripto. Ex quib⁹ omnibus elicio, ꝙ mos ſumitur multipliciter. Primò, ꝓ actu volũtatis elicito, vel imperato: & ſic de morib⁹ Iſido. dicit trahi cõſuetudinẽ. Secũdò, ꝓ habitu cauſato à talibus actib⁹: & ſic eſt nomẽ qualitatis, ſecũdũ Arch. & etiã cõſuetudo vnius hominis tracta de moribus. Tertiò, pro ipa frequentatione actuũ, quæ aliqñ eſt ſine habitu cauſato: vt cũ idẽ populus, ſed nõ ijdẽ homines frequẽter idẽ faciunt: puta oblationẽ regi nouiter aduenięti: & iſto modo ẽ nomẽ iuris, ſecũdùm Arch. & cõſuetudo lõga tracta de moribus, ſecũdũ Iſid. nõ quidẽ cõſuetudo vnius hominis, ſed vni⁹ collegij. Quartò, ꝓ omni iure. Primo igitur modo nõ eſt cõſuetudo, ſed eius cauſa. Secũdo modo eſt cõſuetudo facta in vno homine. Tertiò modo ẽ cõſuetudo multitudinis. Et de hoc more, & de hac cõſuetudine, vt ſunt nomina iuris, nũc loqmur, nõ de cõſuetudine vnius hominis, q aliqñ eſt ius priuatũ, & nõ publicũ, ſicut iſta: vt in l. de quibus. & l. cũ de cõſu. ff. de leg. Igitur cõſuetudo eſt ius quoddã, ſcilicet nõ ſcriptũ, moribus, id eſt, aſsiduis actibus cõſtitutũ: quod ꝓ lege ſuſcipitur cũ deficit lex. di. j. cõſuetudo. quod aũt in ſcriptis redactum eſt, vocatur lex, aut cõſtitutio, vel
2 huiuſmodi. ¶ Primò* verò quæritur, quæ cõſuetudo ſit rationabilis? Et dico, ꝙ cõſuetudo rationabilis, ſecũdũ cõiorẽ opinionẽ Inn. Arc. & Canoniſtarũ, eſt quã nõ improbãt iura, ſed ſuſtinent: irrationabilis verò q nullo iure ſuſtinetur. Verũ tñ qa nõ ſufficiẽter deſcribit, nec eſt regula vniuerſalis, vt patet intuẽti: ideò dicit Ho. iudicis arbitrio relinquẽdũ q cõſuetudo ſit rõnabilis, & q nõ. Sed neq; hoc videtur bene dictũ: qa ſi duorum iudicũ eſſet cõtrariũ arbitrium de rationabilitate conſuetudinis aduerſantis legi poſſent de eadẽ cã cõtrarias ferre ſentẽtias: vn⁹ ſecũdũ legẽ: alius ſecũdũ cõtrariã legi cõſuetudinẽ. Vnde dicit do. Ant. in c. fi. de cõſu. & refert Gem. in c. licet. de cõſt. li. vj. ꝙ cõſuetudo in tãtũ eſt rõnabilis, in quãtũ participat ď fine iuris: qui in canonico, eſt felicitas animæ: in ciuili, bonum publicũ: vt no. gl. de iureiu. cùm cõtingat. Vnde cõuenire debet religioni, diſciplinæ, & ſaluti. Et ſi prędictis eſt contraria: puta, qa nutritur peccatũ: de ſe eſt irrationabilis: & ſeruari nõ põt ſine pecato. di. viij. q cõtra. etiã ſi cõueniret iuri ciuili: qa bonũ animæ ꝑpõderat bono tẽporali: ſicut cõſuetudo mutuãdi ſub vſuris, q ꝓ bono publico pmittebãtur. Vnde dicit Pa. in d. c. fi. ꝙ cõſuetudo dicitur rationabilis, qñ aliquo bono fine inſtituitur: licet ſit cõtra ius qđ eſt rõnabile. ſicut rõnabile eſt, ꝙ epiſcopus eccleſiæ negotia pertractet cũ capituli conſilio. c. nouit. & c. quanto. de hisq. ſi. à præl. quia firmius eſt iudiciũ plurimorũ. c. prudẽtiã. de off. dele. & di. xx. de quibus. & tñ cõſuetudo põt introducere cõtrariũ: vt in c. nõ eſt. de coſu. li. vj. q tamẽ erit rationabilis alia rõne, ſcilicet vt negotia citius expediant. Et hæc oĩa ſunt bñ dicta, ſed ſufficiẽter: qa ſi cõſuetudinis finis eſſet bonus, & haberet alias circũſtãtias malas: nõ eẽt rõnabilis: ſicut nec lex, vt dicetur ĩ. Lex. qa & ipſa cõſuetudo eſt lex. Vnde dico, ꝙ eo caſu eſt rõnabilis conſuetudo, quo rõnabilis eſſet lex, ſi cõſideretur nouiter, mutata lege priori ſi qua erat: vel nõ mutata, ſi nõ erat. ita ꝙ cõſuetudo habẽs cõditiones legis bñ poſitæ, eſt bñ & rõnabiliter introducta. Pro cui⁹ notitia & fundamẽto dicẽdorũ no. ꝙ S.
3 Tho. j. ij. q. xcvij. ar. iij. virtualiter ſic habet: *Lex ꝓcedit à rationabili volũtate legiſlatoris, id eſt, Dei, quãtũ ad legẽ naturalẽ & diuinã: vel hominis, quãtum ad humanã. Sicut aũt verbo, ita & facto manifeſtatur rõnabilis volũtas ĩ agẽdis: qa hoc quiſq; videtur eligere vt bonũ, quod opere implet. Vnde ſicut verbo humano, ita & actib⁹ maximè multiplicatis, qui cõſuetudinẽ faciũt, mutari põt lex humana, & exponi, & aliquid cauſari, quod legis ꝟtutẽ obtineat: inquãtũ ſcilicet ꝑ exteriores act⁹ multiplicatos, interior volũtatis motus & cõceptus rõnis efficaciſsimè declarat: qa quod multoties fit, videtur ex deliberato rõnis iudicio ꝓuenire: & ſcđm hoc cõſuetudo habet vim legis, & eã abo-
4 let, ac interpretatur. ¶ Secũdò* quæritur, q ſit conſuetudo pręſcripta? Et dicit Hoſt. ꝙ ſecũdũ Canoniſtas eſt illa, q eſt xl. anno. de ele. c. Cumana. de cenſi. olim. de pręſc. auditis. quod intelligẽdũ eſt in præſcriptiõe rei, vel iuris eccleſiaſtici: vt patet in iuribus allegatis. ſecũdũ leges aũt diuerſitas eſt: qa dicũt aliq tãtũ expectãdũ eſſe tp̃s, ꝙ in cõtrariũ memoria nõ exiſtat. Alij aũt verius, quòd ſufficit tẽpus x. annorũ inter pręſentes, & xx. ĩter abſentes: qa clarè patet. C. de pręſ. lõ. tẽ. quòd lõgũ tẽpus, in quo inducitur pręſcriptio, dicitur x. anno. inter pręſentes, & xx. inter abſentes.
5 ¶ Tertiò* q̃ritur, qs poſsit facere, vel inducere cõſuetudinẽ de qua loqmur, id eſt, habẽtẽ vim legis. & dicit S. Th. vbi ſ. ad tertiũ. Multitudo, in qua conſuetudo introducit, ſi libera ſit, q poſsit ſibi facere legẽ, plus eſt cõſenſus toti⁹ multitudinis ad aliqđ obſeruãdũ, quẽ cõſuetudo manifeſtat, q authoritas principis, q non habet ptãtem cõdẽdi legẽ, niſi inquãtũ gerit pſonã multitudinis. vñ ſingulę perſonę nõ poſſunt cõdere legẽ: tñ totus popul⁹ cõdere põt. Si ꝟò multitudo nõ habeat liberã ptãtẽ cõdẽdi legẽ, vł legẽ à ſuperiori poteſtate poſitã remouẽdi: ipſa cõſuetudo in tali multitudine pręualẽs, obtinet vim legis, inquãtũ ꝑ eos toleratur, ad quos pertinet multitudini legẽ imponere. ex hoc enim ipſo videtur approbare, quod cõſuetudo ĩduxit. hæc ille. Cõſuetudinẽ ergo facere põt multitudo libera ad cõdẽdum legẽ, & nõ libera ex tolerãtia eius q cõdere põt. A quo eñ remouetur gen⁹, id eſt, ptãs cõdẽdi legẽ: & ſpecies remouet, id eſt, poteſtas inducẽdi cõſuetudinem. l. filius. ff. de don. & l. iuriſgentiũ. ff. de pact. in gloſſ. Cõſuetudo enim eſt ſpecies iuris. Inſti. de iu. na. §. cõſtat.
6 ¶ Quartò* quęritur, qualiter inducatur, id eſt, quæ requirantur ad inducẽdã, vel faciendã cõſuetudinẽ, de qua loquimur, quæ ſcilicet habet vim legis? Et dico & ſecũdùm Sum. Ro. glo. in c. fi. de cõſue. enumerat multa: & tñ ĩ fine videtur exigere duo ſolùm. Primò ſcilicet, ꝙ ſit rationabilis. & ſecundò, ꝙ ſit pręſcripta, id eſt, obtẽta ꝑ curſum tẽporis ad pręſcriptionẽ reqſiti. Sed gl. malè adducitur: qa non loquitur de inductione cõſuetudinis, ſed de virtute ei⁹ abrogãdi legẽ. ad quod plus requiritur, q ad habere vim legis: vt patebit ſtatim hic in ſecũdo reqſito. & ĩ. §. vj. ¶ Vnde dico reqri primò, ꝙ ſit rationabilis: quia de ſubſtãtia legis eſt, ꝙ ſit rationabilis. di. iiij. erit aũt. Vnde conſuetudo ratione carens, nunqnã habet vim legis. ¶ Secũdò, requiritur tẽpus debitũ: de quo, licet ſint variæ opiniones, Pa. tamẽ in c. fi. de conſue. dicit illud ſibi videri, ꝙ iure ciuili requiritur tẽpus x. anno. quia ad introducendã cõſuetudinem iura requirũt longum tempus. C. quæ ſit long. conſue. in rubro & in nigro. & arg. in l. ij. C. de ſerui. longum autem tempus eſt x. annorum. C. de præſcri. lon. temp. per totum. & in glo. d. rub. C. quæ ſit lon. conſue. Et hoc tenet Bar. in l. de quibus. ff. de leg. & Cy. in d. l. ſecunda. Iure verò canonico ſi conſuetudo eſt preter ius, ſufficit tempus decem annorum. Facit glo. in c. fi. de conſue. libro vj. & in c. conſuetudo. xij. diſtin. quod limita, ſecundùm Innoc. in c. cum

c.cùm dilectus.de conſue.niſi detraherent iuri alicuius ec
cleſię particularis:quia requiritur tempus debitū ad ꝑſcri
ptionē:imò idē dicit Pan.ī d.c.fi.de eccleſia vniuerſali.cō
tra Inn.quia nō,min⁹ debet eſſe fauorabile totū corp⁹ ec
cleſiæ,q̄ membrū.Si verò eſt cōtra ius,requiritur tempus
xl.annorū:quia oportet eā eſſe præſcriptam:vt in d.c.fi.&
in c.iij.de conſue.lib.vj.quod ſecūdùm do.Anton.limita,
niſi papa ſciret:quia ſufficeret tempus x.anno.Si verò cō
ſuetudo ſit cōtra ea quæ ſeruata ſunt principi in ſignū ſpe
cialis priuilegij:tam iure ciuili q̄ canonico requiritur tē-
pus,de cuius initio memoria nō ſit: vt eſt tex. in c. ſuper
quibuſdam.de verb.ſig.¶ Tertiò requiritur, ꝙ mores &
actus hominū,per quos ſolū introducitur,vt in d.l.de qui
bus. ſint tot,& ita notorij,ſecundùm communiorem opi-
nionē,vt dicit Pan.vbi ſ.ꝙ veriſimiliter trāſierint in noti
tiā populi;& ꝙ ſint tales, vt eiuſdem populi arguāt cōſen
ſum:vt in d.l.de quibus. quia tacitus populi cōſenſus eſt,
qui cōſuetudinē facit. Vnde vbi ille ex cōiecturis habet,
nō curatur de actuū frequentia magna. Quot aūt requirā
tur:Pan.vbi ſ.dicit,ꝙ ſecundùm Car.in d.l. de quibus.nō
ſufficit vnus,quantumcunq; notorius:quia cōſuetudo in-
ducitur ex frequentia actuū:quę ceſſat,vbi eſt vnic⁹:tū qa
eſt contra ſubſtantiā,& ſignificationē vocabuli: cùm dica 8
tur conſuetudo quaſi communis aſſuefactio: tum quia ex
vnico actu,quātūcūq; notorio, nō poteſt dici populi cō-
ſenſus:quia fortè per errorē,vel gratia ſcādali euitādi pri
ma vice populus nō cōtradicit. Vnde male videtur ſentire
Sum.Ang.ꝙ per vnū actum inducatur conſuetudo,ſi appa
reat de expreſſo conſenſu populi volentis per illum indu 9
cere conſuetudinē:quia de ratione cōſuetudinis eſt plu-
ralitas actuū:vt ex definitiōe patet: vnde eo caſu nō eſſet
cōſuetudo,ſed eius principiū.Diſtinguit tamē idē Pan.qa
ſi actus vnicus habet cauſam ſucceſsiuā, & continuationē
tēporis habilis ad conſuetudinē inducendā,ſufficit, & cō
ſuetudo inducitur:vt in c.cū de beneficio.de præben.lib.
vj.& ſi beneficiū ſeculare cōfertur regulari,& ab eo poſsi
detur tēpore prædicto,efficitur regulare,licet vnica inter
uenerit collatio.Et idē dic, ſi ędificaretur pōs in publico,
& haberet cauſam ſucceſsiuā per dictū tēpus.Et ratio eſſe
pōt:quia ibi actus eſt quidē vnus ratione rei factæ,quę eſt
vna:ſed eſt,ſaltē virtualiter,multiplex,ꝓpter tēporis diu-
turnitatē,in qua poſſent eſſe multiplices,& de facto ſunt,
cùm nō cōtinuè artifices operētur. Duo aūt act⁹ ſufficiūt
ad conſuetudinē inducendā.xxv.q.ij. ita nos. Et ita tenet
Sum.Piſa.cui ſupplementū addit:non tamē efficacē:cū de
beat eſſe rationabilis & preſcripta:vt extrà eod.in c.fi.niſi
illi actus eſſent permanētes tēpore legitimo ad ꝑſcriptio
nem.hæc ille.Sed ineptè:quia ea,quæ dicit,requirūtur ad
hoc vt cōſuetudo abrogetlegem: nō ad hoc vt ſit lex. Vn
dictū Piſ.limita verū eſſe in tribus: ¶ Primò in criminali-
bus:vt dicit gl.in d.c.ita nos.nō aūt in ciuilibus, niſi vt ſta
tim dicā.Nō tn̄ ꝓpriè eſt cōſuetudo: quia ſecūdū Pan. in
7 c.j.eo.tit.¶ Appellatione* cōſuetudinis, intelligit ea, quę
tenet,& præſcripta eſt,vt in c. Cumana. de ele. Secūdò in
actibus iudicialibus:vnde ex duab⁹ ſentētijs,& lapſu tēpo
ris cōgruo,accedēte cōſenſu populi à prīcipio, vel ex poſt
facto,tacitè præſumitur cōſuetudo,quia habēt aptitudinē
ad cōſuetudinē inducēdā.ff.de inoff.teſt.l.nā & his.& ff.
ad Sylla.l.ſi quis.§.quod ſub eodē tecto.Tertiò in actib⁹
quos populū latere nō eſt probabile:ſicut ſecundū Gul.de 10
Cug.& Bar.in d.l.de quibus.ſi vn⁹ pontē vnū faciat de do
mo ad domum in platea communi,& alius aliam:quia iſti
duo actus adeò ſunt populo notorij,ꝙ cōpræhēditur eius

cōſenſus:& ſtat frequentia actuū, ſiue pluralitas: quæ duo
conſuetudinē inducūt.In alijs aūt nō ſimilibus prædictis:
vt ſunt,vendere,locare:& actus priuatorū, ſicut vēdere in
porticib⁹ ſuper viam publicā,nō ſufficiūt duo actus,ſed re
quiritur frequētia magna, vt totus populus ſciat.l. ſed &
ea.ff.de legib.& l.nam imperator.ibidē.& ff.de inſti.ac.l.
ſed & ſi pupillus.duo tamē vel tres actus tuentur aliquē in
poſſeſsione,quouſq; ſit dubiū.xviij.q.ij. ſcrutiniū. Quar-
tò,requiritur ꝙ ſit introducta ex certa ſcientia potētis cō
cedere legē:quia ſi talis ſit error, qui tollat cōſenſum, nō
pōt eſſe cōſuetudo:quia deficit cā,id eſt,cōſenſus: vt in d.
l.de quibus.Nec ſufficit certa ſciētia,ſed oportet adeſſe in
tētionē ſeruādi aliquid ea mēte, vt de cętero ſit cōſuetu-
do.ar.itaq;.ff.de iti.actuq; priu.l.vl. Quintò, requiritur ſe
cūdū Pan.ꝙ maior pars populi ſit tali cōſuetudine vſa,vel
ſupple vſum ap ꝓbauerit tacitè, vel expreſſe,imò oportet,
ꝙ ſint duę partes populi vł collegij: vt in l.nulli.& in l.pla
ne.ff.quod cuiuſq; vni. Aliter ſicut legē, ita & cōſuetudi-
nē facere nequirēt. Sed tamē intellige de parte maiori ha
bēte cōſenſum habilē ad inſtituēdā legē. Vnde pueri, muli
eres, furioſi,& huiuſmodi,nō cōputātur: quia legē cōdere
nō poſſent.ff.de legibus.l.j.Multa alia requirūtur,ſecūdū
alios,de quibus Pan.de cōſue.in c.fi.¶ Quintò* queritur,
qualiter cōſuetudo interrūpat̄ ſiue tollatur? Et dicit Pan.
in c.fi.de cōſue.ꝙ ſi eſt cōpleta & perfecta,requiritur tem
pus x.anno.Et ſic intellige Io. An.ibi: aliàs etiam per plu-
res alios actus nō frāgit̄.ſi verò nō ſit cōpleta; ſufficit vnus
actus cōtrarius:ita,ꝙ oportet, vt de nouo incipiatur. ar. l.
vbi duo.ff.de reg.iur. ¶ Sextò* queritur,vtrum cōſuetudo
poſsit legē poſitiuā abolere? Et dico,ꝙ S. Th.j.ij.q.xcvij.
ar.iij.ad ſecundū. volens declarare quomodo ſine pecca-
to conſuetudo humanam legem tollat, dicit:Leges hu-
manę in aliquibus caſibus deficiūt,in quib⁹ ſcilicet eas ſer
uare nō expedit bono cōmuni.Vnde poſsibile eſt quādo-
que præter legē agere,in caſu ſcilicet in quo deficit lex:&
tn̄ actus nō erit malus.Et cū tales caſus multiplicētur pro-
pter aliquā hominū mutationē:tūc manifeſtatur ꝑ cōſue-
tudinē,ꝙ lex vlterius nō eſt vtilis: ſicut etiā manifeſtaret̄,
ſi lex cōtraria verbo promulgaretur. Si aūt adhuc maneat
ratio eadē,propter quam lex prima vtilis erat:nō cōſuetu
do legē,ſed lex cōſuetudinē vincit:niſi fortè propter hoc
ſolùm lex inutilis videatur,quia nō eſt poſsibilis,ſecundū
cōſuetudinem patrię:quæ erat vna de cōditionibus legis.
difficile enim eſt, conſuetudinē multitudinis remouere.
hæc ille.Sed,vt hæc magis explicentur, quantū collegi ex
Bar.in d.l.de quibus.& Pan.in c.fi.de cōſu.in fi.& in c.j.de
treu.& pa.ſic diſtinguo:Nam ſi cōſuetudo eſt contra legē
poſitiuā,vt cōtra leges, ſeu canones,vel ſtatuta:aut eſt cō
tra libertatē eccłiæ, vł cōtra publicā vtilitatē: & nō valet,
ſcđm Bart.in d.l.de qbus.ſicut nec lex valeret. Aut contra
vtilitatē priuatā,vel in nullius præiudicium: & tunc ſi ſu-
perior ſcit,& tolerat,cōſuetudo abrogat legē.Facit gl. in
c.j.de treu.& quod ibi no.Gof.Et nō reqritur alia preſcri
ptio,ſecūdū do.An.quia ex quo ſuperior videt,& tolerat,
nō videtur velle inijcere vinculum.& Pan.ibi dicit,ꝙ ſuf-
ficit bin⁹,vel trin⁹ actus,vt tollatur.Si verò ſuperior igno
rat:diſtingue.Nam,aut lex habet clauſulā derogatoriā ad
cōſuetudinē:& ſic ſecūdū Bar.cōſuetudo non valet.l.eos.
C.de vſuris.quia lex ſemper loquitur.l. Arriani.C.de hæ-
re.Et ex hoc infert Pan.ꝙ* cōſuetudo ſemel lege reproba
tā,nō pōt amplius induci.quod limitat,niſi ſubſit rō noua,
quæ nō ſuberat tēpore legis dānantis cōſuetudinē: quia
tūc poterit nouiter induci.ar.optimum in l. ſi hominem.
ff.man.

ſi.māda.& tex.eſt, iuncta gl.in d.cle. ſtatutū.vel ſecūdùm
Gem.in c.licet.de conſti.lib.vj.niſi lex tantū reſiſteret ad
finē,vt tolleret conſuetudinē preteritā:quod patet q̄n nō
facit mentionē de ea,niſi vt eam tollat,q̄n aliter non tol-
leretur: vt patet in d.c.licet. quia tūc induci poteſt noua
cōſuetudo. Et ita pōt procedere glo.in d.cle.ſtatutum.&
propterea etiā tenet Pet.de Peru.in tractatu,de canonica
portione, circa finē. ꝙ induci pōt noua cōſuetudo cōtra
cle. dudū. de ſepul. Si verò nō habet clauſulā derogato-
riā:ſi lex cōſuetudinē ꝓcedit, cōſuetudo valet cōtra legē.
ar.l.ex facto.ff.de vul.& pup.ſub.& ſi eſt generalis, vincit
generaliter, & vniuerſaliter:non autē ſi ſit particularis.C.
quę ſit lōg.cōſue.l.ij.ſed vincit ſolū vbi cōſuetudo viget.
ff.com.prędi.l.venditor.§.ſi cōſtat. Vnde,vt no.Pan.in c.
cū olim.de cōſue.cōſuetudo locū habet vbi viget:ideoq;
nocet priuilegijs ſtudij generalis in loco vbi viguit, non
in alio. Prædictā tn̄ victoriā intellige, dūmodo cōſuetu-
do ſit rationabilis,& preſcripta, quantū ad tollēdū ius ca
nonicū:vt in c.fi. de cōſue. Quantū verò ad abrogationē
iuris ciuilis,nō oportet eā eſſe præſcriptā:ſed ſufficit po-
puli tacitus cōſenſus: quia ſeculares habēt ius condēdi le
gē, etiā contrariā legi Imperatoris ab ipſo Imperatore.l.
oēs populi.ff.de iuſti.& iure. ideoq; poſſent inducere cō
ſuetudinē.Nō aūt ſic eſt circa ius canonicum:ſed oportet
cōſuetudinē eſſe præſcriptā, & nō eſſe tale ius,quod præ
ſcribi nō pōt. Vnde,quia laici nō poſſent præſcribere ſpi-
ritualia, nō poſſent etiā inducere cōſuetudinē,q̄ ſcilicet
ſit lex.c. Meſſana.de ele.etiā ſi nō eſſet memoria de eius
initio:vt no.Io.And.in c.ij.de præbē.lib.vj.Si verò cōſue
tudo precceſsit,& lex cōtraria ſequitur:tenet Bar.ꝙ cōſue
tudo legē nō vincat: ſed per legē ſequentē tollatur.alle-
gans l.ij.ff.de ſepul.vio.dicit tn̄,Canoniſtas tenere oppo-
ſitum:& videtur caſus in cōtrariū,in c.j.de cōſti.lib.vj.vbi
dicitur, ꝙ lex Papæ nō tollit conſuetudinē rationabilem
certi loci cōtrariā:niſi de ea fuerit mētio facta: quia Papa
11 nō præſumit̄ tales cōſuetudines ſcire.* Ex quo infero, ꝙ
ſi ciuitas facit ſtatutū contra ſuā conſuetudinē:tollitur cō
ſuetudo,licet de ea mētio non fiat:quia ciuis præſumitur
ſcire ſuā cōſuetudinem: vt notatur in d.l. omnes populi.
12 Vide etiā §.ſequē.in prin. ¶ Septimò* quæritur, vtrū cō-
ſuetudo derogare poſsit legi poſitiuæ etiā præceptiuæ?
Et dicit Pan.in c.j.de treu.& pa.ꝙ lex poſitiua etiā præce-
ptiua nō obligat ad peccatū,ſi recepta nō fuit morib⁹ vtē
tium,vel ſi abijt in deſuetudinē. qđ etiā tenet Gof. Inn.&
Hoſt.in Sum.licet in d.c.j.ipſemet cōtrariū tenuerit,mo-
tus, quia lex præceptiua à principio ligauit cōtrauenien-
tes ad peccatū: & cōſequēter ꝑ nō obſeruātiā nō tollitur
eius diſpoſitio: qa tēpus nō eſt modus tollēdi obligatio-
nem.Alij verò diſtinguūt: quia in legibus apponentibus
pœnas ipō facto nō habet locū cōſuetudo cōtraria: cū ſta
tim cōtrafaciendo inciderint in pœnā,& in factū dānatū.
xxiiij.q.j.audiuimus.ſec⁹ in his,quę mādāt pœnas infligi.
Dominus aūt Anto. diſtinguit, quia ſi emanauit in fauo-
rem priuatū, cōſuetudinē tollitur:ſicut pacto, & renūtia-
tione.d.l. de quibus. Si aūt emanauit in Dei honorē, aut
fauorē publicū, nō ligat,ſi ſubditi nō obſeruauerūt,ſciē-
te,& conſentiēte ſuperiore:nec alia præſcriptio requirit̄:
quia non videtur velle, ꝙ ſua lex vinculū inijciat: ſi autē
ignorat,contraueniendo peccat.Sed contra iſtos videtur
tex.in d.c.fi.de conſue.habēs,ꝙ conſuetudo rationabilis,
& præſcripta tollit omnē legē humanā: nō quia eam tol-
lat priuatus:ſed ſuperior in hoc,quod ſic ſtatuit. Vnde di-
ſtinguo,& dico,ꝙ talis lex nō ligat, ſi nunquā fuit ſerua-

ta,ſciēte,& nō contradicēte ſuperiore,cū poſſet:nec req-
ritur ad hoc tēpus præſcriptionis:ſed ſufficit binus vel tri
nus actus in cōtrariū: quia nō agimus hîc de preſcribēdo
cōtra legē: ſed de impediēdo vinculū eius,ne liget, muta
to ſuperioris cōſenſu: quod ꝑ binū, vel trinū actū cōſtat.
Si aūt aliqui ſeruauerūt,& aliqui nō in loco eodē,nō ex-
cuſantur nō ſeruātes:vt in c.cū iandudū.de præben.quod
intellige ſi ſint pars minor: qa tūc locū habet illud, multa
ꝓ patientiā tolerantur,&c. Si verò ſuperior ignorat:præ-
ſcriptio,& rationabilitas conſuetudinis ſimul legē tollit,
nō alterū tm̄. Nec obſtat,ꝙ nō ſeruātes in principio pec-
cauerint: tū quia hoc nego, q̄n ex rationabili cauſa moti
ſunt: tum quia ſaltē nō peccauerūt ſucceſſores primò pec
cantium: quia exiſtimare potuerūt anteceſſores rationa-
biliter motos. In cōſuetudine aūt inducēda ī ſacramētali
bus,requiritur tacitus cōſenſus Papæ:aliter nō ligat:vt vo
luit gl.notabilis in c.vir.de ſecū.nup.hæc Pan. Adde ſecū
dùm Fran.de Are.conſi.xj.& Cardi.in c.j.de treu. & pa.ꝙ
ſi ſtatutū ſuperioris nō recipiatur à ſubditis,ſed contrariū
ſeruetur eo ſciēte, & nō contradicēte: tollitur ſolùm per
contrariū vſum ſine præſcriptione conſuetudinis. Et idē
ſentit Anto.de But.quē nō allegāt:& idem Abb.in c.quia
circa.de cōſan.& affi.ſi lex recipiatur à minori parte tan-
13 tùm.infrà,Lex.§.vj.¶ Octauò* queritur,vtrū nō vſus in-
ducat cōſuetudinē,& auferat legē? Et dicit Pan.in c.Ioan-
nes.de cle.coniu.poſt Ioā.And. ꝙ non,quādo nō vſus nō
habet actū tacitū in ſubſtātia, vel in forma cōtra diſpoſi-
tionem iuris: ſicut ſi per mille annos non accideret caſus
hermaphroditi,nō eſſet abrogata lex dicēs,eū eſſe iudicā
dum ſecundū ſexū præualentē.l. quæritur.ff. de ſtatu.ho.
quia nihil actū eſt contra legē: ſicut etiā ſi paſſus damnū,
agere noluit:nō eſt abrogata lex cōcedēs illi poſſe agere
actione legis Aquiliæ: nec cōtra illā inducta eſt cōſuetu-
do:qa lex ad vſum nō neceſsitat,ſed dat agendi facultatē.
Vnde cōcludit,ꝙ in his,quę ſunt meræ facultatis nō indu
citur cōſuetudo:qa in his caſibus nihil agitur contra legē
punientē. Si verò nō vſus habet in ſe tacitū actū cōtra diſ
poſitionē iuris,tūc inducitur cōſuetudo:vt in d.c.Ioānes.
quia ibi nō deferēdo tonſurā,committi videtur contra le
14 gem, quę tonſuræ delationē iniūgit. ¶ Nonò* quæritur,
vtrū cōſuetudo poſsit abolere legē diuinā, aut naturalē?
Et dicit S.T.j.ij.q.xcvij.ad tertiū ſic:Nulla cōſuetudo vim
legis obtinere poteſt cōtra legē diuinā,aut naturalē:quia
conſuetudo procedit à volūtate humana:dictæ leges à di
uina.hæc ex illo.Sed hæc intellige ſanè iuxta mentē eius.
j.ij.q.xciiij.arti.iiij.& v.& q.xcv.ar.ij.vbi habet, ꝙ in lege
naturali ſunt tria, ſcilicet prima principia, quæ nunquam
deficiūt à rectitudine, vt nulli noceatur: & primæ conclu
ſiones deficiētes raro deductę ex illis principijs:vt, nō oc
cides:& quædā determinatiōes quorūdā cōium à dicta le
ge deriuatæ:ſicut lex naturę habet,ꝙ peccās puniatur:ſed
ꝙ tali, vel tali pœna puniatur,eſt determinatio legis natu
ræ,quæ,vt dicit in d.q.xcv. ex ſola humana lege habet vi
gorē. Vnde iſtas determinatiōes cōſuetudo mutare pōt.
nō aūt primas cōcluſiōes: ſed interpretari ſolùm:vt j.Pa-
pa.§.xvj.principia verò nec mutare,nec interpretari pōt.
Et iuxta hæc intelligo dicta Canoniſtarū, & Legiſtarum.
Nā dicit Pan.in c.fi.de cōſuetu.ꝙ cōſuetudo valet contra
Dei præcepta ceremonialia, vt ꝙ tali tēpore immolaret̄
agn⁹: & iudicialia, vt ꝙ furatus ouē redderet quadruplū.
quātū ad moralia aūt,quę ſunt de lege naturæ, vt nō occi
des,nō furaberis: cōſuetudo pōt diſtinguere, limitare, &
augere,ſi ratio naturalis ſuadet:nec erit pœnā tranſgredi:

quia preſumitur hoc voluiſſe ipſum Deū:cū noluerit oēs
caſus diſtinguere: ſed dederit regulas generales, ſcilicet,
determinabiles,& applicabiles ad multos caſus:& poſt ea
dedit vicario ſuo generalē autoritatem dicēs, Quodcūq;
ligaueris,&c. vbi aūt nulla ratio naturalis ſuggerit ius di
uinū diſtinguere,aut limitare:nec lex, nec cōſuetudo va-
let:ideo etiā dicitur ꝙ Papa errare poteſt, qñ diſponit cō
tra ius diuinū ſine cauſa,& ſic intellige tex.in c. ſunt qdā.
15 xxv.q.j. ¶Decimò* quæritur,quare cōtra canones valeat
cōſuetudo,& nō ſtatutū:& quare laicis perſonis,licet ſta-
tuere cōtra leges imperiales: nō aūt eccleſiaſticis contra
canones pontificales?Et dicit Pan.in d.c.fin.iſtā fuiſſe ra-
tionem: quia ius ciuile finaliter tēdit in bonū publicū: &
vtilitatē priuatorū. vnde ſi populus vult ſibi preiudicare
cōdēdo legē:Imperator nō curabit,qa pōt populꝰ in hoc
renuntiare fauori ſuo:vt in c.ad apoſtolicā.de regu.Item
qa mores hominū ſunt diuerſi: ideo voluit Imperator,vt
quiſq; populus poſsit facere cōtra legē, nō tñ cōtra hone
ſtatem,nec cōtra principi reſeruata:ſed in præiudiciū eo
rum duntaxat. Ad quod d.l.oēs populi. & quod ibi nota.
Bart.Sed ius canonicū principaliter intendit dirigere ho
mines in Deū: & venit ad bonū publicū eccleſiaſticū. Vñ
ſtatutū cōtra edictū ab inferioribus, præſumit temerariū
& ambitioſum,& fini æterno cōtrariū.Vñ noluit Papa da
re poteſtatē ſtatuēdi cōtra canones:cōſuetudo tamē tole
ratur:quia cōſurgit ex tacito cōſenſu:nec præſumitur am
16 bitio tanta. Dicit* tamē Bart.vnū ſingulare per l.ſi homi-
nem.ff.mād.ꝙ ex cauſa vrgēti,& veriſimiliter nō præui-
ſa à canone, fieri pōt ſtatutū cōtra canonē: & multū bene
facit illa lex,vbi dicitur, ꝙ ſi dedi mādatū ſpeciale alicui,
vt aliquē ſeruū manumittat; certè poteſt procurator ge-
neralis domini ex noua cauſa nō cōſiderata p dominū in
terdicere pcuratori ſpeciali,ne manumittat,veniēdo cō-
tra mādatū ſpeciale domini. Et ita in propoſito. Et p hoc
dictū, & illā legē tene menti hoc ſingulare,ꝙ ex noua cā
pōt legatus generalis prohibere delegato Papæ ſpeciali,
ne procedat in cauſa ſibi cōmiſſa, quāquā in illa cauſa de
legatus ſpecialis dicatur maior generali:vt in c.ſtuduiſti.
de offi.leg.Sed hoc admittit ex noua cauſa nō cōſiderata
17 p Papā. ¶Vndecimò*quæritur,vtrū lex,vel ſtatutū habēs
annexā ſententiā excōicationis, tollatur p cōſuetudinē?
Et dico ꝙ, vt colligitur ex Cardi.in prologo clemē.Inno.
domino Anto.& Pan.in c.j.de treu.& pa. quidā tenent,ꝙ
cōtra faciētes nō excuſantur,etiā ſi eſſet ſolū preceptiua:
ex quo principio ligauit ad pctm̄. Sed quia hoc ſuprà ſo-
lutū eſt. §.vij.ideo dic,ꝙ cōtrafaciētes nō incurrūt excōi
cationem:ex quo per binū actū factū eſt cōtra, legiſlato-
re ſciēte,& valēte cōtradicere,& nō contradicēte: vbi aūt
ignorat,requiritur, ſecūdū aliquos tēpus xl.annorum. ſi
eſt ius canonicū:ſed ſi eſt ſtatutū epiſcopi, credo,ꝙ ſuffi-
ciant x.anni,ante quos ligabūtur pœna,& culpa delinquē
18 tes ſine cauſa rationabili.¶Duodecimò*quæritur, vtrum
conſuetudo excuſet à pœnis huius ſeculi, ſi ſit praua?Et
dicit gloſſ.in c.denique.diſtin.iiij.ꝙ ſic, ſi conſuetudinis
prauitas nunquā eſt declarata per ius. Secus quo ad Deū,
quod tñ intellige quo ad Deū,ſi cōſuetudinis prauitas ſit
ſcita,vel ignorata ignorātia craſſa:puta,cōtra ius natura-
le.xxxij.q.vij.flagitia.Secus vbi eſſet probabile dubiū ſup
conſuetudinis validitate,quia tūc ignorātia legis non eſt
pctm̄:vt in l.regula.ff.de iur.& fac.igno.& in c.cū dilectꝰ.
de conſue.& quod no.Inno.in c. per tuas.de ſimo.& glo.
in c.vno.de poſta.præla.lib.vj. in ver. de cætero. ¶Deci-
motertiò queritur,vtrū cōis cōſuetudo propriè dicta ob-
liget ſub peccato mortali? Et dico,ꝙ quilibet tenetur ſer
uare conſuetudinem ſuam: & non omnes obligantur ad
vnā,& eādem,etiā ſi eſſet Romanæ eccleſiæ,vbi verſatur
extra fidē,& articulos eius,nec Papa mādat,vt ſeruet. Vi-
de glo.in c.j. de ſum.Tri.lib.vj.& c.nolite.diſt.ij. facit c.
quoniā.de ferijs. & ibi Pan. Vbi aūt conſuetudo obligat:
non ſemper obligat ſub mortali,quāuis ſit lex,aut habeat
vim legis:quia nec omnis lex obligat ad mortale: ſed tūc
ſolùm,quādo ea intētione introducta eſt,vt ſit præcepti-
ua,aut prohibitiua ſub mortali:quod perpēdi pōt,quādo
cōiter tenetur ab oībus ſapiētibus,quòd faciēs cōtra pec-
19 cet mortaliter. ¶Decimoquartò* quæritur, vtrū obliget
quis ſeruare cōſuetudinē ſuā in his, quæ libere facit, ſiue
vtrū in his,quę ſunt merę facultatis inducatur cōſuetudo,
prout eſt ius priuatum in præiudiciū facientis? Et dico ꝙ
non,neq; ex donatione merè facta:vt no.in l.j.ff.de ſerui
tu.& p Cy.in l.ij.C.quę ſit long.conſue.& per Ioā.And.in
c.j.de cler.cōiu.& facit quod no. Inno.in c.bonæ.el ij.de
poſtu.prela.vbi dicit,ꝙ recepto,de lōge veniēti,nō acqri
tur quaſi poſſeſsio,nec cōſuetudo, licet pluries fuerit re-
ceptus.& Bar.in l. cū de in rē verſo.ff. de vſuris.& l.ope-
ras.ff.de ope.lib.dicit, ꝙ licet ruſticꝰ dederit vnū par ca-
ponum p decenniū ex liberalitate,ſimiliter ſi iuit quis ad
vnū molendinū,nō inducitur cōſuetudo, qa iſti actꝰ ſunt
20 meræ facultatis. ¶Decimoquintò*quæritur, vtrū oblige
tur quis in omni pacto ſeruare cōſueta: ſiue vtrū in omni
pacto intelligatur actū,quod eſt cōſuetū? Et dico ꝙ ſic.l.
ſemper in ſtipulationibus.ff. de reg.iu.tex. eſt in l. quod
ſi nolit. §.qui aſsidua.ff.de ædil.edic.ff.de aqua plu.arcē.
l.ſi prius. §.placuit.C. loca.l.licet.ff. de leg.commiſ.l.iiij.
quę incipit, ſi fundus. argumen.ff. de præſcript.verb.l. ſi
tibi.propter qd dicit Bald.in l.liberto.C.de oper.liber.ꝙ
q cōducit operarios alio nō expreſſo,tenetur eis prouide
re in expēſis,& ferramētis,ſecūdū quod eſt cōſuetū,& nō
aliter:allegās d. §.placuit. & Bart.in l.nemo eſt q neſciat.
ff.de duo.re.dicit,ꝙ ſi conſuetudo eſt,ꝙ doctor legat per
ſubſtitutū, intelligitur ꝙ iſtud poſsit, licet non ſit actum.
21 ¶Decimoſextò*queritur,vtrū obligetur qs ad ſeruādam
cōſuetudinē,qua exigitur aliquod tēporale pro ſpūali?Et
dico,ſecundū Pan.in c.ſuā.de ſimo.ꝙ ſine ſimonia ex cō-
ſuetudine iſta exactio pōt introduci, quādo exactio non
præceſsit cōſuetudinē,ſed ex mera libertate,& deuotiōe
populi talis cōſuetudo eſt introducta.facit c. ad apoſtoli-
cam.de ſimo. vbi dicit cōpellendos ad laudabilē cōſuetu
dinē obſeruādā.Si verò pręcedēs exactio dedit cām con
ſuetudini,nō valet:qa habuit initiū vitioſum.Et ſic intel-
ligitur tex.in c.cū in eccleſia.de ſimon.bene ponderatus.
Hæc tñ limita,vt infrà, Simonia. §.xj. ¶Decimoſeptimò
quæritur,vtrū obligetur quis ſeruare cōſuetudinē,aut ſta
tuta,quę in aliquibus ciuitatibus vigēt:vt bona filiorū,&
vxorū,& etiā ipſi filij poſsint capi p delicto fallēciæ, ſcili
cet quādo pater fallit,ſeu cedit foro?Et dicit Pan.in c.ex
parte. de cōſue. ꝙ hæc defendi poſſunt p caſum ſimilē in
l.ſi.C.de primipi.lib.xij.vbi bona vxorū, & filiorū obno-
xia ſunt p culpa mariti primipilarij.i. deferentis in bello
prima pila.i.prima tela, cōtra quē ſtatutū fuit,vt ſi qs hu-
iuſmodi cōdēnatus,ꝙ ſe prauè geſsiſſet in officio,nō ha-
beret vnde ſolueret, extēdi poſſet manus ad bona vxorū,
& filiorū. quod ſtatutū fuit, qa propter eorū gemitus iſti
ſuū male gerebāt officiū.nā amore cōiugis,& filiorū ho-
mines ſæpe trahunt ab illa fallentia. Sūt tñ, inquit, iniqua
illa ſtatuta, qñ qs ex neceſsitate inducitur ad fallēdū: ſed
qa multi à pposito fallūt, ideo emanarūt. An aūt ceſſan-

te rōne ſtatuti,illud ſit obſeruandū cū tanta iniquitate &

damno filiorū & vxorū.Pan.remittit ſe ad not.per Inn.in
22 c.quia pleriq;.de immun.ec. ¶Decimooctauò*queritur,
vtrū valeat conſuetudo vel ſtatutū,ꝙ homicida vel ſimilis
criminoſus puniatur pecuniariter,vbi diuino iure venit
puniēdus pſonaliter?Et dicit Hoſt.ꝙ nō:quia hoc inducit
pronitatē peccādi.quod dictū ſaluari pōt per pdicta:quia
ſcilicet papa nō pōt ius diuinū vel naturale limitare aut
mutare,vbi nulla ratio naturalis hoc ſuggerit. Vnde no-
tāter dicit Abb.in c.ſi.de cōſue.nō valere ſtatutū,vt liceat
interficere interfectorē patris,vel percutiētē in facie.Qđ
dictū nota,qa facit cōtra ſtatuta permittētia cōſanguineis
cōſanguineos vindicare:quia videnť illicita.quod Io.An.
in addi.Spe.videtur limitare,qñ ſtatuta dāt hāc facultatē,
vt ex rācore animi fiat vindicta.Secus ſi datur vt miniſtro
legis ad faciēdā iuſtitiā:quia ſtatutū poteſt illos cōſangui
23 neos facere legis miniſtros. ¶Decimononò* quæritur,
vtrū in iudicio contētioſo ſit iudicandū ſecundū cōſuetu
dinē, etiam contrariā iuri ſcripto,& ſecundū quam? Et di
co,ꝙ glo.ſup c.cōſuetudo.diſt.j.hoc ptractat.& Bar. Brix.
tandē concludit ꝙ ſic, quando eſt rationabilis,& præſcri-
pta. Adde verò tu,ꝙ etiā ſi nō ſit preſcripta,dummodo ſit
à principe ſcita,& tolerata ſpōte:qa eo etiā caſu derogat
legi. Ad quam aūt conſuetudinē ſit recurrendū,vtrum ad
conſuetudinē terræ aut loci prouinciarū vicinarū,aut Ro
manā: reſpōdet deinde gl.ꝙ iudex,maximè delegatus, iu
dicabit primò ſecūdū canones:qbus deficiētibꝰ iudicabit
ſecundū leges:de no.oper.nun.intelleximus.& diſt.x.ſi in
adiutoriū.& deficiēte iure iudicabit ſecūdū cōſuetudinē
generalē,vel particularē,ſi gñalis deſit:licet tūc quidā di
cāt recurrendū ad Romanā:deficiēte autē iure & cōſuetu
dine,procedet de ſimilibus ad ſimilia.xx.di.de qbus.ff. de
legib.l.nō poſſunt.omnibus aūt deficientib. ad Romanā
cōſuetudinē procedēt: vt ff.de leg.& ſe.cō.de quibꝰ licet
ſit argumētū,ꝙ ad conſuetudinē vicinarū prouinciarū ſit
recurrendum.extrà,de cen.ſuper eo. ¶Viceſimò quærit,
ſecundū quam conſuetudinē iudicandum ſit iudici dele-
gato,vbi eſt alia,& alia delegātis,rei & actoris?Et tādē di
cit gl.ſuper c.illud.di.xij.iudicandū eſſe ſecundū cōſuetu
dinē delegātis,qñ litigātes ſe ſpōte ſubijciūt alicui:vel pe
tunt delegatū:& ſecundū conſuetudinē litigantiū,ſi datur
inuitis: & potius rei,quàm actoris:quia.ſ.fauorabilior eſt
reus.quod Arc.ibi limitat verū,niſi in duobus caſibus.Pri
mò,cū actoris cōſuetudo eſt magis cōſona iuri & verita-
ti.Secundò,ſi magis abſolutionē,quàm condēnationē ad
ducit:qa magis ſequendū eſt quod cōſonat veritati nego
tij.iij.q.vij.iudicēt.& promptiores eſſe debemus ad abſol
uendum.xxxv.q.ix.veniā.Melius tñ diſtingui pōt,vt in d.
gloſ.ſubiungitur.Nā ſi iudex per appellationē obtinetur:
delegatus ſequi debet cōſuetudinē loci,à quo appellatur:
quia iudex appellationis tenet ſequi cōſuetudinē prioris
ſentētiæ.vt in aut.vt cū.de ap.cog.in prin.col.viij. Si aūt
ſine appellatione iudex impetret,ſequēda eſt cōſuetudo
delegātis.ar.ff.de cond.& demon.ſecundū Io.ſed ſecūdū
Bart.Brix.iudicabit ſecūdū cōſuetudinē rei: cū actor forū
rei ſequatur.de fo.cōp.cùm ſit gñale.niſi rōne contractus
vel maleficij ſit factus de foro alterius:quia tunc ſeruabit
cōſuetudo loci vbi cōtraxit vel deliquit.di.viij. quę cōtra
24 morē.& de fo.cōp.c.ſi.¶Viceſimoprimò* quæritur,vtrū
iudicare poſsit ſecundū cōſuetudines & ſtatuta iudex ar-
biter,in quē cōpromiſſum eſt,vt ſecundū iura pronuntia
ret?Et dicit Gui.de Suza.in q.ſtatutorū,fuiſſe determina-
tū ꝙ nō,ſaltē ſi illa ſint iuri cōtraria:quia appellatione iu
ris intelligitur ius cōmune Romanorū.Inſt.de iu.na.gen.
& ci.Sed cōtrariū tenuit dñs Ant.in c.Quintauallis.de iu
reiu.& hoc Pan.placet:quia cōſuetudo eſt quoddā ius nō
ſcriptū.Itē quia cū nō ſimus in materia odioſa,verba ge-
neralia debēt verificari in qualibet ſpecie cōtēta ſub gene
re.de reſcri.ſciſcitatus.Cōſuetudines aūt & ſtatuta ſunt iu
ra quędā.Addo ego tertiò,quia etiā ipſa populorū ſtatuta
& cōſequēter cōſuetudines,quę ſunt contra aliqđ ius cōe
Romanū,ſunt ſecundū aliud.i. ſecundū legē, oēs populi.
ff.de iuſt.& iure.quæ lex cōcedit populis poſſe cōdere ſta
tuta cōtra legē.Qui autē poſsint condere aliquid per ſta-
tutū,poſſunt & per conſuetudinē:vt patet ex dictis.Ad ra
tionē verò in contrariū & ſimilia,dici poteſt ꝙ loquūtur,
qñ de vnico iure diſpoſitio eſt intelligenda.Vel dico ego
ꝙ loquunť de principali ſpecie iuris:qa illa eſt ius Impera
toris:iura verò ſpecialiū populorū ſecūdo loco ſunt iura.
¶Viceſimòſecūdò quærit, quæ differētia ſit inter cōſue-
tudinē & præſcriptionē?Et dico,ꝙ ſecūdū Hoſt. ſunt ſex.
¶Prima,quia præſcriptio locū habet in rebus mobilibꝰ,
corporalibus & incorporalibus.de præſcri.auditis.& in c.
ſeq.cōſuetudo verò in incorporalib.tantū:vt in ſeruituti-
bus,iuriſdictionibus,electionibus,& hmōi.¶Secunda,qa
præſcriptione acquirit ius ſingulari & priuato: ſiue illud
ius ex publico,ſiue ex priuato trahatur:vt dicit Pa.in d.ca.
ſi.cōſuetudine verò nō acquiritur ius magìs iſti,quàm illi:
nec alicui priuato,ſed publico:etiā ſi trahatur ex priuato;
ſecundū Pan.vt in l.vēditor. §.ſi cōſtat.ff.cō.prę.vbi patet
induci poſſe cōſuetudinē,ꝙ quiſq; poſsit dato pretio ef
fodere lapides ex fundo alterius.ob quā l. idē Pan.in c.di
lecti.de arbi.infert ad quæſtionē,vtrū induci poſsit cōſue
tudo vt nobiles alicuius caſtri poſsint incidere ligna, vel
aīalia paſcere,intra limites alterius caſtri, vel in fundo al-
terius caſtri, vel in fundo alterius? Et dicit ꝙ ſic, dūmodo
cōſuetudo nō ſit inducta p violētiā.ad qđ c.ſuper qbuſdā.
de ver.ſig.quia quēadmodū pſcribi vel acquiri poſſet to-
ta res:ita & vſus rei.Sed hęc vidētur repugnare dictis ſ. §.
xiij.& §.xiiij.de his quæ ſunt meræ facultatis:niſi dicatur
ꝙ ibi erat ſermo de actibꝰ,vt eſt,dare: hic verò de paſsio
nibꝰ,vt eſt,pmittere.¶Tertia, quia in pſcriptione exigit
titulus & bona fides. de præſcri.ſi diligēti.in cōſuetudine
verò nō requirit titulus,ſed ſolū tps.ff.de vſur.l.cū de in
rem.& in d.l.de qbus.¶Quarta,quia pſcriptio & priuile-
giū nō cōcurrūt.de fi.inſtru.inter dilectos. §.cæterū.de p
ſcri.veniēs.cōſuetudo verò & priuilegiū bene cōcurrūt.
extrà eo.cū dilectus.& de verb.ſi.abba.¶Quinta,qa præ-
ſcriptio eſt excluſio actiōis ſiue petitiōis: cōſuetudo verò
eſt actiōis ſiue iuris acqſitio.de ele.cōſtitutꝰ. & c.in Gene
ſi.in fi.licet & ipſa poſsit negatiuā reſpicere,vbicūq; pba
ri pōt.ſ.ꝙ tale qd fieri nō debeat.ar.de ele.cū eccleſia Vul
terana.& in Sū.Cōf.li.ij.ti.v.q.ccviij.¶Sexta,qa cōſuetu-
do erronea nihil iuuat.Secus verò in pſcriptione: qa titu
lus putatiuus,& ſi verꝰ nō ſit,dū tñ probabilis error excu
ſet,dat cauſam pſcribēdi.ff.pro ſuo.l.vlt. Vtrū cōſuetudo
inducat excōicationē.j.Excōicatio primo.notabili.j.in fi.

DE CONTEMPTV.

1 *Contemptus à contemno dictus,aut negatiuè,aut poſitiuè ſumi tur,etiā ſi ad legē referatur. Et idem aut actualis eſt, aut habi tualis,& interpretatiuus dicitur. Et ibidem de unoquoque.*
2 *Contēptu num is peccare dicatur, qui ex aliqua cauſa contra legē frequēter agit,aut eius trāſgreſsionē in cōſuetudine habet.*
3 *Contemptus omnis,an mortale peccatum ſit.*

1 COntēptus,*à cōtēno dicit:qđ eſt,nō appretio,vel nō
magnifacio.qđ dupliciter cōtingit.Primò, negatiuè

ſeu contradictoriè,quando.ſ.aliquis de aliquo non habet
curam vel æſtimationẽ,nullã tamẽ irreuerentiã aut iniu-
riam irrogãs.Secundò poſitiuè ſeu cõtrariè,cum ſuppoſi
ta tali nõ æſtimatione,irrogat irreuerẽtia vel iniuria,ver
bo vilificãdo,aut factis nõ obediẽdo, vbi obligatur: ſicut
etiã albedini negatiuè opponitur nõ albedo: & contrariè
nõ albedo,quæ eſt nigredo: & præceptũ de dilectione ꝓ
ximi quis tranſgreditur negatiuè nõ amando,& poſitiuè
odiẽdo.Igitur contẽptus legis,de quo loqmur,dupliciter
dicit.Primò.ſ.propriè ſiue poſitiuè:& ſic eſt volũtas trãſ-
grediẽdi legẽ,ex hac ſola cauſa,ꝙ quis nõ vult ſubijci le-
gi.Secũdò impropriè ſiue negatiuè:& ſic eſt volũtas trãſ
grediendi legẽ ex aliqua alia cauſa,puta ex cõcupiſcẽtia,
vel ira,vł ignorãtia,aut cõſuetudine:quõ omnis peccator
Dei legẽ contemnit.Et ſi adſit intẽtio continuandi tranſ-
greſsionẽ,dicit contẽptus interpretatiuus,de quo j.Reli-
gio.j.§.iij.& §.xij.Iuxta hæc intelligo S.Thom.ij.ij.qõ.
clxxxvj.ar.ix.ad tertiũ ſic dicẽtẽ: Tũc cõmittit aliquis vel
tranſgreditur ex contẽptu,qñ volũtas eius renuit ſubijci-
ordinationi legis vel regulæ:& ex hoc ꝓcedat ad faciẽdũ
contra legẽ vel regulã. Quãdo autẽ ecõtrario propter ali
quã particularẽ cauſam,puta cõcupiſcentiã,vel irã,induci
tur ad aliquid faciendũ cõtra ſtatuta legis vel regulæ:non
peccat ex cõtẽptu,ſed ex aliqua alia cauſa,etiã ſi frequẽter
ex eadẽ cauſa vel alia ſimili peccatũ iteret : ſicut & Aug.
dicit in li.de natura & gratia,ꝙ nec omnia peccata cõmit
tuntur ex contẽptu ſuperbiæ:frequentia tamen peccati di
ſpoſitiuè inducit ad contemptũ: ſecundũ illud Prouerbi.
xxiij.Impius cùm in profundũ venerit peccatorũ,contem
nit.Sed & Colle.in c.j.de cõſti. cõcordat dicens,ꝙ contẽ
ptus eſt,quando ex ſua volũtate nõ vult quis ſubijcere ſe
ſtatuto,vel obedire præcepto.Sed ſi quis trãſgreditur præ
ceptũ ex cõcupiſcentia,ira,vel negligẽtia,aut alia particu
lari cauſa,nõ peccat ex contẽptu.Et idẽ tenet Steph.vt re
fert Car.in cle.eos.de ſepu.& facit c.excellẽtiſsimus. xj.q.
iij.vbi ponitur aliud eſſe,peccare ex neceſsitate:aliud, ex
ignorãtia:aliud,ex contẽptu.De vtroq; contẽptu tãgit S.
Tho.de ma.q.ij.ar.j.ad decimũ,dicẽs:Non ſolùm in omiſ
ſione,ſed nec etiã in tranſgreſsione ſemper eſt neceſſariũ
ꝙ ſit actualis contẽptus,ſed contẽptus quidã habitualis &
interpretatiuus:quia.ſ.interpretamur aliquẽ cõtemnere,
qui nõ facit quod iubetur,vel facit quod prohibetur. hæc
ibi.Et interpretatiuus maximè locũ habet,vbi adeſt inten
tio tranſgreſsionis in poſterũ,& continuitatis prædictæ.
2 ¶Primò* verò quæriť,vtrum is,qui ex aliqua cauſa contra
legẽ frequẽter,ſiue habẽs tranſgreſsionẽ in cõſuetudine,
peccet ex contẽptu?Et dico ꝙ ſic,ſecũdũ Collectariũ. Op
poſitum tñ tenet d.Io.de Tur.cre.dicẽs,hoc poſſe eſſe ex
fragilitate & negligẽtia.Sed dico ꝙ prima opi.eſt vera de
primo contẽptu negatiuo & improprio:& ſecũdò etiã de
cõtrario & proprio quãtũ ad præſumptionẽ ſeu interpre
tationẽ,ſed nõ quantũ ad veritatẽ. diſponit tñ cõſuetudo
ad contemptũ:vt not.S.Tho.ij.ij.q.clxxxvj.ar.penul.ad vl
3 timum. ¶Secundò* quæritur,vtrũ ſemper ſit mortale pec
catũ oĩs contẽptus?Et dico, ꝙ cõtẽptus negatiuus eſt pec
catũ mortale,ſi Dei lex,quam violat,eſt præceptiua, vt pa
tet:aut veniale:vel nullũ,ſi eſt conſultoria tantũ:quia talis
contẽptus ex ſe nõ irrogat iniuriã legi,ſed ſolùm ratione
eius quod mandať fieri vel omitti. Contẽptus autẽ poſiti-
uus & cõtrarius ſi ſit cõtra legẽ Dei, & cuiuſq; potẽtis de
iure præcipere,ſemper eſt mortale: & omnis tranſgreſsio
ex tali contẽptu eſt ſemp mortalis de ſe, quantũcũq; aliàs
eſſet venialis:quia talis cõtẽptus eſt formaliter ſuperbia:

vt infrà dicetur:poſſet tamen eſſe veniale peccatũ ratione
motus indeliberati.Et iſte eſt contẽptus,de quo principa
liter loquuntur conſtitutiones ordinis Prædicatorũ,dicẽ-
do ꝙ nõ obligant ad culpã,niſi ratione præcepti,vel cõtẽ
ptus:quanquã illud dictũ ſit verũ fortè etiã de contemptu
negatiuo,quo quis ex maxima indeuotione ſtatuta ordi
nis nõ magni facit: ſed tũc culpa non eſt mortalis.¶ Ter-
4 tiò* quæriť,vtrũ peccet mortaliter qui ex cõtẽptu facit cõ
tra exhortationẽ ſuperioris?Et quãtũ ex doct. colligi põt,
dico,ꝙ aut facit cõtra,quia authorẽ cõtẽnit & negat,& ſic
mortaliter peccat,quia cõtẽptus eſt poſitiuus,qui grauior
eſt contra ſuperiorẽ,quàm contra legẽ,cũ qua mitius agi
tur,quàm cũ legis miniſtro,ſecundũ iura.l.Celſus.de arb.
glo.in c.dolẽtes.de cele.miſ.& gl.in c.propter. xviij. diſt.
& qui vos ſpernit,me ſpernit.Luc.x.Et talis trãſgreſſor vl
tra mortale puniri debet vt hæretic⁹,ſi ille ſuperior ſit pa
pa:vt dicit gl.in c.generali.de ele.li.vj.& Pan.in cle. j. de
æta.& quali.& eſt infamis:vt no.gl.vj.q.j.infames. Et talis
cõtẽptus eſt laque⁹ magnus religioſis diſſolutis & indeuo
tis,& multũ ſe æſtimãtibus.Si verò nõ contẽnit authoris
poteſtatẽ,ſed obſeruãtiã cõſilij & exhortatiõis:peccat ve
nialiter ſolùm,ſi cõſiliũ eſt reuerẽtiæ:puta,quia p̃lat⁹ nõ
vult p̃cipere:ſed cõſulere,& tñ ſubditus debet facere, ſed
nõ tenetur neceſſariò:vt ſi moneat feruẽtius ſurgẽdũ eſſe
ad vigilias matutinas.Si aũt conſiliũ ſit neceſsitatis: licet
fortè ꝓpter ſcãdalũ p̃cipere nolit:vt qa monet cauẽdas eſ
ſe cõuerſatiões ſcãdaloſas:aut nõ eſſe erogãda latẽter bo
na monaſterij:ſic mortaliter peccat:vt no.in d.c.ad aures.
& in c.ſi. de tẽ.or.Sed ſi cõſiliũ ſit pfectionis:vt qa monet
facere quæ ſine culpa poſſunt omitti:puta graues diſcipli
nas,& lõgas cõtẽplatiões,nõ peccat etiã venialiter:vt no.
Arch.in c.teſtamentũ.di.vj.& di.xxv.§.aliàs. Et ſic intel-
lige glo.& iura quæ allegat in d.c.gñali.& Gemi.ibid.

DE CONTENTIONE.

1 *Contẽtio,quæ in ſermone cõtrarietatẽ ac cũ alio in collocutione*
pugnãtiã innuit,put variè ſpectatur,ita varia et multiplex eſt.
2 *Cõtentio ex parte contẽdentiũ, quomodo triplex efficiatur.* Et
*ibidem Ambroſij definitio.*Et *quæ cũ peccato fiat,& quæ non.*
3 *Contentio æmulationis,quomodo peccatũ ſit.*Et *nũ de ſe mor*
*tale ſit.*Et *quòd exterminandi forent,qui beatum Dominicum*
aut Franciſcum,amplius diligunt,quàm Ieſum Chriſtum : vt
qui totius Chriſtianitatis correctionem impediant.
4 *Contentio diſputationis,quanquã laudabilis eſſe poteſt,in mor*
*tale tamen tripliciter incidere ſolet.*Et *quid de contentione liti*
gioſa,nume.5.
6 *Conſtitutiones religionum contentiones punientes,de qua con*
tentione loquuntur.

1 CONTENTIO* importat cõtrarietatẽ in locutiõe, ſi
cut diſcordia in volũtate quo ad intẽtionẽ vel mo-
dũ,ſecundũ S.Thom.ij.ij.q.xxxviij.ar.j.Et omiſſa ea quæ
dicitur metaphoricè,& eſt color rhetoricus,dupliciter di
ſtingui põt.ſ.ex parte contẽdentiũ,& ex parte materię de
qua contenditur.Sed loquẽdo & diſtinguẽdo ex parte cõ
tendẽtium eſt triplex:vt patet ij.ij.q.xxxviij.arti.j. ſcilicet
impugnatio veritatis ſcitę,cũ modo indebito:vt cũ clamo
re,vel hmõi: & impugnatio falſitatis cũ modo ĩdebito,&
falſitatis debito mõ.Diſtinguẽdo verò ex parte materiæ,
de qua contẽditur,ſimiliter eſt triplex.prima.ſ.æmulatio
nis:vt quę eſt efferẽtiũ diuerſos p̃dicatores,vel doctores,
ſeu pręceptores,& hmoi.ſcda diſputationis in ſcholis.ter-
1 tia litigatiõis in foro. ¶Primò* verò q̃ritur,qũo ſit pctũm
triplex cõtẽtio ſumpta ex parte cõtẽdẽtiũ?Et dico, ꝙ pri-
ma eſt bona:& ſecũda eſt cõtẽtio ſecũdũ quid.i.rõne mo
di

di tñ:vñ & meretrices corã Salomõe cõtẽdebãt.iij. Reg.
iij.& tñ vna neceſſariò dicebat veritatẽ.& hæc eſt pecca-
tũ veniale.Prima aũt eſt cõtẽtio ſimpliciter: & ab Ambr.
diffinitur, ꝙ eſt impugnatio veritatis cũ cõfidẽtia clamo
ris.& ſecundùm Sanct.Tho.eſt peccatũ mortale. Vnde &
Apoſtolus eã ponit inter operationes carnis, quę q agũt,
regnũ Dei nõ cõſequẽtur: vt patet Gal.v. Quod Archi.&
bene intelligit,qñ eſt de reb⁹ importãtiæ:vt de ptinẽtib⁹
ad fidẽ,vel bonos mores,vel vtiles doctrinas.Sec⁹ ſi ſcho
lares cõtendãt an prędicamẽtalis ordo ſit realis nécne: vł
vtrũ epiciclus Veneris maior ſit oĩ epiciclo planetarũ , &
huiuſmodi, quorũ ignorãtia nõ eſt ꝓximo nociua graui
ter. Vñ dicta cõtẽtio etiã ſi eſſet ſine clamore, eſſet pctm̃
mortale,qa eſt cõtra honorẽ Dei, & ꝓximi vtilitatẽ:licet
3 fortè tũc nõ haberet rõnẽ cõtẽtiõis. ¶ Secũdò* quæritur,
quomodo ſit pctm̃ contẽtio æmulatiõis ? Et dico,ꝙ de ſe
nõ eſt mortale peccatũ:frequẽter tñ eſt occaſio mortaliũ:
vt detractionũ,& odiorũ,quę ſequuntur inter religioſos.
Vnde exterminãdi eſſent iſti, q plus beatũ Dominicũ, aut
beatũ Franciſcũ diligũt,quàm Ieſum Chriſtũ, & religioſi
eis aures præbẽtes:qa iſti ſunt qui impediuerũt correctio
nẽ totius Chriſtianitatis, dũ illorũ diſcordiã ſeminarunt,
4 & nutriũt. ¶ Tertiò* quæritur,quid de cõtẽtione diſputa
tionis? Et dico,ꝙ põt eſſe laudabilis ad exercitiũ, cũ mo
deramine,& reuerẽtia:licet hoc ſit raro,niſi inter cõdiſci
pulos:& põt eſſe peccatũ veniale,ſi quis defendat verita-
tem cũ modo aliqualiter indebito, aut etiã falſitatẽ nulli
præiudicãtẽ.& põt etiã eſſe mortale tripliciter. ¶Primò,
qa eſt contra veritatẽ Deo honorificã,vel vtilẽ proximo:
vt in ſpectãtib⁹ ad fidẽ,aut mores,vel vtiles doctrinas: pu
ta,medicinã. Vnde proculdubio nullus ſine mortali ſuſti
nere põt poſitionẽ Auerrois de vnitate intellectus : quia
præiudicat ſaluti plurimorũ,qui inde efficiũtur increduli
vel dubij circa hoc. Et idẽ dico de inquiſitoribus,q negli
gunt negligẽtia magna hoc prohibere:cùm poſsint,& ex
officio teneãtur. ¶ Secũdò,quia eſt cũ modo exceſsiuè in
debito, vel ſcãdalo magno: de quo certa regula dari non
põt,niſi qñ interueniũt contumeliæ,vel opprobria, & hu
iuſmodi,quę conſtat eſſe mortalia,maximè religioſis ra-
tiõe ſcãdali,licet fortè interdũ intẽtio nõ ſit mala. ¶ Ter
tiò,ratione materiæ ꝓhibitæ diſputari publicè: cuiuſmo
di ſunt pertinẽtia ad fidẽ,niſi diſputetur à doctis in neceſ
ſitate cõtra ĩfideles,vel ſine neceſsitate cũ fidelib⁹, qñ ve-
riſimile eſt nullũ aſtãtiũ inde effici dubiũ : ſicut ſi ponanť
cõcluſiones de creatione, vel æternitate mũdi ab eo, qui
ita gratioſè ſolet diſputare : vt reſpõſiones ſint æquè, vel
magis efficaces, q̃ argumẽtatiões. Et cõcor. Alex.de Ales
xxij.de contẽtione.dicens,ꝙ contentio verbalis in his,in
quibus nullũ eſt periculũ, facta ex quadã leuitate non eſt
5 peccatũ mortale. ¶ Quartò* quæritur,quid de contẽtione
litigationis?Et dico,ꝙ poteſt eſſe peccatũ mortale tripli-
citer. ¶Primò,ratione iuſtitiæ: puta, quia eſt cõtra iuſti-
tiam: & de hoc nõ eſt dubiũ,ſi fiat ſciẽter, vel ex ignorãtia
nõ excuſante. ¶ Secũdò,ſi ſit pro iuſtitia: ſed nimis pro-
longetur ad exhauriẽdas facultates cliẽtulorũ: & de hoc
etiã non eſt dubiũ. ¶ Tertiò, ratione ſcandali actiui, ſiue
6 puſillorum:de quo infrà, Scandalum.x.§.ij. ¶* Quintò
quæritur, de qua contẽtione loquũtur religionũ cõſtitu
tiones puniẽtes grauiter contẽtiones? Et dico,ꝙ non lo-
quũtur de ea, q̃ de ſe eſt mortalis: qa illę nõ prohibẽt ꝓ-
hibita diuino aut naturali iure nihil commemorãdo: ſed
de ea, quę eſt etiã cũ veniali peccato ſolùm , qa intẽdunt
tanquã finem reuerentiam,& ſubiectionẽ debitã ad præ-

latos : quæ eſſe non poſſet , ſi etiam veritas clamoſè, aut
deſpectiuè,ſeu deriſoriè defenderetur.

¶CONTESTATIO litis. infrà, Lis. §.ij.

DE CONTRACTV, ET QVASI Contractu.

1 *Contractus,à verbo cõtraho dictus, quod à con,& traho coale*
ſcit,iuris nomẽ eſt.& ibidẽ ipſius,& quaſi cõtractus definitio.
2 *Cõtractuũ ſpeciẽ triplicẽ eſſe,de quib⁹ ſpeciatim hic traditur.*
3 *Contractus bonæ fidei quinam ſint,& qui ſtricti iuris.* Et *cur*
bonæ fidei dicantur.
4 *Cõtractus,quinã ſint,in q̃bus dominiũ trãsferatur, aut id mi-*
*nimè.*Et *ibidẽ,qui cõtract⁹ inter ſe correſpõdeãt,& vicini ſint.*
5 *Contractus nominati ſunt,aut innominati.*Et *hi,quorum na-*
turam ſequantur.
6 *Cõtractus appellatione,quid ueniat, & quomodo cõtrahatur.*
Et *unde uim contractus ipſi deſumant.*Et *ibidem,depoſitarius*
ſecundùm iura,ad quid teneatur.
7 *Cõtract⁹ iuxta loci cõſuetudinẽ,geri dicũtur:ex qualitate tamẽ*
& natura cõtract⁹ uerba cõtra ꝓpriã ſignificationẽ accipiunť.
8 *Cõtractũ emptionis,uel aliũ quoq; in alterius arbitriũ collatũ,*
ſi ipſius perſona incerta ſit, non ualere. Et *huius limitatio.*

1 CONTRACTVS* ex con,& traho dict⁹ eſt,quoties di
ſtantia in vnũ adunãtur : & eſt nomen iuris,qñ illa,q̃
adunãtur,ſunt volũtates: & id,in quo adunãtur, eſt aliqd
pecunia mẽſurabile, & cũ obligatione: nomẽ verò facti,
qñ obligatio nulla naſciť.l. Labeo. §.cõtractuũ.ff. de ver.
ſig.& ibi p Bar. Eſt aũt cõtractus, ſecũdùm Verue.vltro ci
troq;,id eſt,hincinde,vel ex vtraq; parte obligatio,ex vo
lũtate partiũ ſurgẽs.Quaſi cõtractus aũt eſt obligatio,nõ
quidẽ veniẽs ex cõtractu,aut maleficio,vel quaſi: ſed qua
quis obligatur alicui ex aliquo officio,vel facto licito, &
honeſto: licet nõ interuenerit exp̃ſſa volũtas vtriuſq;: vt
tutela,vel cura,aut negotiorũ geſtio,& hmõi:qa licet pu-
pillus habens tutorẽ,aut furioſus habẽs curatorem:aut is,
cuius ignorãter gerit qs negotiũ,nõ expreſſe cõtraxerit:
tamẽ tutor,curator, & negotiorũ geſtor, obligãtur quaſi
contraxiſſent.Et de his Inſti.de obli.per totũ. & in tit. de
obli.quę ex quaſi cõtra.naſ.p totũ.De cõtractu ſub condi
tione.j.Matrimoniũ iij.per totũ.Quomodo etiam dolus
2 annullet cõtractũ.j.Culpa. §.vj.& vij. ¶Primò* verò quæ
ritur,quot modis ſumitur cõtractus?Et dico Bald.notare
triplicẽ eſſe cõtractũ, ſcilicet ꝓpriũ,impropriũ,& impro
priſsimũ. ¶Primus eſt,qñ vltro citroq; naſciť obligatio.
§.cõtractũ.in l.Labeo. pręallegata,vt in emptione,& lo-
catione. ¶Secũdus eſt,qñ ſolũ vna pars obligať:vt in do-
natione ſolus donãs obligatur ad tradẽdũ,& aliquãdo de
euictione: vt no.in l.Ariſt.ff.de don.cauſa mor. Et in mu
tuo,ſolus recipiẽs obligatur ad tãtundẽ reſtituendũ.ff. ſi
cer.pet.l.ij.Et in ſtipulatione,qñ ſolũ vna pars obligatur.
Et ita intelligitur gl.Inſt.de diui.ſti. §.cõuẽtionales.quæ
eſt ſuper verbo, contrahẽdarũ. ¶ Tertius eſt, qñ ex nulla
parte oritur obligatio,ſed potius diſſoluitur obligatio fa
cta:vt eſt tranſactio facta nudo pacto,ex qua nõ agiť ante
cõplemẽtũ cõditiõis.de quo Sal.in l.ſiue apud acta.C. de
trãſac.Vt etiã eſt liberatio p acceptilationẽ.i.imaginariã,
ſiue fictã,& nõ verã ſolutionẽ,qua qs ſimulat ſibi debito-
rẽ ſoluiſſe.Inſt.q.mo.tol.ob. §.j.& ĩ l.vbi pactũ.C.de trãſ.
3 p Bar. ¶ Secũdò* quæritur,q ſunt cõtractus bonæ fidei,&
q ſtricti iuris?Et dico,ꝙ bonę fidei cõtract⁹ ſunt,emptio,
vẽditio,locatio,cõductio,mandatũ,depoſitũ, ſocietas,pi
gnus,cõmodatũ,& permutatio. qui dicũtur ideo bonæ fi
dei,primò,quia ſi dolus cauſam dedit,nõ tenẽt:ſecundò,
qa veniũt vſuræ ex mora, & iudex æſtimare põt ex bono
& æquo quid venit recõpenſandũ,vel reſtituẽdũ. Nõ ſic

 in

in cõtractib⁹ ſtricti iuris:vt ſtipulatio,mutuū,& ſimilia:&
de hoc ĩ.Dolus.vide gl.in §.actionū.Inſt.de act. Et adde,
ꝙ cõtract⁹ ſtricti iuris ſtrictiſsimè ſunt interpretādi.l.qc-
quid aſtringēdæ.ff.de verb.ob. & ꝙ in cõtractibus verba
interpretāda ſunt cõtra proferētē,qñ ſunt dubia.l. veteri
4 bus.ff.de pact.Debuit eñi apertius legē dicere.¶* Tertiò
quęritur, qui ſunt cõtractus,in quib⁹ trāsfertur, & in qb⁹
nõ transfertur dominiū? Et dico,ꝙ in rerū trāſlatione de
perſona in perſonā,quatuor modis dominiū transfertur.
Primò ſcilicet,per dominationē liberalē,id eſt,ex qua nõ
expectatur retributio alicuius mēſurabilis pecuniæ, quæ
dicitur donatio. Secūdò,ꝑ dationē illiberalē,qua ſcilicet
expectatur aliqd tale:& qđ fit multis modis.Primò,in ꝑ-
mutatione,cū trāsfertur dominiū rei vtilis ꝓ alia re vtili:
puta,frumēti ꝓ vino,vel pāni ꝓ lana: quę oīa vulgo dicū
tur barrati:vel pecuniæ aureæ pro argētea, qđ cābiū dici
tur. Secūdò,in emptione,quę eſt ꝑmutatio pecuniæ cū re
vtili:& vēditione, quę eſt ꝑmutatio rei vtilis cū pecunia.
Tertiò, ĩ mutuo,qđ eſt ꝑmutatio pecuniæ cū pecunia,cū
tēporis expectatione,ꝑ qđ trāsfertur dominiū pecunię in
accipiētē mutuū.Et oēs hi cõtract⁹ ſunt liciti,ſi debitè fi-
ant. ¶Sūt verò alij cõtract⁹ prędictis quaſi reſpõdētes,in
qbus dominiū nõ trāsfertur:ſed vſus rei tātummodo.Nā
donationi reſpõdet cõtract⁹ dictus Cõmodatū: qđ ꝓpriè
eſt rei,quę vſu nõ cõſumitur penitus: puta,equi, libri,do
mus.Permutationi verò rerū rñdet cõmodatio rerū mu-
tua:vt cõmodo tibi equū meū,tu mihi bouē tuū: & licitū
eſt,niſi in rebus,q̄ vſu cõſumūtur:qa non licet cõmodare
pecuniā,vel frumētū ꝓ equo:ſed eſt vſura:vt dicet ĩ.vſu-
ra.j. Emptiõi verò correſpõdet cõductio,& vēditiõi loca
tio:q̄ poſſunt eſſe rebus nõ cõſumptibilibus penitus ipſo
vſu,tā mobilib⁹,q̄ immobilib⁹: puta,agris ad affictū,vel
ſub certa parte locatis. Mutuo verò aliqualiter aſsimilaf
5 pignus.¶Quartò*quæritur,q ſunt cõtract⁹ noīati, & qui
innominati?Et dico,ꝙ nominati ſunt hi,q habēt nomina
propria, & eis ſolis cõuenietia,vt vēditio,locatio, & hu-
iuſmodi:ĩnominati verò ſunt quatuor, ſcilicet do vt des,
do vt facias:facio vt facias,facio vt des. Qui ideò dicūtur
innominati,qa eorū nomina poſſent alijs nominatis cõ-
tractibus cõuenire. Et iſti ſequūtur naturā cõtractuū no-
minatorū,qbus aſsimilanf. l.naturalis. §.ſed ſi facio.ff.de
6 præſc.ver.¶Quintò*quæritur,qd veniat noīe cõtractus?
Et dico,ꝙ nomē cõtract⁹ gñaliter ꝓlatū,cõtinet tā nomi
natos,q̄ innominatos.vt eſt gl.ſup ver. in ſuo nomine.in
l.iuris gētiū.ff.de pact.& gñaliter omne, ex quo naſcitur
obligatio.l.ſi ab eo.ff.de leg.ij. quod intellige de validis.
Sed ſi in ſtatuto fiat mētio de cõtractu : intelligif de pro-
priè dicto tñ : qa verba ſtatutorū ſunt ꝓpriè intelligēda.
l.j.§.ſi igitur q nauē.ff.de exerc.ac.& hoc,niſi diceret o-
mnē cõtractū,vt in gl. §.cõtractū.pręalle. ¶Sextò quærif
quomodo cõtrahatur ? Et dico,ꝙ quatuor modis:re,ver-
bis,literis,& conſenſu.Inſt. de obli.in fin.de quo dic vt ĩ.
Obligatio. ¶Septimò quęritur,vtrū cõtractus trahāt vir
tutē obligatiuā ſolùm à lege? Et dico ꝙ nõ, ſed ex pactis,
quę ſecūdū vulgares,frangūt leges:vnde cõtractus ex cõ-
uentione legē accipere dignoſcuntur.de reg.iur. contra
ctus.li.vj. Vñ ſecundùm iura, depoſitarius ſolùm tenetur
de dolo,& lata culpa:tamē ſi interueniat cõuentio, vt te-
neatur de leui,& leuiſsima culpa,& caſu fortuito, illa ſer
uabitur.de depo.c.ij.Quod intellige de cõuētione hone
ſta, & nõ cõtra bonos mores. Vnde ſi cõueniaf,vt præſtef
dolus,conuētio nõ valebit,ſecūdùm Io. And.vt ff.eo.l.cõ
7 tractus.¶Octauò*quæritur,vtrū contractus intelligatur
geri,ſecūdū cõſuetudinē loci?Et dicit Pan.in c. cū M. de
conſti.ꝙ ſic.not. Bar.in l.nemo eſt qui neſciat.ff.de duo.
re.ſti.& faciat ſ.Cõſuetudo. §.xvj.Sed no.ꝙ ſicut dicit gl.
in l.ſi vno anno.in ver.ſed tranſactio.ff.loca.ex qualitate,
& natura cõtractus verba accipiunf cõtra ꝓpriā ſignifica-
tionē:vt ibi donatio ꝓ trāſactiõe accipitur. facit lex in l.
eo.ti.& no.de re.iur.l.nõ videtur.& ita talia ſunt prædica
ta,qualia ſubiecta eſſe oſtēdūt, & ecõtra.xxxij.q.vij.Apo
8 ſtolus.¶Nono*quæritur,vtrū valeat cõtractus emptiõis,
vel alius collatus in alterius arbitriū? Et dico ꝙ nõ, ſi pſo
na,in cuius arbitriū cõmittitur, eſt incerta.l. ſi merces.ff.
loc.niſi in caſu, qñ ſimiliter fuit cõmiſsū in arbitriū boni
viri:qa tūc intelligif in arbitriū iudicis.l.vir bonus.ff.iu-
di.ſol.& ſic videf cõmiſſum in certā pſonā.Si verò pſona,
cui cõmittitur,ſit certa:tunc, licet varia ſit opinio in l. in
emētis.C.de cõtrahē. emp.tñ dic ſecūdùm do. Lucam de
Graſsis in l.ſi qs arbitratu.ff. de ver.ob. ꝙ ſiue ſubſtātialia
cõtract⁹ cõmittātur in arbitriū certæ pſonæ,puta, pretiū
in vēditione,& ſimilia:ſiue accidētalia,puta,vēditur ſer-
uus,ſi rationes reddiderit,& huiuſmodi: valet cõtract⁹,ſi
ille voluerit arbitrari:qa ſicut ſubſtātiale vltimæ volūta-
tis põt ferri in hæredis arbitriū.l.ſi ſic.ff.de le.j.ita in con
tractib⁹.l.ſeruū filij. §.eū q.ff.de le.j.Et ꝓ hoc videf caſus
ĩ l.ſi libert⁹ iurauerit.ff.de op.li.vbi valet ꝓmiſsio liber-
ti facta de operib⁹ ad arbitriū patroni.& ſi malè arbitrat⁹
fuerit,cogi põt,vt arbitretur ſicut bonus vir.Et ſic in pro
poſito.Qui ſi arbitrari aut nõ vult,aut nõ põt:nõ valebit.
§.ptiū.Inſt.de emp.& vē.Si verò mortu⁹ fuerit alter cõ-
trahētiū,ſi fuit cõmiſſum ſup cõtractu pficiēdo,nõ pote-
rit arbitrari:ſi verò ſup perfecto,nõ expirat eius arbitriū:
ſed ſicut contractus tranſit ad hæredē: ita & obligatio de
ſtando arbitrio eius,ſecūdùm Bar.in d .l.ſi quis arbitratu.

DE CONTRITIONE.

1 *Contritio,à cõtero dicta,quid importet,& quotupliciter ſuma tur,& quid attritio innuat, & inter ſe qualiter differant.*
2 *Contritionis dolorē de peccato,quantū intenſiuè peccator habe re debeat.Et is dolor quotuplex ſit. Et quantū extenſiuè.nu.4.*
3 *Mors ultimū terribiliū, & qui mallet mori, q̄ Deū mortaliter offendere, cõtra ius eſt. Et ibidē quòd nimius dolor eſſe poteſt.*
5 *Contritionis dolorē qualē teneatur,& debeat peccator habere. Et ibidem ſcrupuloſorū hominum reprehenſio. Et quid quo ad contritionis principium ſufficiat.*
6 *Contritionis cauſa, & quis effectus ſit.*

1 CONTRITIO*à con,& tero,ſecundū nomē,impor-
tat confractionē, vel cõmunicationē alicuius frangi
bilis vſque ad minima:quaſi ſimul ex toto tritio.& meta-
phorice ſignificat deſtructionē perfectā malæ volūtatis.
appetentis peccata: quę cõteri dicitur, qñ ab eis perfectè
totaliter reſilit per diſplicentiā.Et dupliciter ſumitur.Pri
mò,ſcilicet vt eſt actus virtutis,qui pœnitentia dicitur: &
ſic ſecūdū Pet.& alios,eſt dolor, ſcilicet pfectus volunta-
riè aſſumptus pro peccatis. Secūdò, vt eſt pars ſacramēti
pœnitētiæ,habēs relationē ad alias partes:& ſic eſt dolor
volūtariè aſſumptus pro peccatis, cū propoſito cõfitēdi,
& ſatisfaciēdi.Attritio verò, ſecundùm nomen importat
comminutionē aliqualē alicuius frāgibilis:& metaphori
cè ſignificat deſtructionē imperfectam malæ volūtatis:vt
cùm dolet de peccatis,ſed impfectè, id eſt,nõ tantū quā-
tum requiritur ad gratiā diuinam acquirendam. Vnde in
duobus differūt attritio,& contritio.Primò,quia attritio
eſt dolor imperfectus:contritio verò perfectus. Secūdò,
qa attritio eſt ſine gratia, quaſi nõ remittens peccatū.Se
cus de contritione.Vnde cõparantur ſicut aurora,& me-
ridies.

Non quaſi vnus numero actus,qui eſt attritio, fiat
cõtritio:ſed vnus ſpecie.Hęc omnia de mēte S.Th.in iiij.
2 diſt.xvij.& omniū Theologorū.¶Primò*verò quęritur,
quātū dolorē cõtritionis de peccato homo habere teneaf
intēſiuè:& quātū habere debeat?Et dico,ꝙ dolor cõtri-
tionis eſt duplex:vnus.ſ.intellectualis,qui eſt diſplicentia
voluntatis:& alius ſenſualis,qui cauſatur à primo.Primus
eſt eſſentialiter cõtritio.ſecūdū Pet.de Pal.& alios Theo
logos.Et ipſe ſolus,tāquā exiſtēs in noſtra facultate, requi
rif,& ſufficit ad contritionē:ſicut cõplacētia volūtatis re-
quiritur,& ſufficit ad peccatū:quia,ſecūdū Chryſ. vnum-
quodq; per quaſcunq; cauſas naſcif,per eaſdē diſſoluitur.
de reg.iur.c.j.Et Deus à nobis exigit,vt ſit tātus iſte dolor
& iſta diſplicētia,quāta debet eſſe cõplacētia Dei,quē per
dimus per peccatū.i.vt peccatū ſuper omnia diſpliceat:&
ꝙ iſte dolor ſit maxim⁹ in genere.i.reſpectu mali naturę
& pœnæ:ita ꝙ tenef quis,ſi vult eſſe cõtritus,eſſe paratus
ſuſtinere omnē pœnā in generali:licet ad hāc,vel illam in
particulari deſcēdere non teneaf:puta,dicendo, ſuſtinerē
ignē,pręcipitiū,gehennā,& huiuſmodi, antequàm pecca
rē mortaliter:imò ſtultè faceret,qui ſe,vel aliū ſuper hu-
iuſmodi ſolicitaret.Vnde ſecundū Pet. de Pal.à pœnitēte
requirendū eſt ſi pœnitet:& ſi nõ ſufficiēter dolet,an hoc
ſibi diſpliceat,& vellet ſufficienter dolere.Et hoc,inquit,
ſufficit.quod valde nota:quia ſic diſpoſitus eſt cõtrit⁹,vel
ſaltē attritus,vt poſsit abſolui.Et nõ põt eſſe nimius: quia
nec charitas,à qua ꝓcedit,põt eſſe nimia.Hęc omnia Pet.
de Pal.& eſt mens S.Tho.& S.Bona.& omniū Theologo
3 rū.Quibus*addo,ꝙ cū mors ſit vltimū terribiliū, ſecun-
dū Philoſophum:qui potius vellet mori,quàm Deū offē-
dere mortaliter,eſt cõtritus.¶Secūdus verò.i. ſenſibilis,
nõ eſt eſſentialiter cõtritio,ſed effectus eius cõſequēs do
lorē volūtatis,ex neceſsitate naturę,eo modo,quo vires ſu
periores redūdantes in inferiores,mouēt illas:vel ex ele-
ctione volūtatis illū excitātis.Et ad cõtritionē nõ requiri
tur neceſſariò,ſed ſolū de bene eſſe:quia nõ eſt in noſtra
facultate.Et eadē ratione,imò à fortiori,non oportet illū
eſſe maximū.Et põt eſſe nimius,ſicut & afflictio exterior:
puta,ieiunij,& hmõi:quia in his omnibus pro regula acci
piēda eſt conſeruatio ſubiecti,& bona habitudo ad operā
dū ea,quæ ſibi incūbunt ſecūdū ſtatū ſuū.Hæc omnia idē
4 qui ſuprà:& eſt omnium doctrina.¶Secundò*quæritur,
quātū dolorē cõtritionis teneatur homo habere extēſiuè,
ſeu duratiuè:& quātū habere debeat?Et dico,ꝙ ſecūdū S.
Tho.in iiij.diſt.xvij.homo tenetur habere iſtū dolorē de
peccato actuali,nõ de originali,licet de eo poſsit eſſe ali
qua diſplicētia:& de mortali,nõ de veniali:quia cū ei⁹ cõ
placētia mori põt:ac ſaluari,& de ꝓprio, nõ de alieno: &
de præterito,vel pręſenti,nõ de futuro.Et tenetur iſtū do
lorē incipere quàmprimū peccatū cõmiſſum occurrit ſi-
bi memoriæ.quod ſecundū Pe.de Pal.intelligitur,quādo
occurrit practicè.i.ſub ratione deteſtabilis, vel delectabi
lis:nõ aūt ſi ſpeculatiuè ſolū:ſicut nec tenetur quis dilige
re Deū,niſi de eo recordetur practicè.i.ſub ratione diligi
bilis vel odibilis:alioquin nullus ſine mortali poſſet ſpe-
culari de eo,qui diligi nõ põt,niſi practicè cõſiderat⁹. Et
tenetur illū in tota vita cõtinuare primo habitu,ſecundū
S.Tho.id eſt ſit,ꝙ ſemper ſic taliter diſpoſitus,ꝙ doleret
de peccato,ſi practicè recordaref:ſiue,quod idē eſt, ſic, ꝙ
ſemel doluerit,& nūquā de cætero habuerit actū formali
ter,aut virtualiter in cõtrariū:& ſecūdo actu , nõ ſimplici
ter,ſed ſic ꝙ nūquā ſibi actu placeat peccatū, & ſemp actu
diſpliceat,qñ memoriæ practicè occurrit:nõ tenetur aūt,
licet hoc debeat debito congruitatis,conari,ad iugiter &
cõtinuè memorādū & dolēdū:quātū eſt poſsibile, ſerua-
tis actib⁹ aliarū virtutū,& ſanitate.Poſt mortē autē cõtri-
tio nõ durabit:qa eſt cū dolore,gratia,& merito:q̄ tria ſi-
mul in nullo mortuo inueniunf.Hęc oīa de mēte S.Tho.
5 & Pet.de Pal.& cõiter omniū ſanctorū.¶Tertiò*quæri-
tur,qualē teneaf homo habere dolorē cõtritionis, & qua
lem habere debeat?Et dico,ꝙ dolorē intellectualē,ſaltem
attritionē,oportet habere actualē de ſingulis peccatis me
moriæ occurrētibus,quātū ad principiū cõtritionis.i. qñ
homo primò conteritur de peccatis nondū remiſsis:licet
quātū ad terminū,qui eſt dolor gratia informatus,poſtea
quàm remiſſa ſunt,ſufficiat vna generalis contritio de oī
bus:& idē dicēdū eſt de oblitis,ſiue quæ actu ſpāliter me
moriæ nõ occurrūt:qa nullus tenef ad impoſsibile.Opor
tet etiā,ꝙ ſit maior de maiori peccato.Dolorē verò ſenſi
bilē cõueniēs,eſt maiorē eſſe de maiori:quia ei debef ma
ior pœna:tñ hoc nõ eſt neceſſariū:qa nec ipſe eſt neceſſa
rius.Hęc de mēte Petr. & cõc.S.Th.Sed adde pro ſcrupu
loſis,q nõ credūt ſe actualiter doluiſſe de ſingulis pecca-
tis occurrētib⁹ memorię,niſi actu reflexo dixerint,doleo:
ꝙ fallunf:qa ſicut luxurioſus habitualiter fornicator,ſuc-
ceſsiuè ſine interuallo vidēs multas mulieres pulchras poſ
ſibiliter cõplaceat ſibi ĩ oīb⁹,abſq; hoc ꝙ dicat,cõplaceo.
ita in ꝓpoſito,q habitualiter dolet,qñ ponit ſe ad actu do
lēdū de offenſa Dei,extēdit actū habit⁹ ſui ad omne obie
ctū doloroſū.i.in quo recognoſcetur dicta offenſa actua-
liter obiectū potentiæ,abſq; hoc ꝙ dicat,doleo. Adde ēt,
ꝙ quātū ad cõtritiõis principiū,ſufficit attritio,quātū ad
hoc ꝙ homo ſine peccato ſubijciat de clauib⁹ p cõfeſsio-
nē & abſolutionē ſine nouo peccato:ſed nõ quātū ad hoc
ꝙ homo nõ peccet:quia tenef cõteri,quoties practicè re-
6 cordatur,vt dictū eſt.¶Quartò*quæritur,quę ſit cõtritio
nis cauſa,& quis eius effectus?Et quātū ad cauſam,dico,ꝙ
ex parte Dei,eſt ei⁹ miſericordia & gratia:ex pte verò no
ſtri,ſecūdū Ray.ſunt ſex cauſæ diſpoſitiuę.Prima,eſt reco
gitatio peccati.Secūda,eſt recogitatio pudoris.Tertia,de
teſtatio vilitatis peccati.Quarta,timor iudicij & inferni.
Quinta,cõſideratio amiſsionis patriæ,& offenſæ tāti pa-
tris.Sexta,eſt ſpes.ſ.venię cõſequēdæ,gratiæ recuperādę,
gloriæ expectādę.Quātū verò ad effectū,dico ꝙ ſcđm S.
Th.effectus eius primus,eſt remiſsio culpę.& cõcor.Ray.
& Hoſt.qui addit,ꝙ ſi cõtritus deinde tpe ſuo nõ exequa
tur ꝓpoſitū,quod de cõfeſsione & ſatisfactiõe cõceperat,
nõ redeūt quidē dimiſſa peccata,ſed tñ mortaliter peccat
omittēdo.Secūdus verò eſt remiſsio pœnę.de pœ.di.iij.ꝑ
totū.quod Sum.Ro.limitat verū,quātū ad partē,nõ quātū
ad totū.aliàs,inquit,nõ eſſent neceſſarię indulgētiæ præ
latorū.Sed tu dic,ſecūdū S.Tho.& Pe.de Pal.ꝙ tantū in-
tēdi poſſet ex parte cauſę.i.charitatis,& ex parte effect⁹.
i.doloris ſenſibilis,ꝙ pœna tota remitteref,& nihilomi-
nus requiritur cõfeſsio,& iniūctæ pœnitētiæ expletio,ꝓ
pter præceptū & incertitudinē remiſsionis totius pœnæ.
An aūt quis debeat cõteri de venialibus,ĩ. Peccatū. §. vj.

DE CONTVMACIA.

1 *Contumacia unde dicta,ad quid referatur,& quid ſit.*
2 *Contumaciā uariè cõmitti,ad tres tamen id modos coërceri.*
3 *Contumaciæ cauſa excõmunicatus,abſolui num debeat , ante quàm de expenſis ſatisfaciat,& deſiſtendo in iudicio caueat.*
4 *Teſtes cõtra cõtumacē,nū recipi poſsint,ut ꝓcedatur ad ſñiam.*

1 CONTVMACIA,*ſicut & cõtumax, à cõtumeo dici
tur,quod eſt ſuper verbis,aut aſpectu tumere:vł à cõ
temnendo.Et dicitur in ordine ad ſuperiorem, propriè,

vt eſt iudex: & inobediẽtia volũtaria, qua quis monitio-
nem iudicis implere contẽnit: vel elicitur ex c. ij. de dolo
& contu. iuncta glo. in verbo, cõtumaciter. Et propriè cõ
ſiſtit in nõ faciẽdo volũtariè, quod facere quis ſcit ſe debe
2 re: vt ibi patet. ¶*Primò verò quæritur, quotuplex eſt cõ
tumacia? Et dico, ꝙ fit multis modis, ſed omnes reducun-
tur ad tres, quos ponit Ray. poſt S. Thom. in iiij. diſ. xviij.
¶ Primus eſt in nõ cõparendo ante iudicẽ. & hic modus à
Ray. diuidit̃ in tres. Et vnus eſt, ſi quis citatus perẽptoriè
venire contẽnit. Alius, ſi malitioſè ſe occultet, ne citetur.
Alius, ſi citationẽ impedit, ne ferat̃ ad eũ. de quibꝰ extrà,
vt li. nõ cõteſt. quoniã frequẽter. ¶ Secũdus eſt, quãdo ci-
tatꝰ cõparet quidẽ, ſed ſine licẽtia cõtumaciter recedit an
te finẽ cauſæ. xj. q. iij. certũ. ¶ Tertius eſt, quando nõ vult
parere ſententiæ. de verb. ſig. ex parte. in fi. Et in prædictis
modis aliquãdo eſt cõtumacia vera. i. expreſſa: vt ſi quis ci
tatus dicat iudici, vel miniſtro, ſe nolle cõparere: aut ſi illi
centiatus recedit. Aliquãdo eſt ficta. i. tacita: vt, ſi quis cita
tur, & non venit: vel ſi latitet, aut impedit ne citetur. Addi
tur nõnunquã & cõtumacia euidẽs. Vide Gof. de ſen. exc.
§. excõicatio fieri habet. in Sum. & Gul. in Spe. tit. de con
tumacia. & gl. fi. in cle. vnica. de dolo & contu. & Inn. in c.
querelã. de proc. & Bar. in l. fi. ff. de in integ. reſti. & in l. ex
conſenſu. §. ij. ff. de app. & Cy. & Pet. poſt Iac. de But. in l.
3 properandũ. §. ſin autẽ reus. C. de iud. ¶* Secundò quærit̃,
vtrũ excõicatus pro cõtumacia, abſolui debeat antequàm
ſatisfaciat de expẽſis, & caueat deſiſtendo in iudicio? Et di
co ꝙ nõ, ſi fuit verè cõtumax. Secus ſi præſumptiuè, puta,
quia impeditus: tamen nondũ cõſtat ſi hoc allegat: quia ſi
petit, abſolui debet. de ſen. exc. venerabilibus. §. idem eſt
4 etiã. lib. vj. ¶* Tertiò quæritur, vtrũ lite nõ cõteſtata poſ
ſint aliquo caſu teſtes recipi cõtra contumacẽ, & ad ſentẽ
tiam diffinitiuam procedi? Et dico ꝙ ſic, ex aliqua ſpeciali
cauſa: puta, ſi quæſtio moueatur ſuper alicuius electione,
ne propter longã morã eccleſia patiatur in ſpiritualibꝰ &
tẽporalibꝰ læſionẽ. Itẽ, ſi moueatur quæſtio ſuper copula
maritali, ne viro aut mulieri fornicationis occaſio prębea
tur. extrà, vt li. nõ cõteſt. quoniã frequenter. & idẽ videtur
in omnibꝰ, in qbus periculũ magnũ ſpũale eſſet in mora.

DE CONTVMELIA, ET INIVRIIS.

1 *Contumelia, quæ quaſi tota uerbis tumens ex ſuperbiæ ſpiritu, ſicut & contumacia dicta eſt, quid notet.* Et *quid iniuria.* Et *quot modis committatur.*

2 *Contumelia & iniuria, quid inter ſe differant.* Et *an ſint peccata mortalia.* Et *num ſine peccato dici poſſint, correctiõis cauſa.* Et *qui prædicta iniuſtè ac temerè infert, num ad aliquam ſatisfactionem teneatur. nume. 3.*

4 *Offenſio ſi ſecreta fuerit, petatur autem ſatisfactio publica, nũ ad eam offendens teneatur.*

5 *Contumelias obiectas, num teneatur homo ſuſtinere,*

1 CONTVMELIA* à cõtumeo dicta eſt, quaſi tota ver
bis tumens ex ſpiritu ſuperbiæ, ſicut & cõtumacia. &
primò quidẽ ſignificat dehonorationẽ ꝑ verba principa-
liter, aut ſecundariò per ſigna importãtia culpã: ſed vulgꝰ
etiã ad cõuitiũ & improperiũ cõtumeliæ nomẽ extendit.
Iniuria verò dicitur quaſi nõ iure facta: & deinde ſpeciali
ter iniuria dicitur culpa: vt ff. de iniur. in l. Aquilia. & ter-
tiò iniuſtitia vel iniquitas iudicãtis: vt Inſt. eo. ti. in princ.
& quartò cõtumelia: vt ff. de iniur. l. j. in prin. & l. apud La
beonẽ. eodẽ ti. Et fit iniuria tribus modis, re, verbis, & lite
ris: vt ff. de iniur. l. j. §. j. & l. lex Cornelia. §. ſi qs verborũ.
Sed nunc de ea, q̃ fit verbis aut literis, eſt ſermo: & ad tria
reducitur, ſcilicet contumeliã, conuitiũ, & improperium.

2 ¶*Primò verò quærit̃, quæ ſit differentia inter prædicta?
Et dico, ꝙ ſecundùm S. Tho. ij. ij. q. lxxij. & lxxiij. cõtume
lia eſt dehonoratio facta palã per verba, aut alia ſigna im
portãtia culpã: vt ſi aliquis ſuper faciẽ opprobrioſè dica-
tur fur. cõuitiũ verò, eſt dehonoratio facta palã ꝑ verba,
aut ſigna importãtia culpam, vel etiã pœnam: vt ſi quis in
faciem appelletur fur, aut cæcus. Vnde omnis dicẽs cõtu-
meliam, dicit conuitiũ, nõ ecõtra: quia qui aliquẽ cæcum
appellat, dicit quidẽ cõuitium, non autẽ contumeliã. Im-
properium verò, eſt dehonoratio facta palã per verba, aut
ſigna importãtia egeſtatẽ: maximè, ſi cõmemoretur bene
ficium factum in neceſſitate. Hæc omnia de mente S. Th.
qui etiã dicit, ꝙ vnum horum quãdoq; pro alio ſumitur.
¶ Secũdò quæritur, vtrũ prędicta ſint peccata mortalia? Et
dicit S. Tho. & Alex. de Ales, ꝙ peccata verborũ ex inten
tione ſumunt grauitatẽ: vnde iſta ſunt mortalia, primò, ſi
animo dehonorandi notabiliter fiant: quia nõ eſt minor
honoris iactura, quàm rerũ. & ſecundò poteſt eſſe morta
le: etiã ſi non adſit intentio talis: & tamẽ talia ſunt ita gra
uia, ꝙ grauiter dehonorãt & contriſtãt: ſicut grauiter per
cutiens ludo, poſſet peccare mortaliter. Sunt aũt peccatũ
veniale, ſi iſta nõ multũ dehoneſtẽt, nec proferãtur ex fir
mo ꝓpoſito grauiter dehoneſtãdi: ſed ex aliqua leui ira,
aut alia leui cauſa, & intẽtione leuiter tãtũ cõtriſtãdi, vel
dehoneſtãdi: ſicut etiã leue damnũ rerũ, non eſt mortale.
hæc de mẽte illorũ. ¶ Tertiò quæritur, vtrũ prædicta dici
poſſint ſine peccato cauſa correctionis? Et dicit S. Tho. ꝙ
ſic: ſicut etiam licet verberare cauſa diſciplinæ: aut inferre
damnũ in rebus. Et ſic dominus diſcipulos ſtultos Luc. vl.
& Pau. Galatas dixit inſenſatos. Gal. iij. Et intellige etiam
ſi puniens iraſcat̃: dũmodo correctio ſit principalis cauſa
improperandi: ita ſcilicet ꝙ remota hac cauſa, nõ inferret
iniurias. Aliàs ſi ira ſit principaliter in cauſa, erit peccatũ
graue, & vt videtur, mortale: ideo iſta ſunt periculoſa. Vn
de dicit Aug. in libro, de ſermo. do. in monte. ꝙ rarò & ex
magna neceſſitate, obiurgationes ſunt adhibẽdæ: in qbꝰ
nõ, vt nobis, ſed vt domino ſeruiamus, inſtemus. ¶ Quar-
3 tò* quæritur, vtrũ inferẽs prædicta iniuſtè, teneat̃ ad ſatiſ
factionẽ aliquã? Et dicit Nic. de Li. ꝙ tenetur per ſe, vel in
terpoſitã perſonã dicere iniuriato culpã ſuã: vel ſaltẽ ęqui
pollẽtia ſigna oſtẽdere, niſi cõprehẽdat, ꝙ ei remiſerit in-
iuriã, puta, quia cũ eo ridet, & hmõi. Excipit̃ tñ prælatꝰ &
paterfamilias: qui licet corrigẽdo excedat, tamẽ veniã pe
tere nõ tenetur, ſecũdũ Aug. in regula: quod limita, niſi fe
cerit à propoſito, & potiꝰ liuore vindictæ. de quo dic vt j.
Correctio. §. xiij. Addit Vmb. in expoſitiõe regulę, ꝙ qui
intulit iniurias, tenetur ſatisfacere citò, ſi põt: quia ſicut in
reſtitutione, quod ſine die certo debetur, omni die debe-
tur: ita & hîc. Et debet eſſe ſatisfactio petendo veniã, vel
etiã ſe proſternẽdo, aut ſeruiẽdo plus & minus: ſicut in re
bus. ita & hîc, ſecũdũ quãtitatẽ dãni, vel in dubio ad arbi-
4 triũ boni viri. ¶ Quintò,* quid ſi offenſio fuit ſecreta, &
petitur ſatisfactio publica? Et dicit Arch. ꝙ nõ tenetur, ni
ſi occultũ fuiſſet publicatũ: ſicut fur q latẽter ſurripit, nõ
tenetur reſtituere publicè. Sed ſi ecõtrario offenſa fuit pu
blica, & exhibet̃ occulta ſatisfactio, nõ ſufficit argumẽtũ
à Paulo: qui publicè cõdẽnatꝰ ad carcerẽ noluit occultè li
berari, ſed publicè. Act. xvj. c. Et idẽ eſt, ſi cõtumeliãdo mẽ
daciũ dixit: qa nõ ſufficit dicere ſe male dixiſſe, niſi dicat
5 ſe mẽtitũ, vel dixiſſe falſum, vel dubiũ, nõ ſcit, vt credit eſſe
falſum, vel incertũ quod dixit. ¶ Sextò* quæritur, vtrũ ho
mo teneatur illatas cõtumelias ſuſtinere? Et dicit S. Tho.
ꝙ ſic, quãtũ ad pparationẽ animi, ſi opus eſſet, ſicut & alia
damna: non aũt ſemper, quantũ ad actũ: ſed qñq; tenemur
non ſuſtinere. Primò, qñ hoc cederet ĩ bonũ irrogãtis: vt
puta ad reprimẽdũ eiꝰ audaciã: iuxta illud Prou. xxvij. Re
ſpõde ſtulto iuxta ſtultitiã ſuã, id eſt, ſecundũ quod eius
ſtultitia meretur. Secũdò, qñ ex ſufferẽtia aliorũ ꝓfectꝰ ĩ
pediretur. Et hæc eſt ſentẽtia Greg. homil. ix. ſuper Ezec.

DE CONVENTV.

1 *Conuentus multiplex, ac uaria acceptio.*

1 CONVENTVS* à cõueniẽdo dicitur. & ſumitur aliqñ
participaliter paſſiuè: & ſic cõuentus eſt idẽ quod ci-
tatus. Aliqñ verò nominaliter: & ſic eſt æquiuocũ. Et pri-
mò quidẽ ſignificauit capitulũ ſiue collegiũ regularium.
cle. j. de reb. ecc. nõ alie. Pan. in c. ĩnotuit. de ele. collegiũ
regulariũ. ſed deinde apud mendicãtes, quorũ domus nõ
habẽt ꝓpriũ nomẽ, ſicut domus monachorũ, quæ vocant̃
monaſteria: cõuentus dicitur ꝓpriè locus habitationis ca
pituli: & ſic habet vſus loquẽtiũ. In pœnalibꝰ aũt, ſi verba
conueniũt tantũ capitulo, ſtat ꝓ capitulo: ſi tantùm loco,
ſtat pro loco: ſi vtriq;, benignior fiet interpretatio, ſecun
dũ regulã iuris: maximè ſi ex coniecturis hoc appareat: ſi-
cut interdictũ cõuentus, iudicabit̃ locale tãtùm: niſi in ſup
plicatione, vel narratione fiat mẽtio de loco: in dubio aũt
ſtabit ꝓ loco, qa vſus loquẽdi debet attẽdi. de ſpõſ. ex lite
ris. & in l. liberorũ. ff. de le. iij. & ſecũdũ But. prefertur pro
prio ſignificato vocabuli, etiã in materia ſtricta. quod etiã
ſequitur Bar. vt plenè habes per Panor. ĩ procemio primi.

DE CHOREA.

1 *Chorea & ludi, quanquam indifferentes ſunt, poſſunt tamen tripliciter malè fieri, de quibus hîc.*

2 *Choreæ & ludi, ut citra peccatum fiant, quot requirant.* Et *an tempore deuotionis, aut pœnitentiæ ſine mortali peccato fieri queant.* Et *ibidem in hoc dictum* Auguſtini, *quòd melius facerent* Iudæorum *fœminæ, ſi lanam filarent, quàm tota die in neomenijs impudicè ſaltare.*

3 *Choreas, ludos, uel ioculationes inſpectare quãdo ſit peccatũ.* Et *quid de inſpectoribus alearũ & torneamentorũ. remiſſiuè.*

1 CHOREA,* vt dicit Ala. in iiij. diſt. xvj. & huiuſmodi
ludi, nõ ſunt mali ſecundũ ſe: quia poſſunt aliqñ be-
ne fieri: ſed triplici de cã poſſunt fieri mali. Primò, ſi fiant
ad prouocãdã libidinẽ, & huiuſmodi, id eſt, ſi fiãt malo fi
ne. Secũdò, ſi nõ cõueniũt perſonæ: vt clericis, religioſis,
& huiuſmodi. Tertiò, ſi fiãt tẽpore nõ cõgruo, id eſt, triſti
tiæ vel pœnitẽtiæ. Si verò fiãt ex cauſa alicuius honeſtæ
lætitiæ, à perſonis ſecularibus, cõgruo tpe & loco, & cum
alijs debitis circũſtãtijs, nõ eſt illicitũ. Adde, ꝙ etiã poſ-
ſent eſſe illiciti ex diſpoſitiõe pſonarũ choreizãtiũ: vt qa
aliquis exponit ſeipſum periculo operis, vel cogitatꝰ illi
citi: vel ꝓbabiliter dubitat ſe ad hoc expoſiturũ aliũ. ¶ Pri
2 mò* verò q̃ritur, quot requirãtur, vt licitè, id eſt, ſine pecca
to mortali, fiant? Et dico, ꝙ multa, ſed omnia reducunt̃ ad
ſeptẽ. ¶ Primò, debitũ tp̃s, puta, nuptiarũ, victoriæ, libera
tiõis patriæ, vel hominis, aduentus amici diu expectati, &
hmõi: vñ ſecũdũ mẽtẽ Ala. eſt mortale hæc facere tpe de
uotiõis aut pœnitẽtię: puta ab Aduẽtu vſq; ad Epiphaniã:
& à Septuageſima vſq; ad Paſcha: qđ verũ putarẽ, niſi fie-
rẽt occultè, vel ex inſolita honeſta lætitia: puta victoriæ:
vel à talibus, quos excuſaret ignorãtia: vel vbi eſſet cõſue
tũ propter lætitiã feſti precipui. Eſt etiã mortale ſecundũ
magiſtros, vt refert Rich. in iiij. diſt. xxx. ſi in diebꝰ dñicis,
ꝓpter dictũ Aug. quòd melius facerẽt fœminæ Iudæorũ,
ſi lanam filarẽt, q̃ tota die in neomenijs impudicè ſaltarę.
qđ Sum. Ang. verũ limitat, qñ ꝓpter hæc multa, aut Prædi
catio, ſeu Veſperæ omittunt̃: vel ꝑ maiorẽ ꝑtem diei. Sed
limitatio eſt nimis auſtera: quia ſi iſti ludi cũ tãta honeſta-
te fierẽt, ꝙ nõ haberẽt circunſtãtiã malã, præter circunſtã
tiã tẽporis: dico, ꝙ idem erit omittere Veſperas ꝓpter lu-
dum pilæ, aut ſchacorũ, & propter hæc. dictũ autem Aug.
intelligitur, quando hæc impudice fiunt: vt patet intuẽti.
¶ Secundò, debitus locus, id eſt, ꝓfanus. vnde hæc vident̃
mortalia in eccleſia, & alijs locis ſacris vel religioſis. arg.
c. decet. de immu. ecc. li. vj. ¶ Tertiò, pſona cõueniẽs, quę
ſcilicet ſit talis, ꝙ ĩde nõ ſubeat periculum animę: nec iſta
ſibi ſint indecẽtia, & ꝓhibita: ſicut ꝓhibẽtur eccleſiaſticis
perſonis. xlvj. diſt. clericũ. de conſe. di. v. nullꝰ presbytero
rum. ita ꝙ iſtis, vel cum iſtis, hæc facere, videt̃ mortale, ra-
tione prohibitionis & ſcãdali: niſi fortè qualitas & modi
citas operis excuſet: vt ſi fiãt in ſecreto, & parũ, quod qua
ſi nihil putatur. ¶ Quartò, modus honeſtꝰ. honeſtas enim
eſt iuris præceptũ. Inſti. de iuſti. & iur. §. iuris p̃cepta. Vn-
de eſt mortale, ſi fiãt habitu, geſtu, cãtu, aut quouis modo
notabiliter laſciuo: ſicut cũ fœminę ĩuerecũdę pectora ex
ceſſiuè no. nudãt: & viri partes pudẽdas ĩdecẽter cooper
tas oſtentãt. de hoc tñ exceſſu, difficile eſt iudicare, qñ ſit
mortale, cùm ſit reſpectiuus ad cõditiones patriæ, & per-
ſonarũ præſentiũ. Quintò, recta ĩtẽtio, puta, honeſta: nõ
neceſſaria recreatio: vñ ſi fiãt cauſa libidinis, vel alio fine
q ſit peccatũ mortale, erũt mortalia: venialia verò, ſi ſit ve
niale. arg. c. vide. j. q. j. & xxiij. q. j. noli. & c. militare. ¶ Sex
tò, ſtabilitas choreizãtis: ne ſcilicet & inde periculũ im-
mineat: vñ q ꝓbabiliter inde ſibi vel alteri periculũ timet
operis vel cogitatꝰ mortalis, mortaliter peccat, niſi deſi-
ſtat: qa q amat piculũ, peribit in illo. Eccleſiaſtici iij. ¶ Se-
ptimò, raritas hmõi ludorũ. Vñ ſecũdũ Ro. ducẽs choreas
ex cõſuetudine, mortaliter peccat. Sed hoc ĩtellige verũ,
qa in tali ſemp, vel quaſi ſemp reperitur aliqua de p̃miſſis
circunſtãtijs malis: quæ oẽs ſi abeſſent, ſola cõſuetudo ni
hil faceret ad hoc, vt eſſent hæc mortalia. ¶ Ex quibus o-
mnibꝰ etiã patet quot modis iſta ſunt mortalia. ¶ Secũdò
3 *q̃ritur, vtrũ inſpectio chorearũ, ludorũ, vel ioculationũ
ſit peccatũ? Et dico gñaliter, ꝙ q̃cũq; licitè fiũt, de ſe licita
vidẽtur, vt patet. Vñ inſpectores chorearũ nõ peccãt mor
taliter, niſi ex aliqua circũſtãtia mala: puta, ex mala intẽtio
ne: vel rõne periculi inde ſibi vel alij imminentis: vel qa
ſua pręſentia eſt cã ludi, vel ꝓpter aliquid hmõi. De inſpe
ctoribus alearum & torneamentorum j. in locis ſuis.

DE CORRECTIONE, ET PVNITIONE.

1 *Correctionem duplicem eſſe, & quid unaquæque.*

2 *Correctio fraterna, num adeò in præceptis ſit, ut qui eam omittit, mortaliter peccet.* Et *eius omiſſio quot modis contingat.* Et *quando cum mortali coniuncta ſit, & quando non.*

3 *Præceptóne eodem teneamur inquirere, quos corrigamus.* Et *an ſubditi ad* Prælatorum *correctionem eodem quoque præcepto teneantur.* Et *num omnes eo ligentur.*

4 *Præcepto hoc eodem, num omnes ligemur ad correctionem alienam iuxta ordinem à domino traditum, qui* Matth. *xviij. habetur.* Et *in hoc beati* Tho. *regula.* Et *num quandoque contra factum ſit, aut fieri poſſit.* Et Petri *exemplum.*

5 *Doctus quibus regulis poſſit decidere caſus omnes innumerabiles, qui contingere poſſunt circa fraternæ correctionis ordinẽ.* Et *ibidem, quòd multorum bonum, unius bono proponi debet.*

6 *Peccétne mortaliter, qui contra prædictum ordinem aliquid prælato denunciat ex ſimplicitate, malitia, leuitate, aut illo etiam præcipiente.*

7 *Peccatum alterius, uel etiã ſuũ, nũ quis cõtra dictũ ordinẽ ad prælati præceptũ publicare teneatur, ſi peccator occultꝰ ſit, peccatum autẽ publicũ.* Et *quo caſu præcipere prælatus id poſſit.*

8 *Epiſcopus, uel alius prælatus ſi præcipiat reuelationem alterius occulti, ut puta furti, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, an non reuelans in eam incidat. Et quid ſi quis alium puniat ſciēter pro crimine læſæ maieſt. quòd is illud nō denūciauerit, cùm probationibus careret, condemnatio ad quid teneatur.*

9 *Correctio ad prælatos pertinens, non omittenda eſt, ob eius turbationem qui corrigitur. Et quid de correctione fraterna.*

10 *Correctio num prælatis ſit in præcepto. Et quid ſi nō corrigant & emendent, cùm poſſint.*

11 *Correctio ſiue punitio qualis eſſe debeat. Et quid ſi prælatus in corripiendo modum excedit. nume. 12.*

13 *Multitudo qñ in ſcelere eſt, qualiter ī correctiōe procedēdū ſit.*

14 *Cauſæ licitè diſſimulandi, & non corrigēdi pecata, quot ſint.*

15 *Prælatus, uel ſubditus exiſtens in peccato mortali, alium corrigendo num mortaliter peccet. Et huius limitatio.*

16 *Corripiēdo qui alium iudicat, ſi in eodem peccato ſit, licet ſeipſum condemnet, non tamen ex hoc ſemper nouam damnationis cauſam ſibi adijcit.*

1 CORRECTIO* duplex eſt, ſecūdū S.T. in iiij. di. xix. q. ij. Vna ſcilicet oſtēſiua & directiua tantū, q̃ dicit̃ ꝓprie correctio: & eſt admonitio fratris de emēdatione delictorū ex fraterna charitate: & hęc pertinet ad oēs tā ſubditos quàm prælatos. Alia eſt coactiua, quæ dicitur ꝓpriè correptio. illa eñ rapi dicunt̃, q̃ auferūtur ſubdito: & hæc eſt punitio peccatorū à prælato facta ad cōſeruationē iuſtitiæ: vñ cōuenit ſolis prælatis: quorū verba vim coactiuā

2 habēt, q̃ de cætero vocetur punitio. ¶ Primò* verò quæritur, vtrū fraterna correctio ſit in præcepto, ſic, ꝙ eā omittēs peccet mortaliter? Et dicit S.T. ī iiij. vbi ſ. & ij. q. xxiij. ꝙ eſt in pręcepto. & idē tenet Rich. & oēs Theo. per illud verbū domini, Mat. xviij. Si peccauerit &c. Sed qa hoc p̄ceptū eſt affirmatiuū, nō obligat ad ſemper, ſed ꝓ loco & tēpore. Omiſſio verò eius, ſecūdum eoſdē, tripliciter fit. Primò, meritoriè: vt qñ tēpus opportunū expectat̃: vel timetur inde ne peccator fiat peior, aut alios īpediat ad bonū. Secundò, omittitur cū peccato mortali: vt quia timet̃ iudiciū vulgi, aut carnis cruciatio, vel perēptio: dū tñ hæc ita dominētur in animo, ꝙ fraternæ charitati præponant̃. Tertiò cū veniali, qñ ſcilicet timor & cupiditas tardiorē facit ad corrigēdum: nō tñ ita, ꝙ ſi cōſtaret, fratrē poſſe à peccato retrahere, ꝓpter hæc dimitteret, q in animo præpoſuit charitatē: vt dicit Ang. cōcord. Rich. in iiij. diſt. xix. Sed limita, ꝙ hæc omiſſio eſt cū mortali in peccato mortali, & in veniali periculoſo de mortali, & nō in quolibet tali, ſed in habēte perſeuerātiā: quā ſi nō habet, ſolus p̄latus corrigere tenetur, ſecundū gloſ. in c. qui aliū. de hære.

3 ¶ Secūdò* q̄rit̃, vtrū hoc p̄cepto ligemur ad q̄rendū quos corrigamus? Et dicit S.T. ꝙ nō: qa beneficia quæ non debemus certæ perſonæ, ſed omnibus cōiter, tpalia vel ſpiritualia ſufficit īpēdere nobis occurrētibus: alioqn oporteret nos facere illud cōtra Pro. xxiiij. Ne q̄ras impietatē in domo iuſti. Vnde patet, ꝙ nec religioſos oportet exire ad corrigendū delinquētes. ¶ Tertiò quæritur, vtrū hoc pręcepto ligentur ſubditi ad corrigendū prælatos? Et dicit S. Tho. ꝙ ſic, correctione humili, ita, ꝙ cū manſuetudine & reuerētia: nō autē correctione punitiua, aut increpatiua: iuxta illud, Seniorē ne increpaueris. ij. Tim. v. niſi manifeſtè errēt in fide: quia tūc ſi nō eſſent ſupiores volentes iudicare, inferiores increpare poſſent: qa hæreſis reddit hæreticū omni catholico inferiorē, etiā quantū ad forum extrinſecū. facit ij. q. vij. ſecuti. & c. Paulus. Et idē eſt, ſecūdū aliquos, qñ haberet mores īordinatos publicè & ſcādaloſè. ¶ Quartò quæritur, vtrū hoc pręcepto ligētur omnes? Et dicit S. Tho. ꝙ correctio quę dicitur correptio, & eſt actus iuſtitiæ tendēs ad bonū cōe, pertinet ad ſolos prelatos: ſed ea q̃ dicitur ꝓpriè correctio, & eſt act⁹ charitatis, tendēs ad fratris emēdationē, pertinet ad quēlibet habentē charitatem. Vtrū aūt eam poſſit exercere peccator. j. §. vlti.

4 ¶ Quintò* quæritur, vtrū hoc p̄cepto ligemur ad corrigendū ſecūdùm ordinē traditū à d. Mat. xviij. Si peccauerit, &c. Et dicit S.T. ꝙ ſic. Sed quātū ex eo & alijs Doctorib⁹ cōcorditer colligitur, ordo ipſe eſt talis. Pro fundamēto enim habēda eſt regula, quā ipſe tradit de virt. q. iij. & ſecūdū eā omnia dicēda, ſunt mēſuranda, ſcilicet, ꝙ cū ꝓximus noſter duo habeat, cōſciētiā & famā: debemus vtrāque ſeruare, ſi poſſumus. alioqn fama ꝓ cōſciētiæ ſalute cōtēnenda eſt. Et deinde dicēdū, ꝙ ordo illius ſecretæ monitionis nō habet locū in peccato futuro ꝓpter verbū, peccauerit. quia ſtatim denūciari pōt vt īpediatur: niſi obuiare poſſit ipſe q nouit: qa tūc denūciare nō debet, ſi inde ſequat̃ infamia, ꝑ regulā p̄dictā. Nō habet etiā locū, ſecūdū S.T. in publicis, q̃ nō fiūt in te, id eſt, cōtra te, & te ſolo ſciēte, ſed ſtatim denūciari pñt: quia per hāc peccās lædit cōſcientiā ſuā, & aſtantiū: vñ vtriq; ſuccurrendū eſt ꝑ denūciationē: & etiā ſi ſperaretur emēdatio peccantis: qa etiā oportet à ſcādalo cauere. Si tñ qs poſſet vtriq; illorū ſatisfacere, æquè bñ vt prælatus, etiā nō eſſet denūtiādū, vt cōſeruet̃ fama peccātis apud prælatū, & alios neſciētes: licet eſſet obediēdū prælato, ſi exigeret veritatē: quia aliter derogaret̃ iuri ſuo, quo iudex eſt publicorū. Non habet etiā locū, ſecundū S. Th. in occultis, q̃ ꝓximis damnū corporale vel ſpirituale inferūt, vel ſunt illatura: qa nō ſunt ſolū in re, ſed in alios. Vñ ſtatim pōt qs denūtiare eū, quē ſcit velle ꝑdere ciuitatē, aut aliquos in fide corrūpere: niſi firmiter ſperet ſe dictis malis poſſe obuiare, ſecūdū regulā predictā. Habet ergo locū ſolū in peccato occulto, nocēti ſolū peccāti, & ei, q ſcit: vel quia lædit̃ ab eo, vel ſaltē ex ſola notitia. & tūc dicit S.T. ꝙ debet, ſi pōt, ſic emēdare fratrē, vt fama ei⁹ cōſeruetur. & ſic de neceſſitate p̄cepti eſt, ꝙ ſecreta monitio publicā denuntiationē præcedat, quæ ſecreta monitio debet ſemel vel pluries fieri, quādiu ſpes de correctione ex ea habet̃ ꝓbabiliter. Et deinde procedēdū eſt ad teſtiū inductionē, ad oſtēdendū quòd malū ſit de quo frater arguitur. ſecūdū Hier. vel ad cōuincendū de actu, ſi iteretur, ſecundū Aug. vel vt ſint teſtes, ꝙ corrigēs fecerit debitū ſuū, ſecundùm Chry. & hoc niſi forte probabiliter exiſtimaret̃, ꝙ hoc ad emēdationē fratris non proficeret: quia tunc nō eſſent inducēdi: tamen ante quàm inducantur, ſecundùm Aug. prius oſtendi debet prælato, vt ſingulari perſonæ: & ſi ſic non corrigitur, in publico cōuincendus eſt. hæc ille. Igit̃ eſt ordo, ſecundū Archi. vt primò moueatur ſecretò. Secūdò, dicatur prælato vt priuatę ꝑſonæ. Tertiò, inducant̃ teſtes. & hæc oīa intellige, ſi emēdatio ꝓbabiliter ſperat̃, & nō aliter. Quartò, ſi ꝓbari pōt, & ſperat̃ correctio, accuſand⁹ eſt eccleſiæ, id eſt, p̄lato, vt eſt perſona publica: vel ſi probari nō pōt, denunciet̃ ſecretò. Prælatus aūt habita ſufficiēti ꝓbatione, præcipiat ei vt deſiſtat: quod ſi nō facit, eccleſiā nō audit, & propter contumaciā excōicandus eſt: quo facto, erit vt ethnicus, & vitādus, & non antè, etiā ſi eccleſiā non audiret. arg. ij. q. j. multi. hæc ille. Quòd aūt quidam ſancti vidētur cōtra prædictum ordinem accuſaſſe, vel publicaſſe peccata, Sanct. Thom. ſoluit dicens, Ioſeph, q fratres accuſauit, creditur pri⁹ eos monuiſſe. Vel dici poteſt, ꝙ publicum erat peccatum inter fratres. Vnde dicitur pluraliter, Accuſauit fratres. Petrus etiam, qui publicè denuntiauit

peccatū occultū Ananiæ & Sapphirę ſine monitione. Act. v. hoc fecit, vt executor Dei, cui etiam occulta ſunt publica: cuius reuelatione peccatū cognouit, & puniuit. Chriſtus etiā cū eadē rōne peccatū Iudæ prodere poſſet, hoc nō fecit: ſed verbis obſcuris admonuit. Religioſi etiā ſi ſine monitione ꝓclamātes in capitulo, hoc de leui. tantūmodo faciūt, quæ nō ſunt infamatoria. Sed de his j. Denuntiatio.

4 ¶ Sextò* quærit̃, qbus regulis vir doctus poſſet decidere oēs caſus innumerabiles, qui accidunt circa ordinem fraternę correctionis? Et dico, ꝙ tribus. Prima eſt ſancti Tho. in q. de quolibet. quæ eſt valde generalis. ſ. ꝙ ſeruāda eſt in omnibus his charitas. Secūda ſpecialior in q. de virtu. ſcilicet, ꝙ ſeruāda eſt fratris cōſciētia, & fama ſimul, ſi fieri pōt: alioquin cōſcientia ſola, contēpta fama. Tertia eſt Richardi, in iiij. ſcilicet, ꝙ vtrum probabiliter ſperanda ſit emēdatio peccantis, perpēdi poteſt, cōſiderādo ſi peccat ex electione, ſeu malitia: cuius ſignū eſt, cōditio peccātis, & frequēs ſine freno actus iteratio: aut ex paſſione, ceu infirmitate, cuius ſignū eſt, ſi ſemel ruit oblata occaſione, & deinde triſtatur, & erubeſcit: ille eñ difficulter, & iſte faciliter emēdatur. Quarta, eſt eiuſdē, ibidem. ſ. ꝙ ſi peccatum eſt occultū, & non ſperatur emendatio, aut eſt infectiuum aliorū: & tunc denuntiandū eſt prælato, vt caueat gregi: qa bonū multorū debet ꝓponi bono vnius: vñ & negligi debet vnius fama, vt innocētia, vł fama multitudinis cōſeruetur. Aut vergit in damnū corporale alterius: & tūc fieri debet cōparatio illius damni, ad damnum famæ iſtius: & illi damno, quod præpōderat, magis obuiādum eſt. hæc ille. Ex quibus elicio, ꝙ aliqñdo ſi peccatū ſit in me ſolùm, & nō ſit pręciſe pręteritū in ſe & ſuo effectu, ſed ex eo mihi damnū in poſterū immineat, vel qa nocebit, vel qa nocuit, & nō emēdabit: poſſum ſtatim denuntiare, ad cauendū mihi, ſi damnū illud nō ſit leue, ſed p̄ferēdū, meo iudicio, famæ illi⁹, licet fama ſit diuitis pretioſior: quia ipſe ſibi nocet volūtariè. Sicut etiā poſſum pro rerū defenſione inferre detrimentū ſanitati, & bono naturę per vulnera, & ꝑcuſſiones. licet illud bonū ſit nobilius: quia me inuadēs, ſemper deſiſtere pōt. & ſuā, ſi vult, ſeruare ſanitatē. Vnde ipſe eſt, qui infamat, & percutit ſe in cā

5 infamiæ & percuſſionis, ſicut aper in veru. ¶ Septimò* q̄ritur, vtrū peccet mortaliter cōtra predictū ordinē aliquid prelato denuntians ex ſimplicitate, vel malitia, aut leuitate, vel illo pręcipiēte? Et dicit S. Tho. in q. de quolib. ꝙ ſi quis intendens emendationē, ſcit ſe correcturū fratrē, denūtiare nō debet: ſi tamen hoc melius fieret per prælatū, & ille ſit pius, diſcretus, ſpiritualis, non habēs rancorē: poteſt ei denūtiare: nec tñ dicere eccleſię: qa dicit illi vt ꝑſonę priuatę, & ad correctionē proficienti. Sed tamen quia propter diuerſas cōditiones ſubditorū & prelatorum, generalis regula dari nō pōt: pro regula tenendū eſt, ꝙ ſeruetur charitas, & quod melius videtur. & nō erit peccatū denūtiare. Qui aūt denuntiat prelato, aut amico, vel cuicūq;, ex malitia, vt quis cōfundatur, & deprimatur: peccat mortaliter. Qui aūt ex incautela hoc alicui dicit, ita tñ, ꝙ infamia, aut vituperiū nō eueniat delinquēti: nō peccat mortaliter. hęc ex illo. Sed adde ex ij. ij. q. lxxiij. ꝙ ſi inde ſequatur notabile damnū honeſtati, & famæ proximi: erit mortale talia dicere prelato, vł alteri, etiā ſi nō malo fine, vel ſi incautè fiat: qa debuit & potuit aduertere. Quando aūt p̄latus pręcipit circa hmōi, oīb⁹, vel alicui ſpecialiter: intelligendū eſt præceptū ſecundū S. Tho. ij. ij. ſaluo ordine fraternę correctionis: contra quē, ſi expreſsè pręciperet, peccaret: quia non eſt iudex occultorū: & non eſſet ei obediēdū: quia obedire oportet Deo magis, quàm hominibus, niſi inquātū per aliqua indicia peccata manifeſtentur: puta infamiā, pręſumptiones, & hmōi: quia tunc poteſt pręlatus pręcipere, ſicut & iudex alius exigere iuramētū. hęc ille. Et idem eſt, ſi ſemiplene probatū eſt: puta, quia eſt vnus teſtis: quia in his duobus caſib⁹ tenetur quilibet ſubditus deponere quicqd ſcit: licet nō præceſſerit monitio, vel ꝓbare nō poſſit: quia tūc nō venit vt denūtiet, ſed vt teſtificetur. Facit c. j. de teſti. cogen. cum ibi no. Imò eo caſu, quo prelatus eſt talis, ꝙ ei fieri pōt ſecreta denūtiatio ante monitionē ſine peccato, ſi ipſe iubet, vt ſic fiat, tenet̃ obedire ſubditus: quia tenetur in oībus quæ pertinent ad officium prelati, & nō ſunt cōtra Deum. Fallit autē, quod ſ. dictum eſt, in parētibus & filijs, qui nec etiā volētes, contra ſeipſos in teſtimoniū admittuntur. C. de teſti. l. parentes. & iiij. q. iij. §. itē parētes. Et intellige de aſcēdentibus & deſcēdentibus ſolùm, non de collateralib. ſecundū glo. in d. §. item. Nō debet etiā cōpelli vxor cōtra virū, nec ſocer cōtra generū, priuignū, ſobrinū, ſobrinā, & à ſobrinis natū, & eos, qui in priori gradu ſunt. iiij. q. iij. §. item lege Iulia. Quod intellige, vbi criminaliter ꝓceditur: ſecus, vbi ciuiliter, ſecundū glo. in c. j. iij. q. v. vbi dicitur, ꝙ in ciuili cauſa licitè admittitur frater cōtra fratrē, vel ꝓ fratre: ſed idē nō credo de filio cōtra patrē, & vxore cōtra virū, etiā in cauſa ciuili: præſertim ſi animarū, vel corporū periculū immineret: quia pater & filius reputātur pro vna perſona, ſecundū gl. in c. ſuper eo. el ij. de teſti. Et idē dic de vxore & viro, qui effecti ſunt vna caro. Et ſi filius, vel vxor reuelarēt illorū delicta, ſubijcerēt ſe periculo mortis, vel huiuſmodi. Eccleſia aūt nullū videtur obligare cū ſcandalo. de pœ. & remiſ. officij. Si aūt nō erat infamia cōtra aliquem, ſed in generali quęritur, vt fieri ſolet: ſeruetur ordo prędictus. Vide etiā j. Denuntiatio. §. iiij.

6 ¶ Octauò* quæritur, an cōtra prędictū ordinē teneatur quis ſuū, vel alteri⁹ peccatum publicare ad præceptū prelati, ſi peccator ſit occultus, & factū publicū? Et dico, ꝙ S. Tho. in quodā generali capitulo, cùm eſſet baccalaureus, legitur ſenſiſſe, ꝙ ſic: ſed omnes magiſtri fuerunt cōtra eum. Secundū ea verò, quæ reliquit nobis in ſcriptis, dicendū videtur, ꝙ non tenetur, ſecundùm regulas ſuperius aſſignatas, niſi ſeruato ordine prædicto: qa eo caſu poſſibile eſt ſatisfieri cōſciētiæ delinquentis, per ſecretā monitionē: & conſcientiæ eorum, qui ex facto publico ſcandalizantur, per modū qui dicetur: & conſequenter ſeruanda eſt fama. Sed contrà, videtur, ꝙ teneatur. Primò, quia peccatū eſt publicū. Sed dico ſtultum eſſe dicere, ꝙ peccatum ſit publicum, & quærere notitiā eius per præceptum. Vnde dico, ꝙ ſecundùm Pet. de Pa. in iiij. diſt. xix. c. iiij. peccatū dicitur publicū, qñ publicū eſt, quis fecerit illud: nō aūt ſi eſt public⁹ effectus peccatoris, vel peccati: quia peccatū nō eſt id quod videtur, puta cadauer: ſed actio peccatoris, puta, occiſio, quæ nō videtur. Secūdò, qa oportet ſatisfacere cōſciētię eorū, qui indè ſcādalizantur in publico: quod ſubditus nō pōt, ſed prælat⁹, & nō niſi ſibi dicatur. Sed dico, ꝙ eo caſu prælatus debet pręcipere ſuper veritate dicēda, & ad inquiſitionē ꝓcedere. Sed præceptū intelligēdū eſt, ſaluo ordine prędicto: & ex tali inquiſitione ſatisfit ſcandalo, & iuſtitiæ publicæ: cùm iam res ſit in iudicis volūtate punita, quātū punire potuit. Pro quo nota, ꝙ eo caſu prælatus pōt communiter & indeterminatè præcipere: quia de peccato procedit infamia ex euidentia facti, indeterminata tamen: ita ꝙ iſte non eſt determinatè infamis, ſed iſte, vel iſte, indeterminatè. Non aūt pōt pręcipere ſpecialiter iſti, vel illi, niſi ſit ſpecialiter infam

infamatus, aut ſemiconuictus. Vnde ſiue ſic, ſiue ſic preci
piat: nõ tenetur obedire, niſi qui eſt infamatus, vel ſemicõ
uictus, aut qui talẽ nouit. Et quod dictũ eſt de prelato &
7 precepto, intellige de iudice & iuramẽto. ¶Nonò* quæ-
ritur, qd ſi epiſcopus, vel alius prælatus, p̃cipiat reuelatio
nẽ alicuius occulti, puta furti, ſub pœna excõicationis la-
tæ ſentẽtiæ? Et dico, q̃ qui de hoc eſt infamatus, vel ſemi-
cõuictus, ſi nõ reuelabit, incidet: & ſimiliter qui hoc ſcit,
etiã ſi ſit de his, qui ad teſtimoniũ cõtra talẽ cogi non de
bẽt: qa licet peccet prælatus ſic intẽdẽs adſtringere, & ſen
tentia ſit iniqua, non tñ eſt nulla: vt patet ex dicẽdis j. Ex-
cõmunicatio. ij. §. j. & §. iiij. dubi. viij. Si verò nulla ſit de
hoc cõtra aliquẽ ſpecialiter infamia, vł probatio: licet ſen
tentia ſit iniuſta, tamen reuelare tenetur ipſe reus: niſi ſen
tẽtia eſſet nulla ex intolerabili errore expreſſo, vł alia cau
ſa: qui verò hoc ſcit, curet vt reus obediat. Quod ſi non fa
cit: ipſe releuet, ſaltẽ in ſecreto, ſi p̃bare nõ põt: alioquin
incidet. Licet hoc videatur negare Sum. Roſ. tum quia ſen
tẽtia nõ eſt ex hoc nulla: tum qa non eſt præſumẽda corre
ctio per inductionẽ teſtiũ, qñ non timetur eccleſiaſtica cẽ
ſura tam magna: & ſi exigatur ab eo vt denũtiet iuridicè,
nõ tenetur, cũ probare nõ poſsit. Et ſic intellige gl. in c. ſa
cerdos. de pœ. di. vj. qa tũc requiritur vt denũtiator, nõ vt
teſtis. Et per hoc infert Io. de Pla. Inſti. de publ. iudi. q̃ pu-
niens ſcieter aliquẽ pro crimine leſę maieſtatis, qa nõ de
nuntiauit, cùm probare nõ poſſet: tenetur ei ad omne in-
tereſſe. & idẽ Bal. in quodã cõſilio, quod incipit, quãquã
allegata. Vnde qñ dicitur, qui ſciuit; intelligitur de ſciẽtia
probabili. l. qui accuſare. C. de eden. facit C. de calum. l. &
ſi in monito. Vnde talis nõ reuelãdo, nõ incidit. Intelligi
tur etiã, ſecundũ aliquos, exceptis caſibus, in qb⁹ nõ tene
tur quis ad teſtificandũ, iuxta dicta ſ. §. vij. etiã ſi in cõmi
natoria exprimeretur, q̃ teneatur, licet nequeat p̃bari: qa
8 cõtineret intolerabilẽ errorẽ. ¶Decimò* queritur, an vtẽ
dum ſit fraterna correctione prælato iubente, vel nõ iubẽ
te, circa eũ, qui habet peccatũ, vel impedimẽtũ, quod ego
ſcio, & ille ignorat: vt qa ignorat ſe ordinatũ, vł baptizatũ
non ritè, vel excõmunicatũ, & miniſtrat: vel habet vxorẽ,
quam de iure habere nõ põt, & huiuſmodi? Et dicit Ver-
uec. loquens, quãdo hæc probari non pñt, q̃ qui huiuſmo
di ſcit, tenetur eum auiſare, quẽ credit corrigibilẽ, ſi labo
rat ignorãtia craſſa: aliter peccat: qa ille nõ excuſatur. Si-
militer, ſecundũ eundẽ, ſi laborat ignorantia probabili, li
cet excuſetur ignorãtia facti, tenetur, propter periculũ &
damnum alienũ, aut ſacramẽtorũ iniuriã. Si verò ſit incor
rigibilis, & de ſcandalo timet: ſufficit ſi prælato denũtiet:
non accuſando, vel denuntiãdo, ſed ſimpliciter ſignifican
do, ſi fortè remediũ conueniens poſſet adhiberi, & con-
cord. Mo. & Rodo. Si aũt probare põt, tenetur ſi eſt præ-
latus ſuus: ſecundũ Rodo. & Mo. Quod intellige, ſi credit
ſe poſſe illũ corrigere, ſaltẽ per vim. Secus, vbi nihil pro-
ficeret, ſed efficeretur peior. Si verò nõ ſit eius prelat⁹, &
ſperat de correctiõe, aut ſi nõ ſperat, ſed tñ inde aliorũ pe
riculum, vel dãnũ immineat: tenetur, ſecundũ eoſdem. Et
hoc, ſecundũ Arch. limita, ſi credit iudicẽ exhibiturũ iuſti
tiã: ſecus vbi non eſt periculũ aliorũ, aut damnum: vel pro
bare non põt. ar. ij. q. vij. pleriq;. vel etiã ſi iudex remediũ
non adhiberet hoc probato. ar. xj. q. iij. quando. Et idem
videtur de denuntiatione fienda prælato ſuper crimine,
quãdo inde non prouidet: quia inutilis videtur & fruſtra.
Si aũt nec correctionẽ ſperat, nec alij inde periculũ immi
neat, vel damnũ: nõ tenetur: ſecundũ Mo. & Ro. Et iuxta
9 hæc intellige S. Thom. dicentẽ in ij. ij. q̃* non eſt dimit-
tẽda correctio pertinens ad prælatos propter turbationẽ
eius qui corrigitur: tum quia & ſi ſponte propria emẽdari
non velit, corrigẽdus eſt per pœnas vt peccare deſiſtat: tũ
etiã, quia etſi incorrigibilis ſit, prouidetur bono cõmuni,
dum ſeruatur ordo iuſtitiæ: & vnius exẽplo alij deterren
tur. Secus aũt de correctione fraterna. vt dictũ eſt. ¶Vnde
10 cimò* quæritur, vtrũ correctio ſit prælatis in precepto? Et
dico, q̃ ſic ſecundũ S. Tho. & oẽs doct. loquẽdo de corre-
ctione, quæ eſt correctio & punitio: qa ſi ſubditus tandẽ
tenetur dicere prelato, vt puniat, etiã ille tenetur corrige
re pctm̃ manifeſtũ, ſub pœna eterne mortis. ar. lxxxiij. diſ.
per totũ. & ij. q. qui nec regiminis. Quãdo tñ videtur non
expedire cõitati, nec corrigẽdo, nõ tenetur corrigere: qa
iſte ſunt cauſe, propter quas corrigimus, vt patet xxiij. q. v.
prodeſt. remota aũt cauſa, remouetur effectus. Nec tene-
tur, nec debet corrigere, ſi cõmunitati nec nocet, nec pro
deſt correctio: & eius omiſsio prodeſt delinquẽti ad emẽ
dationem: qa cauſa corrigẽdi eſt emẽdatio. Quando verò
ecõuerſo correctio nõ expedit delinquenti, imò fortè no
cet, & tamen cõitati prodeſt, corrigere tenetur: qa bonũ
cõitatis eſt melius bono iſtius. Si verò loquamur de corre
ctiõe fraterna: multò magis tenetur, quàm alij, ſiue pecca
tum ſit ſecretũ, ſiue publicũ: ſecreta tamen, ſecretè corrige
re debet. Si verò nõ corrigit & emẽdat, cùm põt, mortali
ter peccat. xliij. di. ſit rector. qđ intellige in mortalib⁹, &
11 iuxta dicta §. priore. ¶Duodecimò* queritur, qualis de-
bet eſſe correctio, ſiue punitio? Et dico, q̃ debet eſſe nõ ex
odio. lxxxvj. diſt. odio. qa ſi fieret animo deliberato nocẽ
di notabiliter, eẽt peccatũ mortale, nec etiã ex ira prece-
dente rationẽ deliberantẽ, quid faciendũ eſt, ſecundũ Ae
gi. de regi. prin. qa nõ audit rationẽ. vj. Eth. ſed ex charita
te, vt delinquẽs corrigatur, vel ſaltẽ timeant alij ſimilia fa
cere. xxiij. q. v. prodeſt. & nõ debet eſſe remiſſa: ſed debet
eſſe cũ ira, que rõnẽ ſubſequitur, vt miniſtra, ſecũdũ Aeg.
ita, q̃ ante iudiciũ rõnis exprimẽda eſt ira p̃ mãſuetudi-
nem: & poſt iudiciũ, ecõuerſo manſuetudo eſt excitanda
per irã, vt dicit: qa facilitas venię incẽtiuũ tribuit delinquẽ
di. xxiij. q. iiij. eſt iniuſta. & c. ſeq. Nec debet prelatus corri
gere lenitate patris, vt Heli, qui & ſecundũ Hier. damna-
tus fuit: ſed authoritate põtificis: qa debet prælatus miſeri
cordiã præſtare pœnitẽtibus, non aũt impœnitẽtibus, &
incorrigibilibus. xxiij. q. iiij. non põt ita tamẽ, vt ſeueritas
lenitati miſceatur. di. xlv. diſciplina. & potius ad beneuo-
lẽtiã, quàm ſeueritatẽ declinandũ eſt. ea. di. licet. & diſt. l.
ponderet. Memor tñ debet eſſe prelatus eius, quod dicit
Aug. cõtra epiſt. Parmeniani: Tanto, inquit, eſt efficacior
emendatio prauitatis, quãto diligẽtior fuerit obſeruatio
12 charitatis. ¶Decimotertiò* quæritur, quid ſi prælatus in-
corripiẽdo modũ excedat? Et dico, q̃ ſi nõ excedit à p̃po
ſito: in nullo tenet̃, per c. olim cauſam. de reſt. ſpo. Intelli-
ge primò quãtũ ad pœnas humanas: ſed nõ quo ad Deũ,
qui etiã venialia minima punit, ſecundũ docto. Secundò,
quo ad humilitatẽ veniæ petẽdę ab offenſo, à quo eã pete
re nõ tenetur, ſecundũ Aug. in reg. & lxxxvj. diſt. quando
neceſsitas. Si tñ ex malignitate, vel odio excederet, veniã
petere teneretur: qa tenetur] iniuriarũ. ff. ad leg. Aquil. l.
queẽadmodũ. §. magiſtratus. vt no. in gl. in d. c. qñ. & text.
eſt in l. nec magiſtratib. ff. de iniur. Siue autẽ à propoſito,
ſiue nõ, modũ excedat: ſubditus põt appellare, ſaltẽ ad pa
pam: & ſi nõ ſemper in ſuo ordine, vt ſ. Appellatio. §. vij.
13 ¶Decimòquartò* queritur, qualiter in correctione p̃ce-
dendum ſit, qñ in ſcelere eſt multitudo? Et dicit S. Thom.
ij. ij. q. cviij. q̃ debet ſumi de ea vindicta, vel quantum ad
totum

totum: ſicut Aegyptij ſubmerſi ſunt in mari rubro: & So-
domitæ vniuerſaliter perierunt. Vel quantum ad magnã
multitudinis partẽ: vt Exod. xxiiij. in pœnam eorum qui
vitulum adorauerunt. Quando verò ſeparatur multorum
correctio, vindicta exerceri debet in paucos principalio-
res, quibus cæteri terreãtur: ſicut Dominus Numeri xxv.
mandauit ſuſpendi principes populi pro multidinis pec-
cato. Si autem non tota multitudo peccauit, ſed p̃ parte,
ſi mali ſecerni poſſunt à bonis, debet in eos exerceri vin-
dicta, ſi fieri poteſt ſine ſcandalo aliorũ: alioquin parcẽdũ
eſt multitudini, & ſeueritati detrahendum. Et eodem mo
do tolerãdum eſſet peccatũ principis, ſi puniri nõ poſset
ſine ſcandalo multitudinis: niſi fortè eſſet peccatum tale,
quod magis noceret multitudini ſpiritualiter, vel tempo
raliter, quàm ſcandalum quod timetur. ¶Decimoquintò
14 * quæritur, quot ſunt cauſæ licitè diſsimulandi, & nõ cor-
rigendi peccata? Et dicit Vldr. quòd ſunt quatuor. Prima,
cũ mali diſcerni non poſſunt à bonis. Secunda, cùm multi
tudo tanta eſt, vt ſine eccleſiæ ſchiſmate, vel bonorũ inuo
lutione fieri non poſsit. Tertia, qñ de emendatione p̃ba-
biliter præſumitur: vt quia ex infirmitate, vel ignorantia
peccat̃. Quarta, ſi mali eccleſiæ p̃ſunt exercitãdo bonos:
& non obſint. probantur hæc x. diſt. comeſſationes. & di.
l. vt conſtitueretur. xxiiij. q. iiij. ipſa pietas. & capitul. cum
quiſq;. Vltimum tamen intellige, ſi nõ ſperatur correctio
15 malorum. ¶Decimoſextò* quæritur, vtrum peccet morta
liter ſubditus aut prælatus corrigendo exiſtẽs in mortali.
Sed quia circa hoc multi multa loquuntur, dico tria bre-
uiter reſoluẽdo mentẽ Sancti Tho. ij. ij. q. xxxiij. & iiij. di.
xix. ¶Primum eſt, q̃ prelatus, ſi ſit in mortali publico vel
occulto, peccat corrigendo ex officio ſuo vt prælatus, vel
quicquid aliud faciẽdo: quia indignè vtitur ſuo officio: &
ſecundũ Pet. de Pad. peccat mortaliter: quia ſuſpenſus eſt
corã Deo. ad quod facit ij. q. vij. qui nec. & de conſ. diſt. v.
cap. final. Sed limitat idem Pet. in prælato ſpirituali: quia
temporalis, puta iudex, nõ peccat mortaliter, ſuſpẽdẽdo
furẽ, licet ipſe ſit in mortali. ¶Secundũ eſt, q̃ ſiue prælat⁹
ſiue ſubditus corrigendo, non vt miniſter eccleſię, ſed ex
zelo charitatis, peccare nõ põt, niſi ratione ſcãdali, quod
ſolùm in notorio locũ habet: vnde nõ peccat etiã exiſtẽs
in peccato notorio, ſi cũ humilitate corrigat. quod nõ eſt
intelligẽdũ cum humilitate, id eſt, cõtritione, vt exponit
Supplementũ: quia ſic nõ eſſet in mortali: ſed, ſicut ipſe vi
detur ſe declarare in quarto, cum humilitate, id eſt, non p̃
modũ corripientis, ſed rogantis: vt exẽplo ſuo non inci-
tetur ad malũ. Et ratio eſſe poteſt: quia tunc non corrigit
vt eccleſiæ miniſter: nec etiã cum ſcãdalo: quia illud auer
tit humilitas exterior in verbis. ¶Tertiũ eſt, q̃ exiſtẽs in
peccato notorio peccat: & ĩtellige mortaliter, docẽdo ex
officio prælationis: ſicut qui prædicat, docet: cũ nulli hoc
liceat, niſi prælato, vel eius authoritate, vel docẽdo ex of
ficio magiſterij, ſicut docẽt magiſtri Theologiæ: qa vter
q; impedit finẽ ſcripturæ: qui eſt peruẽtio ad ęternã vitã.
Qui aũt eſt in peccato occulto, peccat docẽdo primo mo
16 do, nõ ſecũdo. Et* licet, qui alium corripiẽdo iudicat, ſi in
eodem peccato ſit, ſeipſum condẽnet, id eſt, condẽnabilẽ
oſtendat: non tamen ex hoc ipſo nouã cauſam dãnationis
ſemper adijcit. De materia huius tituli plura habes. j. Pœ-
na. & j. Percutere. j. Scandalum. vtrum ſcilicet propter il-
lud ſit dimittenda correctio. & ſ. Cõtumelia. vtrum ſit di
cenda cauſa correctionis: & de correctione permiſſa do-
ctoribus. j. Excommunicatio. vj. §. iij. vide etiam j. Denun
ciatio, de iſta materia. & j. Inquiſitio. j. & ij.

CORPORA ſanctorum de loco ad locum transferri
non poſſunt ſine licentia epiſcopi. de conſec. diſti. j.
corpora. quod verum eſt, quando iam tradita erant perpe
tuæ ſepulturæ. ff. de re. & ſump. fu. l. vlt. de quo vide j. Re-
liquiæ. per totum. & Excommunicatio. vij. §. xlj.

DE CORPORALIBVS, ET PALLIS altaris, & Veſtibus ſacris.

1 *Corporalia, & pallæ prout ad diuina referuntur, quid ſint. Et quot pallæ in altari aut eſſe debeant aut ſufficiant.*
2 *Corporalia, pallæ, & hmõi, à quib⁹ lauãda, aut tractãda ſint. Et an poſt lotionem ſint reconſecranda, vel rebenedicẽda nu. 3.*
4 *Caſula de ueſte alicuius matronæ num fieri poſsit. Et utrum ueſtes ac manutergia eccleſiaſtica poſsint ad laicorum uſus cõuerti. nume. 5.*

1 CORPORALIA, *ſeu corporale altaris, dicitur pan
nus, quo immediate corpus Chriſti in miſſa conti-
netur, & contingitur: quod ſemper debet eſſe benedictũ.
Palla verò eſt veſtis ſiue cooperimentum, ſupra quod im
mediate extenditur corporale, quam in neceſsitate non
oportet eſſe benedictam, vt ſ. Benedictio. §. v. Et vtrunq;
horum debet eſſe de panno lineo ſimplici, non de ſerico
vel intincto. xxv. diſt. perlectis. de conſ. diſti. j. conſulto. Et
debẽt eſſe ipſę pallę tres, ſecũdũ aliquos, in repręſentatio
nem Trinitatis. Vnde dicit Sum. Roſ. q̃ ſufficit vna tripli
cata. Sed hoc non bene dicitur: quia ſi ideo deberent eſſe
tres, vt repræſentarent Trinitatem: nõ liceret ibi habere
quatuor, contra tex. de conſ. diſt. ij. ſi per negligentiã. Vñ
ſecundũ Pet. de Pal. requirũtur ad minus duę, & ſufficiũt:
vt reſpõdeant linteaminib⁹, quibus inuolutũ fuit corpus
Chriſti, quæ pluraliter nominantur. & intellige duæ, exce
2 pto corporali. ¶Primò* verò quæritur, qualiter & à qui-
bus hæc ſunt lauanda aut tractãda? Et dico, q̃ veſtimẽta ſa
cra nõ niſi à ſacratis hominibus tãgi debẽt. de cõſ. diſ. j. in
ſancta. & duobus c. ſequẽtibus, & pro corporalibus lauan-
dis miniſtri. ſ. diaconi habere debẽt nouã peluim: & aquã
in ſacrario proijcere: ſcilicet ſaltẽ quantũ ad primã lotio-
nẽ. de cõſ. diſt. j. nemo. nec lauari debẽt p̃ fœminas, nec tã
gi, etiã ſi ſint ſacratæ, id eſt, moniales. xxxiij. diſ. ſacratas. &
de cõſ. diſt. j. nemo. el ij. & idẽ ibidẽ dicitur de alijs altaris
paramẽtis, vt ſunt pallæ, vaſa, & huiuſmodi, quod ſecũdũ
Hoſt. in Sum. tit. de Eucha. intelligitur, qñ ſunt p̃ põtificẽ
benedicta. de relig. do. c. iij. Hoc tñ per cõtrariã cõſuetu-
dinẽ abrogatũ eſt, quã Supplementũ dicit non valere, qa
cõtinet diuinã irreuerẽtiã. Sed dicit Sum. Roſ. & Ange. q̃
valet. Et hoc tene: quia hoc nõ eſt irreuerẽtia, ſed nõ reue
rentia tãta. Imò dicit Pet. de Pal. q̃ excuſat moniales lauã
tes corporalia. & à fortiori in alijs. Sed dico, q̃ non valet
quo ad corporalia p̃pter rationẽ poſitã in d. c. nemo. ne.
ſ. fragmẽta vel pulueres dominici corporis male tractẽn-
tur, aut à profanis cõtingant̃: circa quod nõ põt eſſe con-
ſuetudo rationabilis. Et idẽ videt̃ de purificatorijs, qb⁹ in-
terdũ ſtillæ ſanguinis imbibuntur, & reliqæ corporis ad-
iungunt̃. Si aũt iã ſint lota: puto ſecũdũ mentẽ Pet. de Pal.
quòd poſsint p̃ moniales reparari ſi ſit cõſuetudo. ¶Secũ
3 dò* quæritur, vtrũ poſt lotionẽ ſint predicta recõſecrãda
vel rebenedicẽda? Et dico, q̃ nõ: qa formã nõ perdũt, etiã
ſi diſcedat amictus & reponatur: & idẽ dico ſi reſarciũtur,
dummodo nõ fuerit tãta fractura, q̃ formã corrumperet:
quod tũc eſt, qñ tanta eſt, q̃ eis arbitrio boni viri, p̃ corpo
ralibus quis vti nõ poſſet. pro quo faciũt no. in c. j. de cõſ.
4 eccle. vel alta. ¶Tertiò* quæritur, vtrũ de veſte alicuius
matronæ fieri poſsit caſula? Et dicit gl. in c. nuptiarum. de
cõſec. diſt. j. quòd nõ. & idem Arch. poſt Hug. in Roſario,
quod

quod Arch.dicit eſſe honeſtius,ſed nõ reperi alicubi ex-
preſſe prohibitũ. Ego verò dico,quod ꝓpter benedictio
nem & dedicationem ad cultũ diuinũ inde omnis macu-
la purgatur,quia non ſunt magis profana quàm tẽpla ido
lorum,quæ Deo conſecrata leguntur.Facit cap.nõ liceat.
5 xvj.q.vlt. ¶ Quartò*queritur, vtrũ veſtes & manutergia
eccleſiaſtica deputari poſsint ad vſus laicorum?Et dico,ꝙ
nõ.de rerum permu.mancipia.quod intellige,ſi erãt de
dicata immediatè cultui diuino.ſecus ſi erant immediatè
ad vſum miniſtrorum extra miniſterium:quia beat⁹ Mar
tinus epiſcopus dedit pauperi tunicam ſuam.De hac ma-
teria vide multa ſuprà Benedictio.

DE CORPORE VITIATIS.

1 *Corpore uitiatus,ſiue nouum,ſiue uetus ſpectamus teſtamẽtũ,*
quiſnã dicatur.Et quo tẽpore ſpectata sũt magis corporis uitia.
2 *Corpore uitiati,num ſint ad ordines ſacros promouendi.Et ibi*
dem de hoc reſolutio.Et quid de mutilato.num.5. & ibidem,
quid ſi mutilatio,aut huiuſmodi defectus,promoto iam ſuper-
uenerit.Et quid de membra ſuperuacanea habente. numer.4.
5 *Membrum ſi quis ſibi ex indignatione,ut puta dẽtem,aut quod*
uis aliud truncauit:an irregularis ob id fiat.Item quid de clau
do,cæco,oculiſue maculato ab ortu,aut ſine culpa:item de gib
boſo.Et quid de leproſo,aut abſtemio, & uinum non bibente,
de furioſis,caducis,dæmoniacis,& hermaphrodito: & quis in
prædictis diſpenſet.uſque ad finem.

1 CORPORE* vitiatus in ordine ad ſacros ordines no
ui teſtamenti,ſecundũ Aſten.& alios Canoniſtas di-
citur,qui eſt mutilatus vel debilitatus membro,id eſt,qui
caret mẽbro:vel habet quidẽ membrũ,ſed inefficax: vt o
culum cæcũ,manũ aridam,& huiuſmodi. Quãtũ vero ad
ordines veteris teſtamenti, multa erant corporalia vitia,
de quib⁹ Leui.xxj.quę hodie ab ordinib⁹ nõ repellũt.vij.
q.j.qualiter.Et ratio eſt,quia ſacerdotiũ tunc erat magis fi
gurale,& magis corporale quàm modò:vnde magis cõſi-
derabant corporalia vitia,quæ erãt ſpiritualiũ ſigna. ¶ Pri
2 mò*verò quæritur in generali,vtrũ corpore vitiati pro-
mouẽdi ſint ad ordines ſacros?Et dico,ꝙ nõ,& duplici cã
ſecundùm iura.Primò propter inhabilitatẽ ad officiũ exe
quendum:Secũdò propter deformitatẽ ad ſcãdalũ tollen
dum.Vnde hoc generaliter tenẽdum eſt,ꝙ vitiũ corporis
quomodocunq; prouenerit,ſi reddit inhabilẽ ad frangẽ-
dum vel cõtrectandũ hoſtiã,impedit promouendũ,& pro
motũ prohibet miniſtrare,& ſimiliter omne vitiũ notabi
le in oculo vel manu vel humeris ſcãdalũ generãs, iuxta
ea q̃ dicẽtur §.ſeq.Hoc etiã tenendũ eſt,ꝙ ſua culpa cor-
pore vitiatus repellitur,non aũt vitiatus ſine culpa,ſecun-
dùm Ray.niſi timeatur ſcandalũ ex deformitate, vel ex de
bilitate periculũ.Et ſi dubiũ ſit,vtrũ inde ſcandalũ genere
tur,nécne,ſecundũ Gof.& ſimiliter ſecũdũ Inn. in c.j.de
cor.vitia.iudicabit epiſcopus.& allegat c.ij.eo.ti.quod vi
detur velle,vt hoc iudicet Archiepiſcop⁹ cũ ſuffraganeo-
rũ cõſilio.Sed dici põt,ꝙ ille archiepiſcopus erat eps re-
ſpectu corpore vitiati:& quod addit de ſuffraganeis, dic
quo ad epm ſufficere Archidiaconi cõſiliũ.ar.ibidẽ,iũcta
gl.Hęc tñ Sum.Ang.limitat quo ad nõ exẽptos.in religio
ſis aũt exẽptis dicit,ꝙ iudicabit ſuus prælatus ordinari⁹.
Sed hoc nõ bene dicitur:quia ille nõ habet ordines cõfer
re,ſed eps:nunquam aũt artifex inferior vel nõ ſuperior
iudicat de materia, circa quã ſuperior operatur, vel for-
mã inducit,ſicut qui dolat lapides ad domũ cõpaginãdã,
nõ iudicat quales eſſe debeãt:ſed hoc accipit à cõpagina
3 tore: & ipſe exeqtur vt ille iubet. ¶* Secũdò,quærit ſpe-
cialiter,vtrũ mutilat⁹ ſit promouẽdus?Et Arch.cũ alijs Ca
noniſtis ſic diſtinguũt:Aut enim eſt mutilat⁹ ſeu priuatus
mẽbro magno & manifeſto,qđ ſcilicet inducit deformita
tẽ notabilẽ,vt eſt priuatio naſi:vel inhabilitatem ad exe-
quendũ officiũ,vt priuatio manus,& huiuſmodi: & tunc
impeditur promoueri.& cũ tali defectu ꝓmotus deijcit,
ex quacũq; cã prouenerit,iuſta vel iniuſta,naturali,vel ac
cidẽtali.Si tñ talis defectus promoto ſuperuenit,& nimis
deformẽ nõ reddit,exeq poterit officia,ad quæ ex illo de
fectu nõ impeditur:ſicut ſacerdos cæc⁹ nõ celebrabit miſ
ſam,aut aliàs in altari miniſtrabit: pdicabit tñ, & audiet
cõfeſsiones:nec à beneficio remouebitur,ſi nõ fuit in cul
pa:quia afflicto addi non debet afflictio. vij.q.j.cũ percuſ
ſio.Dabitur tamen ei coadiutor,ſi tale beneficiũ eſt,cui i-
pſe deſeruire non poſsit.de cler.ægro.cap.iij.Aut eſt mu
tilatus mẽbro paruo vel occulto:& ſubdiſtinguitur. Nã ſi
hoc fuit ſponte,& ſine iuſta cauſa:repellitur indiſtinctè à
promotione,in quocũq; mẽbro,ſiue à ſe,ſiue ab alio:& iã
promotus deijcitur:etiã ſi ſe caſtrando putabat obſequiũ
præſtare Deo.extrà eo.ſignificauit. etiã ſecundùm Inn.ſi
nõ totum mẽbrum amiſit,ſed partẽ,quæ aut deformitatẽ
ſcandaloſam generet.extrà eod.c.j.aut inhabilẽ redderet
ad officium exequẽdum.extrà eo.Thomas.Secus in alijs,
ſcilicet partibus:vel etiã ſedentẽ excuteret, ſcilicet totũ.
Si autẽ ſponte quidem,ſed ex iuſta cauſa:puta,propter vi
tæ periculum,ne reliquũ corpus inficeretur,fecit ſibi am-
putari,vel ipſe,cùm chirurgicus eſſet,amputauit membrũ
occultum:puta,virilia:vel manifeſtũ,ſed paruum:vt digi-
tum non neceſſariũ,ſcilicet ad ſignũ crucis faciẽdum:nec
repellitur à promotione,nec promotus deijcitur. Et idẽ
eſt ſi ex cã iniuſta,non aũt ſponte,ſed inuitus:puta,ab ami
cis caſtratus eſt:vel ſi ſit ſic natus.Nec eſt neceſſariũ,ſecũ-
dùm Hoſt.quòd talis caſtratus ſecum teſticulos deferat:
vt aſtruunt imperiti vulgares.Nõ debere etiã ſe incidere
clericus chirurgicus,ſecundũ Ray.niſi in neceſsitate,alio
deficiente.Si autem caſu in tale aliquid lapſus eſt: diſtin-
gue,quia ſi dãdo operam licitæ rei:puta,ſi dolando ligna
amputauit ſibi partẽ digiti minimi:nec repellitur, nec de
ijcitur.Si verò illicitæ rei operã dabat, & à caſu mẽbrum
amiſit,à promotione repellit,licet miſericorditer, id eſt,
ex epi diſpenſatione toleretur in ſuſceptis,ſi mẽbrum vel
pars mẽbri deformitatẽ modicam generaret. Trahũtur p
dicta ex dictis Ray.Guliel.Inno.& Bern.& ex diſtin.lv.ſi
quis abſciderit.& ex alijs capitulis,& extrà eo.ſignificauit
& c.fin.ex quo iuncta glo.per cõtrarium ſenſum elicitur,
quòd amittens vngulam pollicis caſualiter dãdo operam
illicitæ rei,ſine diſpenſatione celebrare non põt. ¶ Ter-
4 tiò*quæritur,quid de habente mẽbra ſuperflua? Et dico,
quòd habens ſex digitos in pede indubitanter promoue
tur,ſecundùm Arch.etiam ſecundùm Hoſt.ſi habeat ĩ ma
nu,vel ſi digitos habeat coniunctos,dummodo ex hoc nõ
ſit impedimentũ in vſu mẽbri.ff.de ædil.edic. itẽ Offili⁹.
adde etiã dummodo non inducat nimiã deformitatẽ. Et
dicit gl.in c.partẽ.diſt.lv.ꝙ habens ſuperfluos digitos,po
teſt ſibi præſcindere,ſicut & dentes vel vngues nimis ꝓli
xos.Sed dubitatiuè loquitur,& verũ,puto quãdo inde nul
lum vitæ periculũ immineret.Nec talis propriè eſſet co-
lobon aut mutilatus,quia talia nõ ſunt propriè membra,
5 ſed monſtra. ¶ Quartò*quærit,quid de eo qui ex iniuſta
cauſa,puta ex indignatione,ſibi dentẽ euulſit, vel mẽbrũ
quodcunq; trũcauit?Et dico ſecundùm Innocẽtium, in c.
ſignificauit.de corp.vi.ꝙ nõ eſt irregularis, niſi membrũ
vel partem amiſerit generantem deformitatem: ſi tamen
non generet deformitatem,& ſit notoriũ,abſciſsionẽ ex
indig

indignatione proceſsiſſe:nec promoueri,nec in ſuſceptis
miniſtrare ſine diſpẽſatiõe poteſt.Et ſimiliter ſi ſectio tan
ta fuerit vt claudicationẽ inducat,repellitur tãquã corpo
re vitiatus. ¶ Quintò,qd de claudo?Et dico ꝙ eũ cõſuetu
do nõ repellit:niſi talis ſit ꝙ ſine baculo altari non poſsit
aſsiſtere.ar.de cõſe.di.j.nullus.& di.xlv.diſciplina.Sed in
tellige de clauſo naturaliter,vel ſine ſua culpa:de alio aũt
dic iuxta dicta s̃. §.ij.& iij.in fi. ¶ Sextò,quid de cæco vel
oculis maculato à natiuitate, aut ſine culpa, vel ẽt de gib-
boſo?Et dico,ꝙ cæc⁹ etiã ex vno tãtũ oculo repellitur,ſe
cũdũ Archi.ꝙ probat per c.ſi euãgelica.di.lv. oculo verò
maculatũ,ſi deformitas nimia inde generetur:nec ius ad-
mittit nec cõſuetudo.extrà eo.cũ de tua.facilius tñ in reli
gione q̃ extra ꝓmouẽtur,ſecũdũ glo.Ra.vnde promoueri
nõ põt,niſi diſpẽſetur per papã,vł efficiatur religioſus,ſe
cũdũ Inn.c.cũ de tua.& idẽ Aſtẽ. Si aũt deformitatẽ nõ in
ducit,non ꝓhibetur ꝓmoueri. Quod qdẽ archiepiſcopus
conſiderabit:vt in d.c.tua.vbi metio fit de cõſilio ſuffraga
neorũ:quod Archiepiſcopus tenetur quidẽ exquirere: ali
ter nihil faceret:ſeq tamẽ nõ tenetur,ſecundũ Vin.& Ber.
extrà,de arb.cũ olim.de quo vide s̃.Cõſiliũ. §.ij.vel fortè
etiã videbit epiſcopus:vt s̃. §.j.Si verò in oculo nõ ſit ma
cula:ſed alter altero ſit groſsior,aut certè vterq; ꝓminẽs,
ſcđm Aſten.talis ꝓmoueri nõ ꝓhibet.ff.de ædi.edic.l.qui
clauũ.in princ.Gibboſus quoq; minimè repellitur, niſi ſit
deformitas nimia,vel debilitas,ſecũdũ Arch. ¶ Septimò,
qd de leproſo,aut vinũ oĩno nõ bibẽte? Et dico,ꝙ lepro-
ſus ꝓmoueri nõ debet,ſecũdũ Hug.di.xlix. §. hinc etenĩ.
ſed & ꝓmot⁹ populo celebrare nõ debet ꝓpter ſcãdalũ:ſi
tñ non ſit deformitas nimia,nõ eſt ꝓhibẽdus priuatim ce
lebrare:vel etiã leproſis in publico,ſi ſit potẽs,prę ſertim ĩ
digitis:nõ aũt ſanis. Similiter nec ꝓmoueri põt qui vinũ
nõ bibit:qa celebrãtẽ oportet ſanguinẽ ſub vini ſpecie ſu
mere.ij.q.vij.ipſi Apoſtoli.j.Leproſus. §.vj. ¶ Octauò,qd
de furioſis,lunaticis,caducis,& dæmoniacis?Et dicit Gul.
& gl.di.xxxiij.in c.communiter.ꝙ nullus talium promo-
ueri debet,etiã poſtquã fuerint liberati:& adde etiã ſi ca-
dẽs morbo caduco ſemel tãtũ cecidit:vt ĩ c.maritũ.ea.di.
Si autem iam ſunt promoti:aut ſunt omnino & ex toto li
berati:& tunc exequi poterunt officiũ ſuũ:& ad probãdũ
expectari debet tẽpore arbitrio pẽſatis cõditionib⁹ mor
bi & perſonæ.Aut nõ ſunt liberati omnino & ex toto : &
tũc ſi patiũtur frequẽter aliquã harũ paſsionũ, oĩno ceſ-
ſare debẽt ab officio miſſæ.vij.q.ij.ĩ literis.ſi aũt raro:tũc
aut cũ ſpumectatione & vocis cõfuſione,& ſic iterũ debẽt
abſtinere:aut ſine huiuſmodi,& tũc ab officio miſſę nõ ꝓ
hibẽtur.dummodo habeãt iuxta ſe alium ſacerdotem,qui
ſuppleat in defectus.vij.q.j.illud. Quidã tamẽ hoc de dæ
moniacis nõ admittũt:dicẽtes,ꝙ oportet omnino eos li-
beros eſſe.Sed mihi vr̃,ꝙ licet fuerint de hoc opi.vt not.
in d.c.cõmuniter.ſi tñ per annũ ſteterint liberi,miniſtra-
re poſſent ſecũdũ diſcretionẽ epiſcopi: nõ aũt ꝓmoueri,
vt dictũ eſt.Omniũ aũt predictorum ratio dicta eſt s̃. §.j.
¶ Nonò quæritur,quid de hermaphrodito & muliere? Et
dico,ꝙ licet hermaphroditus magis in maſculinũ ſexũ ṽ-
gat:tñ nec ordinari,nec ordinatus miniſtrare debet, licet
characterẽ ſuſcipiat. Si aũt magis in fœmininũ ſexũ, aut
in vtrũq; equaliter vergat:nõ ſuſcipit characterem, ſecun
dũ Guil.& multo minus fœmina:quę tamẽ presbytera di-
citur:vt ĩ d.c.presbyter.di.xxxij.nõ quia habeat ordinem
ſacerdotij;ſed qa vxor ſit ſacerdotis:& diaconiſſa qa ho-
miliã legit. ¶ Decimò qrit,quis in prędictis poſsit diſpen
ſare?Et dico,ꝙ ſecũdũ Aſten.de mente Hoſt. in apparatu
epiſcopus diſpẽſare poteſt cũ ſpõte mutilato,quantum ad
membrũ occultũ,excepto caſtrato.Vnde dicit,ꝙ cũ reli-
gioſo diſpẽſare põt vt celebret cũ ligneo pede:ſed ſi mẽ-
brum apparet,cùm eo diſpenſare non poteſt niſi papa,qñ
fuit in culpa vitiationis.de cor.vit.c.j.de cle.pu.in duc.c.j.
De hoc tamen vide j.Diſpenſatio.c.j.

¶ CORPVS Chriſti,vide j.Euchariſtia.

CRAPVLA eſt ciborum ſuperfluitas,ſecũdũ gl.in c.à
crapula.de vi.& ho.cle.Vnde dicit crapula,quaſi cru
da epula:de quo vide j.Gula.

¶ CREDENS hæreticorum.j.Hæreſis.j. §.viij.

CREDVLITAS duplex eſt:vt no.in c.inqſitioni.de
ſen.exc. vna ſcilicet temeraria & leuis:puta qñ quis
audiuit aliquid à leuibus,vel paucis perſonis, qbus credi
nõ debet.hæc ad cõſiliũ ſui paſtoris deponẽda eſt.Alia ꝓ
babilis & diſcreta:puta,quia videt ſolũ cũ ſola in latebris:
vel quia ita cõmuniter dicitur.Prima eſt ſuſpicionis, vel
ſcrupuli,ſecunda verò opinionis.

DE CRIMINE.

1 *Crimẽ iuxta Gratianũ tripliciter ſumitur.Et quarto modo et*
propriè dictum quid ſit.
2 *Crimẽ prout in mere eccleſiaſticũ,ciuile, ac miſtũ diducitur;*
quid ſit iuxta quamlibet ſuam ſpeciem.
3 *Crimina,aut enormia præter ſuperiorẽ diuiſionẽ ſunt, aut me-*
diocria,aut minora.Et quid unumquodq;. Et quæ promouẽdũ
impediant,aut promotum deiciant,& quæ minimè.
4 *Crimẽ quoq; tertiò in publicũ,priuatũ & exceptũ diducitur;*
Et ibidem quid unũ quodque.Et quòd dãnatus de quocunque
crimine ab eccleſiaſtico iudice infamis efficiatur, ſicut & de
crimine publico damnatus:cum huius limitatione.
5 *Crimina quænã ſuſpenſione,depoſitione,aut degradatione di-*
gna ſint.
6 *Crimino ſus.peracta pœnitentia,nũ ſine diſpẽſatione celebrare,*
aut promoueri poſsit.

1 CRIMEN*ſecũdũ Gratianũ di.xxv.c.vnũ. §.tunc aũt.
ſumitur tripliciter.Primò generaliſsimè ꝓ quolibet
peccato etiã veniali.Secũdò,pro peccato cõmiſſo ex deli
beratione,quòd ſcilicet diuiditur cõtra cõmiſſum ecõtra
ex ignorãtia,vel infirmitate,ſiue ſit mortale,ſiue veniale.
Tertiò,ꝓ peccato mortali.Adde quartò,ꝙ iuridice ꝓpriè
ſumitur ꝓ peccato,qđ depoſitionẽ,vel irregularitatẽ in-
ducit:vnde in c.Apoſtolus.lxxxj.di.dicitur,ꝙ crimẽ ẽ pec
catũ accuſãtione & dãnatione digniſsimũ:& de iſto ẽ hic
2 intẽtio principaliter. ¶ Primò*verò quæritur, de diuiſio-
ne criminis in merè eccleſiaſticũ,& ciuile,ac miſtũ.Et di-
co,ꝙ eccleſiaſticũ crimẽ eſt,quod pertinet ad eccleſiæ iu-
riſdictionẽ:vt hęreſis,ſacrilegium,ſimonia,piuriũ,vſura,
adulteriũ.xij.q.ij.ĩ ſum.di.lxxvij.de fo.cõpe.cũ ſit gñale.
& ibi de hoc per doct.Crimẽ eccleſiaſticũ mere eſt, quod
principaliter ortũ à canonib⁹ ſumpſit,& ſolũ corã eccleſia
ſtico iudice habet cognoſci:laicus aũt de eo ſe intromit-
tere nõ põt:vt crimẽ hęreſis.Crimẽ verò mere ciuile per
oppoſitũ eſt delictũ ciuili l.prohibitũ,aliàs in ſe nõ pecca
tum:vt ciuitatẽ noctu poſt ſignũ peragrare.Crimen verò
miſtum eſt,quod ſpectat ad vtrunq; forum: vt ſacrilegiũ,
de cuius pœna etiã ſecularis iudex cognoſcere poteſt, il-
ludq; punire,ſecundùm glo.in verbo,audiuimus.in c.feli
cis.de pœn.libr.vj.& de hoc eſt gloſſ.ſum.xj. quæſtione.j.
3 ¶ Secũdò*quæritur,de diuiſione criminum in enormia,
& mediocria & minora?Et dico,quòd ſecundùm Hoſt.&
gl.Ray.criminum quædam ſunt enormia:inter quæ ſunt,
homicidium,ſcilicet voluntariũ: & idem de caſuali pce-
dẽte culpa:& ſimonia in ordine & beneficio. Et idẽ dicit
Gof.

Gof.addens vitiũ hæreſis.j.q.j.ventũ.Et hæe etiã poſt pœ
nitentiã impediunt promouẽdũ, & iam promotum deij-
ciunt,etiã ſi ſint occulta.j.q.j.ventum eſt.de hær.quicũq;.
& c.ſtatutum.lib.vj.de temp.or.queſitum.de ſimo.tãta.&
generaliter idem eſt de omni crimine inducente irregu-
laritatẽ:alia verò enormia occulta, poſt pœnitentiã non
impediunt promouẽdum,nec promotum deijciunt:vt in
d.c.quæſitum.vide j̃.enormia. Quędam verò alia ſunt me
diocria.Dicuntur aũt, ſecũdũ Arch. mediocria exemplifi-
cando adulteriũ,furtũ,ſacrilegium,periuriũ,fraus,cũ do-
lo,inceſtus:multo magis vitiũ Sodomiticũ.de exceſ. præ.
clerici.& ſimilia adulterio maiora:& idem de fornicatio-
ne notoria cũ incorrigibilitate poſt monitionẽ.de coha.
cler.& mu.ſicut.In his igitur diſtinguendũ eſt. Nã ſi ſunt
manifeſta,impediunt promouẽdum,& promotũ deijciũt.
Et intellige manifeſta per ſententiã, vel cõfeſsionẽ in iure
aut euidẽtiã facti:vt in d.c.queſitũ.ꝙ ſi ſunt manifeſta ſo-
lùm per famã,indicitur purgatio:qua præſtita quis abſol-
uetur:& ſi in ea defecerit,deponetur.de adu.ſignificaſti.&
de purg.ca.c.ex tuarum. Si verò huiuſmodi crimina ſunt
occulta:poſſunt tales poſt pœnitẽtiã manere in ſuſceptis,
& ad ſuperiores ordines ꝓmoueri.de tẽp.or.c. ex tenore.
& c.queſitũ. Minora verò dicũtur reſpectu grauiũ: vt ve-
natio in clerico,ludus aleę,& ebrietas.diſt.xxv.c.j. facere
ſtrepitũ in ſynodo.v.q.iiij.in loco.& ſimilia.Et hm̃ói etiã
manifeſta nõ impediunt promouendũ,nec deijciunt iam
promotũ.Si tñ poſt monitionẽ ſequitur incorrigibilitas,
efficiẽtur grauiora.Et idẽ Hoſt.vide etiã j̃. §.v. ¶ Tertiò
4 *quæritur,de diuiſione criminis in publicũ & priuatũ, &
exceptum?Et dico,ꝙ crimẽ publicum eſt,cuius executio,
id eſt,denũtiatio,vel accuſatio datur cuilibet de populo:
quoniã ad publicã vtilitatẽ ſpectat,ne crimina maneãt im
punita:vt ſunt homicidia,parricidia,adulteria, poſt qua-
drageſimã tamẽ diem:vt in l.iure mariti.C.de adul.& ſimi
liter crimẽ læſæ maieſtatis.Priuatũ aũt dicitur,cuius exe-
cutio pertinet ad illos tantũ,quib⁹ infertur iactura: vt fur
tũ,illata dãna,& iniuriæ.Exceptũ verò eſt ad cuius accuſa
tionẽ & teſtificationẽ etiã laici cõtra clericos admittunť
ſi zelo bono ꝓcedãt:vt crimẽ ſimoniæ,hæreſis,læſæ maie
ſtatis,& ſacrilegij:de quibus vide cõcor.in gl.ſum.ij.q.vij.
vbi additur crimẽ dilapidationis:& c.cũ P.Mãconella. de
accu.Aliquãdo tamen dicitur crimẽ publicũ,quod ad pu-
blicũ iudicium ſpectat: vt ſunt quæ not.ff.de publ.iu.l.j.&
ij.Et ibi Bar.in l.j. dicit iudiciũ tripliciter dici publicum.
Primò largiſsime, vt omne, quod fit ad publicã vindictã
vel vtilitatẽ.Et ſecũdò,quando quilibet de populo poteſt
accuſare pro quo dat regulam, quod in omni iudicio nõ
reſpiciẽte offenſam certæ perſonæ quilibet de populo po
teſt accuſare:vt ſi quis iuret cõtra ſtatutũ ꝓhibẽs iurare p
corpus Chriſti,quilibet accuſare põt. licet talis nõ punia-
tur pœna infamiæ. Tertiò ſumitur ſtrictè,quãdo dãnatus
ſtatim efficitur infamis:vt in l.j.ff.de his qui not.infa.hæc
ex illo.Secundùm ius tamen canonicum omne crimẽ dici
tur publicũ,quod ad publicũ iudiciũ ſpectat puniẽdũ:vt ĩ
c.crimina.de collu.iuncta gl.Et damnatus de quocũq; cri
mine ab eccleſiaſtico iudice,efficitur infamis:ſicut dãna-
tus propter publicum crimẽ. quod limita verũ,ſi dãnatur
propter dolum,non ſi propter culpam:vt no.Ang.Are. In
5 ſti.de ſuſpe.tut. §.ſuſpectus. ¶ Quartò* quæritur,quæ cri-
mina digna ſunt ſuſpenſione,quæ depoſitione,& quæ de
gradatione?Et dico,quòd ſuſpẽſione digna ſunt,ſecundũ
do.Ant.in c.at ſi clerici.de iud.omnia,ex quib⁹ quis de fa
cto eſt infamatus:quod intellige,quãdo populus ſcãdaliza
tur.de pur.ca.c.ij.etiã ſi ſit epiſcopus.Io.An.poſt.Arc.in c.
j.de accu.in gl.Depoſitione verò digna ſunt,ſecundũ do.
Ant.vbi s̃.omnia delicta cauſantia irregularitatẽ,quę doc.
enumerant in c.niſi cùm pridẽ. §.propter cõſcientiam:de
renun.in gl.magna.de quibus j̃.irregularitas. Item ſi ſint
diu cõtinuata.lxxxj.di.presbyter.in gl.Itẽ fornicatio no-
toria,vel diu cõtinuata,vř ſcãdaloſa.de exceſ.prel.quã ſit.
Degradatione aũt dignũ eſt oẽ crimẽ,de quo j̃.Degrada-
6 tio. ¶ Quintò* queritur,vtrũ criminoſus celebrare, aut ꝓ
moueri poſsit peracta pœnitẽtia ſine diſpẽſatiõe? Et dico
hoc patere ex dictis in §.ij.Secũdũ gl.enim & Inn.in c.ex
tenore.de temp.or.hoc eſſe poteſt,ſi crimẽ eſt occultũ:dũ
tamẽ verè pœniteat,tex.eſt in c.fi.de tẽp.ord.quia ſufficit
abſolutio ſacerdotis ex clauiũ poteſtate: & hoc niſi crimẽ
ſit tale,quod executionem impedit poſt pœnitẽtiã: vt in
c.niſi cùm pridem. §.j.vt in eo quod irregularitatẽ indu-
cit.Vel iſta de mediocribus intellige,vt patet ex d.c.ex te-
nore.Si verò crimẽ eſt manifeſtũ aliquo triũ modorũ q
dicti ſunt,quãuis nõ ſit enorme,ſed mediocre:ſine diſpẽ
ſatiõe hoc fieri nõ poteſt,etiã peracta pœnitẽtia.Nec ob
ſtat c.presbyterũ. & c.peruenit.diſt. l. quia per illud non
eſt ablata facultas diſpẽſandi cũ verè pœnitentibus: maxi
mè vbi ſcãdalum non imminet.di.l. vt cõſtitueretur.& c.
domino ſancto.Et hęc vera ſunt in criminibus capitalib⁹,
quæ dicunť mediocria:ſecus in leuibus,de quibus j̃.Enor
mia.De hac materia criminũ,habes s̃.tit.Accuſatio. & tit.
Correctio.& j̃.tit.Denuntiatio.& ti.Inquiſitio. & tit. In-
ſcriptio.& tit.Peccatum,& tit.Pœna.& ti.Vitium.

¶CHRISMA, vide j̃.oleum ſanctum.

¶CRVCE ſignatus,vide j̃.Indulgentia. §.x.

DE CVLPA, ET DOLO.

1 *Culpa,quæ eſt in moribus peccatũ,in quo à peccato differat.Et quid à caſu fortuito.Et ibidẽ de dolo,& quotuplex ſit de calliditate,fallacia,ac machinatione,de ignorantia affectata.*
2 *Culpæ iuridicè loquẽdo,quot ſpecies,ſeu differẽtiæ ſint.Et quot iuxta canonũ doctores.Et ibidem cuiuſque ſpeciei definitio,& exempla.*
3 *Culpæ prædictæ ſpecies qualiter diſtinguãtur: an ex diuerſa diſpoſitione delinquẽtis,an verò ex ipſius rei natura.Dolus aũt iuxta delinquentis interiorẽ diſpoſitionem per ſigna expreſſa, vel præſumpta,ſpectatur.*
4 *Culpa lata nũ dolo æquparetur.Et id in quibus actionib⁹. Quid aũt ſi lex,aut ſtatutũ nõ requirit dolum,ſed ſimpliciter loquatur,an lata culpa dolo æquiparetur.*
5 *Culpæ cuius occaſione, qs ex cõtractu teneatur.& pro qua ex officio,& pro qua ex maleficio.Et de his ſpeciatim.*
6 *Culpam eſſe,non prouidiſſe,quod à diligenti prouideri potuit.*
7 *Dolum in contractum tripliciter venire.*
8 *Dolus,an contractũ ſpiritualẽ,puta votum,& huiuſmodi,annullet.Et quid de contractu temporali.nu.ſeq.*
10 *Dolum allegans,probare debet.Et ibidẽ,quòd ubi cõtractus ratione doli nullus eſt,ſi tamẽ vult deceptus põt cõtractui præſtare,ne doloſo doloſus proſit.*
11 *Mediator alicuius contractus, an poſſit in cõtractu eodẽ teſtis eſſe.*
12 *Bona alicuius,quæ ex ſtatuto propter alicuius delictũ prouenerũt,nũ quis tenere poſſit, ſi idẽ doloſè egit, ut ille delictũ committeret.Et num quis paciſci queat,ut de dolo non teneatur.*
13 *Pœnã ſpiritualẽ,num quis ſine dolo incurrere poſſit.Et quid de pœna corporali.Et in cauſa ſtatus,ſanguinis,uel famæ,quis dolus requiratur.Et an lata culpa dolo æquiparetur.*
14 *Iuris ignorãtia,nũ à dolo,& conſequenter pœna, ad quam incurrendã dolus requiritur,accuſet.Et ad hoc ibidem,quòd ubi ius,uel ſtatutum uerum dolum requirit, ignorans non incurrit pœnam eius,quamlibet ſit culpabilis. Et quid ubi requirit dolum præſumptum.*
15 *Ignorantiam iuſtæ cauſæ à dolo excuſare.*

1 CVLPA* eſt peccatũ in moribus, ſiue volũtariũ:vnde
cũ aſsimiletur peccato in hoc, ꝙ vterq; eſt deordina
tus actus,id eſt,non congruens debito fini:in hoc ab illo
differt, ꝓ peccatũ eſt in operatione naturæ,artis,& volũ-
tatis:ſed culpa in operatione volũtatis tantũ. & patẽt iſta
xij.q.xxj.ca.ij. Iuridice tamẽ loquẽdo,culpa ſecundũ Pan.
in c.vnico.de cõmo. eſt deuiatiò àb eo, quod eſt bonũ:&
ꝑ hominẽ diligentẽ poterat præuideri. Vnde in hoc vlti-
mo differt à caſu fortuito, qui præuideri nequit.extrà,de
homici.c.Ioãnes. Dolus autem aliquãdo bonus,& licitus
eſt,ſumiturq; pro ſolertia.Vnde dicitur qs bonæ indolis,
id eſt,bonũ dolũ intus habens,id eſt,bonũ ingeniũ,& ſo-
lertiã. Sicut Salomon iudicãdo meretrices adhibuit bo-
num dolũ,id eſt ingeniũ:de præſumpt. afferte. Et idẽ ge
neraliter eſt,quoties quis ſimulat, vt ſe,vel ſocium ſeruet
indemnẽ à proximo:vt in l.j.ff.de dolo.vbi gl. exẽplificat
de capto à Genuẽſi, q̃ ſe contractũ ſimulauit: quod quidẽ
licet:vt ff.de neg.geſt.l.at q natura. §.cũ me. & ff. de leg.
ij.l.cũ pater. §.Titia.& ff.ſi quis om.cau.teſta.l. qui autẽ.
§.ſi patronus. Et de hoc infrà Simulatio. Aliqñ verò eſt
malus:& ſic cõiter ſumitur.& diffinitur in d.l.j.à Labeõe.
ꝙ dolus malus eſt oĩs calliditas; fallacia, machinatio ad
circũueniendũ, fallendũ, & decipiendũ alterũ adhibita.
Vbi ſingula ſingulis reddẽda ſunt: vt ſcilicet calliditas ſit
ad circunueniendũ,fallacia ad fallendum,machinatio ad
decipiendũ. Et calliditas quidẽ cõmittitur in animo,tacẽ
do.ff.de act.emp.& vẽd.l.j.Sicut ſi venditor ſciuit rẽ alie-
nam,aut obligatã,& tacuit. Fallacia aũt in verbo, mẽtien
do.ff.de fur.l.falſus. §.ſi quis.Machinatio verò fit arte ver
borũ.ff.de act.emp.& vend.l.Iulianus. §.idẽ.xvij.q.ij.quę
cunq;.nam machinatio eſt occulta inſidiatio. Hoſt.aũt di
cit,ꝙ dol* eſt inſidioſa machinatio: vt ſi cõmodatari⁹ ſur
ripi fecit rem commodatã.ff. de dolo.l.j.vbi machinatio
ponitur, prout etiã includit mendaciũ, & calliditatẽ cum
intentione nocẽdi.Adde aũt, ſecundũ Gemi.in c.ſi com-
promiſſarius. §.ſi verò. de elect. lib.vj. ꝙ doloſe facit qs,
quãdo ſcienter rem ſibi prohibitã facit.Adde ſecundò,ꝙ
ignorãtia affectata,quę ſcilicet eſt,quãdo quis noluit,aut
diſsimulauit ſcire.de temp.or.eos.lib.vj. eſt dolus, & nõ
culpa. Differt aũt dolus à fraude: quia illa propriè eſt per
2 facta:iſta verò per verba,& facta. ¶ Primò* verò queritur,
quot,& quę ſint ſpecies,ſeu differẽtiæ culpę loquẽdo iuri
dicè?Et Barto.in l.quod Nerua.ff.depo.videtur dicere,ꝙ
ſunt quinq; : quia vltra leuiſsimã,& leuẽ ponit latiſsimã,
quæ eſt idẽ quod verus,& manifeſtus dolus: & latiorem,
quę eſt dolus præſumptus: & latã, quæ eſt nõ intelligere,
quod omnes intelligerẽt,vel pars maior.text.eſt in l.latæ
culpæ.ff.de ver.ſign.& hoc videtur ſequi Sum.Roſ.cõtra
Ang.& ſupple.Sed eſt notandũ,ꝙ cõiter gl.nõ ponũt,niſi
latam culpã,nõ autem latiſsimã: quia illa nõ ponit in nu-
merum cũ dolo vero,nec latiorem.Vnde tex.in d.l.quod
Nerua.ponit latiorẽ pro lata. & ſic collige ſecundũ gl. in
d.l.quod Nerua. ꝙ nomine doli nõ cõprehẽditur ꝓpriè
qui ex culpa fecit:cùm differat re, & nomine dolus,& cul
pa:qa dolus eſt à propoſito.ff.de dolo.l.j. §.dolũ. nõ autẽ
culpa.ff.man.l.ſi procuratorẽ. §. dolo. Intellige tñ à pro-
poſito,id eſt,intẽtione nocendi: quia dolus eſt cum volũ
tate nocendi:culpa cum ſciẽtia, ſine voluntate,niſi ꝑ acci
dens:negligẽtia ſine vtroq;. Vnde & Bal.in l. quid ergo.
§.pœna.ff.de his qui no.infa. ſentit dolũ nõ eſſe regulari
ter culpã:quia dicit, ꝙ mitius agetur, ſi quis accuſetur de
homicidio doloſo,& probetur culpa.verũ eſt tamẽ,ꝙ la-
ta culpa eſt dolus præſumptus : ita ꝙ vbi quis tenetur de
dolo,venit etiã lata culpa: tamẽ nõ eſt verus dolus:vt no.
glo.in c.bona fides.de depo.& in cõſciẽtia.vbi pſumptio
ceſſat:lata culpa nõ habetur pro dolo.Igitur diſtinguẽdę
ſunt tãtũmodò tres ſpecies culpæ: ſicut diſtinguũt cõiter
omnes canoniſtæ. Et ſunt culpa lata, leuis, & leuiſsima:
inter quas,ſi qua media culpa inciderit ad alterũ extremo
rum,rationabili iudicis arbitrio retrahẽda eſt.Lata culpa,
eſt deuiatio incircũſpecta ab ea diligẽtia, quã cõmuniter
habent homines eiuſdẽ profeſsionis. Vnde ignorare, qđ
cõiter ſcitur, eſt lata culpa.Vbi notãter dicitur,incircun-
ſpecta, incõſiderata: ad differentiã doli, quę eſt inſidioſa
machinatio. Vnde ſi deuiatio eſſet ſerioſa,iã ibi eſſet do-
lus. Exemplũ huius eſt, ſi librũ cõmodatũ dimiſiſti extra
domũ ſuper bancho,& ſublatus eſt:quia ibi eſt lata culpa,
eo ꝙ tuæ profeſsionis homines hoc nõ feciſſent,ſcientes
ibi librũ periculoſe locari.Si tñ error eſſet in eo,quod nõ
ſciũt cõiter homines vnius profeſsionis, vel artis, ſed ſo-
lum excellẽtiſsimi:nõ eſſet lata culpa,ſecundũ Bar.in d.l.
quod Nerua. Sicut ſi pecuniã depoſuiſti apud campſorẽ,
q cõiter habebatur bonæ cõditionis, & nõ erat: ſicut etiã
ſecũdũ Bal.in l.pignoris.C. de pig.act. nõ eſt lata culpa,ſi
beſtias incurſu hoſtiũ perdidi accedẽs ad molendinũ: ad
quod maior pars ſecurũ credebat acceſſum. Leuis autem
culpa,eſt deuiatio incircũſpecta ab ea diligẽtia, quam cõi
ter habẽt homines diligẽtes illius profeſsionis. Vbi notã
ter dicitur,diligẽtes,ad differentiã latę culpæ. Vnde leuis
culpa,eſt omittere quod diligẽs homo nõ omiſiſſet:vel fa
cere quod diliges nõ feciſſet.Exẽplũ huius eſt, ſi fœnera-
tor pignoratas veſtes nõ excuſsit eo tẽpore, quo diligens
excuſsiſſet:vel ſi cõmodatarius rẽ cõmodatã locauit qui-
dẽ in camera,ſed oſtiũ reliquit apertũ ex circũſpectione.
Leuiſsima aũt culpa,eſt deuiatio ĩcircũſpecta à diligẽtia,
quã cõiter habẽt homines diligentiſsimi: vnde leuiſsima
culpa eſt nõ præuidere quod diligẽtiſsimus prẽuidiſſet.l.
ſi putator.ff.ad le.Aquil.vel omittere quod diligẽtiſsim⁹
nõ omiſiſſet.l.diuus.ff.de offi.præſi.vel nõ facere quod fa
ceret diligentiſsimus.Exemplũ huius eſt,ſi cõmodatarius
rem cõmodatã in camera & in arca locauit:ſed non firma
3 uit arcã claue,& ſublata eſt. ¶ Secũdò* queritur,vtrũ iſtæ
culparũ ſpecies diſtinguãtur ſolùm ex diuerſa diſpoſitio-
ne delinquẽtis,vel ex rei natura? Et dico, ꝙ nullo modo
diſtingui poſſunt ex parte delinquẽtis ſolùm:tum quia di
ſtinguũtur in vtroq; iure humano,quę nõ reſpiciũt inte-
riorẽ diſpoſitionẽ delinquẽtis foris nõ apparentẽ, quan-
tum ad forũ iudiciale,ad quod maxime iſta deſeruiũt: tũ
etiã quia ex parte delinquẽtis tam leuis quàm grauis.i. la
ta vtraq; põt eſſe leuis:vt ſi grauẽ admittat ignorãter:imo
leuis poteſt eſſe grauis,& etiã dolus ratione volũtatis no
cendi.Vnde diſtinguũtur ex natura rei, nõ quidẽ ratione
obiecti,vel rei,cũ in re leui poſsit eſſe culpa lata:ſed ratio
ne modi agẽdi.Dolus autẽ attẽditur ſecundũ diſpoſitio-
nem interiorẽ delinquentis apparentẽ per ſigna expreſſa
vel prẽſumptiua.Vnde quàm primũ ĩ culpa apparẽt ſigna
machinationis.i.malę intẽtionis,trãſit in dolũ, & deſinit
eſſe culpa.Et hęc faciũt ad dicta ſuprà Cleric⁹ iiij. §.vj.ca
4 ſu j. ¶* Tertiò queritur,vtrũ lata culpa ęquiparetur dolo?
Et dico ꝙ loquẽdo de actionibus deſcendẽtibus ex deli-
cto vel quaſi,nõ ęquiparatur dolo,quantũ ad pœnã corpo
ralem,vt j̃. §.xj.& xij. Quantùm verò ad pecuniariã,etiam

non æquiparatur ei, ſi lex, aut ſtatutũ expreſſe dolũ requirit: vt dicit Bar. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & glo. in §. ſuſpectus. Inſt. de ſuſpe. tu. Vnde dicit Bal. in l. ſi quis id quod. in fi. col. ff. de iuriſd. om. iudi. ꝙ quãdo delictũ circunſcribitur per dolũ, nõ ſufficit culpa: ſecus in his, in quibus culpa venit puniẽda. Allegat l. ſenatus. C. de his qui ſibi adſcri. ali. in teſta. & l. plagij criminis. C. ad leg. Fal. de plag. Et vt no. Ang. in l. ſi quis. §. doli. ff. de iuriſ. om. iud. vbi mẽtio fit de dolo, requiritur verus dolus. Si verò lex aut ſtatutũ dolũ nõ requirit, ſed loquitur ſimpliciter: ſic æquiparat᷑ lata culpa dolo. ff. ne vis fi. ei. l. j. Similiter ei æquiparatur in actionibus deſcendẽtibus ex cõtractu, vel
5 quaſi: vt in d. l. quod Nerua. ¶ Quartò* quæritur, pro qua culpa teneatur qs ex cõtractu, & pro qua ex officio, & ꝓ qua ex maleficio, id eſt, dãno dato? Et quidẽ quãtũ ad primum quæſitũ patet ſuprà, Cõmodatũ. §. viij. Quantũ verò ad ſecundũ Pan. in c. cũ cauſa. de teſti. dicit, ꝙ iudex tenetur de dolo, & lata culpa, nõ autẽ de leui: quod verum eſt, quando officiũ nõ aſſumpſit, vel quæſiuit: ſed à ſuperiore impoſitũ acceptauit. Sec⁹ de eo, q quæſiuit, cũ alius diligẽtior fuiſſet: quia tenetur etiã de leui. Similiter tenetur ſolũ de dolo, & lata culpa agrimenſor, & alij aſſumpti ad calculum, vel cõcordiã. & eſt tex. in l. fin. & ibi Bar. ff. ſi menſ. fal. mo. dix. & in l. ſi. ff. de var. & extraor. cog. & not. glo. in c. quia indicante. de præſcri. & idẽ videtur eſſe in oĩbus artificibus. Quod tamen fallit in exercentibus artẽ aliquam tanquã peritis, id eſt, qui ſe peritos, & magiſtros profitẽtur: quia tenentur de leui, & leuiſsima, ſecundùm quantitatẽ culpæ, & imperitiæ. Facit quod no. glo. Inſt. de obli. quę ex quaſi delic. na. & tenet Pan. in d. c. quia indicãte. de præſcri. quod verũ putarẽ, quando aliàs diligentem quæſiuiſſet, niſi fuiſſet deceptus ex profeſsione iſtius: qa etiã tenetur de leui: aut diligentiſsimũ: quia tunc tenetur de leuiſsima. Quantũ verò ad tertiũ, dico ꝙ in foro cõtẽtioſo pro culpa quacunq;, vel dolo. Vtrum autem in foro animæ teneatur quis damnũ reſarcire, quod ex ſua culpa intulit proximo. Inno. in c. quia pleriq;. de immu. eccle. vt ei adſcribit Sum. An. licet hoc in eo ibi nõ legã expreſſe, ſed eſt in c. ſicut dignũ. de homi. vult ꝙ tenetur ſolùm de dolo, & lata culpa: quod multi doctores habẽt pro dicto ſingulari: tamẽ dico, inquit, ꝙ tenetur pro quacunq; culpa, pro quo tenetur iure canonico, vel etiã ciuili, per ea, quæ dicã, inquit, infrà, Lex. §. iiij. Et pro hac opinione eſt gl. cum tex. in c. conſuluiſti. ij. q. iiij. quæ dicit, ꝙ occidẽs, nolẽs occidere, tenetur, ſi fuit in culpa, licet leuiſsima. ff. ad leg. Aquil. l. ſed & ſi quicunque. §. ij. & l. in lege. Culpa
6 aũt* eſt, quod à diligẽti potuit prouideri, & nõ eſt prouiſum. ff. eo. l. ſi putator. & tenetur etiã quantũ ad Deum, vt hic, & diſt. l. clerico. & xxxiiij. q. ij. in lectũ. non tamen punitur ratione homicidij, ſed ratione negligẽtiæ: vt xv. q. j. inebriauerũt. hæc ille. & facit c. ſi. de iniur. & dam. da. qđ loquitur indefinitè. Et hoc eſt tutius, inquit, cũ ipſe Inn. nullo iure dictum ſuum probet: quia d. c. inebriauerunt. quod pro ſe adducit, aut nihil, aut contra eũ facit, ſi rectè inſpiciatur. cũ hoc autẽ concor. Ioan. And. in c. quoniam contra. de proba. quẽ ibi ſequitur Pan. Sed his nõ obſtãtibus, dictũ Inn. placet magis: & eſt opinio cõior, quam ſequitur Ioan. de Ana. in d. c. ſicut dignũ. & Pan. ibi, & in c. j. de cõſti. & in c. dilecti. de arbi. & c. ſi egreſſus. de iniur. & c. cũ cauſam. de teſti. & in multis alijs locis: & Lud. Ro. & Roſ. vt ſuprà, Aduocatus. §. xxiiij. Sed de his infrà, Reſti-
7 tutio. iij. in pluribus §. & maximè §. viij. ¶ Quintò* quæritur, quot modis dolus veniat in contractu? Et dico, ꝙ tribus. Primò, dando cauſam cõtractui per contrahẽtem: vt puta, dolo te induxi, vt venderes mihi, quod aliàs nõ eras venditurus: vel per aliũ mediatorẽ inducentẽ ad vendendum. Secundò, nõ dando cauſam: vt quia eras venditurus, ſed per dolũ te induxi vt minori pretio venderes. Tertiò nec ſic, ſed re ipſa euenit ſine dolo, & facto partis: puta, ſi
8 ambo ignorabãt iuſtũ pretium. ¶ Sextò* quæritur, vtrum dolus annullet contractũ ſpiritualem: puta, votum, & huiuſmodi? Et dicit Pan. in c. cũ dilecti. de emp. & ven. ꝙ nõ: nec poteſt quis excipere de dolo, quãdo fuit inductus ad bonũ, quia non eſt propriè dolus: puta, dolo induxi te ad religionem: vnde tenet ingreſſus. facit quod not. in c. cũ dilectus. quod met. cau. Vide etiã gl. in l. à diuo. ff. de ritu nupt. quæ hoc tenet, etiã in matrimonio, & idem Verue.
9 ¶ Septimò* quæritur, vtrum dolus annullet contractum temporalẽ: puta, venditionẽ, & huiuſmodi? Et dico ſic: Si dolus per cõtrahentes dat cauſam contractui, nõ tenet in cõtractibus bonæ fidei, ſecundũ gl. & Pan. in c. cũ dilecti. de emp. & ven. & glo. in l. ij. C. de reſcin. ven. & glo. cum Bar. in l. & eleganter. ff. de dolo. & placet, licet Pet. teneat contrarium. in contractibus autem ſtricti iuris tenet quidem contractus: ſed agens ex eo eliditur ope exceptiõis. ff. de ver. ob. l. ſi quis cùm aliter. & C. de pac. l. cùm poſtea. Si verò dolus per aliũ à contrahẽtibus dat cauſam contractui, etiã bonæ fidei: tenet contractus: ſed agitur cõtra mediatorem de dolo. d. l. & eleganter. §. j. ff. de proxene. l. ij. & iij. tenetur etiã is, pro quo factus eſt, ſi deeſt ſoluẽdo is, qui dolũ dedit. quod intellige inquãtũ factus eſt locupletior: vt l. fin. ff. de eo per quem fac. erit. in prin. & nõ plus. Si verò dolus nõ dedit cauſam cõtractui, ſed incidit in cõtractũ: tenet quidẽ contractus: ſed in contractibus bonæ fidei agitur ex eo cõtractu, vt ſuppleatur pretiũ. ff. de act. emp. & ven. l. Iulianus. §. ſi venditor. erit tamen in emptoris arbitrio, vel ſupplere pretiũ, vel reſtituere rem, ſi deceptio ſit vltra dimidiũ iuſti pretij. c. cũ cauſa. de emp. & vẽ. & C. de reſcind. ven. l. ij. imò in foro conſciẽtiæ, etiam ſi deceptio ſit minus dimidio. In contractibus verò ſtricti iuris agitur de dolo. d. l. & eleganter. §. nõ ſolum. in fi. Si autẽ dolus, nec dedit cauſam, nec incidit, ſed re ipſa euenit: ſic non eſt peccatũ: nec reſtituere tenetur, niſi repetatur, ſi à principio non plus emiſſet, etiã ſi ſciuiſſet plus valere: puta, quia nõ expediebat ſibi plus emere: ſi aũt plus emiſſet à prĩcipio ſi ſciuiſſet, & deceptio eſt notabilis: tenetur reſtituere rẽ, vel pretiũ augere: vt d. l. ſi quis cũ aliter. vbi æquiparatur deceptio veniens re ipſa, & ex propoſito, & d. c. cũ dilecti. ſecus in modico. Si verò vtraq; ſciebat rei valorẽ: dic vt infrà, Emptio. §. viij. Et iuxta prædicta intellige l. ij. C. de reſcin. ven. & l. cauſæ. §. Pomponi⁹. ff. de mino. & c. cũ dilecti. & c. cum cauſa. de emp. & ven. vbi dicitur licere cõtrahentibus vſq; ad dimidium ſe de-
10 cipere in cõtractibus bonæ fidei. ¶ Adde* prædictis primò, ꝙ dolũ allegans, dolũ habet probare: vt infrà, Locatio. §. xix. ¶ Et ſecũdò, ex Pan. in d. c. cũ dilecti. ꝙ vbi contractus ratione doli eſt nullus: tamẽ deceptus, ſi vult, põt ſtare contractui, ne dolus proſit doloſo: quia illa nullitas cauſatur in fauorẽ dolum paſsi, nõ decipientis. de rerum permu. c. cũ vniuerſorũ. & hoc niſi cõtractus eſſet iure pro-
11 hibitus: vt in d. l. à diuo. iũcta glo. ¶ Et tertiò* adde, ſi quęratur, vtrũ talis mediator poſsit eſſe teſtis in tali cõtractu per eum celebrato? quòd Pan. in c. ex literis. de tranſact. dicit mediatorẽ alicuius cõtractus deſcribi poſſe, vt teſtem in inſtrumento cõtractus: nõ autẽ viua voce teſtificari: vt nota. in c. j. de teſtib. lib. vj. Et diuerſitatis ratio eſt: quia in inſtru-

mento deſcribitur de conſenſu partis vtriuſque:
12 itẽ tollitur ſuſpicio propter fidẽ inſtrumẽti. ¶ Octauò* quæritur, vtrum poſsit quis tenere bona alicuius, quæ venerũt ad eum ex ſtatuto propter delictum alicuius, ſi ipſe doloſe egit vt ille committeret delictũ? Et dicit Pan. in c. poſtulaſtis. de conceſ. præbẽ. ꝙ non. Et bene facit text. ibi in fi. cum ſua glo. ¶ Nonò quæritur, vtrum poſsit quis paciſci, vt non teneatur de dolo? Et dico ꝙ non: vt eſt tex. in l. j. §. conueniat. ff. de po. quia conuẽtio hæc eſt contra bonam fidẽ, & bonos mores: ideoq; nec ſequendam text. ibi
13 dicit. ¶ Decimò* quæritur, vtrum ſine dolo incurrere poſſit quis pœnam ſpiritualẽ, id eſt, excõmunicationẽ prolatam à iure, vel corporalem? Et de excõmunicatione quidẽ dico vt ĩ. Excõmunicatio. vlti. §. iij. De pœna verò corporali dico, ꝙ nunquam ſine dolo imponẽda eſt, ſecundùm glo. & Bar. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & Bal. in l. data opera. C. qui accuſa. non poſſ. & d. l. in lege. Vbi dicit Bar. ꝙ in pœnis corporalibus vel irrogantibus infamiam lata culpa nõ æquiparatur dolo: & gl. in d. l. in actionib⁹. approbata cõmuniter: & Bar. in l. quod Nerua. ff. depo. & d. l. in lege. dicit ꝙ in cauſa ſanguinis, ſtatus, vel famæ, lata culpa non æquiparatur dolo: ideoq; in his verus dolus requiritur: non obſtante, ꝙ Ang. in d. l. in actionibus. tenens contrariũ, dicat Patauinũ conſilium contra Barto. conſuluiſſe in hoc: quia ſi conſideretur l. j. C. de noxa. verior eſt opinio Bar. & iura quæ Ang. adducit in contrariũ, conti-
14 nent caſum ſpecialẽ. ¶ Vndecimò* quæritur, vtrum iuris ignorantia excuſet à dolo, & cõſequẽter à pœna, ad quam incurrẽdã requiritur dolus? Et dicit Cyn. in regula, ignorantia. li. vj. ꝙ ſic: quia licet iuris error ſit lata culpa, nõ tamẽ eſt dolus: vt ff. de his qui no. infa. l. j. vbi eſt glo. ſingularis. facit l. j. ff. de abige. & qđ no. Bar. in l. ſi quis in tantã. C. vnde vi. vbi dicit, ꝙ minor credens ſibi licere, rẽ ſuam ſine cuiuſcunq; authoritate occupãs: non incurrit pœnam d. l. ſi quis. qa nõ eſt in vero dolo. & allegãs l. j. C. ſi aduer. delic. & ſequitur d. Anto. in c. j. de do. & cõtu. allegans l. ſi ex cauſa. §. ſi cõmiſſum. ff. de mino. Et pro hoc etiã, ſcilicet, ꝙ ignorantia excuſet à dolo, eſt tex. & ibi Bal. in l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de pet. hær. vbi error iuris excuſat ab inuaſione, ne quis dicatur prædo. Idem tenet Sal. in l. ſenatus. C. de his qui ſibi aſſcri. aliq. in teſta. & Ang. in l. ſi quis id. §. doli. ff. de iuriſ. om. iudi. vbi allegat But. fortius dixiſſe, ꝙ etiã ignorantia iuris naturalis excuſat à vero dolo. Et ad l. ij. C. de in ius vo. quæ videtur cõtraria, dicit, quòd ibi nõ requirebatur verus dolus, ſed preſumpt⁹. Et ita tenuit do. But. in regula. ff. de iur. & fac. igno. Quod Ang. limitat in l. ij. ff. quod quiſq; iur. verum, niſi ſit doctor vel aſſeſſor, cui turpis eſt iuris ignorãtia. Et idẽ Ang. dicit in d. l ſenatus. ꝙ creditur allegãti ſe ignoraſſe ius, ad excludendũ dolũ, & conſequẽter pœnã, quæ eſſet imponẽda propter dolum, & dicit ibi eſſe caſum. Ex prędictis omnibus collige, ꝙ vbi ius vel ſtatutũ requirit verũ dolũ, ignorans non incurrit pœnã eius, quãtumcũq; ſit culpabilis, licet alio modo ſit puniẽdus, ſecundũ modũ culpę. Vbi verò ius, vel ſtatutũ requirit dolũ præſumptum, ignorãs craſsè & ſupinè non excuſatur: quia eſt in dolo præſumpto. quod patet in cenſuris eccleſiaſticis: quæ cùm requirant dolum præſumptum, taliter ignorãs non euitat illas: vt patet in c. animarum periculis. de conſti. lib. vj. Secus ſi eſſet in leui culpa
15 ignorantiæ. ¶ Duodecimò* quæritur, vtrũ ignorãtia iniuſtæ cauſę excuſet à dolo? Et dico ꝙ ſic: & quemlibet: vt no. Bal. in c. vt animarũ. in prin. ij. colum. de conſti. li. vj. vbi dicit, ꝙ perturbãs aliquẽ in poſſeſsione ex iniuſta cauſa, putans ſibi licere, excuſatur à pœna ſtatuti punĩctis in cẽtũ, quod dolum requirit: per notata in l. plagij criminis. C. ad leg. Fauiam. de plag. notat etiã Ioan. An. in titul. de arbit. in additio. ad Specu. & idem no. in cap. j. de elect. lib. vj. & Bal. in authẽ. generaliter. C. de epiſco. & cleri. & ſequitur do. Ludo. de Roſ. in rub. de arbit. col. xxviij. & pro hoc gl. & in l. vnica. §. ſi. in magna glo. ff. ſi quis ius di. non obtẽ. & Bartolus, & Ang. in l. j. in fi. ff. de abige. Inno. in c. de ſeruorum. de ſeruis non ordi.

CVPIDVS non eſt ordinandus. vide infrà, Ordo. iij. §. ſecundo.

DE CVRA ANIMARVM.

1 *Cura animarum duobus modis dicitur. Et quid ſecundũ quemlibet modum.*

1 CVRA* animarum dupliciter dicitur. Primò quidem ſtrictè: & ſic ſecundùm Inno. in c. cum ſatis. de offic. archi. eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi in foro pœnitẽtiali: quę nulli conuenit prælato, niſi ſacerdoti: vt probatur xxj. diſtinct. in nouo. de pœn. & re. omnis. & quam etiã quilibet ſacerdos ſimul cũ ordine accipit: licet non iſtos vel illos, qui ſibi non ſunt commiſsi. Et ſecũdò largè: & eſt poteſtas eijciendi & recipiendi in eccleſia, cogendi & puniẽdi exceſſus. xxj. diſtinctio. §. j. ſub qua etiã excõmunicare, interdicere, ſuſpendere, & huiuſmodi, quæ ſunt ad morũ correctionem. de elect. dudum. el ij. Et de vtraque harũ intelligitur. c. de multa. de preben.

CVRATOR quis ſit, vel eſſe poſsit, & quomodo differat à tutore: vide infrà Tutor.

CVRIALIS dicitur, qui nexibus curiæ ligatus, principibus adulatur. xxxvij. diſtinct. nõnne. & diſt. lj. qui in aliquo. Curiales etiam dicuntur aduocati in cauſa ſanguinis: vel milites ſeu officiales exercẽtes ſęua. diſt. lj. aliquantos. & capitulo ſeq. Hi etiam quandoque prohibẽtur ordinari: vt ĩ. Ordinandus. §. ij.

DE CVRIOSITATE.

1 *Curioſitatis definitio, & circa quæ verſetur curioſitas.*
2 *Curioſitatis uitium, quomodo poſsit eſſe in cognitione intellectiua. Et cognitionem ueritatis, quæ de ſe bona eſt, ſex modis ratione alicuius conſequentis malam eſſe poſſe.*
3 *Curioſitas circa cognitionem ſenſitiuam, quonam modo eſſe queat. Et ibidem ſtudium circa ſenſibilia quot modis uitioſum eſſe poſsit.*
4 *Curioſitas in parte intellectiua & ſenſitiua ſimul, ſeptem modis peccatum mortale ſit: de quibus ſigillatim.*

1 CVRIOSITAS* ſecundùm S. Thom. ij. ij. qõ. clxvij. eſt vitium circa inordinatum cognitionis appetitũ: & eſt in vtraq; cognitione poſsibiliter, ſcilicet intellectiua & ſenſitiua: eſt etiã ſecundũ Supple. curioſitas ſuperfluum ad aliquod peragendum. quod probat: quia idem S. Tho. ij. ij. q. clxix. dicit, ꝙ artifices ornamentorum peccant inueniendo ſuperflua, & curioſa. Sed fallitur: quia talia nõ dicuntur curioſa in ordine ad artifices: niſi ſuperflue velint cognoſcere & experiri: ſed in ordine ad mulieres vel homines vanos, q ſuperflue appetũt talia cognoſcere cogni-
2 tione ſenſitiua, puta viſu. ¶ Primò* verò quæritur, quõ poſſit eſſe vitiũ curioſitatis in cognitione intellectiua? Et dicit idem vbi ſ. ꝙ veritatis cognitio de ſe bona eſt: ſed põt eſſe mala, ratione alicuius conſequẽtis, ſex modis. Primò inquantũ inde quis ſuperbit. Secundò, inquantũ ea vtitur ad peccandũ. Tertiò, inquantũ inde retrahitur à ſtudio ſibi neceſſariò incũbẽte. Quartò, inquantum ſtudet diſcere à quo nõ licet: puta futura à dęmonibus. Quintò, inquãtũ cognitionem creaturę ad finem debitum nõ refert, id eſt,

cognitionem Dei. *Sextò, in quantum ad hoc ſtudet ſupra*
3 ingenij proprij facultatem. ¶ Secundò* quæritur, quomodo eſſe poſſit circa cognitionem ſenſitiuã? Et dicit idem, ꝙ ſtudium circa ſenſibilia cognoſcenda dupliciter poteſt eſſe vitioſum. Primò, in quãtũ non ordinatur ad aliquod vtile: ſed potius inde auertit. Secundò, in quãtum ordinatur ad aliquod noxium: ſicut inſpectio mulieris ad concupiſcentiam: & cognitio de factis aliorum ad detractionẽ. Si autẽ ordinetur ad neceſſitatẽ ſuſtentationis, vel intel-
4 ligentiam veritatis, eſt virtuoſa curioſitas. ¶ Tertiò* quæritur, quot modis ſit mortale? Et dico, ꝙ ſecundũ quod ab eodem, & ab Alexã. colligitur, eſt mortale ſeptẽ modis in parte intellectiua & ſenſitiua ſimul. ¶ Primò, quantũ ad finem: vt ſi ordinatur ad finem, qui ſit mortale peccatum. ¶ Secũdò, quantũ ad eos, à quibus vult cognoſcere: puta, à dæmonibus, vel alijs, à quibus prohibetur ſub precepto. xxvj. q. j. illud. ¶ Tertiò, quantum ad ea, quæ volumus cognoſcere, ꝙ ſunt ꝓhibita: vt velle deliberatè, & à propoſito audire peccatũ eius, qui cõfitet alteri: incitationes aliquando, & diuinationes & huiuſmodi prohibita: qa ſimilis culpa eſt diſcere, ſicut docere prohibita. l. culpa. C. de male. & ma. ſcilicet niſi aliquis bonus finis excuſet: puta, ad iſta impugnandũ. Facit c. nec mirum. xxvj. q. x. Et idem tenet Sum. Ang. de quocunq;, quod ſine mortali exerceri non põt. Sed hoc non eſt verum, niſi fortè in his, quę ſunt mortalia de ſe: puta in duello: vnde torneamentum quod ceſſante ſtatuto eccleſiæ poſſet in caſu fieri ſine mortali, nõ eſt mihi mortale videre: quia hoc nec de ſe, nec ab eccleſia prohibitũ eſt: & hoc niſi placeret mihi peccatũ alterius: puta, qa volo illud fieri vt videã. Secus ſi nollẽ illud fieri: tamen volo videre dum fit. Imò durum videtur, ꝙ ſit mortale videre duellũ: niſi adſit aliqua cõplacẽtia de malo, vel periculũ. Et de hoc j. Ludus. ¶ Quartò, quãtũ ad cognitũ ſeu vſum, cuius viſio eſt videnti probabiliter periculoſa de mortali: ſicut cõmuniter accidit volẽtibus videre homines aut beſtias coẽũtes: aut genitalia mẽbra, maximè ſexus alterius: aut videre vel audire mulieres in loco periculoſo ſibi, puta in ꝓſtibulo: aut velle ſcire quomodo fit aliquod peccatũ, cuius cogitatio vehemẽter & periculoſè mouet: aut homines ex animo pugnãtes videre, etiã ſi ipſa pugna diſpliceat: quia inde faciliter ſequit cõplacẽtia de malo alterius. Et generaliter idẽ dico in omnibus, quorũ notitia eſt volẽti noſcere periculoſa de mortali. ¶ Quintò, quantũ ad ea, quæ ꝓpter curioſitatẽ omittuntur: puta, quia neceſſariò faciẽda incumbũt: vt ſi quis omittat ſcire neceſſaria ad ſuũ officiũ, vt intẽdat poëtis vel architecturæ: vt multi prælati ignorãtes. Facit cap. nonne. & c. vnio. xxxvij. di. ¶ Sextò, quantũ ad modũ, puta qa ꝓpter cognitionẽ nanciſcendã exercet ꝓhibita, puta ſuperſtitioſa aut prohibita patitur: puta, tactus impudicos. ¶ Septimò, quã-
5 tum ad ſcandalũ quod inde paratur proximo, qui inducitur ad mortale: puta, ad detrahendum: aut aliquid tale.

DE CVSTODE.

1 *Cuſtos, qui in triplici differentia eſt, pro qua culpa teneatur. Et quæ ſit eorum, quæ hîc de his dicuntur, ratio. nu. ſeq.*
3 *Cuſtos, ſi neget rẽ ſe dolo, uel negligẽtia amiſiſſe, quis probabit.*
4 *Cuſtos carceris, nũ à cuſtodia liberatus ſit, ſi poteſtas dubitãs, familiam ſuam ad cuſtodiam mittat.*
5 *Cuſtos caſtri, ſi in fine anni, quo ipſum cuſtodire promiſerat, domino offerat recipere nolenti, ac deinde ab hoſte interceptum ſit, an de cuſtodia teneatur.*

1 CVSTOS* eſt triplex. Quidã ſcilicet accipiẽs mercedem pro cuſtodia ſpecialiter: & accipiens quidẽ, ſed non ſpecialiter pro cuſtodia: & nullam omnino accipiens mercedẽ. ¶ Primò verò quæritur, pro qua culpa cuſtos teneatur? Et dico, ꝙ primus tenetur de dolo, & lata, leui, & leuiſsima culpa, ſecundũ gloſſ. in l. qui mercedẽ. ff. locati. quod limita quo ad leuiſsimã, quando prius tenebatur de leui: qa mercedẽ acceperat: licet nõ pro cuſtodia, ſed fortè pro ſuo opere: vt j. Locatio. §. xvij. Secundus verò tenetur de dolo, & lata, & leui culpa: vt in dicta gl. Tertius verò tenetur ſolùm de dolo, & lata culpa: ſicut dicetur de depoſitario nõ accipiẽte mercedẽ: quia ratio eſt vna. ¶ Secũ-
2 dò* quæritur, quæ ſit ratio prædictorũ? Et dico, ꝙ quãdo ſumus in cõtractu, in quo quis tenetur ſolũ de dolo, & lata culpa: vt in depoſito acceptio mercedis pro cuſtodia, facit vt teneatur de leui. Et ſic intellige c. bona fides. de depoſi. & l. j. §. ſi veſtimẽta. ff. depo. Si verò ſumus in contractu, in quo tenetur de leui culpa, ſicut in locato, qñ res nõ requirit diligentiſsimã curã: ſic acceptio mercedis pro cuſtodia facit, vt teneatur de leuiſsima. Et ſic intellige d. l. qui mercedẽ. & l. dominus. ff. loca. Imò tenetur etiã de culpa eorum, quorũ opera vtitur, ſi ipſe diligentiã non adhibuit. l. ſi merces. §. qui columnã. ff. locati. & l. item quæritur. Si tamen locat quis operas ſuas in re, quæ curã diligẽtiſsimã requirit: vt in gẽma expoliẽda, aut veſte pretioſiſſima incidẽda: tenet etiã de leuiſsima. d. §. qui colũnam. aliàs autẽ de leui tantùm. & ſic vera eſt glo. in d. §. Sed de
3 hoc vide j. Locatio. ¶ Tertiò* quęritur, ſi cuſtos neget ſe dolo vel negligẽtia amiſiſſe, quis probabit? Et dicit gl. in d. l. qui mercedem. ꝙ ipſe cuſtos. argumen. ff. de eden. l. ſi quis. §. vlti. Et hoc verũ eſt, quoad forũ contentioſum: ſed quo ad pœnitẽtiale, dic vt j. ex §. ix. Et idem dic de cuſto de carceris. ff. de cuſto. & exhi. re. l. vlt. Et idem de depoſito. c. bona. de depoſi. cum concord. in gloſſ. In alijs aũt caſibus regulariter qui dolũ allegat, debet probare. ff. de ꝓba. l. quoties. §. qui dolũ. ¶ Quartò* quęritur, an ſit libera-
4 tus à cuſtodia cuſtos carceris, ſi poteſtas dubitãs mittat Familiã ſuam ad cuſtodiã? Et dicit Barto. in l. ſi vt certo. §. ſi de me. ff. commo. ꝙ per appoſitionẽ cuſtodis nõ videtur remiſſa cuſtodia: vt in l. ſi mei cauſa. ff. commodati. Et hoc ſecundũ eundẽ facit ad quæſtionẽ de equo locato, cũ quo dominus famulum miſit: quia conductor propter hoc nõ minus tenetur cuſtodire: ſecundùm gloſſ. in d. §. ſi de me. Sed ipſe dicit, ꝙ ſi conſtat ꝙ locauit equum, & famulũ: negligẽtia famuli non excuſat dolum conductoris. d. §. ſi de me. quod intellige, antequàm reddat equum famulo: quia ſi poſt redditionem perit, non tenetur: vt d. l. ſi mei cauſa. Si verò conſtat, quòd famulum miſit pro cuſtodia, & hoc fecit ab initio: cõductor non tenetur de cuſtodia: vt patet ex dictis. Si autem nihil apparet, ſed vtraq; locauit ſimpliciter: tunc in dubio non videtur remiſſa cuſtodia: vt l. pe-
5 nul. cum ſua glo. ff. vſufr. & quemadmo. ¶ Quintò* quæritur, vtrũ cuſtos caſtri teneatur de cuſtodia, ſi in fine anni quo promiſerat cuſtodire, obtulit illud domino: qui illud nõ recepit, & deinde captum eſt ab hoſte? Et dicit Dynus, ꝙ non videtur vltra ſe obligaſſe ad cuſtodiã: per l. ſi mora. ff. ſolu. matrimo. Vnde non tenebitur plus de culpa leuiſsima, ſicut primo anno. Imò dicit, quòd de ea non tenetur, dato quòd ex taciturnitate videatur ſe obligaſſe ad cuſtodiam ſequentis anni: quia talis culpa ex pacto expreſſo debita, non intelligitur repetita in tacita locatione operarum. Bartolus verò in dicta lege, ſi mora. tenet indiſtinctè, quòd etiam ſi non fecit oblationem caſtri domino, non intelligitur iterum ſe ad cuſtodiam obligaſſe. & idem ibi tenet Imo.

De

DE DAMNATO.

1 *Damnatus unde, & quot modis damnatus eſſe poſſit.*
2 *Reſtitutio damnati, an trahatur ad bona prius alienata.*
3 *Clauſula, ex certa ſcientia, quam uim habeat. Et quid de legitimatione poſt mortem teſtatoris facta.*
4 *Damnatus ad mortem, num poſſit de rebus ſuis diſponere. Et an poſſit de carcere effugere, remiſſiuè.*

1 DAMNATVS* à dãno dicitur, qđ eſt punio, & animaduerto: & dicitur damnatus, qui eſt ſentẽtiatus, propriè quidẽ ad mortẽ, quę eſt dãnũ principale: deinde verò ad exiliũ, qđ eſt mors ciuilis: q ꝓpriè dicitur bãnitus, vel proſcriptus. vnde ſecũdũ Bar. in l. ſupplicij. ff. de bo. dam. dãnatus dicitur, q ad mortẽ: ſed ꝓſcriptus eſt, cui ſeruat quidẽ vita, ſed ciuitas, vel libertas adimitur. quod intelli-
2 ge ꝓpriè. ¶ Primò* verò quęritur, an reſtituto ꝑ principẽ dãnato, vel bãnito, illa reſtitutio retrotrahatur ad bona alienata in aliũ medio tẽpore, ſic vt ille reſtituere teneat? Et dicit Gemi. in c. quãuis. de reſcri. li. vj. ꝙ nõ: ſi reſtitutio facta præiudicat iuri quæſito ipſi tertio: qa in tali caſu integratio nõ fit. Et iſte eſt caſus d. c. quãuis. & in iuribus allegatis in gl. ibidẽ. Et faciũt no. ꝑ Bar. & Bal. in l. Gallus. §. & qđ ſi tãtũ. ff. de lib. & poſt. Si aũt reſtitutio nõ præiudicat, niſi reſtituenti, reintegratur ad oĩa amiſſa: & ei oĩa ſunt reſtituẽda. Et ſic ꝓcedũt iura allegata in d. gl. ꝓ opinione cõtraria. arg. c. cũ dilecti. de don. Et hoc tenet Ioã. de Imo. & ſequit Sum. Ange. ſine limitatione. Sed Pan. in cõſ. lxxxv. incip. Chriſti eiuſq; matris. dicit, ꝙ ſi interueniat vera in integ. reſti. vt quia princeps ex certa ſciẽtia illũ reſtituit: aut qa aliter cõſtat de principis volũtate, ꝙ actũ retrotrahi voluerit cũ alteri⁹ ꝓiudicio: recupabit oĩa etiã medio tẽpore alteri acqſita. aliàs ſec⁹. Et ſic intelligit d. c. quãuis. & c. ſi ꝓ te. de reſcrip. lib. vj. & Gemi. ibi, ꝙ illa
3 reſtitutio nõ trahit retro, cũ præiudicio tertij. Et* addit Panor. ꝙ dicta clauſula, ex certa ſcientia, habet vim clauſulæ, ex plenitudine poteſtatis: vt vulgo gloſſ. not. in c. ad hæc. de reſcri. Et hæc not. quia faciũt pro legitimato poſt mortẽ teſtatoris, vt nõ præiudicet veniẽtib⁹ ab inteſtato, etiã ſi nõ adierũt hæreditatẽ: qa talis legitimatio eſt quędã reſtitutio naturalis. l. ſi. C. de nat. lib. Secus autẽ ſi ante mortẽ teſtatoris: quia præiudicat: cũ nullũ adhuc ius haberẽt. l. poſt emãcipationẽ. ff. de lib. lega. vide etiã j. Gra-
4 tia. §. iiij. ¶ Secundò* quæritur, an damnatus ad mortem poſſit diſponere de rebus ſuis, vide s. Alienatio. §. xxviij. ¶ Tertiò, an dãnatus ad mortẽ poſſit fugere de carcere, vel quomodocunque, vide infrà, Fugere. in prin.

DE DAMNO.

1 *Damnũ à diminutione rei dictũ, à iactura differens, quotuplex ſit, & an dãnificat⁹ poſſit ſibi de dãnificãtis bonis ſatisfacere.*

1 DAMNVM* à diminutione rei dictũ, à iactura differt: vt no. Io. And. & Inno. de elect. qa ſæpe. lib. vj. & dicitur damnum, quod ſubitò, & nobis neſcientibus fit: ſed iacturã ſcienter, & vltro patimur propriè: & dicitur à iactu, vel iaciẽdo merces in mare: quãuis etiã ſumatur aliquãdo pro omni dãno ab extrinſeco illato: & dicitur à iactu lapidis, vel alterius offenſiui. Quotuplex ſit damnum, pro quo tenetur quis reſtituere, infrà, Reſtitutio. ij. per totũ. Vtrũ damnificatus poſſit ſibi ſatisfacere de bonis dãnificantis, infrà, Depoſitum. §. xj. & j. Furtum. §. xiij.

DE DEBITO CONIVGALI.

1 *Debitum coniugale quid dicatur, & cur ita appelletur.*
2 *Cauſæ quænam ſint, quæ coniugem excuſent, ne debitum alteri reddere teneatur.*
3 *Debiti coniugalis redditio, uel negatio in nouem caſibus mortale peccatum efficitur.*
4 *Actus cõiugalis, num ſit aliquãdo mortale peccatũ ratione intẽtiõis. Et an in loco ſacro, aut tẽpore exerceri ſine peccato mortali queat. Et num talis poſt hunc reconciliatione egeat. nu. 5.*
6 *Actus cõiugalis ratione modi, an peccatum mortale efficiatur. Et in hoc reſolutio. nume. 7.*
8 *Act⁹ matrimonialis, an ſit mortale peccatũ ratiõe periculi aborſus, tẽpore cõceptus, aut partus. Et qđ de tẽpore menſtruorũ.*
9 *Mortale an ſit peccatum, coitum præuenire cogitationibus, tactibus, cibis, & huiuſmodi prouocando.*
10 *Debitum petenti denegare, an omnino peccatum mortale ſit, an uerò talis denegans aliqua ratione excuſetur.*
11 *Mortale num ſit, ante nuptialẽ benedictionẽ, uel habenti impedimentũ uoti, uel affinitatis debitũ exigere. Et qui poſt matrimoniũ per uoti, uel affinitatis debitũ exigere. Et q poſt matrimonium per uerba de præſenti contractũ, uxoris conſanguineã cognouit, an poſſit ſine pctõ mortali aut exigere, aut reddere.*
12 *Debitum exigere à coniuge in adulterio permanente, an mortale ſit. Et an mulier, ſicut uir illam, ita uirum ob adulterium dimittere poſſit.*
13 *Actus cõiugalis quibus caſibus ueniale ſit peccatũ. Et quib⁹ caſibus act⁹ cõiugalis exercetur ſine peccato, uel cũ merito. nu. 14.*
15 *Contrahens primùm cũ una clandeſtinè, ac deinde cum alia publicè, utri debitũ reddere teneatur. Et ſubinde, quod dici ſolet, uirum uxorem ſine eccleſiæ iudicio non dimittere, qualiter intelligendum ſit.*

1 DEBITVM* coniugale dicitur actus, qui ex cõtracto coniugio debet compari, id eſt, coitus: qui rationẽ debiti ideo habet, quia ſub pœna peccati mortalis illũ cõiuges inuicẽ reddere tenẽtur, ſecundũ Doct. & Apoſtolũ
2 j. Cor. vij. niſi excuſet cauſa rationabilis. ¶ Primò igitur quæritur, quæ ſint cauſæ, vel qui ſint caſus excuſantes cõiugem, ne reddere teneatur? Et dico ſecundùm Pet. de Pal. in iiij. diſt. xxxj. ꝙ ſunt quatuor cauſæ. ¶ Prima eſt impotentia coẽundi: ſiue propter actum præcedentẽ, quod tamen in muliere communiter locũ non habet: ſiue propter aliam cauſam licitam: vt ſecundùm S. Th. ieiunium moderatum: quia impoſsibilium nulla eſt obligatio. ff. de reg. iur. l. impoſsibiliũ. nec tenetur, ſecundũ Arch. vir vti calidis vt ſit potẽs: ſed ſufficit vt ſe non reddat impotentem. vnde peccat mortaliter, ſecundũ Rich. qui modo illicito ſcienter ſe reddit impotentẽ: non autẽ modo licito: puta, orando bona intentione. Imò ſecundũ Arch. reddẽdo ſe impotentẽ hoc modo indiſcretè peccat, & vt credo, mortaliter, ſi aduertit, & eſt notabilis exceſſus: qa facit contra iuſtitiã: & vtiq; imputatur, ſi propter hoc alius incidit in dãnabilẽ corruptelã: imò, ſecundũ Arch. nõ eſt conſulẽda vxori pœnitẽtia, propter quã reddatur deformis ſuo viro, aut præiudicetur cõceptioni, vel proli. ¶ Secunda eſt, quãdo inde reddenti periculũ imminet in perſona, id eſt, mortis vel infirmitatis, ad quã cauſam reducitur alia, quã idẽ ponit, quæ ſcilicet eſt lepra: quia cõiunx ſanus nõ tenetur, ſecundũ eum, reddere debitũ cõiugi leproſo, ſi inde imminet periculum mortis, vel ſimilis infectionis: imò eo caſu non tenetur cohabitare. Si vero tale periculũ non imminet, etiã ſi inde generet leproſus fili⁹, reddere tenet: quia melius eſt vel ſic eſſe, quàm non eſſe: maximè ſi ſibi immineat ſpirituale periculũ corruptelæ. In hac tñ re medicis credendum eſt: qui dicunt, ꝙ magis imminet periculũ viro ſi mulier ſit leproſa, quàm mulieri, ſi vir: vnde cùm mulier eſt in vltima ſpecie leprę, quæ dicit leonina; nõ videtur dubiũ quin vir nõ teneat. Hæc

ex illo.Et cõcor. Archi.Et iuxta hoc intelligo c.ij.de con-
iu.lepro.& Sã.Th.& Rich. qui dicũt,ꝙ reddere tenetur:
licet nõ cohabitare in eadẽ domo, ſed propè: qa non ita
eſt periculũ infectionis in reddẽdo, ſicut in cohabitãdo:
quod verũ eſt vbi periculũ non imminet prædictũ. Vnde
Sum. Ang.male ſentit,ꝙ teneatur indiſtinctè: quia nullus
ad hoc tenetur,niſi ſalua cõſiſtentia ſubiecti: ſicut & natu
ra prius retinet nutritiuæ & augmẽtatiuę gratia ſubiecti,
quàm miniſtret generatiuæ gratia ſpeciei. vt dicit Pet. de
Pal.Male etiã adducit Rich. ad illũ ſenſum, vt patet ex ra
tione Rich.Gofr.tamẽ ſentit,ꝙ coniugi leproſo manenti
ſeparatim à leproſis alijs,cõiunx ſana tenetur cohabitare:
nõ autẽ ſi maneat cũ leproſis.Sed prima opinio eſt proba
bilior.facit d.c.ij. Eadẽ autem ratione neceſſario reddẽ-
dum eſt debitũ cõiugi fatuo vel furioſo.ſ.ſecũdùm Rich.
quoties reddi põt ſine periculo propriæ perſonæ.¶ Ter-
tia eſt fornicatio: quia fornicãti alius debitũ reddere nõ
tenetur: qa etiã põt hac ratione vir vxorẽ dimittere, niſi
in aliquibus caſibus,de quibus ĩ.Matrimoniũ.vij.Et ſi ac-
cuſata vxore de adulterio pẽdeat lis,ſecũdũ Rich. ſi noto
riũ eſt,illã eſſe adulterã:vir nec exigere,nec reddere de-
bet:alioqn mortaliter peccat: niſi fortè abſtinere ab adul
terio valet:& agere pœnitentiã:quo caſu põt eã recõcilia
re ſibi.xxxij.q.j.c.j.Si autẽ nõ eſt notoriũ,id eſt notũ ſibi:
debet reddere petenti,tamẽ quàm citò ſibi de vxoris for-
nicatione cõſtat,ſecundũ ſanc.Tho. reddere nõ tenetur:
aliter nõ ſolùm incurreret irregularitatem bigamiæ:ſed
etiã generares ſibi præiudiciũ accuſandi:& ſi eccleſia præ
cipiat ei redditionẽ,nõ tenetur reddere,ſi intra dies pau
cos põt probare.ar.c.ſolet. de ſen.excõ.lib.vj. tenet̃ verò
ſi probare nõ põt.ar.xj.q.iij.c.j.Et idẽ in caſibus,in quib*
ſeparari poteſt matrimonium: vt ĩ. Matrimonium iiij.
¶ Quarta cauſa põt addi religio,quã ſcilicet alter coniu-
gum vult intrare:qa reddere nõ tenetur ſtatim:ſed debet
ſibi ſtatui tẽp⁹, intra quod ingredi teneatur.de cõuer.cõ
iug.ex publico.vbi determinatur tẽpus duorũ mẽſiũ.vbi
dicit Pan.poſt gl. illud tẽp⁹ iudicis arbitrio taxãdũ fore:
licet de facili ab illo termino nõ ſit recedẽdũ.Si aũt reli-
gionẽ nõ vult intrare:adhuc nõ tenet̃ ſtatim reddere cõ-
tracto matrimonio: ſed tantũ tẽporis cuilibet dandũ eſt,
quantũ ſufficit ad obſeruãdas debitas, & honeſtas ſolẽni
tates.Vñ ante benedictionẽ reddere nec tenetur,nec põt
aliquãdo,vt dicetur.Et vult S.Tho.ꝙ tẽpus duorũ men-
ſium ſtatuatur volẽti intrare religionẽ, & intrare nolẽti:
vt deliberet de religiõe: vt ꝓparet neceſſaria ad nuptias:
& ne vilẽ maritus habeat dotẽ;quã nõ ſuſpirauit dilatã.&
idẽ Albe. ¶ Quinta cauſa additur, locus ſacer, aut publi-
cus,aut omnis,in quo ſalua honeſtate reddi nõ põt,ſecũ-
dùm S.Tho.¶ Sexta etiã cauſa addi poteſt generalis,ſci-
licet peccatũ interueniens: quia is,qui reddẽdo peccaret
mortaliter,aut etiã venialiter,reddere nõ tenetur,niſi ſit
ĩ ſua poteſtate facere,ꝙ illa redditio nõ ſit peccatũ: vt qñ
3 reddit intentione illicita, quã mutare poteſt.* Eſt autem
peccatũ mortale redditio,vel eius negatio in nouem caſi
bus,ſecundùm Pet. de Pal. de quibus habetur in ix. §.ſe-
quẽtibus.Primò,ſcilicet ratiõe intẽtionis.Secũdò,ratiõe
loci. Tertiò,ratione modi,qui eſt contra naturã. Quartò,
ratiõe aborſus.Quintò,ratiõe mẽſtruorũ. Sextò,ratione
ꝓuocationis.Septimò,ratiõe iniuſtæ negatiõis. Octauò,
ratione impedimenti voti,vel affinitatis. Nonò, ratione
4 adulterij alterius cõparis. ¶ Secũdò* ergo, vt ſciatur quã-
do circa hoc accidit mortale,quæritur vtrũ actus cõiuga-
lis ſit aliquãdo mortale peccatũ ratiõe intẽtionis?Et dicit

Pet.de Pal.ꝙ ſic, quãdo intẽtio eſt mortalis: puta,ex libi-
dine tanta,ꝙ intra limites matrimonij nõ ſiſtat: ſed idem
faceret cũ quacunq; perſona occurrẽte,inhęrens volupta
ti,vt fini vltimo.Et in hoc cõcor.Sã.Th.Bona.Ric. & oẽs.
Sed ſecũdùm eundẽ Pet. intelligitur ſi actu cogitetur de
tali inordinatione intẽtionis.Vnde quantũcunque inten
datur voluptatis appetitus,ſi de alia perſona non cogite-
tur,nõ eſt mortale: etiã ſi quis ita eſſet diſpoſitus,ꝙ deli-
beraret de alia, ſi occurreret mẽti: qa habitibus nõ mere-
mur,aut demeremur,ſed actibus.Et idẽ videtur Archi.qñ
vir in coitu ad aliã dilectã carnaliter intẽdit, aut vxor ad
5 aliũ. ¶ Tertiò* quæritur,vtrũ ſit mortale,quãdo locus eſt
ſacer? Et circa hoc diſtinguit Rich.quia nec reddere, nec
exigere licet,ſi ibi ſint cõiuges breui tẽpore. Si tamẽ lon
go tẽpore ibi ſint violẽter: licitũ eſt reddere, & exigere.
S.Tho.aũt & Pet.in iiij.dicũt ſimpliciter,ꝙ in loco ſacro
cõiunx debitũ reddere nõ tenetur.quia nõ ita tenetur in
omni loco,ſicut in omni tẽpore:cũ tẽpus nõ poſſit ꝑ hoc
violari,ſicut locus.Sed nec in alio loco,niſi honeſtate ſer
uata:qa nõ in publico. Vtrũ aũt hoc ſit mortale, aut venia
le,hoc nõ dicũt. Sed Pet.de Pal. ſimpliciter dicit hoc eſſe
mortale,etiã ſi alius loc⁹ haberi nõ poſſit: qa nõ licet ꝓ-
pter hoc ſacrũ locũ violare:cũ nõ ſit neceſſitatis,ſicut vri
nã effundere.Vñ certum eſt,ꝙ petere nõ licet,inquit:ſed
nec alter reddere tenet̃, cũ hoc fieri nõ poſſit ſine irreue
rentia ſacri loci: q indiget inde recõciliatione ex natura
facti,ſecũdũ Io.An.licet ꝑ accidẽs ſit occultũ.Hęc ex illo.
Ego verò diſtinguo:& dico hoc eſſe mortale, ſi fiat ex li-
bidine,etiam alias intẽtiõe veniali,vel cauſa ſanitatis, aut
prolis, aut alia cauſa tẽporali: qa violatur locus ſacer ſine
neceſſitate,& cõſequẽter cũ irreuerẽtia. nõ aũt ſi fiat pro
pter bonũ animæ ad euitandã illicitã corruptelã in ſe,vel
ſocio:etiã ſi in ipo exercitio act⁹ interueniat voluptas ve
nialis, quæ prius in intẽtione nõ fuerat: ex qua intentiõe
principaliter act⁹ eſt pẽſand⁹. Quo caſu etiã recõciliatio
ne nõ indiget:qa ceſſat irreuerẽtia: vt ſ. Cõſecratio ij. §.
v.caſu iij.Et iſta eſt mẽs Richardi ſubiũgẽtis,ꝙ in tali caſu
non videtur debere intelligi illa prohibitio:quia non eſt
ponẽdus laqueus aĩabus, ꝓpter mũditiã loci. ex quo pa-
tet,ꝙ loquitur,qñ imminet periculum animæ ſolũ.Vnde
6 male Roſel.hoc tenet indifferẽter. ¶ Quartò,* an ſit mor-
tale ratiõe modi cõtra naturã?Et dico,ꝙ modus naturalis
quãtũ ad ſitũ, ſecũdùm omnes,eſt vt mulier iaceat in dor
ſo,& vir ſuper ventrẽ eius incũbat,obſeruãs ad ſeminãdũ
vas debitum.Vnde ſcdm S.Tho.in iiij.diſt.xxxj.in lit.du-
plex eſt modus coẽundi cõtra naturã. Primus, quia vas de
bitũ nõ ſeruatur in ſeminãdo:& hoc, ſecũdùm omnes eſt
mortale,nõ ſolùm in viro id attẽtãte,ſed etiã in fœmina,
ſi huius ſit cauſa:imò ſi hoc patiatur: nec excuſat eã animi
diſplicẽtia,aut timor odij,aut ꝟberũ, aut incõtinẽtiæ ma
riti,vel hmõi,ſed ſola violẽtia abſoluta.Secũdus eſt,cùm
ſeruatur debitũ vas,ſed non debitus ſitus, à quo deuiatur
parũ,lateraliter coẽũdo,magis ſedẽdo, magis ſtando,vel
mulieres ſupergrediẽdo,maximè beſtialiter.i. retro acce
dendo:circa quę ſunt opiniones.Quantũ enim ad ſuper-
greſſionẽ mulieris, Pet.de Pal. dicit eſſe mortale:intelli-
ge ſi in tali ſitu cõſumetur actus.& idẽ Henri.Bohic. in c.
inquiſitioni.de ſen. excommu. Cuius rationem aſſignãt:
quia ille modus non conuenit infuſioni,& receptioni ſe-
minis: vnde videtur impediri generatio prolis. Sed hoc
dico falſum: quia matrix trahit ſemen ad ſe: etiam ſi mẽ-
brum virile non intrat clauſtra pudoris, ſicut concipiunt
mulieres in balneis, vbi viri ſpermatizant. ¶ Et Sanctus
Tho.

Tho.narrat in quolib.quòd filia virgo in ſinu patris in ſo
mno polluti cõcepit ſaluo pudore virgineo.Quãtũ verò
ad reliquos modos,dicit idẽ Pet.& idẽ Henri.ſimpliciter
ꝙ eſt mortale,ſi fiat præcisè cauſa voluptatis ſine cauſa ra
tionabili:qa eſt abuti ſacramẽto cõiugij:ſicut eſſet morta
le peruertere ſciẽter ritũ & vſum alterius ſacramenti,non
ſolùm in eſſentialibus,ſed etiã in accidẽtalibus:non autẽ
ſi hoc fiat ex cauſa rationabili.Sed dico,ꝙ voluptas ſiſtẽs
intra limites matrimonij,non peruertit vſum huius ſacra-
mẽti,quod ſcilicet eſt etiã in remedium:alioquin accedẽs
modo naturali ad ſuã cauſa voluptatis,peccaret mortali-
ter.Et idẽ ſentit cũ Pe. gl.Ray.excepto ꝙ nõ videt̃ diſtin
guere ſupergreſſionẽ à reliquis modis:ſed in omnib⁹ hu
iuſmodi dicit eſſe mortale, ſi fiãt cauſa voluptatis: ſed qa
non probat,nihil ad eam dico.Sum.aũt Ang.& Ro. tenẽt
iſta non eſſe mortalia,etiam ſupergreſſionẽ:modò poſſit
mulier retinere ſemẽ:aliter eſt mortale.Sed ratio nõ con
cludit:quia natura vel matrix de ſemine aliquãdo parũ re
tinet abiecto reliquo,& ſequitur conceptio:quia ſi trahit
7 ſemẽ diſtans: multo magis retinet ſibi contiguum. ¶*Et
ideo dico tria. ¶ Primum, ꝙ in omnibus huiuſmodi ſunt
cõiuges acriter increpãdi,quãdo ex voluptate hęc faciũt,
tanquam peiores beſtijs,quæ modũ ſuũ obſeruant. ¶ Se-
cundum,ꝙ compatiendũ eſt exiſtẽtibus in matrimonio:
quia in talibus actibus parum aut nihil habent rationis.
¶ Tertium,ꝙ ſeruato vaſe nihil taliũ auderẽ dicere eſſe
de ſe mortale,etiã ſupergreſſionẽ vel retro aſcẽſionẽ,ſed
ſolùm ex intẽtione,vel intentione voluptatis non ſiſtẽtis
intra matrimoniũ,vel aliquo huiuſmodi.Vñ ſi ſubeſt ra-
tionabilis cauſa,omnes illi modi licent.quod probari põt
ratione,ſic:Nullus enim coitus matrimonialis, ex quo ſe
qui poteſt generatio,& in quo ſeruatur finis ſacramẽti hu
ius poſſibiliter eſt de ſe mortalis: quia qui aliquẽ coitum
condemnant de mortali,hoc faciũt propter aliquã illarũ
rationũ.Sed omnes prædicti ſunt huiuſmodi:quia ſecun-
dùm Alb.Magnũ in omnibus talibus ſequi poteſt genera
tio,vt etiã patet ex dictis:& ſeruari poteſt finis ſacramẽti:
vt ſcilicet intẽdatur aut proles, aut remediũ corruptelæ.
Vnde iſti modi nõ ſunt de ſe illiciti:ſed illicitè obſeruan-
tur ex rationabili cauſa:puta,infirmitatis,vel periculi ab-
orſus,aut naturalis diſpoſitionis,vel huiuſmodi.Probatur
etiã authoritate.Nam dicit S. Tho.in iiij.diſt.xxxj. in li-
tera, Quando vas debitũ prætermittitur,ſemper eſt mor-
tale:quia impeditur generatio,& totaliter intẽtio naturæ
fruſtratur. Quãdo autẽ permittitur debitus modus ſecun
dùm ſitum,nõ eſt ſemper mortale,vt quidã dicunt:ſed po
teſt eſſe ſignũ mortalis concupiſcẽtię.quãdoq; etiam ſine
peccato eſſe poteſt,quãdo diſpoſitio corporis aliũ modũ
nõ patitur,in quo quãto magis à naturali diſpoſitione re
ceditur,tãto eſt graui⁹.hęc ille.qui, vt patet,nõ diſtinguit
ſupergreſſionẽ ab alijs modis.Et quod dicit de diſpoſitio
ne corporis,intellige de quacũq; ægritudine vel periculo
ſuffocãdi fœtũ,aut alia rationabili cauſa,ſecundũ Veruec.
Alber.etiã Magnus,à quo S. Tho.iſta fortè audiuit, dicit
in iiij.ꝙ nihil horum,quæ facit maritus cũ vxore ſeruato
vaſe debito eſt de ſe mortale:ſed põt eſſe ſignũ mortalis
concupiſcẽtię:cũ nõ ſubeſt infirmitas,vel alia rationabilis
cauſa.Arch.etiã,qui fuit ſatis timoratus in decidẽdo,dicit
ꝙ de mortali argui nõ poſſunt vxores,ſi timore verberũ
aut incõtinẽtiæ virorũ eis aſſentiãt in huiuſmodi,ex quo
de ſe,ſecundũ Alber.nõ ſunt mortalia: quia de intẽtione
exigẽtiũ non habẽt iudicare,vt per hoc poſſint debitũ ne
gare:nec de facili eſt præcipitãda ſentẽtia, ꝙ talis modus

8 ſit de ſe mortalis.hæc ille. ¶* Quintò quærit̃,vtrum actus
matrimonialis ſit mortale peccatũ ratione periculi abor
ſus tẽpore conceptus aut partus?Et dicit Pet.de Pal.&c.ꝙ
ſic,ſi probabiliter timet̃:quia eſt cõtra charitatẽ exigẽdo
& reddẽdo.Si verò tẽpore conceptus vel impregnationis
nõ eſt periculũ reddere debitũ,licet:& põt etiã exigi ſine
mortali:cũ matrimoniũ ſit nõ ſolũ in officiũ,ſed ẽt in re-
mediũ.Magis autẽ imminet periculũ tale,circa principiũ
cõceptionis:quia licet,ſecũdũ Auic.matrix poſt cõceptio
nem claudatur ex delectatione:tñ aliqñ aperitur,& con-
ſequẽter materia nondũ coagulata diſpergitur, & effun-
dit̃:nõ tñ erit mortale,ex quo nõdũ erat formata materia,
ſi hoc nõ intẽdatur.Poſt partũ autẽ immediatè dũ mulier
eſt in puerperio,licet deceat continẽtia donec mulier ſit
purgata,tñ nõ eſt mortale reddere vel exigere,ſecũdũ Pe.
de Pal.niſi mulieri inde eſſet periculũ mortis vel aggraua
tionis.Et c.ad eius.di.v.& c.ſi cauſa.xxxiij.q.iiij.& c.nõ ſo
lum.q.vij.loquuntur de honeſtate.& cõcor.Rich.Imo ex
actus reddere tenetur,ſecũdũ opinionẽ cõem doc. ¶ Sex
tò quæritur,vtrũ ſit mortale tẽpore mẽſtruorũ?Et dico,ꝙ
Leui.xxxix.infligitur pœna mortis viro reuelãti turpitu-
dinẽ menſtruatæ:& mulieri aperiẽti fontẽ ſanguinis ſui.
quod ſecundũ S.Tho.in iiij.diſ.xxxij.cũ prohibitũ fuerit
duplici ratione.ſ.propter immunditiã & nocumentũ inde
proli ſequẽs frequẽter,quãtũ ad primũ fuit pręceptũ cere
moniale,& morale quãtũ ad ſecũdũ:qa omnis vſus matri
monij,quo impeditur bonũ prolis,ad quod principaliter
ordinatur,inordinatus eſt:vnde propter ſecundã rationẽ
hoc pręceptũ obligat etiã in noua lege,licet nõ ꝓpter pri
mã.hæc ille.Quibus ſtãtibus diſtinguit:quia ſi fluxus mẽ
ſtruorũ ſit innaturalis mulieri.i.inordinatè & quaſi conti
nuè ex aliqua infirmitate proueniẽs, nõ prohibetur acceſ
ſus ad illã in lege noua:quia mulier in tali ſtatu cõcipere
nõ põt: & oporteret virũ perpetuò abſtinere.hęc ille.cui
oẽs in hoc cõcordãt.Et adde,ſecũdũ mẽtẽ eius,ꝙ etiã tali
mulieri non eſt illicitũ exigere.quod etiã Arch.tenet, &
cõis ſchola.Si verò ſit naturalis,quẽ.ſ.mulieres ſanę deter
minatis tẽporibus patiũtur:ſunt opiniones cõtrariæ: qua
rũ contrarietas facit,ſecũdũ Verue. vt cõfeſſor reprehẽde
re, quãtũ põt prohibere,debeat:nõ tñ abſolutionẽ nega-
re nolẽti abſtinere à redditione vel etiã exactione.Et qui
dem Pet.de Pal.tenet vnũ extremũ.ſ.ꝙ nõ ſit mortale nec
reddere nec exigere ſcienter,etiã ſi credatur inde mõſtrũ
generari:qa,inquit,nõ eſt hîc maior timor de infectione
prolis,quàm in lepra,quę exactionẽ nõ prohibet.Sed hoc
eſt cõtra dictũ ꝑceptũ Domini expreſſe.Motiuũ aũt ſuum
nullũ eſt,quia nõ eſt eadẽ ratio:quia ſi leproſus nõ coiret
durãte lepra,nũquã coiret,cũ ſit perpetua.& ſic nũquã na
ſceretur proles.quod eſt ei peius,quàm naſci cũ mõſtruo
ſitate vel infectione.Secus aũt hic:qa mẽſtruũ parũ durat:
eoq; ceſſante ſequi põt cõceptio mũda.vñ Dominus pro
hibuit hoc,& nõ illud.Et hæc reſpõſio eſt de mẽte S.Th.
vbi ſ.Alij aũt tenuerũt aliud extremũ,dicẽtes illicitã eſſe
tã redditionẽ in muliere,q̃ exactionẽ. Sed vt dicit S.Th.
hęc opinio videtur derogare matrimonio, per quod dat̃
viro oĩmoda ptãs in corp⁹ mulieris q̃tũ ad coitũ.Et adde
tu hoc maximè verũ in caſu,in quo loquit̃ S.Tho.ſcilicet
vbi maius periculũ immineret.ſ.ſpiritualis infectiõis per
dãnatas corruptelas:quod pei⁹ eſt,q̃ prolẽ infici.Ideo eſt
opinio S.Th.media,ꝙ ad mulierẽ meſtruatã nõ licet viro
accedere:nec etiã tali mulieri licet exigere debitũ,ẽt ſi ſit
ſterilis:quia quãdiu patit̃ mẽſtrua,certũ eſſe nõ põt,ꝙ ſit
ſterilis:quia q̃dã ſteriles in iuuẽtute proceſſu tẽporis fœ-

cundantur, & econuerſo: vt dicitur in x. de *Animalibus*. Si
autē vir debitum petat ſciēter, debet eum precibus & mo
nitis auertere: non tamē ita efficaciter, vt poſsit ei occaſio
eſſe incidēdi in alias damnabiles corruptelas, ſi ad id pro
nus credatur. Si verò ignorāter: tunc poteſt mulier aliquā
occaſionē prętēdere, vel infirmitatē allegare, ne debitum
reddat, niſi periculum viro timeatur: tamē finaliter ſi vir à
petitiōe nō deſiſtat, debet debitū reddere poſcēti: paſsio
nē verò ſuam non eſſet tutū indicare, ne vir inde abomi-
nationē ad illā cōcipiat, niſi de viri prudentia præſuma-
tur. Præceptū autem domini intelligendū eſt, quādo vter
que voluntariè conſentit: nō autē ſi mulier inuoluntaria,
& quaſi coacta debitū reddat. hæc ille. Et hoc innuit Do-
minus dicens, Aperuerit fontem, &c. ſcilicet ſi ipſa ſponte
reddit. Puto tamē eſſe mentē S. Tho. ꝙ non ſit mortale in
viro exigere, quādo ſibi timet de corruptela illicita, nec fa
cilè poteſt aliter prouidere: quia magis animæ ſuę, quàm
corpori generandæ prolis tenetur conſulere: in muliere
tamē exactio ſemper eſt peccatū mortale: quia tēpore mē
ſtruorum nō ita mouetur vt de facili ſit in periculo corru
9 ptionis. ¶ Septimò* quæritur, vtrū ſit mortale, quādo con
iunx illū præuenit prouocando cogitationibus, tactibus,
cibis, & huiuſmodi? Et dicit Petr. de Pal. ꝙ ſic, nō ſimplici-
ter: ſed quādo in talibus præparatorijs propter ſe delecta
tur: ſicut ſi ex tactu polluatur extra vas debitū: aut ſi diu his
inſiſtat finaliter, id eſt, non intendēs venire ad actū coniu
galē. Si tamen hæc fiant cauſa vitandæ fornicationis in ſe
vel alio, aut cauſa reddendi debitū, ſicut colūbi, vrſiq; ſe
prouocāt, nō inſiſtēdo in horum delectatione, ſed ſolùm
quærendo ad actū illum parari, nō videtur peccatū: quia li
cet iuuare corpus ad obediēdum rectę rationi. erit autem
veniale, ſi hæc ordinet ad voluptatē coitus infra limites
matrimonij: quia videt̃ idē de his quod de fine. hęc Petr. q
deinde dicit vnū repugnās ꝓdictis, ſcilicet ꝙ licet ſit mor
tale fundere ſemen extra vas, ne ſequatur proles: tamē eſt
mortale eadē intētione ſe retrahere ante complemētum
actus, ne ſeminet, niſi fortè mulier prouocetur ad ſeminā-
dum: quia non tenetur actū inchoatū reſumere, niſi vxore
petēte: & idē, vt dicit, videtur poſſe de muliere, quę ſtatim
poſt coitum mingit vel ſe erigit vt ſemē emittat. Sed iſta
opinio quantū ad ſecundū eſt cōtra c. aliquādo .xxxij. q. ij.
vbi dicitur meretrix ea, quę prolē ſuā interimit antequàm
viuat. i. antequàm ſit, vt dicit glo. & eadē ratio eſt hîc, & in
procurante venena ſterilitatis, de quo ibi. Primū etiā qđ
ſequitur Sum. Ro. cōtra Ang. eſt valde irrationabile: quia
ſi eſt mortale tangere impudicè manibus cū intētione nō
cōſummādi: quomodo nō erit mortale cū hac intētione
tāgere mēbris genitalibus, & ingredi clauſtra pudoris: nō
eſſet tamē mortale, ſi talia agēs cum intētione conſummā
di ante finē ex aliqua cauſa ſe retraheret, de conſenſu vxo
ris. Dicit autem Sum. Ang. & Roſ. ꝙ in tactibus delectari
non ad cognoſcēdū ſeu coëundū, non eſt mortale, niſi ve
niatur ad pollutionē, quod verū eſt dupliciter. Primò, quā
do tactus nō ſunt impudici procedētes ex venere, ſed ex
amore, vt oſcula, & cōplexus honeſti. Secūdò, qñ ꝓcedūt
quidē ex venere, ſed de coitu nō cogitat̃, ita ꝙ nec inclu-
ditur nec excluditur: & locus eſt aptus ad coitū, ſi ſuccede
ret eius volūtas: aliter aūt ſunt mortalia: quia omnis actus
venereus, qui nō eſt coitus cōiugalis, vel ad illū ordinatus
10 actu, vel habitu, eſt illicitus. ¶* Octauò quæritur, vtrū ſit
mortale denegare debitū petēti omnino, vel excuſet̃ ali-
qua ratione? Et dico ꝙ eſt mortale, ſecūdū omnes, niſi ſub
ſit rationabilis cauſa, vel niſi precibus aut ſuaſionibus eū
auertat. quod tamē cum multa inſtātia fieri nō debet pro
pter multa pericula: quia eſt cōtra iuſtitiā propriū petēti
non reddere: petere tamē non tenetur, ſecundū Ric. quia
nullus tenetur vti iure ſuo. quod intelligo, niſi ad vitandā
fornicationē in ſocio. Nec excuſat, nolle multiplicare in
prole: nec à fortiori ira vel odiū, nec tēpus ſacrū, puta qua
drageſima, aut aliud ieiuniū, vel ſolēnitas: ſed tenetur red
dere petēti, etiā interpretatiuè ſolùm, puta per nutus: quia
nō refert vtrū verbis aut factis, qs ſuā exprimat volūtatē.
ff. de legi. l. de quibus. quod maxime verū eſt in fœmina:
quia, vt dicit S. Th. ſolet eſſe in hoc verecūdior maſculo.
Quæ ſecundū Aug. de Ancho. ſuper epiſtolis Pauli, tripli
citer hoc petit: primò verbo, ſecūdò ſigno, tertiò cōditio
ne, quādo ſcilicet vir ſcit eā debere petere, & ex verecūdia
diſsimulare. Et in prædictis concordant omnes doctores:
quātū tamen ad tēpus ſacrū, Alex. dicit, ꝙ in ſolēnitatibus
eſt mortale cognoſcere cauſa voluptatis. & idē tenēt ali-
quæ gl. quod verū eſſe poteſt ratione cōtēptus ſacrę diei,
non aliter: quia capitula hoc dicētia conſulunt, & hortan
11 tur: non autē præcipiunt, ſecundū Rich. ¶* Nonò quæri-
tur, vtrū ſit mortale ante benedictionē, vel habēti impedi
mentum voti vel affinitatis, exigere? Et dico ꝙ ſic. Nam
Gul. & Rodo. dicūt mortale eſſe vti cōiugio ante benedi
ctionē abſq; diſpēſatione, vbi conſueuit adhiberi benedi
ctio nuptialis. quod Rich. limitat quantū ad exigētē. Ar-
chi. quantū ad primā exactionē tantū, non autē quantū ad
reddentē. Vnde dicit S. Thom. in iiij. ꝙ ſi ſponſa admittit
ſponſum ad actū coniugalē ante benedictionē, credēs eū
velle conſummare matrimoniū, nō peccat, niſi ſigna appa
reant fraudis expreſſa: vt ſi ſit conditio multū diſtans pro
pter nobilitatē, aut diuitias: tamē reddere non tenet̃. Imò
videtur ꝙ non ſit mortale in exigēte propter euitādā for
nicationē, quando benedictio citò dari nō poteſt propter
aliquā cauſam, puta dotē habēdā, niſi ratione ſcādali. arg.
eorū quæ dicuntur infrà, Inobediētia. in princip. Vnde di
cit Alber. quod dictū Rodo. eſt nimis durū. & idē videtur
ſentire Inn. & domi. Anto. in c. j. de ſpon. quia licet cōſue
tudo habeat vim legis: tamē lex nō ſemp obligat ad mor-
tale, niſi ſit præceptiua. de elec. generali. li. vj. Ex quib⁹ vi
det̃ ꝙ nō ſit mortale ſimpliciter cōſummare ante benedi-
ctionē: vt etiā innuit S. Thom. niſi eſſet ſcandalum. Vnde
ēt Dir. li. j. dicit, ꝙ nō eſt mortale cognoſcere vxorē poſt
verba de præſenti, antequā in facie eccleſiæ deſpōſet̃: qñ
quis ex iuſta cauſa nō ducit eam ſolēniter: puta, quia terra
eſt interdicta: vl̃ eſt ſenex, & erubeſcit: vel eſt nobilis, & ac
cepit ignobilē, & huiuſmodi. Vnde ſpōſis conſulēdū eſſet
ad euitādū multas pollutiones & peccata. ꝙ ſi publicato
matrimonio ſpōſa duci vel benedici non pōt, conſumme
tur. Habēs autē votum ſimplex, quāuis ſi cōtrahat, teneat
matrimoniū, & eo conſummato reddere debitū teneatur
exactus, tamē exigere non pōt, etiā ſecundū Ioā. An. licet
videatur tenere cōtrariū: & exigēdo, ſecūdū S. Tho. pec-
cat mortaliter, quaſi faciēs cōtra votū: quod quantū eſt ex
parte ſui, adhuc poteſt implere. ſ. non exigēdo. Et quia in
voto cōtinētiæ ſolus papa diſpēſat: ideo ab eo petēda eſt
licētia, vel diſpenſatio exigendi: quāuis aliqui, vt Guliel-
mus, dicant epiſcopū in hoc poſſe diſpēſare. Quod verū
putarē, quando talis nec adire, nec mittere poſſet Romā.
Et idem dicūt Canoniſtæ de eo, qui religionē approbatā
ingredit̃ intētione perſeuerādi: quia talis ingreſſus habet
vim voti ſimplicis, & ſecūdū aliquos, ſolēnis: ſed vt diffu-
ſe deduxi in Aur. Roſ. in caſu lxxiiij. ipſi textum canonis
non intelligūt, qui intentionē perſeuerādi, ſeu vitā mutā
di, intelligit intentionē profitendi in ipſo ingreſſo: quod
olim licuit etiam in mēdicantibus. Similiter qui poſt ma-
trimoniū contractum per verba de præſenti cognouit cō
ſanguineā vxoris, exigere nō pōt ſine mortali: licet teneat
matrimoniū, & reddere teneatur. & in hoc diſpēſare pōt
papa ſine dubio: & ſecūdū Pet. de Pal. etiā epiſcop⁹: quod
Arc. dubitat. Ego verò credo verū, vt ĩ caſu priori, quādo
ſcilicet nō adeſt poſsibilitas adeūdi Romam: quia nō de-
bent animę remanere in laqueis ita faciliter: nec hoc intē
12 dit eccleſia. ¶ Decimò* quęritur, vtrū ſit mortale reddere
vel exigere debitum à cōiuge manēte in adulterio? Et di-
cit Rich. ꝙ nō, ſi eſt correctus, vel corrigi paratus: ſecus ſi
eſt incorrigibilis, id eſt, nō paratus corrigi: quod ſecūdū
eū prę ſumitur, qñ pertinaci animo renuit corrigi: aut cor
rectionē ſpōdēs, ex cōſuetudine relabitur: ſic peccat mor
taliter cognoſcēdo, faciens cōtra conſtitutionē eccleſiæ:
ētiā ſi ſit occultum, ſecundū aliquos. & text. eſt in c. ſi vir.
de adult. in c. ſi quis vxorem. xxxij. q. j. imò nō licet eo ca-
ſu viro miniſtrare vxori neceſſaria, ſi ea negādo emēdare
tur: qa tenetur eā omni modo quo pōt emendare. Quod
tñ fallit primò, ſecūdū Arch. in Roſa. & S. Tho. ac Rich.
in iiij. qñ innocēs exigit timore ſuæ incōtinētiæ. Et ratio
eſſe poteſt: quia nō tenetur ſuo periculo corrigere ſociū.
Secūdò, ſecūdū Hug. de Ca. no. in iiij. qñ ceſſatio exactio
nis & redditionis nō corrigeret: ſed proficeret in peius,
vel ĩutiliter ſcādala ſuſcitaret: quia ordinatio eccleſiæ nō
eſt facta vt fiāt ſcādala, vel inutiliter homo ſui iuris detri-
mētū patiat̃. Tertiò, ſecundū Pet. de Pal. qñ eſt occultū: qa
ceſſat ratio ſcandali: quod verū eſt ſolùm, qñ continentia
nō proficit ad correctionem, quæ etiā fuit in cauſa huius
cōſtitutionis. Quartò, ſecundū eū, quando eſt ſpes de cor
rectiōe, ſcilicet ſtatim fiēda: qa ſi nō eſſet ſtatim, ſed poſt
alia ſcelera, teneretur abſtinere ad corrigēdū. Quintò, ſe
cundū eūdē, qñ incorrigibilē animo cōpeſcere pōt inclu
dendo: & ſic prohibendo ne exeat, vel alius intret ad illā:
quod ſolùm in vxore locū habet, cui⁹ nō eſt, maritū inclu
dere. Sextò, qñ plus cohibetur, ſaltē ꝓpter hoc, ꝙ detine-
tur, quàm expoſita, quæ eo ipſo ſe proſtitueret: pri⁹ tñ, vt
idē dicit, debet exponere his, qui ſciūt eā fornicariā, ne-
gotiū: & ſi inde ſcandalizantur, eſt ſcandalū Phariſæorū,
non puſillorū. De muliere aūt dicit idem, ꝙ nō ſic tenet̃
dimittere virum: quia nō habet illū ſic de facto, ſed verbo
corrigere: & eſt veriſimile, ꝙ quāto magis ad eā, tāto mi-
nus ad fornicariam accedet. vnde virum dimittere nō te-
netur, niſi qñ vellet eā cognoſcere innaturaliter, id eſt, ex
tra vas: aut quādo timet ne ꝑuertat eam ex cohabitatiōe:
quia tūc tenetur eū, etiam quātum ad domum, dimittere.
Adulterās autē licet peccādo in legē matrimonij actu cō
iugali indignū ſe reddat, nec debeat exigere, niſi purgata
culpa, ſecundū Ray. ſaltē quo ad forū animæ: tñ ſecūdùm
Doct. exact⁹ reddere tenet̃: & ſecūdū Supplementū ſi ipſa
exigat, licet iniuſte, alter, id eſt, ĩnocēs, reddere tenet̃: ſed
13 hæc eſt contra cōmunē doctrinā. ¶ Vndecimò* q̃ritur, in
quibus caſibus act⁹ cōiugalis ſit peccatū veniale? Et dico,
ꝙ in ſex, ſecūdùm Pet. de Pal. in iiij. diſtĩ. xxxj. ¶ Primò, qñ
procedit aliqua rationis deordinatio, ſed non tāta, vt ſit
mortalis, ſicut in prædictis caſibus: puta ſi petatur tēpore
ſacro, ceſſante cōtēptu ſacri tēporis & eccleſiaſticę exhor
tationis, ſecundū gl. Ray. & S. T. quē tñ contēptū Supple
mentū male accepit, ꝓ nō curare. de quo vide ſ. Cōtēpt⁹.
¶ Secūdò, ſi petat̃ ex voluptate, intra tñ limites matrimo-
nij ſiſtendo, etiā ſi ſe prouocēt. Et hoc expreſſe dicit Aug.
j. Cor. vij. in prin. & tenet communis ſchola: licet Supple-
mentū conetur hoc aſtruere eſſe mortale. ¶ Tertiò, ſi fiat
cauſa vitandæ infirmitatis. & idem S. Tho. ¶ Quartò, qñ
qs exigere vel reddere incipit bona intētione: ſed deinde
mutatus iam hoc vult cā delectationis: & hoc extra horā
deciſionis ſeminis: qa tūc nō habetur vſus rōnis. ¶ Quin
tò, qñcunq; aliud intēdit quàm finē cōiugij, id eſt, ꝓlem,
vel debitū. ¶ Sextò, qñ hoc agit cā vitādæ fornicationis: ĩ
quo tamē, vt idē dicit, ſunt opiniones duæ: vna, ꝙ ſemper
ſit peccatū, ſi ſit cauſa vitādæ fornicationis in ſe: alia, quòd
ſimpliciter non ſit peccatū: quarū prima dicit verū, quādo
aliter poſſet faciliter vitare, puta abſtinēdo: ſed eligit iſtā
viā voluptuoſam, quia voluptatē abſorbētē rationem prę
fert, ei quod eam cōſeruat. ſecūda verò, qñ quis aliter me
lius vitare non poteſt: vt quia habet loqui ſecretè cū mu-
14 liere, de qua ſibi timet. ¶ Duodecimò* quæritur, q̃bus ca
ſibus actus cōiugalis exercetur ſine peccato vel cum meri
to? Et idē in iiij. di. xxxj. dicit, ꝙ meritori⁹ eſt in quatuor
caſibus. ¶ Primò, quādo quis ſuppoſita gratia reddit debi
tū: quia eſt actus iuſtitiæ. ¶ Secūdò, qñ debitū petit cā pro
lis generādæ & educādæ Deo: quia eſt actus latriæ. quod
verū credo, etiā ſi de ſeruitio Dei nihil cogitet, ſed ſolùm
de ſucceſſore: quia ex quo eſt in gratia, & facit rē ex gñe
ſuo bonā dādo eſſe, & nullo malo fine, hoc virtualiter or-
dinat in Deū. ¶ Tertiò, qñ hoc facit ad cōſeruādū cōpa-
rem ſuū à fornicatione: quia eſt act⁹ charitatis. ¶ Quartò,
qñ facit ad eādē vitādā in ſe: & aliter meli⁹ vitare nō pōt:
qa eſt actus prudētię vel caſtimoniæ. ¶ Suppoſita verò ca
rētia gratiæ, prædictus act⁹ dictis quatuor modis eſt indif
ferēs: quia nō eſt meritori⁹, cū gratia nō informet̃: nec de
meritorius, ꝓpter carētiā culpę, nō obſtāte, ꝙ inde homo
erubeſcat: quia de tribus erubeſcimus: ſcilicet primò de
culpa, & ſecūdò de habēte ſpeciē culpæ: vt iſte actus, q eſt
eiuſdē ſpeciei cū fornicatione: & tertiò de naturalib⁹ de
fectibus: vt eſt egeſtio, & huiuſmodi. ¶ Decimotertiò, q̃ri
tur qd agēdū ſit cū qs primò cōtrahit cū vna clādeſtinè, &
deinde cū alia publicè, an ſcilicet teneat̃ reddere debitū
primæ? Et dico, ꝙ ſi hoc ſine ſcādalo facere non pōt, vt qa
eccleſia eū excōicat, vel huiuſmodi: nō tenet̃ reddere, ſed
tenetur nō reddere, quia ab omni ſpecie mali abſtinendū
eſt. j. Theſſal. vltimo. & ſimiliter nō tenetur, ſecundū Ver
uec. ſi eſt in loco, vbi conſuetum eſt, ꝙ ante carnalē copu
lam adhibeatur benedictio nuptialis, & ſibi imputet q̃ clā
deſtinè contraxit, ingerēs ſe periculo, ceſſante tñ ſcādalo:
vt ſi cum prima ſine ſcandalo migret ad aliam regionē, &
ceſſante dicta conſuetudine licitè cohabitabit primæ: ſed
tñ ſi à ſecunda recedere nō poteſt ſine ſcandalo, nō tene-
tur ire cū prima, aliàs tenetur. Et propria authoritate hoc
poteſt ſecundùm glo. Ray. & vt in Sum. Conſ. li. iiij. ti. ij.
q. xxxvj. nec eſt contra, inquit, quod ſolet dici, virum non
debere diſcedere ab vxore ſine iudicio eccleſiæ. hoc eñ
intelligēdū eſt, quando inter eos eſt impedimentū aliud
quàm ligatio matrimonij præcedētis: vt voti ſolēnis, vide
ibi. Secundæ autē nullo modo reddet, qa nō eſt vxor, ſed
cohabitabit ad pręceptum eccleſiæ, & neceſſaria miniſtra
bit, modo hoc ſine periculo adulterij fieri poſsit: alioquin
non cohabitabit, etiam ſi inde excommunicetur, ſed ſepa
ratus miniſtrabit neceſſaria.

DE VOTIS coniugum, infrà Votum. V.

DECANVS eſt idem, quod Archidiacon⁹, vide ſuprà
de eius officio in tit. Archidiaconus.

DE DECIMIS, Primitijs, & Oblationibus.

1 *Decima iuridicè ſumpta, quid ſit. Et decimarum ſpecies quot
ſunt. Et quid primitiua, ſiue primitiæ.*

*2 Oblatio à decima in quo differat. Et quotupliciter dicatur ob-
latio,& quot requirantur,ut oblatio dicatur.*
*3 Iura,quid de primitijs uelint,ac caueant. Et an ſint ſub præce
pto. Et quid de oblationibus. Et quot modis ad eas teneri quem
contingat.nume.4.*
*5 Senenſes,num poßint tollere oblationem fieri ſolitam in aßum
ptione beatæ Mariæ. Et ſub hæc ad quos pertineant oblationes.
& quis eas recipere queat. Et an religioſi licitè capiant.*
*6 Pecuniam pro mißis dicendis,ſacerdoti oblatam,quas in pœni
tentia iniunxit,an idem recipere queat.*
*7 Laici,num præſcribere poßint cõſuetudinem, per quam ſibi in
die purificationis candela offeratur:& quanto tempore.*
8 Oblationes aliquorum recipi,prohibitum eſſe. Et qui ſint hi.
9 Decimæ,an ſint de præcepto,& quo iure debeantur.
*10 Abſolutione decimarum,num quis per conſuetudinem excuſari
poßit. Et quatenus cõſuetudo hoc præceptum abrogare queat.*
*11 A ſolutione decimarum,num quis papæ diſpenſatione poßit ex
cuſari,uel tranſactione,ſeu debentis decimas compoſitione eas
accipere.*
*12 Decimæ de quibus dari debeant. Et à quibus dãdæ ſint.nu.13.
Et quibus dandæ. Et de hoc cõcluſiones ſeu dicta decem.nu.14.*
15 Decimæ quando,ubi,& qualiter dandæ ſint.
*16 Iura,quid de decimis à laicis percipiendis uelint:& in hoc di-
cta multa,de quibus ordine.*
*17 Decimas alteri eccleſiæ debitas,in pignus nõ debet eccleſia,uel
aliter accipere.remißiue.*

1 DECIMA *iuridicè,ſecundùm Hoſt.in Sum.de deci.
§.j.eſt omnium bonorum mobilium licitè quæſito
rũ pars decima Deo data, diuina conſtitutione debita: vt
colligitur de deci.c.j.& c.parochia.& c.nõ eſt.& c. tua no
bis.& c.cũ non ſit in homine.Et intellige Deo, id eſt, Dei
miniſtris.Et dicũtur etiã pluraliter decimæ:quia,ſecundũ
eũdem,tres ſunt decimæ ſpecies, ſcilicet decima ꝓdialis:
id eſt,eorũ,quæ proueniũt ex prędijs:vt ſunt,vinũ,bladũ,
fructus arborũ,& huiuſmodi.Et perſonalis: id eſt,eorum
quæ proueniunt ex opere perſonali,vt ex mercatione,ar-
tificio,ſciẽtia,militia,venatione,& huiuſmodi.& miſta,id
eſt,eorũ,quæ partim ex prædijs,partim ex opere perſona
li ꝓueniũt:vt ſunt animalia,quæ paſcuntur ex prædijs, &
humano opere nutriũtur,& fœtus ac fructus eorũ. ¶ Pri-
mitia aũt,ſecũdùm Ray.& alios eſt prima pars frugũ ſiue
fructuum domino offerẽda.& ĩtellige prima,id eſt, digni
tate præcipua:& domino,id eſt,diuino cultui:quia primi
tiæ offerebãtur per modũ oblationis.ij.ij. q.lxxxvj.Nunc
aũt dicunt pluraliter primitiæ ſecundũ fructuum varieta-
2 tẽ.¶ Oblatio*aũt in hoc differt à decima, ſecũdũ eũ ibi,
& q.viij.in hoc, ꝙ oblatio offert Deo ĩmediatè, id eſt, ad
cultũ Dei:& dicitur ſacrificiũ,ſi inde fiat aliquod ſacrũ cõ
ſumendũ:decima verò nõ offertur ĩmediate Deo, ſed mi
niſtris eius,ſcilicet ſuſtentãdis,aut diſpenſaturis.Oblatio
aũt cũ tripliciter dicatur,ſcilicet donatio interviuos facta
Deo vel eccleſiæ,& donatio cã mortis pro anima,q̃ dicit
etiã mortuarium: & oblatio quotidiana & vſualis,quã fa
ciũt fideles quotidie ad miſſam , vel hmõi: & iſto modo
videtur eſſe omne Deo oblatũ immediatè: licet cõſequẽ
ter cadat ĩ vſum miniſtrorũ:vt cãdelę,panes oblati in alta
ri, pecunię,ornamẽta,& huiuſmodi.& à primitia differt,
ſicut genus à ſpecie:qa omnis primitia eſt oblatio,nõ ecõ
tra,cũ oblatio ſit etiã de nõ fructib*.Et hęc,vt ſit oblatio,
tria rẽqrit,ſecũdùm Pan.in c.fi.de verb.ſig.Primò,vt offe
rẽs ſit Chriſtianus:qa ab infidelib* oblationẽ eccleſia nõ
recipit,ſed æſtimationẽ oblationis pro intereſſe. de vſu.
quãto.Secũdò,vt is,cui offert,ſit ecclia,qa quod ſit pr.ua
tæ ꝑſonæ,nõ eſt oblatio,ſed donatio.Adde etiã ſi illa pſo
na ſit eccleſiaſtica:vt ex diffinitiõe patet.Tertiò,vt res da
ta ſit licitè acqſita: alia verò ꝓ oblatione nõ accipiunt.de
vſu.quia in omnibus.de deci.ex trãſmiſſa.& gl.ſum.xiiij.
q.v.Et intellige illicitè acqri aliquid dupliciter,ſcilicet vel
cõtra iuſtitiã,vt in furto:vel mediante peccato,vt in me-
3 retricio.¶ Primò*verò q̃ritur,qd iura velĩt de primitijs?
Et dicit S.T.ij.ij.q.lxxxvj. ꝙ olim erãt de ꝓcepto ceremo
niali quo ad determinationẽ:puta,ꝙ talibus perſonis ex
hiberentur:aut de primis fructibus,vel huiuſmodi. in cõ-
muni verò de iure naturali: nũc autem ſunt de præcepto
eccleſiæ ſecũdũ cõſuetudinem patriæ: & earũ quãtitas o-
lim non fuit determinata in lege,quia erãt per modũ ob-
lationis,de cuius ratione eſt voluntarium. & ſecundùm
Hiero.ex magiſtrorũ arbitrio:qui plurimum,dabant fru-
ctuum partẽ quadrageſimã:aliqui minimũ,ſexageſimũ:in
ter q̃ duo licebat quodcũq; voluiſſent offerre:ſed nũc, in
quit,ſtatur conſuetudini.& cõcor.Inno.dicens, ꝙ ex quo
earũ quãtitas nõ inuenitur expreſſa iure canonico:in op-
tione dantis eſt dare quantum vult: niſi cõſuetudo regio
nis aliud inducat.Adde, ſecũdùm Alex.ꝙ non ſolùm ſunt
in ꝓcepto,qñ eſt cõſuetudo:ſed etiam quãdo indigent, &
petunt eccleſiæ miniſtri:eccleſiæ,ſcilicet eius,cui debent,
q̃ ſecundũ Hoſt.eſt parochialis,arg.c.doctos.& c.modera
mine.xvj.q.j.quod Sum. Ang.ſequitur.ſecundũ Goff. ve-
rò diuidẽdæ ſunt ſicut decimæ.de quo j.§.viij.Sed meli*
dicit Sum.Piſa.dandas his,quibus dari cõſueuerũt, & ma
gis indigẽt,quia tota earũ determinatio in lege noua eſt
per cõſuetudinem.Dicit aũt Veruec.ꝙ ibi cõſuetudo eſt
ꝙ nõ ſoluãtur,obtẽta ſine cõtradictione à tẽpore de quo
nõ eſt memoria,nõ ſoluẽtes excuſant. imò dico, ꝙ hmõi
cõſuetudines nõ ligant, vel abſoluunt, niſi eo modo quo
4 & cõſuetudo decimarum.de qua j.§.iiij.¶ Secũdò* quæ
ritur,qd iura velint de oblationibus?Et dico multa. ¶ Pri
mũ.Secũdũ S.T.ij.ij.q.lxxxvj.oblationes de ſui natura ha
bent,ꝙ ſint volũtariæ.cõtingit tamẽ aliquos ad eas teneri
quadrupliciter.Primò,ex cõuẽtione præcedẽti:vt dũ con
ceditur fundus eccleſiæ vt fiat certa oblatio,q̃ tñ habet ra
tionẽ cẽſus.Secũdò,ex deputatione, vel ꝓmiſsiõe, vt cũ
qs eccleſiæ donatione inter viuos offert,aut relinquit in
teſtamẽto aliquid in poſterũ ſoluendũ.Tertiò,ꝓpter ne-
ceſsitatẽ eccleſiæ, puta ſi miniſtri ſeu ſacerdotes eccleſiæ
nõ habẽt vñ ſuſtentẽtur.quod ſecundũ Hoſti Inn.& gloſ.
Ray.limita,niſi ſubditi ſubuenire nõ poſſent,quo caſu vi
ctũ manibus q̃rãt.xcj.di.clericus victũ. Quartò,ꝓpter cõ
ſuetudinẽ,qa tenent fideles in aliquibus ſolẽnitatibus ad
aliquas oblationes cõſuetas:tñ his duobus vltimis caſibus
oblatio eſt quodãmodo volũtaria quãtũ ad quãtitatẽ vel
ſpeciẽ rei oblatę.hæc ex illo.Et cõc.Ray.& Gofr.addẽtes,
ꝙ ad cõſuetudinẽ tenẽdã cogi pñt,nõ à ſacerdote, ſed ab
epõ,cui* auxiliũ implorãdũ eſt in talib*.de ſimo.ad apo-
ſtolicã.& idẽ S.T,Sum.tñ Ang.tenet,ꝙ nõ ſunt de ꝓcepto
ratione cõſuetudinis,cũ iſta ſint liberæ facultatis,iuxta di
cta pri* s̃.Cõſuetudo. §.xiiij.& idẽ videt ſentire Sũ. Roſ.
qbus tamẽ repugnãt & Supplementũ,& fere oẽs Doct. &
dictum eiuſdẽ Sum.Ang. quæ vult primitias eſſe de ꝓce-
pto ratione cõſuetudinis, de quibus nõ eſt ratio maior q̃
de oblationibus. Repugnat etiam ratio,quia ſi hmõi con
ſuetudo non ſit obligatoria,vix erit inuenire aliam,cũ ſit
valde rationabilis & præſcripta à tẽpore,cuius no eſt me
moria.Nec valet motiuum, quia oblationes nõ ſunt ſem
per liberæ facultatis, ſed aliquãdo neceſsitatis,& de iure
naturæ;vñ cõſuetudo eas põt determinare quo ad certos
dies,

dies,licet retineant aliquid voluntarij, vt dictũ eſt.Poſſet
tamẽ rõnabiliter dici,ꝙ ratione cõſuetudinis ſunt in præ
cepto eo modo quo eſt cõſuetudo.ſ.ꝙ offerat maior pars
populi:nõ autẽ ſemper ſinguli de populo,ſed ſolùm pro 7
maiori parte ſolẽnitatũ.Vnde nõ eſt alicui mortale,ſi ob-
lationem intermittat rarò ex aliqua cauſa:puta qa non ha
bet ad manũ quid det.& facit §.ſequens.¶ Secundũ.Poſi-
to,ꝙ ciuitas ſit ſolita oblationẽ,vel certũ quid eccleſię da
re:illud per ſtatutũ mutare nõ põt,ſecũdùm Pan.in c. abo
lẽde.de ſepul.de mente Bar.in l.priuilegia. C. de ſac.ſan.
eccleſ.per tex.illũ q dicit, ꝙ ſolita ab antiquo eccleſijs,&
miniſtris tribui,aliquo modo non debẽt immutari . ¶ Ex
5 *quo infert,ꝙ non poſſunt tollere Senenſes oblationẽ ſo
litã fieri in Aſſumptione beatæ Mariæ.& quaſi in ſimilib*
terminis tenet Lu.de Ro.in ſuis ſingularibus, cõcludẽs,ꝙ
incerta ſolita conuerti in vtilitatẽ alicuius eccleſię,à tẽpo
re cuius non extat memoria,non põt ciuitas per ſtatutũ in
vtilitatẽ alterius eccleſiæ conuertere.& vnus caſus eſt in c. 8
ad apoſtolicã.de ſimo.alius in c. veſtra. de loca. & allegat
Bart.in d.l.priuilegia.& Ioan.And.in addi.Specu.Sed iſta
intellige,niſi aliter cõſtaret de intẽtione inducẽtiũ cõſue
tudinẽ:ex quo cõſuetudo habet vim obligatiuã , vt ſuprà
dictũ eſt,Cõſuetudo. §.xiij. Vnde ſi cõſtat oblationẽ eſſe
introductã pro fabrica alicuius eccleſię prę ſcriptã , vel ali
ter:ea cõpleta licitè mutabitur.¶ Tertiũ. Oblationes ſe-
cũdũ S.Th.pertinẽt ad ſacerdotes:& pro aliquo cauſa lai
ci eas prohibẽtur accipere,vel comedere.xj.q.j.ſanctorũ.
& c.ſeq.ſed ſecundũ S.Th.intelligitur qñ ſunt cõſecratæ:
vel qñ eas propria authoritate rapiunt:aut etiã ratione pa
rentelæ ſine neceſsitate.Et ſecundũ Ray.oblationes, quæ
fiunt in ecclia parochiali ſacerdoti eius: vel ſi alij eccleſiæ
offerũtur,prælato illius dandæ ſunt.Et idẽ videtur ſentire
S.Tho.dicẽs religioſos eas licitè recipere tripliciter.Pri-
mò per diſpẽſationes ſacerdotũ,vel ordinationẽ ecclię,
ſi ſunt pauperes.Secũdò,ſpõte factas,ſi ſint miniſtri alta-
ris.Tertiò,ex debito,ſi parochiæ ſunt eorũ,ſicut eccleſiæ
rectores.Et hoc etiã ſi fiat capellæ ſitæ intra parochiã, vel
altari:qa nihilo minus ſunt rectoris, & nõ presbyteri ca-
pellæ,ſecundũ Pan.& do.Anto.in c.paſtoralis.de his quæ
fi.à præla.& à fortiori,ſecundũ eundẽ do. Ant. ſi fiant ima
gini depictæ muro intra limites parochiæ. Et facit gl.in l. 9
ſtatuæ.ff.de vſufr.& Ang.in diſputatione, quæ incipit, in
fulgẽti palatio.quod limitatur verũ,qñ fiũt intuitu eccle-
ſię parochialis:vt j.Votum.ij.§.viij.Et idem eſt ſecundùm
eundẽ,ſi fiant celebrãti in eccleſia alicuius:quia ſimiliter
ſunt rectoris.quod tñ fallit, qñ epiſcopus in ecclia cathe-
drali,vel parochiali celebrat:quia oblatiões cõmuni iure
ſunt eius.de paro.ſuper eo.quo tamẽ caſu ſi conſuetudo
eſt in contrariũ,ſequenda eſt,dũmodo epiſcopus accipiat
ſuã canonicã portionẽ de omnibus.Si tamẽ epiſcopus ali
cubi nimis frequẽter celebraret,ſecus, ſecũdũ Archid . Et
idem eſt in archiepiſcopo viſitãte prouinciã.de cenſi.Ro-
mana.Si autẽ in eccleſia S.Laurẽtij ſit cõſuetudo,ꝙ archi
presbyter habeat oblationes diei dominici,& ſacriſta diei
S.Laurentij,& ille eueniat in dñica , oblationes tunc erũt
archipresbyteri,ſecũdũ Bart.per l.procõſul.ff.de offi.pro
con.quia dies dominica maior eſt alio feſto : & inſpicitur
potius,quod naturale,quàm qd accidẽtale eſt.Facit l.dies
6 feſtos.C.de ferijs.¶ Quartũ.*Pecuniam oblatã ſacerdoti
pro miſsis dicẽdis,quas ipſe in pœnitẽtia iniũxit,recipere
poteſt,ſecundũ Sum.Ang.quod verũ eſt,quando nullũ in
de ſcandalũ,vel admiratio ſequitur:aliàs ſecus: qa ſpecies
mali eſt.de vi.& ho.cle.cum ab omni. Vnde ſecũdũ Hoſt.
vel talia non iniungat,vel man det celebrari per alium,n
tamen per vicinum,vel gratis celebret:aut inde acceptum
pauperibus eroget,ſcilicet ſciẽte eo,qui dedit. ¶ Quintũ.
*Secundùm Fede.conſi.clv.laici præſcribere poſſunt con
ſuetudinẽ,ꝙ eis candela die purificationis offeratur:quia
parũ eccleſijs nocet,& laicis ad deuotionẽ multũ confert.
Et hoc ſequitur Sum . Roſ.& verũ credit ſpatio annorum
xl.quia,inquit,parochiani præſcribere poſſunt ius patro-
natus,quod plus eſt,vt not.Io. An.de reg.iur. quod alicui.
lib.vj.Sed hoc eſt falſum , qa iſta cõſuetudo quãtũ ad vnã
candelã Federici nõ eſt eccleſię grauis:ſed quantũ ad mul
tas eſt grauiſsima:& tanto magis , quanto inde inimicitiæ
ſequuntur.de cõſue.c.j.Item per eam eccleſia ſubmittitur
laicis,contra c.ij.de re.eccle.nõ alie.li.vj. Item ſoli patro-
ni videntur eſſe priuilegiati,vt eis cenſus,ſeruitus, vel tri
butũ ab eccleſijs reddatur.de iure patron.c.pręterea. Nec
eſt ſimile de iure patronatus:qa hoc nõ eſt liberæ faculta-
tis,vel iſta oblatio,vel donatio. ¶ Sextum.*Secundũ Ray.
& glo.in c.oblationes.di.xc.oblationes aliquorum recipi
prohibẽtur ab eccleſia.Primò,notoriè diſsidentiũ. Secun
dò,opprimẽtiũ pauperes:vt in d.c.oblationes. Tertiò, ra
ptorum,de rap.ſuper eo.Et quartò,vſurariorũ.de vſur.qa
in omnibus.Et quintò,meretricũ.Et ſextò , eius qui viola
uit eccleſiæ immunitatẽ,nec vult emendari.xvij.q.iiij. mi
ror.Et ſeptimò,ſacrilegorum. xij.q.ij.de viro. Et octauò,
pœnitentiũ aliquãdo.de cõſe.diſt.iiij.eos.Aliorũ autẽ nõ
ſunt reſpuẽdæ,ſecundũ gl.ibi,quã ſequitur Sum . Ang. qa
hoc eſt pœnale,& extẽdi nõ debet , niſi quatenus reperit.
Addit tamen Ray.& Sum.Cõf.quãdo eſt aliquod crimen
notoriũ & horrẽdum.arg.d.c.miror.Et ꝙ prędicta intel-
liguntur,qñ crimina ſunt manifeſta, & peccatores nolunt
emẽdari,& ſimiliter ſecundũ Sum.Pi.poſt.Hoſt.idem eſt
de quolibet hęretico & excõicato:& conſtitutio pœnalis
aliqñ extẽditur,maximè vbi eſt ratio maior:vt infrà, Ex-
cõmunicatio.iij.particula.xx.Adde etiam & de Iudęis:de
quibus dicit c.quanto.de vſur.ꝙ cõpellendi ſunt eccleſijs
ſatisfacere de decimis & oblationibus debitis, quas ꝑcipe
re conſueuerant à Chriſtianis de domibus & poſſeſsioni-
b* antequã ad eos deueniſſent.quod,ſecũdũ Veru.limita
tur,ſi aliqd habẽt præter vſuras iuſto titulo.& cõcor.Hoſ.
¶ Tertiò,*quantũ ad decimas quæritur,vtrũ decimæ de-
beantur de pręcepto,& quo iure?Et dicit S. Thom.ij.ij.q.
lxxxvij.& ij.quol.art.viij. ꝙ in lege veteri debebantur ad
ſuſtentationẽ miniſtrorũ Dei.vnde illud pręceptum erat
partim mortale,& iure diuino & naturali rõne inductum,
quę dictat neceſſaria miniſtrãda eſſe à populo miniſtrãti-
bus in cultu diuino:partim iudiciale,pertinẽs ad ęqualita
tem inter homines ſecundũ conditionẽ illius populi, ro-
bur habẽs ex inſtitutione diuina:quę determinationẽ cer
tæ partis introducit, tribu Leuitica poſſeſsiones nõ habẽ
te:ſed & cũ ceremonialibus cõueniebat,quantũ ad aliquã
ſignificationẽ.Cùm igitur pręcepta moralia in noua lege
neceſſariò ligẽt,& ceremonialia neceſſariò dimittant, &
iudicialia obſeruari poſsint,& nõ obſeruari : & ad eorum
obſeruantiã aliqui obligẽtur,ſi ſtatuantur:præceptũ deci-
marum in noua lege partim obligat ex iure naturali , in-
quantum eſt morale datũ à Domino Matth.x.vbi dicitur,
ꝙ dignus eſt operarius mercede ſua.partim ex inſtitutio-
ne eccleſiæ,cuius authoritate inſtitutũ eſt , vt cũ populus
nouę legis ad maiora obligetur,quàm veteris,iuxta illud
Matth.v.Niſi abũdauerit,&c.non minus exhibeatur mini
ſtris noui teſtamẽti,qui ſunt maioris dignitatis,q̃ veteris:
vt probat Apoſtolus j. Corinthio.iij. ſed detur decima:vt
ſię

ſit quædam noui & veteris teſtamenti conſonãtia:quæ ta
men pẽſatis opportunitatibus perſonarũ ac temporũ aliã
partem determinare poſſet.Hęc ex S.Tho.Et addit Alex.
in iij.parte Sum.ꝙ in duplici caſu locũ habet hoc præce-
ptum.Primò,cùm in neceſsitate à miniſtris eccleſiæ petũ
tur:intellige,etiã ſi nõ ſit cõſuetudo:vt dicit S.Th.ij.quo
li.art.viij.Secũdò,ſi ſit cõſuetudo,etiã ſi nõ petãtur:vt ĩ c.
peruenit.& in c.in aliquibus. de deci.quia ipſa cõſuetudo
expoſtulat:vt ibi dicit S.Tho.Et intellige,etiã ſi non adſit
neceſsitas,ſed miniſtri ſint diuites, vt dicit S.Th. vj.quol.
ar.x.Adde tu,ꝙ obligat tertiò,quoties petũtur, etiam ſine
cõſuetudine & neceſsitate:licet eccleſia bene faceret non
exigẽdo in tali caſu,qñ probabiliter ſcãdalũ timeretur: vt
patet ex dicto quol.ij.& vj. Qũo aũt religioſi teneãtur de
hoc præcepto conſcientiã facere aut prædicare,vide ĵ. Ex
cõmunicatio.viij. excõicatione xliij. & xliiij.vbi habes,ꝙ
ſunt excõicati,ſi omittunt ſcienter facere de hoc conſciẽ-
tiam ſibi cõfitentibus,& prædicant negligẽtia non purga
ta:aut ſi aliquid dicunt etiã in priuato,vt retrahant à deci-
marũ ſolutione. & adde ꝙ ſit prædicatoribus grauiſsimũ
præceptũ,ꝙ in prima dominica Quadrageſimæ,& quarta
& vltima,& in feſtis Aſcenſionis Domini, Pentecoſtes,&
Natiui.Ioan.Baptiſtæ,Aſsumptionis,& Natiui.beatæ Ma
rię,audiẽtes informent,ſi fuerint requiſiti ſuper decimarũ
10 ſolutione,de pœ.cupientes.in clem.¶ Quartò* quęritur,
vtrũ per contrariã cõſuetudinem poſsit quis ab hoc pręce
pto excuſari?Et dico,ꝙ in hac quæſtione Canoniſtę veri-
tatẽ non intelligẽtes multa incõueniẽtia faciunt. Primò,
quia ſine neceſsitate chartas implent.Secũdò,qa male de
terminãt.Tertiò,qa ineptè Theologos reprehẽdũt.vnde
tria faciã.Primò,faciã fundamẽta veritatis.Secũdò, reci-
tabo aliquid de Canoniſtis,reſpõdendo dictis eorum , &
refellendo,& approbando. Tertiò, cõcludam veritatem.
¶ Quantũ ad primũ,ſciendũ eſt primò ex S. Tho. ij.ij. &
quol.vbi ſ.& Alex.ſimiliter vbi ſuprà,ꝙ hoc pręceptũ eſt
mortale,& de diuino iure naturali,inquãtũ ad hoc, ꝙ mi
niſtri ſuſtentẽtur:& iudiciale quantũ ad taxationẽ talem.
Vnde omnes,inquit S.Th.velint nolint,tenẽtur ad deci-
mã:licet eccleſia ſtatuere poſſet,ꝙ daretur octaua,vł duo
decima.¶ Sciendũ eſt ſecundò, ꝙ ſecundũ eoſdem & oẽs
Theologos,præcepta iudicialia in noua lege nõ obligãt,
niſi inquantũ in noua lege denuò ſtatuũtur,& efficiuntur
de iure poſitiuo,ſeu humano:cui⁹ rationẽ omitto ad prę
ſens.& habetur xij.q.iij.& iiij. ¶ Sciẽdum eſt tertiò,ꝙ ius
diuinum,aut naturale per conſuetudinẽ abrogari nõ põt,
ſcilicet inquantum eſt tale:ſecus de humano . & de hoc ſ.
Conſuetudo. §.ix.¶ Quantum ad ſecundũ,quidam Cano
niſtę,vt Ray.Hoſ.Hug.Car.& Arc.& quidã alij,dicũt hoc
præceptum poſſe abrogari,quãtũ ad decimas perſonales,
quia non eſt de iure diuino.quod nõ bene dicitur: qa vbi
nõ ſunt prædiales ſufficiẽtes,vt Genuę,Venetijs,& ĩ mul-
tis alijs locis,perſonales ſunt đ iure naturali:alioquin po
pulus diues poſſet ſine culpa habere clerũ egẽtẽ. Quantũ
ad prædiales aũt,dicit Inn . ꝙ nulla conſuetudo excuſare
poteſt à peccato,ſi non ſoluãtur,& plene ſoluãtur . & hoc
tenent multi Canoniſtę propter verũ fundamẽtum falsè
intellectũ:quia.ſ.ſunt de iure diuino . quod non bene di-
citur:quia de iure diuino & naturali ſunt ſolùm quãtũ ad
ſuſtentationẽ miniſtrorum:ſed non quantũ ad quotã præ
taxatam:vnde valere poteſt cõſuetudo,ꝙ nõ plenè ſoluã-
tur. Qui verò eorũ Theologos reprehẽdũt in hoc, quòd
dicũt ſic eas non eſſe de iure diuino,ineptè loquuntur:qa
nõ ſunt ita rudes Theologi,vt nõ ſciãt eas eſſe de iure di-
uino,id eſt,hoc ſcriptum eſſe in iure diuino inter præce-
pta iudicialia cõputatum:ſed dicũt, ꝙ illud præceptũ mo
dò nõ ligat vt ius diuinũ,quantũ ad taxationẽ , ſed vt hu-
manum:vt diuinũ autem ligat,quantum ad ſuſtẽtationem
miniſtrorũ. Vnde latius d.Ant.de But. dicit Canoniſtã in
iſta materia nõ eſſe bonũ determinatorẽ,ſed Theologũ:
vnde ei ſtandũ eſt. ¶ Quantum ad tertium dico,ꝙ conſue
tudo abrogare poteſt hoc præceptũ,quantũ ad quotam ta
xatam,& excuſare non ſoluẽtes plene:quia vt ſic,eſt huma
num,non autẽ quantum ad totũ,vt ſcilicet nihil ſoluatur :
quia quantum ad hoc eſt diuinũ & naturale, nõ diſtinguẽ
do inter perſonales aut prędiales:vbi tamen ex cõſuetudi
ne nihil ſoluitur,eccleſia remittit. Vnde non eſt mortale,
niſi in tribus caſibus.Primò,ſi petãtur decimę,& negẽtur:
quã tamen petitionẽ nõ ſufficit fieri per curatũ, ſecũdùm
Arch.vbi non eſt conſuetũ. quod limito, niſi ſit indigẽtia
magna:imò,inquit,dubiũ eſt de diœceſano:vnde ad papã
recurrendũ eſſet.Secundò,ſi nõ petãtur,& obſtinatio tãta
ſit,ꝙ ſi peterentur,propoſitũ eſt non reddẽdi. Tertiò,quã
dò clerus patitur valde in decẽtia victus & veſtit⁹,& popu
lus abundat:qa ſi talis indecentia exigit eleemoſynã: mul
to magis exigit rem aliàs iure naturali & diuino taxatam.
Poteſt tamen dici ſecundũ Veruec.ꝙ quãdo nulla decima
ſoluitur,videntur domini prædiorũ breui manu ſoluiſſe:
& ꝙ eis eccleſia deinceps redonauęrit.Iuxta hęc intellige
S.Tho.dicentẽ,ꝙ nulla conſuetudo ſoluere poteſt homi-
nes ab obligatione decimarũ:quia fundatur ſuper ius diui
num & naturale,ſcilicet quantũ ad aliquid: nõ autẽ quan-
tum ad iſtã determinatã quantitatẽ: vnde ſemper, inquit,
tenentur homines ſoluere,etiã vbi non eſt cõſuetudo ſol-
uẽdi,ſi eccleſia exigat,ſcilicet modo prędicto,id eſt autho
ritate papæ:vel in caſu indigẽtię magnæ:licet inquit ibi,ſi
non exigat,remittere videatur,dum diſsimulat.Vnde ibi
homines nõ peccãt,niſi ratione obſtinationis,habẽtes vo
lũtatẽ nõ ſoluẽdi:quia durũ videtur dicere, ꝙ oẽs Itali &
Orientales damnentur,decimas non ſoluẽtes. Cuius argu
mẽtũ ſumere poſſumus ab Apoſtolo,qui neceſſaria victui
ſibi debita nõ accipiebat ab auditoribus illa debẽtibus,ne
offendiculũ daret Euãgelio,& tamẽ illi nõ peccabãt: alio
quin ipſe nõ accipiẽdo male cũ eis egiſſet. Nec obſtat ,ꝙ
alicubi rõne cõſuetudinis milites accipiũt decimas,quod
maius eſt quàm eas non dare:quia,inquit,nõ habẽt ius ac
cipiẽdi,cùm hoc ſit ſpirituale,in laicã perſonã nõ cadens:
ſed res illę tẽporales,quę iure exiguntur,ex cõceſsione ec
cleſię datæ ſunt eis propter aliqua ſeruitia eccleſię facta:ſi
cut & eccleſia remittere põt ipſos fructus,qui debẽtur pro
decima,non tñ tollere ius exigendi,aut debitũ reddendi.
11 hæc ex illo.¶ Quintò* quęritur,vtrũ ab hoc pręcepto poſ
ſit quis excuſari ex diſpẽſatione papæ,vel trãſactione,ſeu
cõpoſitione debẽtis decimas accipere?Et quantum ad pri
mum Alex.dicit,ꝙ ſic,inquantũ hoc præceptũ eſt iudicia
le.Pan.verò in c.ã nobis.eo.ti.poſt glo.tenet idem, dicẽs
ꝙ papa ius decimarũ in totũ tollere nõ poteſt:ſed quibuſ-
dam perſonis remittere poteſt:quia per primũ tollitur ius
diuinum,non per ſecundũ.Et idem Ala. & Hoſt. limitan-
tes,quod dicitur,in totũ:niſi ex cauſa,& ad tempus.Et idẽ
Inn.addẽs,ꝙ laicis remittere non põt,quo ad Deum,pręte
ritas,aut futuras ſine cauſa.Pro quo eſt gl.notabilis ĩ c.nõ
eſt.de voto.quia licet habeat plenã poteſtatẽ, debet tamẽ
facere ſicut diligẽs paterfamilias , diſpẽſando vnicuiq; ſi-
cut opus eſt:ſed quo ad eccłiã militãtẽ põt. Quantũ verò
ad ſecundum,tenet Sum.Ang.contra Roſ. ꝙ remitti non
poſſunt decimæ:niſi is,qui debet eas,ſit pauper:qa cũ ſint
paup

pauperum, conuerti nõ poſſunt in nõ pios vſus,ſed dicit
Hoſti.ꝙ cõpoſitio inter eccleſiaſticũ & laicũ ſuper parte
decimæ de cõſenſu prælati ſuperioris,valet:& ſecundùm
Ray.ſi quis retinuerit decimas tẽpore longo,& nũc pœni
tẽs remiſsionẽ petit, quia aliàs oporteret eũ mẽdicare:ſa
cerdos videns eũ contritũ & vera dicentẽ, remittere de-
bet ei tanquã pauperi:cũ hoc eidẽ poſtea dare deberet.
xvj.q.j.quoniã.iniungendũ tamẽ eſt ei,ſecũdũ Gofr.ꝙ re-
ſtituat,ſi venerit ad pinguiorẽ fortunã.Verue.addit, ꝙ e-
tiã ſi eſt diues,põt in totũ vel ĩ parte dimittere:ex quo ab
ſtinere vult in poſterũ.Et idẽ Rod.Et dicit idem Veruec.
hoc poſſe epiſcopũ.quod ego verũ credo,quãdo bene,id
eſt,ex rationabili cauſa mouetur:vel qa videt,illũ nõ poſ
ſe,aut ſimpliciter,aut cõmodè ſatisfacere:& ita debiliter
diſpoſitũ ad bonũ,ꝙ niſi remitteret,adhuc iaceret ĩ pec-
cato,vel huiuſmodi:qa tũc nõ eſt infidelis diſpẽſator: ſed
vtiliter agit negotiũ domini ſui:ſicut etiã pro cõuerſione
eiuſdẽ laudabiliter exponeret eccleſiaſtica bona. Opinio
nem aũt Ro.quã Sum.Ang.reprobat, ſequunť cõmuniter
Canoniſtæ in c.ſtatuimus.de trãſac.& in c.fi.de rer.perm.
& Pau.per illũ tex.& Hier.Zaneti.qui in ſua repet.c.j. de
accu.hãc Sum.in hoc notauit,vbi etiã alleg.Ioan.Andr.&
12 But.& idẽ Alberi.& hoc ſequitur Sũ.Piſ.¶ Sextò* quæri-
tur,de quibus decimæ dari debeãt?Et dico, hodie ſtandũ
eſſe cõſuetudini. Iuridice tamen loquendo, dico primò,
ꝙ dari debent de omnibus fructibus terrarũ,arborũ, hor
torum,animalium,piſcationũ,venationum,fructuũ,pen-
ſionũ, molendinorũ etiam ad ventũ,balneorum,fullonio
rũ,lapicidinarũ,metallariorũ: item de negotijs, & artifi-
cijs,& cæteris bonis,vt dicit Ray.& colligitur xvj.q.j.& q.
vij.& de deci.in multis ca.Et ſi eodẽ anno in eadem terra
diuerſa ſemina iaciãtur,de oĩbus dari debent.extrà eo.ex
parte canonicorũ.¶ Dico ſecũdò,ꝙ de donatis,legatis,&
ſucceſsione acquiſitis,ſecundũ Alb.ſoluendæ nõ ſunt:ſed
de his tantũ,quæ quis naturaliter vel de ſuis operibus ac
quiſiuit.Probabilius tamen,ſecundũ Veruec.videtur no-
taſſe Hug.xvj.q.j.decimæ.ꝙ legatarius & donatari⁹ tenẽ
tur decimare legatũ & donatũ,licet decimatũ fuerit à le-
gatore vel donatore.nõ aũt ad hoc tenetur fili⁹ patri ſuc
cedẽs in re à patre decimata:cũ omnia patris quodãmodo
ad ipſum pertineãt:hæres tamẽ extrane⁹ ad hoc tenetur.
Quia tamen Inno.non videť multũ vnam harũ opinionũ
alteri præferre:ſtandũ in hoc putarẽ interpreti legũ con-
ſuetudini.ff.de legib.l.ſi de interpretatione. ¶ Dico ter-
tiò,quãtum ad illicita acquiſita,ſecundũ Hoſt.ꝙ decimas
prædiales quilibet indiſtinctè ſoluere teneť, quãtumcũq;
peccator,& Iudæ⁹,& inuaſor: & eccleſia recipere põt:qa
non dantur intuitu perſonæ: ſed quaſi ex cenſu debito ꝑ-
diorũ.extrà eo.de terris.& cõcor.Ray.& Alex.Quãtũ ad
perſonales verò diſtinguit: quia dari nõ debent de his, q̃
ſunt reſtitutioni obnoxia.Si verò nõ ſunt reſtituẽda, vt ĩ
meretricio,hiſtrionatu,& ſimilibus:tũc ſi ex peccato no
torio quæſtus prouenit,eccleſia recipere nõ debet,ne vi-
deatur approbare peccatũ:ipſi tamen dare tenenť. Vñ cõ
ſulit,ꝙ meretrix & hiſtrio inde faciãt eleemoſynã.Si tñ ta
les ad pœnitentiã cõuertãtur,põt eccleſia, ſecũdùm Ray.
& Inno.etiam decimas præteritas accipere. & cõcor.San.
Tho.Si autem peccatum ſit occultũ, ſecus eſt:quãuis præ
latus hoc ſciret.arg.xxxij.q.v. Chriſtiana.vj.q.j. ſi omnia.
idem S.Tho.ij.ij.quęſt.lxxxvij. Perſonales tamẽ decimas
Iudæi ſoluere nõ tenentur,cùm nec ſacramẽta percipiãt,
nec audiant diuina.argu.d.c.de terris.Concor.prædictis
13 Ric.ſub alijs terminis.¶ Septimò* quæritur,à quibus dã-
dæ ſunt decimę?Et dico multa.¶ Primũ.Decimas,ſecun-
dùm Alex.dare tenẽtur omnes laici,etiam pauperes & Iu
dæi de prædijs:vt in d.c.de terris.xvj.q.j.decimas.vt cleri
ci de rebus patrimonij,id eſt, de rebus ſuis, niſi deſeruiãt
eccleſiæ cui debentur.eo.c.ij.Et addit,ꝙ vbi eſſet cõſuetu
do,ꝙ de fructibus poſſeſsionũ eccleſiæ teſtari poſſent in
morte,ſimiliter tenentur de ipſis ad decimã.Et ſic intelli-
ge c.ij.de deci.Et religioſi niſi ſint exempti priuilegio.de
quo in c.ſuggeſtũ.de dec.& in multis ſequẽtibus: imo, vt
dicit,priuilegiũ in tribus caſibus nõ liberat ſoluere obli-
gatos.Primò,cũ tenenť pactione:quia priuilegiũ non re-
uocat pactum præcedẽs,niſi de eo fiat mẽtio ſpãlis in eo.
de deci.ex multiplici.Secũdò, cũ enormiter lęditur paro
chialis eccleſia cui debebãtur.argu.d.c.ſuggeſtũ. Tertiò,
cũ eas ſoluẽdo renuntiatur priuilegio tacitè.de quo vide
gl.& Doct.in d.c.ſuggeſtũ.¶ Secũdùm.Adde Alex. ꝙ cle
rici tenenť ad perſonales:vt in d.c.ij. niſi viuant in cõi:qa
tunc,ſicut & religioſi,nõ tenentur de laboribus ſeu nutri
mentis ſuis ꝓprijs.xvj.q.j.decimas.& ſimiliter leproſi cõ-
muniter viuentes nõ tenenť de hortis & nutrimẽtis ſuis.
de eccl.ędifi.c.ij. vbi etiã intelliguntur fœtus, ſecũdùm
Alber.& S.Tho.& ſicut olim leuitæ ſacerdotibus,ita nũc
clerici tenentur ſummo pontifici.¶ Tertiùm.Secundùm
Hoſt.ad decimas prædiales teneť indiſtinctè quilibet præ
dia poſsidens etiã iniuſtè,etiã ſi ſit hæreticus, Iudæus,vel
Paganus:vt in d.c.de terris.extrà eo. quia dantur ratione
prædiorũ,vt ibi,etiã ſi eſſent ſeminata ſemine furtiuo, ſe
cundũ Rayn.& Tho.¶ Quartùm.Cùm ante decimationẽ
venditur aceruus:tenetur vterq; ad decimã,ſcilicet vẽdi-
tor ratione doli & pretij ſuccedẽtis loco rei:arg.xij.q.ij.
monemus.ff.de pet.hære.l.ſi & rẽ & pretium.& ſimiliter
emptor:quia res trãſiuit cũ onere decimarũ:extrà eo.pa-
ſtoralis.xij.q.ij.Auguſtino. Et ita eccleſia petere poterit
à quo maluerit:ſed obtinẽdo ab vno,alter liberatur.Hæc
S.T.& Ray.addens,ꝙ teneatur emptori primò ſoluẽti, ſi
erat venditor in bona fide:nõ aũt ſi fuit in mala fide, niſi
expreſse ſit cautũ:ſecundũ gl.tñ eius in foro pœnitentiali
teneť ei reſtituere,niſi emiſſet minus iuſto ꝓtio.¶ Quin-
tùm.Si ante decimationem ſubtrahatur ruſtico aceru⁹ de
area:tenetur ruſticus,ſi erat in mora ſoluẽdi.i.ſi nõ ſoluit
ſtatim collectis fructib⁹,cũ poſſet,cũ peteretur.xvj.q.j.de
cimæ.extrà eo.cũ hominis. qa periculũ ad ipſum ſpectat:
& ſi ſoluerit,dabit ei eccleſia actionẽ ſuã contra raptorẽ.
Si verò nõ fuit in mora,nõ tenetur,ſed aget eccleſia cõ-
tra raptorẽ.ff.loc.l.ſi in lege.§.itẽ vtiliter.etiã ſi ſacerdos
fuiſſet aliquo modo in culpa vel cã moræ,ſecũdũ Ray.qa
etiã dicit,regulare eſſe,ꝙ ſemper mora poſterior nocet
ei,per quem fit.ff.de pericu.& commo.rei ven.l.illud.Vñ
ſi eccleſia fuit in vltima mora,ruſticus nõ tenetur ad de-
cimã de ſublato,ſed de reſiduo teneť,niſi eccleſia fuerit ĩ
culpa ſublationis ꝓpter aliquã cauſam;quia ipſa tenetur
14 de toto ſublato.¶ Octauò* quæritur,quibus dãdę ſint de
cimæ?Et dico multa.¶ Primum.Decimæ perſonales dari
debẽt eccleſiæ parochiali ſeu baptiſmali,in qua quis diui
na audit,& percipit ſacramẽta:xvj.q.j.q.& licet.q.j.§.j.ni
ſi aliud obtineat conſuetudo.extrà,eod.c.j.& extrà,de de
ci.ad apoſtolicæ.vel niſi præſcriptę ſint, quæ tamen ꝑſcri
ptio per laicũ fieri nõ poteſt. Hæc Ray.Hoſt. & San.Th.
Reges tamẽ & principes decimas perſonales ſoluent epi
ſcopo principalis ſui domicilij, ſecũdùm Inn.& ſi in dua
bus diœceſibus habẽt domicilium, diuidẽtur inter illas.
Prædiales autem decimæ dandæ ſunt illi eccleſiæ intra cu
ius parochiam prædiũ ſitũ eſt.de paro.c.vlt.de deci.quo-
niam

niam.xvj.q.vj.ſi quis laicus.deductis tamē expenſis, ſi res,
puta arbor inciſa ad locū vbi plus valet, transferatur.ſecū
dùm Inn.Et hoc niſi aliud obtineat cōſuetudo, extrà eo.c.
j.& ij.c.cōmiſſum. & c.ad apoſtolicæ. vel niſi præſcriptæ
ſint, ſecundū Hoſt.Ray.& Th. In miſtis autē ſecundū Ho.
cōſuetudo ſeruāda eſt:quæ ſi nō appareat, tūc ſi animalia
continuè paſcūtur in parochia domini ſui, dētur illi eccle
ſiæ.Si verò paſcūtur in aliena, videtur, ꝙ diuidendæ ſint
inter eccleſiā vbi paſcuntur, & eccleſiā propriam:arg.ex-
trà, de teſta.relatum.Sed S.Tho.& Ray.dicūt, ꝙ de lacte,
fœtu, & lana dandæ ſunt eccleſiæ vbi paſcunt̃:vel eccleſijs,
ſi paſcūtur in pluribus.& hoc ſentit Pan.de dec.cū contin
gat.quod verū puto, quādo cuſtodes ibi recipiūt ſacramē
ta, & audiūt diuina. Alioquin vera eſt prior opinio: quia
cū ſint miſtæ, oportet, ꝙ aliquid retineāt de natura perſo
naliū:quòd ſi paſcua ipſa vendantur annuatim, ſecundùm
Inn.decima prædij ſoluetur eccleſiæ vbi ſunt paſcua: & ſi
gratis paſcātur, dn̄s beſtiæ dabit decimā herbæ, ſcilicet vl
tra decimā fructuū beſtiarum:quia herba, quā beſtia euel
lit, trāſit cū onere ſuo, ſcilicet decimarū.ff.de vſuf.l.ſi vſuſ
fructus.ij.§.j.¶Secūdū.Decimæ piſcationis, venationis,
& huiuſmodi, ſecundū Inn.dandæ ſunt eccleſiæ, vbi perci
piuntur ſacramēta:cū ſint perſonales.quod ītellige, vbi pi
ſcatio libera eſt & venatio:quia ſi inde pretiū aut pars ali
qua ſolueret̃, de hoc dādæ eſſent decimæ eccleſiæ in qua
fiunt, cū ſint prædiales.¶Tertiū.Cùm quis decimas tenet
in feudū, propter hoc ſecundū Ray.decimas noualiū nō
recipiet:ſed debentur eccleſiæ parochiali:quia huiuſmo-
di cōceſsiones & priuilegia arctāda ſunt, nō ampliāda. ex
trà eo.tua. niſi forte ſint religioſi ex priuilegio decimas
recipiētes:quia percipiēt etiā noualiū, extrà eo.ex parte.
Secus ſi nō ex priuilegio, ſed ex præſcriptione recipiunt:
quia noualiū decimæ nō eis, ſed eccleſię ſoluēdæ ſunt.ex
trà eo.cū cōtingat.¶Quartum.Si à papa aliquibus noua-
liū decimæ cōcedantur ſecundū proportionē, qua eas ve
teres cōtingebāt.nō intelligitur de his decimis noualiū,
quas tēpore impetrationis alij poſsidebāt:nec habet locū
niſi in locis, in quibus impetratores veteres tpe impetra-
tionis poſsidebant veteres in totum, vel vltra medietatē,
nō extēditur indultum vltra medietatē noualiū:niſi fue-
rint Ciſterciēſes vel Cartuſienſes.Et ſi p huiuſmodi cōceſ
ſiones eccleſię parochiales adeò grauarētur, ꝙ nō poſsēt
cōmodè ſuſtentari & ſoluere epiſcopalia iura: prouideat̃
per ordinarios quòd hoc poſsint.Item quāuis fortè à reli
ligioſis exēptis & alijs fiant decimarū infeudationes:non
licet poſt talem infeudationem ſic de facto præſumptam
huiuſmodi decimas de manu recipere laicorū abſq; diœ
ceſanorū aſſenſu:& illas tātùm quæ ante Lateranenſe cō
ciliū in feudum perpetuò fuerant cōceſſæ: & faciant diœ-
ceſani iuſtitiā parochialibus eccleſijs de decimis habitis
à religioſis:niſi agatur de rebus exemptis. hæc omnia ex
trà eo.ſtatuto.lib.vj.¶Quintum.Decimę rerum, de qui-
bus antiquitus dari nō cōſueuerāt, an dari debeant habē-
tibus eas in feudū, vel eas recuperātibꝰ, aut eccleſię? Ray.
dicit videri, quòd milites, qui aliàs decimas percipiūt, poſ
ſint illas petere, eo, ꝙ eis terra illa ab antiquo fuerit deci-
malis.& vna eadēq; res non debeat duplici iure cēſeri.ex
trà eo.cū tua.Sed hoc, inquit, eſt verum in monaſterio vel
eccleſia:ſecus fortè in laico.Veritas autē eſt, ꝙ laicus non
debet eas recipere, ſicut nec decimas noualiū.ar.ff.de cō
trahen.empt.l.in lege.dictum autē c.cùm in tua.loquitur
tantùm de eccleſijs & monaſterijs.Vnde conſulēdum eſt
quòd ſoluatur eccleſiæ parochiali.& idē Hoſtiē. & Sum.

Cōfeſ.Sed adde vel monaſterio, ſi illud poſsidebat.¶Se
xtum.Qui diu decimas non ſoluit, & vult ſoluere modo,
nō ſoluet ei qui præſcripſit, ſed eccleſiæ parochiali, ſecun
dùm Ray.& Rod. & Veruec.quod verum eſt, ſi qn̄ nō ſol-
uit, ſoluere debebat eccleſię parochiali, & nō aliter, qa re-
ſtitutio faciēda eſt ſpoliato regulariter. Vn̄ ſecundùm Ho
ſtiē.& Ray. epiſcopus nec de noualibus, nec de recupera
tis à laicis retinere debet, niſi ſuā canonicā, id eſt, quatenꝰ
percipiebat de antiquis:& ſi nihil percipiebat de antiquis,
ad minus ſua quarta fraudari nō debet.extrà, eo.quoniam
vbi etiā hoc no.gl.Si tn̄ epiſcopi vel religioſi de conſue-
tudine vel priuilegio percipiunt omnes decimas alicuius
parochię, hoc nō obſtante, debet presbytero portio com-
petēs aſsignari.de præb.extirpandæ. §.cùm igitur. de de-
ci.ſtatūto.lib.vj.& cōſentit Hoſti.¶Septimum.Si conſue
tudo ſit, ꝙ vna eccleſia vel parochia recipiat decimam de
blado, alia de vino, & terra bladum reddēs mutetur, & vi-
num reddat, & econuerſo, ſecundùm Hoſti.qui ꝑcipiebat
de blado, percipiet de vino, & econuerſo:quia licet mutē-
tur terræ qualitates, non tamē ſubſtantia.extrà eo. com-
miſſum. §.ſicut.¶Octauum. Clericꝰ habēs patrimonium
ſufficiēs ſecundùm ſtatum ſuæ perſonæ, ſecundùm Alex.
recipere poteſt decimas vt procurator in neceſsitates pau
perum vel vtilitates eccleſiæ expēdēdas:ſed ſi in proprios
vſus conuertit, ſacrilegium committit, ſi in malos, incur-
rit iudiciū.Facit c.quoniā.xvj.q.j.& c.paſtor.j.q.ij. & hoc
refert ac ſequitur Sum.Ang.& Roſ.ſed malè, quia clericꝰ
poteſt reſeruato patrimonio hæredibus, viuere de bonis
eccleſiæ:vt ſuprà dictum eſt, Clericꝰ.iiij. §.xvj.& hoc vter
que iſtorum concedit.Vnde Rayn.cautius loquitur, dicēs
ꝙ ſi deſeruit eccleſiæ:& percipit non vt in malos, ſed vt ī
pios vſus cōuertat, non peccat:aliter ſacrilegium commit
tit.& alleg.dictum c.quoniam.& d.c.paſtor. Vnde peccat
ſi eas malè diſtrahit:non autem ſi eas accipit, vt inde hone
ſtè viuat.Et adde, quòd ſecundùm San.T.quolib.vj.artic.
x.pauper laicus tenetur diuiti clerico decimas ſoluere, li
cet habeat vnde ſuſtentetur.quia licet ſuſtētatio miniſtro
rum fuerit ratio inſtituēdi decimarum ſolutionē: ex quo
tamen alicui effectum eſt hoc debitum per eccleſiæ ſtatu
tum:nihilominus ei debentur; quāuis ſit diues. Si tamen,
vt dicit Hoſt.non ſeruit eccleſiæ vt debet, vel ſit notorius
fornicator:laicus ei ſoluere decimas nō tenetur, ſed proxi
mo ſuperiori, qui debet illas in vtilitatē illius eccleſię cō
uertere.& decretalis inquit, tua nobis.extrà eo.dicēs non
obſtare nequitiam clericorum, loqtur de occultis.¶No-
num.Decimæ nullo modo p̄ſcribi poſſunt à laicis, vt eis
ſoluantur.de præſcript. cauſam. nec à clericis parochiam
non habentibus, ſed ſolùm ab habētibus.eod.tit.de quar
ta.nec ſimiliter à religioſis parochiā non habentibꝰ:quia
nec poſsideri.xvj.q.j.placuit.ſed ratione parochiarū, ſi ha
bent, eas præſcribūt.extrà eod.cū contingat.& c.cum tua.
quod quidē de perſonalibus ītelligūt: quia ſacramēta nō
miniſtrāt religioſi:prædiales aūt licitè poſsidēt.xvj.q.j.c.
ſi.Adde verò hic primò, ꝙ epiſcopus dicēs ſe decimas prę
ſcripſiſſe in aliena diœceſi, habet titulū probare:quia ius
cōmune eſt in cōtrariū:niſi de cōtrario memoria nō exta
ret.de præſcrip.epiſcopū.lib.vj.vbi etiā dicitur, ꝙ ſi qs rē
eccleſiaſticā præſcribit:ſi ius cōmune vel p̄ſumptio nō ſit
cōtra illū, ſufficit bona fides.aliàs cū bona fide reqrit̃ etiā
titulus.Adde ſecūdò, ꝙ ſi præſcribātur in vno prædio ali-
cuius eccleſię, ꝓpter hoc nō extenduntur ad aliud quod co
lit̃ de nouo:extrà eo.cū cōtingat.ff.de pac.l.ſi vnꝰ. §. ante
omnia.¶Decimū.Qui ſcienter ſoluit decimas ei, qui nō
de

de iure, ſed de facto eccleſia tenet:nō excuſatur, niſi ex iu
ſto metu:vel ab eccleſia toleretur:quæ nō cōtradicēdo cō
ſentire videtur, ſecūdū Rod.qđ verū eſt, omni fraude ceſ-
ſante.De ruſticis autē ſoluētibus militibꝰ, dicit Ray.quòd
excuſantur, ſi credūt milites licitè petere:præſertim cū ec
cleſia nec petat à ruſticis, nec militibus cōtradicat: nō aūt
liberātur, ſi ſciunt, ꝙ illicitè petūt.Si tamen per metū ſol-
uerent, excuſantur in parte.xxxij.q.j.ne.extrà, quod met.
cau.ſacris.Secūdū Veruec.tamē liberātur, vbi eccleſia nō
petit à ruſticis, & militibus permittit:niſi placeret eis hoc
modo eccleſiā defraudare:quod tunc eſſe credo, qn̄ poſ-
ſent contradicere, & nō curāt:quia error, cui nō reſiſtitur,
15 approbatur.xciij.di.error.¶Nonò* q̄ritur, quando, vbi, &
qualiter dandæ ſunt decimæ?Et dico multa.¶Primū.De-
cimæ perſonales in fine anni dari poſſunt, ſecundū Arch.
ar.de pig.ex literis. Prædiales autem debēt ſtatim dari, qn̄
fructus percipiūtur.extrà eo. cùm homines. & hoc anteq̃
ſeparetur cēſus, vel tributū, & huiuſmodi. Et ſi prius facta
fuerit dicta ſeparatio, dabūtur nihilominus integrę:extrà
eod.tua nobis.Miſtæ verò quantū ad hoc vidētur ſequi na
turā prædialiū:vt ſcilicet ſtatim ſoluātur, quādo percipiū
tur fructus:quia in vtriſque recollectio fructuū eſt quaſi fi
nis anni in perſonalibus, cùm tā in illis, quàm in iſtis tunc
ſciatur quantum ſoluēdum ſit, & non ante. Intellige tamē
hæc, niſi aliter habeat cōſuetudo præſcripta:& ſi peribūt,
exiſtenti in mora peribunt:aliàs non, ſed ei cui debentur.
¶Secundū.Secundū Hoſt.ſtandū eſt cōſuetudini quantū
ad locū, vtrū ſcilicet in agris, aut vineis dādę ſint, vel certè
ad eccleſiā deferendæ.de ſepul.certificari.¶Tertium. De
cimæ dari debēt nō deductis expēſis, etiā factis pro fructi
bus colligendis.extrà eo.cùm ſint homines.& non eſt ne-
ceſſarium dare meliora, aut viliora, ſed mediocria.xvj.q.j.
decimæ.& debēt dari fideliter:qa inde reſultat remunera
tio triplex, ſcilicet primò abundantia fructuū: & ſecundò
ſanitas:de quibꝰ Malach.iij.& in c.reuertimini.& in c. de
cimæ.xvj.q.j.& tertiò bonitas principatus.xvj.q.vij.maio
res.hoc tollit fiſcus, quod nō accipit Chriſtus.¶Decimò
16 *quæritur, quid iura velint de ꝑcipiēdis decimis à laicis?
Et dico multa.¶Primum.Secūdùm docto.in c.ad hęc.eo.
ti.ſuper decimis nullus cōtractus poteſt iniri cū laico, per
quem dominiū vtile, vel directum transferatur in illum:
quia videtur alienatio quædam, vt probatur per tex.cū gl.
in cle.j.de reb.eccle.nō alie.poteſt tamē fieri cōceſsio ad
tempus modicum, quæ alienatio non videtur, etiā ad tem
pus vitæ ex cauſa & cū authoritate prælati, ſecūdū gl.in c.
quāuis. eo.tit.de quo tamē ibi Pan.dubitat:qa talis cōceſ-
ſio largè perpetua dici poteſt:ſed ſaluādo gl.dicit, ꝙ pro-
pter dubium vitæ laici, conceſsio illa potius videtur tēpo
ralis.Et adde, ꝙ ſecūdū Hoſt.& Goſ.nō videtur perpetua,
qn̄ nō trāſit ad hæredes:vt ipſi tenere vidētur. Tamen cre
do, ꝙ in veritate fieri nō poſsit:niſi talis prælatꝰ poſsit da
re licentiā alienādi in caſu iure non expreſſo:quia perpe
tuum dicitur temporaliter, ſecūdū gl.xvj.q.ij.hoc ius.Pri-
mò, quod durat vſq; ad xxx.annos.Inſt.de perpe. & temp.
act.Secūdò, quod durat quādiu viuit, cui cōceditur.ff.pro
ſoc.l.j.& c.precarię.x.q.ij.Tertiò, quod durat, quādiu pē-
ſio ſoluatur.Inſti.de loca. §. adeò. Ius aūt decimale nullo
modo cadere poteſt in laicū, cū ſit ſpirituale:niſi fortè au
thoritate ſummi pōtificis.¶Secundū.Laicus decimas ha-
bēs in feudū, ſi ſcit ſe habuiſſe poſt tēpus Lateranēſis cōci
lij celebrati ſub Alexādro, anno Domini Mcclxxix.& ſine
authoritate ſūmi pōtificis:ſecura cōſciētia tenere nō pōt,
ſecūdū Ray.& vt cōmuniter not.in c.prohibemus. de de-

ci.Et licet Hoſt.dicat, ꝙ tempore multum anteriori, ſcili-
cet Vrbani, decimæ in feudum laico dari nequiuerāt:vt ī
conſtitutione feudorū, epiſcopum, vel abbatē.quam cōſti
tutionē fortè, inquit Ray.nō vidit, tamē primū eſt cōmu-
ne ferè omnibus.Et ad motiuum Hoſt.dici poteſt, ꝙ tēpo
re illius cōcilij eas iniuſtè tenētes reſtituerunt pro maiori
parte:& ſic nūc omnes habitæ ante illud pręſumūtur iuſti
ficatę.Si verò ſcit ſe eas habuiſſe ad illud cōciliū, vel poſt
illud, ſed cū authoritate papæ, & ex cauſa, q̄ ſecūdū Rayn.
eſt, ſi infeudati faciūt, vel fecerūt eccleſiæ cōcedētē recō-
pēſationē tēporalē, aut ſpiritualē:tūc poſsūt tenere. Si ve
rò ignorāt vtrū ante, vel authoritate papæ eas habuerint,
ſeu ex cauſa legitima:Hoſti.vt refert Io. And.in c.cū apo-
ſtolica.de his quæ fiunt à præl.tenet, ꝙ tenere nō poſſunt:
Et idem Arch.& Io.Mo.in c.ij.de deci.li.vj.Sed Io. Andr.
per tex.in c.j.de præſ.lib.vj.& in c.ſuper quibuſdā.de ver.
ſig.tenet cōtrariū, qn̄ cōis opinio eſt, ꝙ authoritate papæ,
vel ante illud cōciliū fuerint cōceſſæ, & initij contrarium
memoria non exiſtat:quod tūc eſt, quādo nemo ſupereſt
qui ſciuerit factam fuiſſe, vel audiuerit ab eo qui ſciuit:vt
patet ff.de aqua plu.arc.l.ij. §.idem Labeo.Et hæc opinio
mihi placet:primò, quia in foro animę quiſq; p̄ſumendus
eſt bonus, niſi cōſtet de cōtrario.& cōſequēter iuſtè p̄ſu-
mitur, ꝙ prædeceſſores iuſtificato titulo tenuerint.Et hoc
not.qa cōducit ad multa.Secūdò, qa poſſeſsio tā diuturna
cū tali opinione habet inſtar cōceſsionis apoſtolicæ:vt in
dictis iuribꝰ, & principalis authoritatis.l.hoc iure. §.aquæ
ductus.ff.de aqua quoti.& æſti.& de aqua plu.arcen.l.j. §.
fi.& in l.ij. §.idē Labeo.& l.fi.eo.ti.cū ſimilibꝰ.¶Tertiū.
Laicus licitè ab eccleſia decimas tenēs in feudū, an ipſum
feudū transferre poſsit in alium?Dico, ꝙ ſic, de licētia epi
ſcopi, in aliū, id eſt, in eccleſiā, vel religioſum locum:vt in
c.cum apoſtolica.de his quæ fi.à pręl. imò & in alium lai-
cum, ſecūdū Ber.de cōſenſu epiſcopi: qui tamē ex hoc nō
dicit̃ eas tūc dare in feudū.de feu.c.ij.Nec obſt.ſi Sū.Ang.
& Roſ.tenēt cōtrariū:qa nec rōne nec authoritate ꝓbant.
dictū aūt Ber. tenet Hoſt.licet dicat aliā opinionē tutio-
rem.& gl.Ray.& gl.in c.prohibemus.eo.tit.& Sum.Con-
feſ.& Sum.Piſa.ſi tn̄ non in feudum, ſed de facto decimas
tenet:nec in laicum nec in clericū trāsferre poteſt, etiā de
conſenſu epiſcopi:vt in d.c.cum apoſtolica.¶Quartū. Ec
cleſia ſine metu ſimonię redimere pōt decimas ab iniuſto
laico poſſeſſore:quādo ex tali pecunia nullū ius de nouo
acquirit:aliàs nō:vt no.in c.dilectꝰ.el j.de ſimo.& hoc au-
thoritate epiſcopi, ſecūdū Ray.Goſ.& Hoſt.q̄ tamē, ſecun
dū Veruec.nō eſt neceſſaria:tum quia cuilibet licitū eſt re
dimere ius ſuū:quia nō datur temporalē pro ſpirituali:pu
ta iure decimarū, quod ſemper remanet penes eccl'iā: ſed
ꝓ tēporali, id eſt, fructibꝰ decimarū.Et eadē ratione poſ-
ſeſſor, licet male faciat, tamē ſimoniā nō cōmittit:vt patet
in Sū.Cōſ.lib.j.ti.xv.q.xxxiiij.licet cōtrariū teneat Hoſt.
¶Quintū.Eccleſia ſiue clericus pōt debitas ſibi decimas
in pignus accipere, ſecūdū Ray. & fructus cōputare tenet̃
in ſortē.Et idē dicēdū eſt de poſſeſsionibus emptis ex fru
ctibus decimarū:quia omnis res empta de pecunia eccl'iæ
ipſi acqritur:& hoc ſi de facili eccl'ia aliter recuperare nō
poteſt.de his quæ fi.à præl.cū apoſtolica.Ecōuerſo quoq;
laicꝰ decimas habēs in feudū, pignorare pōt, ſecūdū Hoſ.
& Pan.vt cui licet plus, liceat minus.licet Io. An.cōtrariū
17 teneat.¶Decimas* autē alteri eccleſiæ debitas, nō debet
eccleſia in pignus, vel aliter accipere.eo.ti.c.interdicimꝰ.

¶DEFENSIO, vide ſ.Bellum.ij. §.j.& ſeq.

¶DEFENSOR.j.Hæreſis.j. §.vij.

¶Deſiu æ

¶DEFVNCTVS, vide infrà Mortuus.

DE CLERICORVM degradatione.

1 *Degradatio, quid proprie importat. Et quotuplex eadẽ ſit. Et quid ornamentorum appellatione ueniat. nu.* 2.
3 *Clericus in ſacris exiſtẽs, nũ poßit aliquo caſu, ſine epiſcoporũ numero canonico degradari. Et quid ſi epiſcopi inter ſe diſcordent. Et quid de hæretico & ſeculari curiæ relinquendo.*
4 *Degradatus nũ ſit curiæ ſeculari tradẽdus, & qualiter. & n.* 5.
6 *Crimina quænam ſint degradatione digna.*
7 *Clericus diffidatus ſine degradatione, nũ tradi poßit curiæ ſeculari, quãquã canonica diſpoſitio ante traditionẽ, degradationem requirat. Et an degradatus clericale priuilegium perdat, adeò ut percuti & iudicari poßit per laicum. nu.* 8.
9 *Degradatus, an celebrãdo cõficiat, uel ordines cõferre poßit. Et ad horas dicendas num teneatur. Et quis poßit degradatum reſtituere. nu.* 10. & 11.

1 DEGRADATIO* propriè importat priuationẽ exe-
cutionis legitimæ officiorum & beneficiorũ eccle-
ſiaſticorũ ſimpliciter & ex toto, abſq; ſpe reſtitutionis, cũ
certa ſolẽnitate & priuatione priuilegij clericalis. Vnde à
depoſitione differt, quæ eſt priuatio eorũdẽ abſq; ſpe reſti
tutionis, ſed retento priuilegio clericali fori. & c. ſi qs ſua-
dente. xvij. q. iiij. & à ſuſpenſione, quæ eſt priuatio eorun-
dem ſimpliciter, vel ad tẽpus cũ ſpe diſpenſationis. Quan-
doq; tñ vnũ horũ pro alio ponitur. Eſt aũt degradatio du-
plex. Prima verbalis, quę eſt depoſitio ab ordinibꝰ ſeu gra
dibus eccleſiaſticis, faciẽda à proprio epiſcopo, aſsiſtente
canonico epiſcoporũ numero: ſi degradãdus eſt in ſacris,
id eſt vltra metropolitanũ xij. ſi degradandus eſt epiſcopꝰ
ſecundũ Pan. in c. nõ põt. de re iu. vel ſex, ſi eſt presbyter vl
tra epiſcopũ propriũ: vel tres, ſi eſt diaconus vel ſubdiaco
nus. xv. q. vij. felix. & de pœn. degradatio. lib. vj. Si verò nõ
eſt in ſacris, fieri poteſt à proprio epiſcopo ſine aliorũ epi
ſcoporũ præſẽtia: cũ præſentia tamẽ ſui capituli. aliàs ſen
tentia eſt nulla ſecundùm Pan. vbi ſ. licet ſufficiat ſi de cõ
ſenſu capituli adſint aliqui canonici: puta duo vel tres, qui
totũ capitulum repræſentẽt, ſecũdùm Archi. Vnde in acti-
bus requirentibus præſentiam vel conſenſum capituli, il-
lud poteſt aliquos deputare loco ſui. Imò valet cõſuetudo
vt ſolus epiſcopus deponat clericos in minoribus cõſtitu
tos, per c. iij. de cõſue. lib. vj. quod loquitur indiſtinctè. Et
hæc degradatio de mente doct. vt patebit ex dicẽdis, vide
tur ſic practicãda, vt cõuocatis prædictis, & expoſita cã, re-
ꝗratur eorũ aſſẽſus: & maiori parte cõſẽtiẽte epiſcopꝰ ꝓ
nũtiet authoritate Dei omnipotẽtis patris, & filij, & Spiri-
tus ſancti, & noſtra, te degradamus, priuãtes omni ordine,
& bñficio, & priuilegio clericali. Alia verò eſt actualis ſiue
ſolennis: quæ ſic debet fieri: Nam degradandus indutus
ſacris veſtibus, & manibus tenẽs vas aut inſtrumẽtũ vel or
namẽtũ ad ſuũ ordinẽ ſpectãs, ac ſi in ſuo officio deberet
ſolẽniter miniſtrare, adducitur ad pręſentiã epiſcopi: & au
ferũtur illi omnia data in ordinatiõe, accipiẽdo ab vltimò
gradatĩ vſq; ad veſtẽ datã in prima tõſura: deinde tõdetur
vel radit̃: & põt vti epiſcopus ad terrorẽ verbis oppoſitis
his q̃ in ordinatiõe ꝓlata ſunt: puta, auferimus tibi veſtẽ
ſacerdotalẽ, & ſacerdotali ordine priuamus, & ſic de alijs:
vltimo dicẽdo, authoritate Dei omnipotẽtis patris, filij, &
Spiritus ſancti, ac noſtra tibi auferimus habitũ clericalẽ, &
deponimus, & degradamus, & ſpoliamꝰ, & exuimus te o-
mni ordine, & bñficio, & priuilegio clericali. Hæc omnia
in d. c. degradatio. Et ſecundũ Pa. in c. qualiter. el ij. de ac-
cu. degradatio actualis eſt executio degrãdatiõis verbalis:
quia iã prius degradatus eſt: vnde epiſcoporũ numerũ nõ
2 requirit. ¶Et* idem Gemi. in d. c. degradatio. qui etiã ad-
dit appellatione ornamẽtorũ cõprehẽdi librũ, calicẽ, & ſi
milia: quod no. pro legatis factis pro ornamẽtis: quia pñt
in talia cõuerti. Et hoc facit pro ſtatuto imponẽte pœnam
degradatiõis ſimpliciter: quia debet intelligi de verbali:
vt ſic illud verbũ ſumatur in partẽ mitiorẽ. de re. iu. in pœ
3 nis. lib. vj. ¶Primò* verò q̃ritur, vtrũ clericus exiſtẽs in ſa-
cris, poſsit aliquo caſu ſine canonico epiſcoporũ numero
degradari? Et dico, ꝙ ſecũdũ Gemi. in d. c. degradatio, epi
ſcopi cum epiſcopo proprio requiſiti omnes ſunt iudices
in pronũtiando, & nõ aſſeſſores. xv. q. vij. c. ſi. non obſtãte
verbo, aſsiſtente: quia intelligi poteſt, ꝙ aſsiſtant vt iudi-
ces. Et ſi diſcordent, ſecundũ cõmunem doct. ſententiam,
ſufficit maior pars. Et nõ requiruntur quãdo degradãdus
exiſtẽs in ſacris pro hæreſi, ſi fuerit ſeculari curię relinquẽ
dus, aut perpetuò immurãdus, id eſt, incarcerãdus: ſed ſuf
ficit ſolus epiſcopus cõuocatis abbatibus, alijsq; prælatis,
& religioſis perſonis literatis ſuę diœceſis: de quibꝰ expe
4 dire videbitur. de hære. quoniã. li. vj. ¶Secũdò* quæritur,
vtrum degradatus ſit tradendus curię ſeculari, & qualiter?
Et dico ſecundùm gloſ. in c. ad abolendam. de hær. ꝙ non
ſemper, ſed ſolũ in tribus caſibus. ¶Primò, in crimine hæ
reſis. de hær. ad abolendam. niſi, ſecundùm Pa. ad pœnitẽ
tiam incõtinẽti redire voluerit: quia in carcerẽ truditur.
de hær. c. pe. imò iſta pœna hodie mutari poteſt in aliã. de
hær. vt cõmiſsi. lib. vj. Sed ſi relabatur, ſine audientia tradi
tur curiæ ſeculari. de hære. accuſatus. lib. vj. ¶Secundò, in
falſario literarũ papæ, in c. ad falſariorũ. de cri. fal. ¶Ter-
tiò, cum quis deponitur propter calumniã, quàm quis tu-
lit epiſcopo ſuo. xj. q. j. ſi quis ſacerdotum. quod gl. in c. cũ
nõ ab homine. de iud. limitat, ſi ſit incorrigibilis: quod cõ
muniter tãquã mitius approbatur: quia durũ eſt, quòd nõ
fit propter homicidium: vt in d. c. cũ non ab homine. fieri
propter ſimplex cõuitium. Extra prædictos caſus, ſecundũ
d. gl. non traditur curiæ ſeculari. & idem ſentit Archid. &
Sum. Piſa. Sed Pan. in d. c. nouimus. dicit degradationem
actualẽ fieri poſſe ꝓ delicto valde graui & pernicioſo: &
in c. at ſi clerici. de iudi. dicit, ꝙ ſecũdũ Pet. de Ancha. d. c.
cùm non ab homine. pro homicidio imponit tãtũ depoſi
tionem, & nõ degradationem, ſeu traditionem ꝑdictam:
ſed debet reſtringi ꝓ homicidio nõ qualificato, ita ꝙ non
trãſeat in ſpeciẽ criminis grauiorem, puta parricidiũ, aſſaſ
ſinatum, homicidium ſacerdotis proditoriè cũ ſpoliatio-
ne bonorũ. Item intelligi debet in homicidio vno, nõ in
pluribus: & certe in grauiſsimis delictis nõ vẽdicat ſibi lo
cũ d. c. cũ nõ ab homine. Vnde cũ pro ſimplici homicidio,
aut furto canon hominẽ deponat, aut detrudat clericũ, vt
ibi, videtur, ꝙ in homicidio qualificato, vel iterato, vel ꝓ
delictis valde enormibus nõ ſit, ſecundũ canones, reperi-
re pœnas cõdignas: & cõſequẽter videt̃, ꝙ tradi debeat cu
riæ ſeculari talis ſceleratus: nec pœna perpetui carceris eſt
cõdigna. nam imponitur hęretico redeũti ad eccleſiæ vni
tatem. Item traditio iudici ſeculari infligitur ꝓ criminibꝰ
valde minoribus homicidio: vt cõtra falſariũ literarũ pa-
pæ, & ſimiles. Et poſt multa cõcludit, ꝙ quãdiu põt per ec
cleſiam corrigi, nũquam tradẽdus eſt iudici ſeculari, ſcili
cet ſi põt corrigi de iure & de facto: ſed vbi dlictũ eſt atro
ciſsimum, ſeu diu continuatum, nõ ſufficit pœna depoſi-
tionis, & cõſequẽter ex mẽte d. c. cũ nõ ab homine ꝓcedi
poteſt ad dictam traditionem. Sicut ergo relinquit̃ curię,
cùm non poteſt cõgruè puniri de facto, vt ibi: ita & quan-
do nõ poteſt de iure ꝓpter defectũ pœnæ. hęc ex illo. Re
fert tamen Arch. quòd Romę is qui beati Petri ſacriſtã oc
cidit

cidit; vt ſpoliaret ſacra: de cõcilio peritorũ iudicatus eſt
nõ tradẽdꝰ curię ſeculari: licet hoc ſummꝰ põtifex fecerit
5 de plenitudine poteſtatis. ¶Tertiò* quæritur, qualiter
tradatur? Et dico, ꝙ non traditur realiter, ſecundũ Gemi.
vbi ſuprà, ſed verbaliter declarãdo, qualiter eſt exutus cle
ricali priuilegio: vt no. in c. nouimus. de ver. ſigni. Vnde,
vt ibi patet, cũ quis tradẽdus eſt curiæ ſeculari, degrada-
tio fit præſente Poteſtate: & dicit degradãs, vt in forũ ſuũ
recipiat degradatũ. debet tñ efficaciter intercedere pro
eo, id eſt, nõ fictè, vt nõ moriatur. Et per hoc ceſſat ratio
Io. de Ligna. dicẽtis, ꝙ poſt degradationẽ adhuc manet e-
ius dominiũ penes eccleſiã: qđ nõ amittit ſine traditiõe,
ſicut in aliarũ rerũ dominio: quia dico, ꝙ illud perdit per
talẽ declarationẽ, & ſecularis iudex acquirit, vel remanet
vacãs poſſeſſus à nemine, & cõſequenter erit occupãtis.
6 ¶Quartò* quæritur, quæ ſint crimina degradatione di-
gna? Et dico, ꝙ de hoc diffuſe loquitur do. Anto. in c. at ſi
clerici. de iudi. & dicit degradatione dignũ omne crimẽ
cũ incorrigibilitate. de iudi. cũ nõ ab homine. quod tamẽ
fallit in hæretico. de hære. ad abolendã. & c. excõmunica
mus. & c. j. eo. tit. lib. vj. & in falſario literarũ apoſtolicarũ.
de crimi. fal. ad falſariorũ. & in ſacrilegio. xvj. q. v. quicũq;
ſacerdotum. de huiuſmodi dubium eſt. Et quod dicit, ve-
rum eſt de verbali, nõ autẽ actuali. Fallentia verò ſua exci
pit ab incorrigibilitate: quę in illis nõ expectatur. Panor.
autẽ in c. tuæ. de pœ. diſtinguit. Nã aut delicta ſunt leuia,
quando ſcilicet dolus nõ interuenit: vt ſi per imperitiam
cõtingit aut culpam ſine dolo: niſi fortè in re modica, vt
in furto modicæ rei inter domeſticos: & tũc clericus nec
deponi, nec priuari beneficio debet, ſed ſuſpẽdi ad tẽpꝰ,
vel aliter puniri iudicis arbitrio. de accuſ. cum dilecti. Aut
ſunt grauia, quando ſcilicet exigitur dolus, & tendunt in
graue præiudiciũ alterius, vel reipublicæ, & magna pœna
imponitur: vt in furto, periurio, & huiuſmodi: vt in c. cũ
nõ ab homine. de iud. & tũc poterit deponi. Aut ſunt gra
uiora, vt publica crimina, quando non imponitur pœna
mortis: & tũc vltra depoſitionẽ detrudi poterit in mona-
ſteriũ: vt in d. c. tuæ. Aut ſunt grauiſsima: vt vbi imponit̃
pœna mortis. nã ex quãtitate pœnæ cõprehẽdimus quan
titatẽ, & qualitatẽ delicti. xxiiij. q. j. nõ aſſeramus. & tũc po
terit deponi, & dãnari ad carcerẽ perpetuũ: vt in c. penul.
de hæret. & in c. nouimus. de verb. ſign. Vnde notabiliter
dicit Inno. in c. qualiter. el ij. de accu. ꝙ deputatio ad per-
petuũ carcerẽ poſt depoſitionẽ, æquiparatur pœnæ mor-
tis. Et poſſet delictũ eſſe ita pernitioſum exemplo, & qua
lificatũ, vt traderetur ilico poſt depoſitionẽ iudici ſecula
ri: vt in d. c. nouimus. in quo etiã dicit idẽ, ꝙ ſi carcer ſit
ita arctus, & durus, ꝙ intra paucos dies clericus extingua
tur, nõ euitatur irregularitas: quia licet duritia carceris, &
ciborũ tenuitate vita attenuãda ſit: nõ tamen taliter, quo
minus poſsit ſuſtentari. Ex quo etiã collige, ꝙ ꝑ eccleſiã
nulla pœna imponẽda eſt, ꝑ quã quis poſsit veriſimiliter
incurrere periculũ mortis. Nota etiã, ꝙ Pan. ĩ delictis gra
uiſsimis nomine depoſitiõis vtitur pro degradatiõe etiã
actuali. Vide etiã de his ſuprà, Crimẽ. §. iij. Et adde vnũ
ſingulare, quod not. Alex. de Imo. in addi. Bar. in Loẽs. C.
de decur. & fil. eorũ. lib. xij. ꝙ in caſibus, in quibus clericꝰ
torqueri poteſt: primò eſt degradandus, antequam tor-
queatur. text. eſt ſingularis in l. & ſi excepti. C. de male. &
mathe. ibi: præſidio dignitatis exuti. Sed tamẽ no. ꝙ inter
2 *Ciuitas quid ſit,& an ueniat diœceſis appellatione,an uerò ter
ritorij nomine contineatur.*
3 *Ordinarij nomen latius,quàm Diœceſani porrigitur. Et ibidẽ
quòd diœceſis quãdoq; pro regione,aut prouincia, quãdoq; pro
parochia ſumitur.*
4 *Diœceſis quandoq; regionem,ſeu prouinciam denotat.*

1 DIOECESIS,*ſecundùm Archid.de reſcri. ſtatutum.
li.vj.dicitur diſtinctio,diuiſio,vel gubernatio:à dia,
quod eſt duo,& ceſio,id eſt, ſeparatio:qa diuiſa & diſtin-
cta ſit ab eccleſia alterius epiſcopat⁹, & vnius gubernatio
ni commiſſa:& eſt vbi eſt epiſcopus.xvj. q.iij. quicunq:.
2 *& videtur propriè eſſe territorium ciuitatis,vt habet or
dinem ad iuriſdictionem ſpiritualẽ:& eius nomine,ſi ſu-
matur in ſuo genere, venit ciuitas : ſicut pars nomine to-
tius:vt in c.j.de offi.ord.& not.Panor.in c. Rodulphus.de
reſcrip.Si verò ſumatur in ſpecie,vt quid à ciuitate diſtin
ctum:eius nomine in materia odioſa ciuitas non compre
henditur:quia dignius ſub minori comprehendi non de-
bet:ſed nec econtra,nomine ciuitatis,diœceſis comprehẽ
3 ditur:vt not.idem in d.c.Rodulphus.de reſcrip. ¶Et*no-
men ordinarij plus comprehendit, quàm diœceſani. Pro
quo vide glo.in cle.j.de vi.& hone.cler.& melius in cle.j.
4 de iure patro.in verbo,diœceſanus.*Aliquando tamen ſu
mitur diœceſis pro regione,vel prouincia:ſicut fortè in l.
præſides.C.de off.re.prouin.Interdum etiam ſumitur pro
parochia:de quo vide Arch.ibidem.& xvj.q.j.epiſcopum.
vide etiam ſ̃.Ciuitas.in prin.

DE DISCORDIA.

1 *Diſcordia quando dicatur,& num mortale peccatum ſit.*
2 *Conſiliarij diſsidentes à bono cõmuni ſciẽter & notabiliter pro
pter animi elationem & ſimilia,mortaliter peccant.*

1 DISCORDIA,* ſecundùm S.Tho.ij.ij.q.xxxvij. im-
portat diſgregationem cordium, id eſt, voluntatum
in diuerſa.Vnde non diſcordant qui diuerſa credunt, vel
opinantur:ſed qui diuerſa volunt.Eſt autem peccatũ mor
tale,ſecundùm eundẽ ibi,quando eſt à bono Dei,vel pro
ximi ex intẽtione deliberata.quod intellige,ſi illud bonũ
ſit notabile.Et ſic intellige c.oblationes diſsidentium.di-
ſtinctione xc.& c.abijt.xj. quæſtione iij.& capi. Iſmaël.di
2 ſtinctione lvj. ¶Vnde* peccant mortaliter conſiliarij diſ-
ſidentes à bono cõmuni ſciẽter & notabiliter,propter ela
tionem,vel ſuperbiam,aut malam voluntatem , nolentes
alijs conſentire tendentibus ad bonum:qui & propriè nõ
diſcordant,ſed alij.

DE DISCRETIONE.

1 *Diſcretio quid ſit,& quibus ſit neceſſaria.*

1 DISCRETIO,*eſt mater omnium virtutũ.j.q.v.præ-
ſentium.de offic.cuſt.cap.j.neceſſaria prælato in cor
rigendo.diſtinct.l.ponderet.& prædicatori.xliij.di. ſit re
ctor.& confeſſori.xxiij.quę.iiij.his qui.de pœ.& remiſsio
nib.c.omnis.

DE DISPENSATIONE.

1 *Diſpenſatio,quæ uariè conſiderari põt, quam diffinitionẽ ha-
beat.Et ibidem quid uulnus dicatur.*
2 *Prælati pro animi ſententia permiſsionẽ dantes,ut cõtra ius ue
niri poſsit,ſine cã rationabili,aut ſaltẽ dubia,quales dicantur.
Et quid ſi diſpẽſatio ex cauſa falſa,aut ueritate tacita , impe-
tretur.Et quid de qualibet alia gratia.*
3 *Diſpẽſandi quænã,ac quot ſint iuſtæ cauſæ. Et quid ſi ex iuſta
cauſa debitã diſpenſationem prælatus nõ concedat, an peccet.*
4 *Diſpẽſatio,num neceſſariò cauſæ cognitionẽ requirat.Et quid ſi
ſine cauſæ cognitione fiat.Et qui ſine legitima cauſa diſpenſa-
tus eſt,num quo ad Deum tutus ſit.nu ſeq.*
6 *Religioſus cũ quo ſine legitima cauſa diſpẽſatũ eſt,ut ad laxio-
rẽ religionẽ trãſeat,aut eccleſiæ curatæ præficiatur,an ſit tut⁹.*
7 *Diſpenſandi poteſtatem quis habeat.*
8 *Epiſcopo,an ſuper faciẽdo,ſcilicet ut aliquid cõtra canones fiat,
diſpenſare liceat.Et quid ſuper facto.*
9 *Diſpenſandi poteſtas,an ſit latè interpretãda.Et ibidẽ,quòd li-
cet diſpenſatio ſit ſtricti iuris,& ſic ſtrictè interpretanda,quã
do ſcilicet perſonæ expreſſæ ſunt,extẽdi tamẽ ad neceſſariò cõſe
quẽtia põt.Et quid ſi diſpenſatũ ſit ſuper affinitate, an ad pu-
blicæ honeſtatis iuſtitiam porrigatur,*
10 *Diſpẽſandi cũ ex adulterio nato, & inceſtuoſo ſeparatim,pote
ſtatẽ habẽs,an cũ eo,qui ſimul eſt utrunq;, diſpẽſare queat . Et
an hermaphrodita in ſtatuto fœminæ appellatione cõtineatur.*
11 *Diſpenſandi poteſtas conceſſa,quando expiret.*
12 *Diſpenſatio in quibus in manifeſtis tantũ requiritur,an etiam
in iiſdem occultis,ut puta homicidijs,requiratur.*
13 *Diſpenſare in quibus ſolus papa poſsit.*
14 *Epiſcopus,quãdo in aliquo caſu diſpẽſare poſsit.Et in quot caſi
bus cõtra Canones diſpẽſare poſsit.nu.15.Et ſub hæc,quòd Epi
ſcopus in gradibus prohibitis in matrimonio , ubi impedimẽtũ
occultũ eſt,nec ad papã poteſt haberi recurſus, &c. diſpenſare
poteſt.Et huius ampliatio.*
16 *Epiſcopus in quibus caſibus diſpenſare nequeat.Et in hoc decẽ
caſus enumerantur.*
17 *Epiſcopus,quomodo cum aliquibus diſpenſet.*
18 *Epiſcopus quibus caſibus diſpẽſare põt,num ſine capitulo,in his
id efficere poſsit.*
19 *Epiſcopus num aduerſus ſuam conſtitutionẽ diſpenſare queat.*
20 *Abbas aut alius quiuis religioſus prælatus,num cũ ſuis ſubditis
diſpenſare poſsit.Et quot caſibus Abbati cõceſſa ſit diſpẽſandi
poteſtas.Et quæ in regula beati Frãciſci meſſe dicãtur : & an
in his diſpenſare Abbas queat.*
21 *Superior,aliquẽ ad aliquod officiũ aſſumẽs,an in eo,quod is ha
bet ad illud,impedimento,diſpẽſare uideatur.Et quid in Prin-
cipe,& eo etiam inferiore.*

1 DISPENSATIO* proprie & originaliter importat
pecuniarũ penſionẽ diuerſis factã,dicta à diſpẽſo , id
eſt,diuerſis penſo.Vnde ſecundùm Pap.diſpenſator eſt ad
miniſtrator pecuniarum,quæ prius nõ numerabantur,ſed
appendebantur,ſiue penſabãtur: deinde verò trãſlatũ eſt
hoc

hoc nomen ad omnem diſtributionem.& ſic ſecundùm S.
Tho.ij.ij.q.xcvij.art.iiij.& q.lxxxviij.ar.x.importat com-
mẽſuratã applicationem, vel diſtributionẽ alicui⁹ cõis ad
ſingula.Vnde ſecũdũ hoc,diſpẽſatio in præcepto legis cõ
munis eſt applicatio eius ad hunc & illũ,ſecundũ eorũ pro
portionẽ,vt ille ſcilicet adſtringatur ad totũ,ille ad partẽ,
ille ad nihil,ſecundũ eorum cõditiones.Igitur diſpẽſatio,
ſecundũ Ray.eſt iuris relatio.Vnde dicitur vulnus,qa vul
nerat ius cõmune.xxiij.q.iiij.ipſa pietas . & vt eſt, inquit,
in diſpẽſante,ẽ poteſtas,vel actus poteſtatis iure cõceſs⁹:
in diſpẽſato verò eſt ius priuatũ,id eſt,licẽtia,vel pmiſsio
facta cõtra rigorẽ iuris,& nõ ius cõmune.xxxij.q.ij. inter-
fectores.Sed iſta definitio cõplectitur diſpẽſationẽ licitã
& illicitã.Vnde Hoſt.ſe ad licitam reſtringẽs,dicit, ꝙ diſ
pẽſatio eſt rigoris iuris per eũ,ad quẽ ſpectat, miſericors
& canonicè facta relaxatio:vt colligitur j.q.vij.§.multorũ.
2 aliàs §.niſi rigor.& c.ſeq.vbi.& cõſentit ibi gl.¶Ex*qbus
ſequit.Primò quod dicit Ber.de diſpẽſatione & præcep.ꝙ
prælati dantes pro voluntate licentiã veniendi cõtra legẽ
ſine cauſa rationabili,vel ſaltẽ dubia:diſsipatores ſunt,nõ
diſpẽſatores.Sequitur ſecundò, quòd ſi impetretur diſpẽ
ſatio ex falſa cauſa,vel tacita veritate , nulla eſt: vt in c. ij.
de fil.preſ.li.vj.Et idem eſt de qualibet alia gratia: vt not.
in c.ad audientiã.el ij.de reſcri.& in c.nõ põt.de preb.lib.
3 vj.¶Primò*verò quæritur,quæ ſint iuſtæ cauſæ diſpenſan
di?Et dico,ꝙ vt colligitur j.q.vij.per totum.prima eſt tem
pus ibi.c.neceſſaria.& c.pro remedio.quia defectus noſtri
temporis,quibus nõ ſolùm merita, ſed etiam corpora ipa
defecerunt, diſtrictionis illius nõ patitur manere cẽſurã.
diſt.xxxiiij.fraternitatis.Secũda eſt vtilitas, ſcilicet vt alij
facilius reuertantur ad bonum.xxij.q. iiij. ipſa pietas.& j.
q.vij.tali.Tertia,qualitas perſonæ & meriti,& ſcientiæ.d.
c.tali.& c.didici.cũ alius æque dignus nõ ſit.Quarta neceſ
ſitas:vt in d.c.tali.Quinta,pietas.Sexta,euentus rei.Septi
ma,multitudo,ſiue ſcãdalũ multitudinis.diſt.l.c.vt conſti-
tueretur.vbi tñ cauẽdũ eſt,ne qs alatur in ſcãdalo.Sed qa
caſus ſunt innumerabiles,nec dari põt ĩ hoc regula gñalis,
ideò ſtãdũ eſt in hoc arbitrio boni viri: qui ſi iudicauerit
cauſam eſſe rationabilẽ,diſpẽſatio erit debita.diſt.l.c.do-
mino ſancto.& prælatus peccat non diſpẽſando.art.ij.q.v.
quanto.in fi.& tamen ſubditi nõ habent ius petẽdi, ſecun
4 dùm doct.niſi forte deprecatiuè.¶Secũdò*quæritur,vtrũ
diſpẽſatio neceſſariò requirat cognitionem cauſæ? Et di-
cit Pan.in c.diuerſis.de cle.con.ꝙ in principe nõ: ſed ſuffi
cit ſola eius volũtas in his, quæ ſunt iuris poſitiui ſolũ: vt
no.Inn.in c.cùm ad monaſterium.de ſtat.mon.ſed in infe
riore ſic:vt no.gloſſ.in d.§.niſi rigor.Vnde ſi fiat ſine co-
gnitione cauſæ,eſt diſsipatio,non diſpenſatio:& venit pu
niẽdus:quia egit cõtra legẽ.Vide bonã gl.in c.ij.de ſchiſ-
ma.vbi plenè not.doct.Tenet tamen quo ad eũ,qui diſpẽ
ſauit,qa nõ põt cõtrauenire,neque eam reuocare, ex quo
egit actũ, ĩ quo potuit diſpẽſare:licet nõ teneat quo ad ſu
5 periorem:vt no.gloſſ.in d.c.diuerſis.¶Tertiò*quæritur,
vtrũ diſpẽſatus ſine cauſa legitima,ſit quo ad Deum tutus?
Et dico vt colligo ex Inn.in d.c.cũ ad monaſteriũ. & Pan.
in c.nõ eſt voti.de vot.ꝙ ſi loquimur de diſpẽſantib⁹ alijs
à papa:nõ eſt tutus quo ad Deum,aut quo ad eccleſiam.ſe
cundùm Inn.vbi ſ.quia cuicunq; tali cõceditur diſpẽſare,
intelligit̃,ꝙ hoc faciat ex cauſa legitima: vnde fieri debet
cum cauſæ cognitione.Loquẽdo verò de papa:aut loqui-
mur de his,quæ ſunt iuris diuini,vt voto,iuramẽto,& hu-
iuſmodi:& ſic diſpenſare nõ poteſt ſine cauſa:aliter diſpẽ
ſatus non eſt tutus quo ad Deum:ſed ſi ſubeſt iuſta cauſa,
tenet diſpenſatio:& eſt tutus etiam in voto caſtitatis,ſecũ
dùm Inn.vbi ſ.Aut loquimur de his, quæ ſunt iuris poſiti
ui:& ſic poteſt ſine cauſa:& ille in conſcientia tutus eſt:qa
eius eſt deſtruere,cuius eſt condere:nec princeps tenet̃ le
gibus ſuis ligatus.C.de legib.l.digna vox.Pan.tamen limi
tat in pluralitate beneficiorum,in qua ſine legitima cã nõ
poteſt.Et ita tenet Io.An.in c.de multa.de præbend. quia
omnia bona eccleſiarũ ſunt Dei:vt in c.cùm ex eo . de ele.
libr.vj.Vnde taliter diſpẽſatus nõ eſt tutus . De quo dic vt
6 ſ.Beneficiũ.iiij.§.ij.¶Ex*his infert Pano.ꝙ non eſt tutus
religioſus,cum quo ſine legitima cauſa diſpẽſatur,vt ad la
xiorem trãſeat religionem:ſimiliter ſi præficitur eccleſiæ
curatæ cauſa legitima nõ extãte:puta,quia nõ eſt aptus ad
exercitium prædicationis,vel curiæ.Vnde dicit glo.ſingu
laris in c.monachi vagantes.xvj.q.j.ꝙ religioſus promo-
tus ad eccleſiã ſecularẽ nõ vt pſit,ſed vt præſit:peccat mor
7 taliter,quia facit contra votum ſuũ.¶Quartò* quæritur,
quis poſsit diſpẽſare?Et dico,ꝙ in legibus diſpenſare, vel
eas interpretari pertinet ad quẽlibet in neceſsitate ſubitò
occurrẽte: præcipuè cùm ad ſuperiorẽ recurſus haberi nõ
poteſt.j.q.j.ſi ergo.quia in obſeruatione legis,aut præce-
pti maximè ſeruãda eſt intẽtio ferẽtis:de qua ſi cõſtet, &
ſit cõtraria verbis,obediendũ eſt omiſſa litera.xxij.q.v.hu
manæ.aliàs autẽ hoc pertinet ad prælatos & rectores,ſcili
cet habẽtes in huiuſmodi poteſtatẽ:ſicut habet papa in o-
mnibus purè poſitiuis,& in qbuſdã pertinẽtibus ad ius di
uinum:quo dicitur omnia iura habere in ſcrinio pectoris
ſui.de cõſti.licet.lib.vj.quantũ ſcilicet ad interpretationẽ
& diſpẽſationẽ:licet in aliquibus diſpẽſare nõ cõſueuerit.
Epiſcopi autẽ eam nõ habẽt ſine capitulo,ſecũdũ Arch.in
c.is qui.de fi.presby.li.vj.ſed verius dicit gl. in c.cũ ex eo.
de elect.lib.vj.oppoſitũ.Et primum quidẽ opinionẽ dico
verã in rebus põderoſis,in quibus poſſet fieri præiudiciũ
vniuerſitati ſiue eccl'ię: ſicut eſt in diſpẽſando cũ aliquo ad
ordines,& huiuſmodi:quo caſu intelligo primã opinio-
nem,quam etiam ſequitur Dominicus & Prępoſitus in c.
ex pœnitentibus. diſt.l.& gloſſ.in c.ſi quis me.diſt.lxxxj.&
gl.in c.pręſentium. j.q.v.& Inno.dicẽs hoc in effectu tene
re Io.And.in c.cùm ex eo.de elec.in vj.& moderni in c.at
ſi clerici.§.fi.de iud.In nõ pręiudicialibus autẽ teneo aliã
opinionẽ: quia iſta nõ ſunt de cauſis maioribus & põdero
ſis:vt in diſpẽſando circa ieiunia, & vota,& huiuſmodi.Et
ſecundùm communem opinionem doct.eã habent in his,
quę nõ ſunt eis à iure vel aliàs à ſuperiore prohibita:vt in
8 c.nuper. de ſent. excom.& di.l.miror.in gloſſ. ¶Pro*quo
no.Inn.in gl.ſuper c.dilectus.de temp.ord.ꝙ epiſcopo di-
ſpenſare non licet ſuper faciẽdo,vt ſcilicet aliquid fiat cõ-
tra canones,niſi vbi ei à iure permittitur.de conſti.c.j.niſi
cõtraria conſuetudo derogaſſet. de cõſu.c.vl.Super eo ve
rò quod factũ eſt, diſpenſare poteſt vt toleretur ſemper,ni
ſi phibeatur ad hoc.xxij.q.v.hoc videtur. Vel dico ĩquit,
fortè melius,quòd vbi ius cõcedit diſpenſationẽ,ſimplici
ter poteſt.& ſic loquitur d.c.nuper. Si verò nõ cõceditur
à canone:nunquã poteſt,etiã ſi inuenitur in canone ꝙ pa
pa diſpẽſet.de cõſang.& affi.quod dilectio.quia cũ epiſco
pi debeãt canones ſeruare, cõtra facere non debẽt: niſi id
expreſſe concedatur.xxv.q.j.c.j.& ij.hęc ille.Sed vt pate-
bit ĩ.§.ix.primũ dictum eius eſt verius,& communius, &
vſitatius.Si tamen epiſcopus indiſcrete diſpẽſet:accuſatus
deponitur.di.lj.ca.j.quod Ho.limitat,ſi monitus ſit incor
rigibilis,& propter hoc ſuſpẽſus,& ſuſpenſionis ſententiã
contemnens in cõtumacia perſeuerat.ar.de prębẽ. graue.
Alij dicũt dicta iura intelligi,quando diſpẽſat in eo quod
de

de iure nõ põt,ſcilicet ſciẽter. Abbates aũt,& alij prælati
epiſcopis inferiores,ſcdm Pan.in c.at ſi.de iudi.& in c.cũ
lator.de eo qui fur.or.re.poſt Inno.& Hoſt.nũquã diſpẽ-
ſat,niſi in caſibus expreſsis à iure: qa epiſcopis ſunt reſer-
uata grauiora:vt in cle.j.de priui.& in d.c.at ſi. & in c.cũ
9 ex eo.de elect.lib.vj.& eſt opi.cõis.¶Quintò*quæritur,
vtrũ poteſtas diſpẽſandi ſit latè interpretãda? Et dicit Pã.
in c.fin.de ſimo.ꝙ ſic, quãdo datur nõ expreſsis perſonis
diſpẽſandis, tãquã principis beneficiũ.& ſic ſentit gl. ibi,
& ſic intellige Bar.in l.iij.ff.de verb.ob.vbi dicit,ꝙ ſi da-
tur alicui poteſtas legitimãdi filiũ adulterinũ, item ince-
ſtuoſum:poterit legitimare adulterinũ, & inceſtuoſum ſi
mul,quia in materia larga ſub ſimplici veniũt miſta: & in
l.ſi ita.ff.de lib. & poſth. Secus aũt ſi exprimerẽtur pſonæ
cũ quibus debet fieri diſpẽſatio,arg.in c.ſi cui. de præbẽ.
li.vj.quia omnis receſſus à iure cõi,eſt odioſus: vt eſt tex.
in c.ſi.de ſi.presby.lib.vj. & in c.quod dilectio. de cõſan.
& affin. Et ſic diſtingue Canoniſtas tenẽtes cõtra Bart.in
c.per venerabilẽ.qui filij ſint legi. & adde quod dictũ eſt
ſuprà, Beneficiũ iij.§.vij. Aduertẽdum tamẽ eſt, ꝙ licet
diſpẽſatio ſit ſtricti iuris, vtpote cõtra ius,& ſtrictè inter-
pretanda, quãdo ſcilicet exprimũtur pſonæ : vt in d.c.qd
dilectio.& in c.j.& ij.de fil.presby.lib.vj. nihilominus ex
tẽditur ad neceſſariò cõſequẽtia,ſed ad depẽdẽtia ex eo,
ſuper quo eſt diſpenſatum, quando aliter non imprime-
ret actũ validũ ſuper eo,in quo diſpẽſatur:vt ſuprà,Bene
ficium iij.§.x.& facit gl.ac Pan.in c.quia intantũ.de præ-
bẽ.& gl.in c.ſi quis in clero.vij.q.j.qui dicũt,ꝙ diſpẽſatus
ſup beneficiorũ pluralitate,videtur diſpẽſatus ſuper reſi-
dẽtia.Vide quod no.Hoſt.in c.cũ in cunctis.de electio.&
gl.in c.nõ poteſt.de præbẽ.lib.vj. & quod dico ſ. Benefi-
cium iij.§.x.Diſpẽſatio tamẽ obtẽta ſup affinitate,nõ ex-
tẽditur ad publicæ honeſtatis iuſtitiã, ſcdm Pan.in c.non
debet.de conſangui.& affini.niſi in narratione affinitatis
vnũ cõprehẽdat aliud,ſcdm glo.in arbo.affinitatis. ſecus
in diſpẽſatiõe,quãdo ſolũ gradus remotior eſt expreſſus:
de quo vide infrà,Matrimoniũ viij.§.vj. particu. vltima.
10 ¶Ex*his aũt patet,ꝙ ſolutio illius quæſtionis,qua quæri
tur,an is,cui data eſt poteſtas diſpẽſandi cũ adulterino,&
inceſtuoſo ſeparatim,diſpẽſare poſsit cũ eo,qui ſimul eſt
vtrũq;.Bar. enim in l.ſtipulationũ.ff.de ver.obli.determi
nat,ꝙ ſecũdùm iuris rigorẽ ſub ſimplicibus miſta nõ con
tinẽtur:ſed ex benignitate ſic.Vnde cùm iſta quæſtio lo-
quatur in beneficijs,fiet interpretatio latiſsima:vt l.fin.ff.
de cõſti.prin.Itẽ ſub ſimplicibus miſta cõtinẽtur cauſa vi-
tãdæ cõtrarietatis:vt ĩ d.l.ſtipulationũ.& ſimiliter vbi lex
hoc exprimeret. Extra hos autẽ caſus diſpoſitio facta de
adulterino,& inceſtuoſo ſeparatim, nõ porrigit̃ ad ſimul
iuncta:vt ff.de adul.l.vim paſſam.§.præſcriptione. Et idẽ
tenet Bal.Inſti. de act. quẽ etiã vide in l.oẽs populi.ff. de
iuſti.& iur.vbi dicit, ꝙ miſtũ nõ venit appellatione ſim-
plicis. Vnde ſtante ſtatuto, quòd fœmina contrahat cum
aſſenſu propinquorũ: nõ intelligitur de hermaphrodita.
11 ¶Sextò*quæritur,quãdo expiret poteſtas diſpẽſandi cõ-
ceſſa?Et dicit Fede.conſi.lxxviij. ꝙ cõceſſa à Papa ſup ir-
regularitate, vel legitimitate durat etiã poſt mortẽ eius:
quia gratia ſemel facta p Papam in aliquam pſonam,non
expirat p mortẽ Papæ:vt eſt caſus,de offi.deleg. ſup gra-
tia.lib.vj.Vtrũ aũt p mortẽ illius,cui cõceſſa erat talis au-
toritas, expiret diſpẽſatio iam facta, ſi ille diſpẽſatus tali
gratia nõ fuit vſus:puta,diſpẽſatus fuit vt poſſet ordinari
vel eligi in prælatũ: & ante mortẽ diſpẽſantis non acce-
pit ordines,nec fuit promotus.dicit idẽ ibi,ꝙ non: quia
diſpẽſatio ſemel canonicè facta,ex ſuperueniẽte facto nõ
retractatur,& eſt caſus in c.ex tua.de fili.presbyte.& facit
quod no.de accuſ.in c.de his.Beneficia enim conceſſa,in
tempeſtiuè reuocari nõ debẽt. de cõmo.c.vnico. de reg.
iur.decet.lib.vj.& in c.cũ ex eo. de elect.lib.vj. in gloſſ.&
12 ibidẽ in nouel.Io.And.¶Septimò*quæritur,in quibus re
quiritur diſpẽſatio , in manifeſtis ſcilicet tantùm, an etiã
in occultis,maximẽ homicidijs? Et dicit Veruec.neceſſa-
riam eſſe diſpẽſationẽ in occultis, in quibus diſpẽſari po
teſt:nõ quidẽ propter depoſitionẽ vitandam, quia occul
ta peccata nõ habẽt vindictam: ſed quia de eo, ſuper quo
diſpẽſatum eſt,quis accuſari nõ poteſt:arg.c.ex tua.de fil.
presbyt.alioquin etiam poſt pactã pœnitẽtiã quis poſſet
accuſari. arg. xxiij.q.ij. admonere. An autẽ homicida o-
mnino occultus celebrare poſsit,ac ordinibus vti. Vin.di
cit ꝙ ſic,ſi egit cõdignã pœnitẽtiã:quia iſte nõ eſt obno-
xius eccleſiæ,cũ peccatũ ſit occultũ.xxxij.q.v.Chriſtiana.
nec Deo,cũ pœnitẽtiã egerit. Sed quia cõtra hoc dictum
vrget.c.fi.de tẽ.ord.vbi dicit̃:præter reos homicidij.Lau.
& Ioan.vidẽtur limitare hãc opinionẽ,ſi dignam pœnitẽ
tiam egit, & epiſcopus cũ eo diſpẽſauit.Pan. verò in c.ex
tenore.de tẽp.ord.dicit, ꝙ ſi homicidiũ eſt occultũ oĩno,
prout occultũ diſtinguitur cõtra probabile,tunc ſi habe-
mus reſpectũ ad legẽ promotionis publicã,nullus homi-
cida eſſet expreſſe prohibẽdus : quia talia iudicat ſolus
Deus.Sed ſi habeamus reſpectũ ad legẽ promotionis cõ-
ſciẽtiæ, put eſt informata ex lege poſitiua,talis ſine diſpẽ
ſatione pmoueri nõ põt.hęc Pan.quẽ intellige de diſpẽ-
ſatione fiẽda aliquãdo à Papa hoc caſu,quo ad illã irregu
laritatẽ tollẽdã.vide ĩ.Homicidiũ.Adde ex Inno. in c.cõ
ſtitutus.el ij.de app. ꝙ talis irregularitas ſi ſupueniat titu
lo beneficij, nõ priuat ipſo facto, ſed opus eſt ſentẽtia, &
ſic homicida iuſtè tenet bñficium donec priuetur . pro
quo facit c.clericis.ne cle.vel mo.& c.ex literis. de exceſ.
præl. Si verò præceſsit collationẽ bñficij, collatio nõ te-
net:qa facta indigno,& inhabili,quo ad executionẽ offi-
13 cij,vt in d.c.ſi. ¶Octauò*quæritur,qui ſunt caſus, in qb⁹
ſolus Papa diſpẽſat,& raro? Et dico, ꝙ ſunt hi, de quibus
ſuprà,in titulo,Caſus. §.j.caſu xiij.quo ad quaſdã cẽſuras:
pro quo etiam vide infrà,in titulo, Papa. ferè per totum.
14 ¶Nonò * quæritur in generali, quando epiſcopus poſsit
diſpẽſare in aliquo caſu?Et dico,ꝙ gloſ.ſummaria.diſt.l.
& in d.§.niſi rigor.& doct.in c.at ſi clerici.de iudi.cõfuſe
& cõtrariè loquũtur. Quidã enim dicũt,ꝙ diſpẽſare põt
in adulterio ,& minoribus,etiã ſi ſunt manifeſta: nõ autẽ
in maioribus,niſi in caſibus iure expreſsis: vt de iud. at ſi
clerici. Quidã verò dicũt,ꝙ diſpẽſare poteſt in omni cri-
mine,niſi expreſſe prohibeatur à iure.diſt.xxviij. presby.
de pœ.diſt.v.c.j.in fi.de ſen.excõ.nuper.in fi.& hoc tenet
Tan.Lau.Vin.Ioan.And.quã opi. Ber.in c. at ſi clerici.de
iud.dicit cõiorẽ.Sed ſic veritas colligi põt:Cõtra canonẽ
ſuperioris,id eſt,Papæ,vel cõcilij,ſi ille ſit pœnitẽtiarius,
epiſcopus diſpẽſare põt,ſecũdùm Pan.in c. at ſi clerici. de
iud. quia pœnitẽtiæ hodie ſunt arbitrariæ. de pœn.& re.
Deus qui.niſi caſus appareat reſeruat⁹.Si verò ſit pœnalis
& diſpoſitiuus,diſtinguo: quia aut inferiori diſpẽſationẽ
expreſſe prohibet,vel cõcedit.& caſus eſt planus.Aut nec
ſic,nec ſic: & tũc iterũ diſtinguo. Aut enim diſpẽſatio eſt
ſuper eo,quod iã factũ eſt,vt toleretur:& ſic põt epiſcop⁹
diſpẽſare,niſi prohibeatur:vt in c.nuper.de ſent.excõ.ar.
xxv.q.v. hoc videtur. vel niſi prohibeatur illi abſolutio:
quia à fortiori prohiberetur diſpẽſatio. de ſent. excõ.cũ
illorũ. Et ſic intellige opinio.dicẽtiũ, ꝙ diſpẽſare põt in

omnibus caſibus, in quibus ſibi nõ prohibetur. Aut eſt in
eo, quod fiẽdũ eſt cõtra canones, vl' cõciliũ. & ſic nõ põt,
niſi hoc ei à iure concedatur expreſſe: vt in c. dilectus. de
tẽp. ord. & ſic intellige opinionẽ dicẽtiũ, ꝙ diſpẽſare nõ
põt, niſi in his, quę illi cõcedũtur expreſſe. Cõceditur aũt
illi diſpẽſatio in omnibus criminibus minoribus adulte-
rio: peccãs eñ mortaliter notoriè notorietate iuris, ꝓmo
ueri nõ põt. xxv. diſt. primũ. in glo. & promotus deponiť.
diſt. l. qui ſemel. ideoq; indiget diſpẽſatione, quę epiſco-
pis cõceditur in criminibus minoribus adulterio genera
liter: vt no. in d. c. at ſi clerici. Cõceditur etiã & in aliqbꝰ
maioribus: vt de heretico, & ſchiſmatico. diſ. l. ſi quis preſ.
byt. Hodie tñ Papa reſeruat ſibi hoc, quo ad hæreticũ, vt
15 dicit Archi.* In tribus tamẽ caſibus põt epiſcopus diſpen
ſare cõtra canonẽ, & cõciliũ: licet ei nõ cõcedatur expreſ
ſe. Primò, ratione cõſuetudinis: vt quia conſuetudo præ-
ſcripta habet, ꝙ poſsit diſpẽſare. de cõſue. c. fi. xj. q. j. qcũ-
que. qa cõſuetudo facit valere diſpẽſationẽ aliàs nõ vali-
turam: arg. de cele. miſ. ꝑnitioſus. cũ ſuis cõcor. & arg. de
trãſac. c. fi. Secũdò ratiõe magnę neceſsitatis, vel vtilitatis
nouiter emergẽtis, & tẽpore cõſtitutionis inexcogitatæ
veriſimiliter: qa tũc põt epiſcopus diſpẽſare: vt tenet Ioã.
de Lig. in d. c. at ſi. & ſeqtur Pan. ibidẽ: & Bald. no. in l. oẽs
populi. ff. de iuſti. & iure. & Bar. in l. ſi hominẽ. ff. manda.
ponẽs exẽplũ: quia Peruſij ſtatutũ eſt, ne ferãtur arma: &
tñ maiores poſſent dare licẽtiã ferẽdi, propter brigã ciui
tatis, quã nouiter habet, & etiã ſtatuere: quia eſt caſus no
nus à ſtatuẽtibꝰ nõ præuiſus: etiã ſi iuraſſet ſeruare illud
ſtatutũ: vt no. Bal. in rubri. C. qui admi. ad bo. poſſ. & Bart.
in ij. cõſti. C. §. quibus. Ex quibus cõcluditur, ꝙ eps̃ diſpẽ
ſare põt in gradibus prohibitis in matrimonio, quando
impedimentũ eſt occultũ, & ad Papã nõ poteſt haberi re-
curſus, & ſeparatio ſine ſcãdalo magno fieri non põt: ſicut
ſæpe accidit in mulieribꝰ cognitis à cõſanguineis viri an
tequã matrimoniũ cõtrahatur. Et idẽ puto in eo, qui poſt
votũ ſimplex matrimoniũ cõſummauit: quia licet cũ eo
diſpẽſare nõ poſsit epiſcopus, ſcd̃m S. Tho. & veritatẽ, vt
dicitur infrà: in caſu tñ magnæ neceſsitatis credẽdũ eſt, ꝙ
hoc poſsit: quia nõ eſt veriſimile, ꝙ Papa velit manere in
laqueis huiuſmodi animas, quę Romã adire nõ poſſunt,
aut mittere. Tertiò, quãdo canõ dicit poſſe fieri diſpẽſa-
tionẽ, licet expreſſe nõ indulgeat: qa tunc epiſcopus põt.
ar. c. nuper. de ſen. excõ. & ita tenet Io. de Lig. & Io. Cal. &
originaliter fuit dictũ Inno. in c. dilectus. de tem. ordi. qa
fruſtratoriè intelligeretur de papa, qui ſemper poteſt in-
dulgere. quod etiã tenet gl. in c. poſtulaſti. de cle. excom.
16 ¶ Decimò* quæritur ſpecialiter, in quibus caſibus epiſco
pus diſpẽſare nõ põt? Et dico eũ diſpẽſare nõ poſſe. ¶ Pri
mò, in homicidio. diſt. l. miror. & hoc ſiue iuſto, ſiue iniu
ſto, ſi actu mors, aut mutilatio ſecuta eſt, quocunque fiat,
ſcd̃m Inno. & Hoſt. in c. j. de cle. pu. in duel. Et intellige, ꝙ
nõ põt cũ tali diſpẽſare in officio. ſecus in bñficio. vt ibi
c. ij. ſed tñ hęc limita iuxta dicẽda j. Homicidiũ. iij. §. viij.
¶ Secũdò, in ſimonia ordinis, vel beneficij per ſimoniam
ſciẽter acquiſiti, & hodie per multas extrauagãtes incurri
tur excõicatio, & ſuſpẽſio, à quibus ſolus põtifex Roma-
nus abſoluit. Tertiò, in eo, q cũ eſſet ſuſpẽſus, vel excõi-
catus, dãnabiliter ſe diuinis ingeſsit. de re iud. cũ æterni.
& de ſen. excõ. cũ medicinalis. li. vj. ¶ Quartò, in clerico,
qui excõicatus accedit ad iudiciũ principis, cõtẽpto ec-
cleſiaſtico iudice. xxj. q. v. ſi quis epiſcopus. ¶ Quintò, in
bigamo, & viduarũ corruptarũq; maritis. de big. c. j. & iij.
xxxiiij. diſt. lector. ¶ Sextò, in clerico nõ ordinato mini-
ſtrante. ſ. cũ ſolẽni apparatu, ſcd̃m Hoſt. quia talis mini-
ſtrans in ꝑtinẽtibus ad ordinẽ, quẽ nõ habet: deponẽdus
eſt, amplius nõ ordinãdus: de cle. nõ or. mi. c. j. Secus ſi cle
ricus ſimplex epiſtolã ſine ſolẽnitate cãtet. & ibi dicit Pã.
ꝙ talis tenetur etiã pœna falſi: ſicut nõ habẽs dignitatẽ ſi-
mulãs ſe habere. ff. ad leg. Cor. de fal. l. eos. Et idẽ intelli-
ge de eo, qui ſe falſo aſſerit doctorẽ. Dicit etiã eo. tit. c. ij.
ꝙ cũ tali diſpẽſat epiſcopꝰ, nõ vt aſcẽdat ad ordines ſupe
riores: ſed vt ſuſcepto vtatur, & circa beneficiũ: imò Inn.
ponit regulã, ꝙ epiſcopo licet quaſi ſemper diſpẽſare in
bñficio: qa diſpẽſat cũ homicida: vt de cle. pu. in duel. c.
ij. & in c. ſtudeat. diſt. l. ¶ Septimò, in clerico promoto ꝑ
ſaltũ. quod Dir ect. limitat, ſi ſciẽter in ordine nõ recepto
miniſtrauit: cũ quo tamẽ diſpẽſat epiſcopus, quãtũ ad or-
dinẽ, nõ quidẽ ſuſcipiẽdũ, ſed iam ſuſceptũ: & quãtum ad
beneficiũ, ſecũdũ Io. Hoſt. & Archi. Si tñ credidit ſe pro-
motũ gradatim probabiliter, epiſcopus diſpẽſare poterit
iure ſuo. Et ſic intellige c. vnicum. de cle. per ſal. promo.
¶ Octauò, in eo, q ordinẽ furtiuè ſuſcepit: quia ſecũdum
Ray. ſi fuit prohibitus hoc facere ſub anathemate: poſt ſa
tisfactionẽ diſpẽſat epiſcopꝰ, vt miniſter in ordine ſuſce
pto nõ furtiuè, & etiã in ſuſcipiẽdis, ſi ĩgreſſus religionẽ
ibi aliquãto tẽpore laudabiliter fuerit cõuerſatus: ſed ſi
nõ fuit ſic ꝓhibitus, diſpẽſat poſt ſatisfactionẽ cũ eo, etiã
manẽte in ſeculo, etiã in ſuſcipiẽdis. de eo q fur. or. ſu. c. j.
¶ Nonò, in ordinato extra tẽpora, vel ab alieno epiſco-
po, ſcd̃m aliquos, ſi ante diſpẽſationẽ miniſtret. Sed veri-
tas eſt, ꝙ eps̃ cũ diſpẽſat, quo ad ordines ſuſceptos. de tẽ-
po. ordi. cõſultationi. ¶ Decimò, in excõicato ordines ſuſ
cipiẽte. de ſen. excõ. cũ illorũ. & idẽ in apoſtata à religio-
ne. de apoſ. c. fi. quod de ordine ſacro loquitur. vnde ſi mi
nores ſuſcipit, diſpẽſat epiſcopus, niſi dimiſiſſet habitum:
quia fuiſſet excõicatus, & ſolus Papa diſpẽſat cũ eo. Sunt
etiã multi caſus, ſuꝑ quibus nihil epiſcopus põt, vt s̃. Ca-
17 ſus. §. j. ¶ Vndecimò* quæriť, quomodo cũ aliquibus diſ-
pẽſet epiſcopus? Et dico hoc colligi ex diuerſis locis hu-
ius Summę: vnde de apoſtata, vide s̃. Apoſtaſia. §. viij. & j̃.
Irregularitas. j. §. v. de bis baptizato, s̃. Baptiſmꝰ. §. iij. & j̃.
Irregularitas. §. iiij. de recipiẽte beneficiũ de manu laici,
Beneficiũ iij. in prin. de clerico cõiugato, & illegitimo, vt
habeat bñficiũ, vel plura beneficia, s̃. Beneficiũ iij. §. iiij.
& ſeq. de bigamo, Bigamia. §. vij. de cõtrahẽte matrimo-
nium ſine bãnis, Matrimoniũ vij. §. vj. De reſidẽtia, & ꝓ-
motione ad ſacerdotiũ clerici exiſtẽtis in ſtudio, Benefi-
ciũ iij. §. ij. De corpore vitiato, vt promoueatur, s̃. Corpo
re vitiatus. §. j. & de criminibus, s̃. Crimẽ. §. vlti. & de ha-
bente xx. annũ, vt promoueať ad dignitatẽ, s̃. Dignitas. §.
iij. De pugnãte in duello, j̃. Duellũ. §. iiij. de diſpẽſatione
in ætate, j̃. Aetas. §. j. De homicida, Homicidiũ iij. §. viij.
de eo, qui fuit in bello iniuſto, Homicidiũ iij. §. vj. De in
fami, Infamia. §. xj. De prælatis ne amoueãtur, propter in
quiſitionẽ, j̃. Inquiſitio j. §. x. De apponẽte ligna pro hære
ticis cõburẽdis, Homicidiũ iij. §. vij. parti. x. De ordinato
in excõicatione, Irregularitas. §. ij. De ſuſcipiẽte duos or
dines ſimul, ibi. §. iij. de acolutho miniſtrãte ad ſecundũ
baptiſmũ, ibi. §. iij. xxvij. de ſuſcipiẽte ordinẽ ab epõ ex-
cõicato, vel qui reſignauerat, ibi. §. vij. de ſuſcipiẽte ordi
nem extra tẽpora, ibi. §. vij. de miniſtrãte in ordine, quẽ
nõ habet, ibi. §. xxvij. de publicè pœnitẽte, ibi. §. xvij. de
illegitimo, ibi. §. xx. De impedimẽto mr̃imonij, j̃. Matri
moniũ vj. §. vj. de ſolẽniter pœnitẽte, Pœnitentia. §. j. De
ordinatis à ſchiſmaticis, Schiſma. §. v. De ſimoniaco in
ordine, vel beneficio, Simonia. §. xix. Itẽ in alia ſimonia,
ibidem.

ibidem. §. eo. de ſortilegis, Superſtitio. §. vlti. De pugnan
te in torneamento, Torneamentum. per totũ. De voto S.
Iacobi & Hieruſalem, Votũ. iiij. §. iij. De voto caſtitatis,
18 ibi. §. iiij. ¶ Duodecimò,* vtrum epiſcopus in caſibus, in
quibus diſpenſare poteſt, hoc poſsit ſine capitulo? Et Ar-
chid. in c. is qui. de fi. presby. lib. vj. tenet ꝙ nõ: ſed melius
gl. in c. cùm ex eo. de elect. lib. vj. tenet ꝙ ſic. vide s̃. §. iiij.
Si tamen accuſatus fuerit de indiſcreta diſpenſatione, pu-
niẽdus eſt pœna depoſitionis. diſt. lj. ca. j. quod Hoſt. dicit
habere locũ, ſi monitus ſit incorrigibilis, & ꝓpter hoc ſu
ſpẽſus, & ſententiam ſuſpẽſionis contẽnens, & in ſua con
tumacia perſeuerãs. arg. de præbẽ. graue. vel dicta iura in-
telliguntur, quando diſpẽſat in eo quod iure non poteſt.
19 ¶ Decimotertiò* quæritur, vtrum epiſcopus diſpenſare
poſsit contra ſuam conſtitutionẽ? Et dicit Inno. in c. dile-
ctus. de tẽpo. or. ꝙ nõ. & ſequitur Archid. in c. licet. de ele.
li. vj. Sed contrarium ſenſit idẽ Inno. in c. cùm ad monaſte
rium. vbi tenet, ꝙ cõditori canonis licet cõtra ſuã cõſtitu-
tionẽ diſpẽſare, etiam ſine cauſa. Et idẽ Ioan. And. quod d.
Anto. limitat, niſi conſtitutio trãſierit in priuilegium vel
contractũ: quo caſu intelligi põt opinio contraria: vel niſi
cõſtitutio eſſet iurata, quia tũc ea ſtante diſpẽſare nõ poſ
ſet: ſicut nec ſeipſum à iuramẽto abſoluere. Et facit, quod
no. Io. And. poſt Hoſt. in c. j. de ſup. negli. prel. in vj. vbi di
cit notabile verbum. ſ. ꝙ vbi canones imponunt legẽ ipſis
epiſcopis, non diſpẽſat epiſcopus, niſi hoc reperiatur con
ceſſum. Cuius ratio eſſe poteſt: quia tunc expreſſe videtur
20 epiſcopis prohiberi. ¶ Decimoquartò,* vtrũ Abbas, aut
alius religioſorum prælatus, poſsit cum ſuis ſubditis diſpẽ
ſare? Et dico quòd non: niſi in quantũ ei à iure vel regula,
aut priuilegio conceditur: vt no. Inn. in c. ij. de eo qui fur.
or. ſu. & do. Ant. in c. at ſi clerici. de iud. vbi dicit Panor. ꝙ
eſt cõmunis opinio. Cõcedit autẽ abbati poſſe diſpẽſare
in decẽ caſibus. ¶ Primò in nouitio, vt promoueatur ad ſa
cros ordines. diſt. lxxvij. monachus. ¶ Secundò, cũ apoſta-
ta, vt miniſtrare poſsit, & ad alios ordines aſcendere: argu.
diſt. l. c. fi. niſi ordinatus in apoſtaſia. de apo. c. fi. quia tunc
ad papam pertinet, vt ibidẽ. ¶ Tertiò, cũ illegitimo intrã
te monaſteriũ, vt promoueatur. de fil. presby. c. j. ¶ Quar
tò, ꝙ nõ confiteantur & ſumãt euchariſtiã ſemel in men-
ſe. de ſta. mo. cle. j. ¶ Quintò, ꝙ monachus detur in capel-
lanũ eccleſiæ parochialis, ſi accedat epiſcopi, populiq; con
ſenſus: diſtin. viij. c. j. xvj. q. j. doctos. ¶ Sextò, ꝙ monachus
habeat propriam cellã intra ſepta monaſterij. xviij. q. v. c.
nullus. xx. q. vltim. c. fi. ad fi. ¶ Septimò, in ieiunijs, cibis, &
eſu carniũ, ſilẽtio, & operibus manuum ad quæ tenetur: vt
de cõſ. di. v. non mediocriter. & c. carnẽ. & c. nunquam. &
de ſta. mo. cùm ad monaſteriũ. vbi videtur Hoſt. tenere, ꝙ
non poſsit de eſu carniũ: ſed in contrariũ eſt ibi Inno. &
Pan. imò dico, ꝙ in omnibus ſpectantibus ad regulam di
ſpenſare põt, niſi in tribus votis, per ar. à cõtrario ibi in fi
ne. qđ Pan. limitat, modò diſpẽſatio & non diſsipatio fiat.
¶ Octauò, in irregularitate, de qua s̃. Abbas. §. ij. ¶ No-
nò, generaliter in obſeruãtijs regulæ remittẽdis. xx. q. vlt.
in c. fi. in gl. de cõſ. diſt. v. carmen. ſaltẽ in his, quæ nõ ſunt
de ſubſtãtia. arg. de vi. & ho. cle. Deus. Pro quo no. ſecũdũ
Alex. ꝙ in regula beati Benedicti, quædã ſunt purè ſpiri-
tualia, vt claritas, humilitas, & cęterę virtutes: quædã verò
conſiſtunt in obſeruantijs corporalibus: puta abſtinentia
carniũ, ieiuniũ, & huiuſmodi: quædam verò partim ſpiri
tualia, & partim corporalia: vt cantare, pſallere, orare, &
hmõi. In primis Abbas diſponere nõ põt: in ſecundis verò
diſponere quidem põt, non tamen ad libitũ, ſed ſecundũ
quod bonum & æquum viderit, ſecũdũ occurrẽtia: quod
propriè eſt diſpẽſare: tertia verò ſi præcipiuntur aut ꝓhi
bentur, mutare non poteſt: niſi ſecundùm quod conuenit
charitati: vt dicit beatus Benedictus, id eſt, ex cauſa ratio-
nabili: quia ſicut ſubditi abbati, ita abbas regulæ ſubditur,
eiuſq; obedientia præponenda eſt. Et cùm in regula dici-
tur, ꝙ omnia de abbatis diſpoſitione fiãt: intelligitur, niſi
expreſſe præcipiantur aut prohibeãtur. Vnde abbati præ
cipienti in huiuſmodi, ex ſola voluntate non eſt obediẽ-
dum: ſecus ſi ex cognita neceſsitate perſonæ. Si autẽ dubi
tat monachus, vel timet de legitima cauſa præcipiendi: in
huiuſmodi & alijs, quæ ſunt cõtra regulã, obediat: vt j̃. Re
ligioſus. Et quod hîc dicit Alex. de Abbate, ſeruandum eſt
in omni prælato religioſo, cui ex regula permiſſa eſt di-
ſpẽſatio. Vnde diſpenſare poſſunt, qñ eis conſtat de cauſa
legitima, & etiam ſi dubitẽt: quia ad clementiorẽ partẽ de
21 clinãdũ eſt. ¶ Decimoquintò* quæritur, vtrũ ſuperior aſ-
ſumendo aliquẽ ad aliquod officium, videatur diſpenſare
cum eo in impedimẽto quod habet ad illud? Et Inno. qui-
dẽ in ca. præterea. de teſti. cog. & in c. veniẽs. de fi. presby.
videť ſibi contradicere: ſed eius & aliorũ cõtradictio tol-
litur diſtinguẽdo de principe, id eſt, papa, & de inferiori-
bus, puta epiſcopis. Vnde Pa. in c. cùm in cunctis. de elect.
dicit ꝙ epiſcopus in caſibus, in quibus põt diſpẽſare, cõfe
rẽdo beneficiũ indigno, nõ videtur diſpẽſaſſe, imò venit
puniẽdus: quia cõtulit indigno. Ita determinat gloſſ. in c.
vnico. de æta. & quali. li. vj. Secus, inquit, in principe: quia
conferẽdo ſciẽter indigno, videtur diſpẽſare. Dico ergo,
ꝙ ſi princeps vt homo ſcit impedimẽtũ, eo ipſo diſpẽſare
intelligitur. & ſimiliter inferior, ſi ſcit & habeat rationa-
bilẽ cauſam diſpẽſandi cognitam: quod tamen videtur li-
mitandum, ſecundũ Bald. in l. Barbarius. ff. de offic. præto.
qñ per literas ſuas conſtare poteſt de ſciẽtia indignitatis.
Sed hæc limitatio procedit in foro cauſarũ, nõ animarũ:
vbi ſecundũ Arch. ſi prelatus mandat ordinari eũ, quẽ ſcit
irregularẽ: ſufficit intẽtio diſpẽſandi in irregularitate, li-
cet non dixerit illud verbum, diſpẽſo, vel huiuſmodi: quia
diſpẽſat ipſo facto. Sed intellige ſi habet cauſam legitimã,
ſiue cũ cognitione cauſæ: aliter punitur. Ratio verò diuer
ſitatis eſt: qa princeps in diſpẽſando non tenetur ad cauſæ
cognitionẽ ſicut inferior: ſed ſufficit ſola voluntas. Inſtit.
de iur. natu. §. ſed & quod principi. De diſpẽſatione in vo
tis, j̃. Votum iiij. in legibus aũt, j̃. Lex. in certis verò infrà,
Reſtitutio, ſextò. in ætate autem, vide s̃. Dignitas.

DE DISPVTATIONE.

1 *Diſputare, actum eſſe contentioſum, periculoſum, ancipitẽ, ſtul tis appetibilem, & ſapientibus odioſum: & cuique laico in fidei negotio illicitum: adeò ut ob id excõmunicatio irrogatur. Quandoque bonus & neceſſarius eſſe poteſt.*

2 *Auerroiſtæ de intellectus unitate diſputãtes, anꝰ ſint ferendi. Et quid de religioſo illorum opinionem ac ſententiam ſuſtinente.*

1 DISPVTARE* communiter eſt actus contentioſus:
quia conſiſtit in verbis habẽtium contrarias volũta
tes circa victoriã: & pericuIoſus, quia anceps omne certa-
men, ac varius euentus belli: ſtultis appetibilis, & odibilis
ſapientibus: quia ſapiẽtis eſt nolle certare, vt ait Lactan.
& illicitus cuicũque laico circa ea quæ ſunt fidei, id eſt, ne
ceſſaria in fide, vt ſunt articuli & concluſiones neceſſariò
cõnexæ articulis, ſiue publicè, ſiue occultè, intãtũ vt cõtra
faciẽs ſit excommunicandus. de hæreticis. ca. quicunq;. §.
inhibemus quoque. libro vj. vbi gloſſ. dicit fortè per Lai-
cos intelligi illiteratos, more Vltramontanorum: tamen
melius eſt vt propriè intelligatur: quia ſecundũ Sanctum

Tho.leges reſpiciunt, quod in pluribus accidit: vt laicum
rudem eſſe in his, quæ fidei ſunt. Imò nedum laicis, ſed &
clericis prohibet diſputare de fide publicè turbis coadu-
natis. C. de ſum. trin. l. nemo. & idem ſentit Sanctus Tho-
mas ij. ij. quæſt. x. dicens, diſputationem de fide illicitam,
quando ex dubitatione diſputatur: vel coram ſimplicibus
& titubantibus, qui ab infidelibus non ſolicitantur: quod
ſupple, communiter accidit vbi eſt turba. Secus ad cõfutan
dum errores etiam coram ſimplicibus, quando ſunt ab infi
delibus ſolicitati: quia tunc ſi quis ad hoc eſſet ſufficiens,
non ſolùm eſſet licitũ, ſed etiam neceſſarium: nec taciturnitas eſſet erroris confirmatio. Pro quo facit l. quoniam.
C. de epi. & cle. xxiij. q. vj. vides. Similiter etiã ſecus, quan
do diſputatur ad exercitium corã doctis & firmis in fide.
2 ar. in c. in mandatis. diſt. xliij. ¶ Quid* ergo dicẽdum de
his, qui publicè in diſputationibus, ſuſtinẽt fictionem A-
uerrois de vnitate intellectus? Dico ꝙ tales ſunt vani com
muniter: quia opinionem tam ſtolidam & contrariã Ari
ſtoteli & toti Philoſophiæ non videntur ſuſtinere, niſi vt
appareant Philoſophi, quaſi diſſentientes à fide: & ſi ſunt
laici, peccant mortaliter, quia ſunt excommunicandi per
d. c. quicunque. nullus autem excommunicatur à iure, niſi
pro mortali, ſecundùm Pet. de Pa. imò peccant vel morta
liter vel grauiter, etiam ſi ſuſtinerẽt partem fidei, ratione
dictæ prohibitionis. Et ſimiliter peccant mortaliter reli-
gioſi, qui tali vanitate ducti ſuſtinent dictam opinionem:
tum quia exponũt ſe periculo faciẽdi titubare aliquos de
fide: tum etiam quia ſi mortale eſt laico ſuſtinere partẽ fi-
dei propter inſufficientiam, ne fidei derogetur: multo ma
gis religioſo ſuſtinere oppoſitum fidei: & tanto grauius,
quãtũ ille doctior eſt. Et ſimiliter peccant mortaliter in-
quiſitores & epiſcopi, qui poſſent obuiare prędictę ener
uationi fidei: & ſola vtilitate & reuerentia contẽti negli-
gunt ea quæ Domini ſui ſunt non curantes: quia iſta ne-
gligẽtia eſt magna & pernicioſa contra honorẽ creatoris
& Domini noſtri Dei. vide ſuprà Contentio. §. iij.

DE DIVINATIONE.

1 *Diuinatio à quibus inuenta eſt, & quorum uirtute fiat.*
2 *Dæmones quot modis futura agnoſcant.*

1 DIVINATIO* à Perſis fertur inuenta. xxvj. q. iij. ca. j.
& fit demonũ virtute, qui ſcire poſſunt omnia nobis
occulta, præter mẽtium cogitationes, & affectiones, ſecũ-
dùm Theologos, & omnia abſentia. Et aliquo modo etiã
futura: quæ ſecundũ S. Bona. & vt elicitur ex c. ſciendum.
xxvij. q. iij. & S. Tho. in multis locis, quatuor modis agno-
2 ſcũt. ¶ Primò* ex ingenij acrimonia conſiderãtes ad quid
noſtra declinatur affectio, aut virtus cauſæ naturalis. Se-
cundò, ex longa experiẽtia, qua norũt ex talibus talia con
tingere: quod tamen ſubtilem exigit declarationem. Ter
tiò ex doloſa cautela, qua proponũt aliq̃d facere, & prędi
cunt. Quartò, ex aliena doctrina, quã diuina permiſſione
à bono angelo diſcũt, aut etiam per ſcripturas. vide infrà
Superſtitio. & Maleficium.

DE DIVORTIO.

1 *Diuortij finitio, et unde dictũ ſit. Et quotupliciter fieri habeat.
Et an in eo uir & uxor, ad paria uocentur.*
2 *Matrimonium, num ſit aliquo caſu ſeparabile. Et quotuplex
matrimonij ſeparatio.*
3 *Si quis aliquã cognouerit, cũ qua nec ſponſalia, nec matrimoniũ
contraxit, ac deniq; poſt copulã cũ ea de præſenti contrahat: an
hmõi matrimoniũ per præcedentẽ copulã cõſummatum ſit. Et
num eo non obſtante, eorum quilibet religionem intrare poſſit.
Et an uir ex eo, quòd duxerit cognitam, bigamus effectus ſit.*
4 *Vir ſi uxorem necdum cognitã proprio conſanguineo adulterã
dam tradiderit, an ea inuita ob id religionem ingredi poſſit.
& quid ſi alteri tradiderit.*
5 *Vinculum per coniugis mortẽ ſemel diſſolutum, an coniuge re-
ſurgente redeat. Et quid in matrimonio ſpirituali.*
6 *Vinculo matrimonij, per mortem alterius cõiugum ciuilẽ diſſo
luto: utpote religionis ingreſſu altero conſentiente, an in ſeculo
remanens teneatur alterius profeſſionẽ faciendam in fine anni
ante, quàm contrahat, expectare. Et an ſi ſponſus mantellatus
efficiatur, matrimonium ſolui dicatur.*
7 *Matrimonij ſoluendi an alius ſit modus, quàm naturalis, ac ci
uilis mortis. Et ibidẽ, an caſtratio ſuperueniens uinculũ coniu
gale tollat. Et ex quo coniugium ratum eſſe dicatur.*
8 *Sponſa per uerba de præſenti à ſponſo uiolenter cognita, nũ re-
ligionem intrare poſſit.*
9 *Diuortium ratione periculi peccandi uitandi, an liceat. Et quid
ob adulterij cauſam, & quatenus huiuſmodi cauſa porrigatur.
Et qua authoritate occaſione adulterij fiat hmõi ſeparatio. nu
me. 10. & 11. & de eodem limitationes quatuor.*
12 *Vir uxorem adulterã, num aliquo caſu repellere non poſſit. Et
id quot caſibus.*
13 *Separati ob hæreſim, aut infidelitatem, nũ à debiti redditione
abſoluti ſint. Et num in huiuſmodi compenſatio locũ habeat,
nume. 14.*
15 *Iura quid uelint de coniugũ uotis quo ad continentiam in ſepa
ratione propter ſanctimoniam.*
16 *Matrimonio iam conſummato, nũ religionem intrare liceat. Et
id quotuplici caſu.*
17 *Coniux religionem ingreſſus, quando ad exitũ, aut id minimè
teneatur. Et nũ religionem egreſſus ad debitum teneatur. nu.
18. Et num egreſſus ad egreſſum teneatur. nu. 19.*
20 *Iura quid uelint circa ſacrorum ordinum ſuſceptionem ab eo,
qui matrimonium conſummauit.*
21 *Diſſolutione matrimonij, quod uerũ nõ erat, ſed apparens, qua-
liter procedetur, ubi uxor propter uiri frigiditatem diuortiũ pe
tit. Et quid ſi uir propter mulieris nimiã arctitudinem petat.
nu. 22. Et quid ſi propter maleficium petatur, ut quia uir aliam
poteſt, ſuam cognoſcere non poteſt. 23.*
24 *Eccleſia ſi falſis probationibus in matrimonio diſſoluẽdo dece-
pta fuerit: ac mox uir ſacerdos factus eſt: deinde autem comper
tũ eſt de deceptione: an ſi uxor uirũ repetat, ei reddi debeat. Et
quid ſi uxor monaſteriũ ſimili, aut pari cauſa ingreſſa, & ma
ritus monachus effectus ſit, uel in ſacris conſtitutus: an uxor ui
rum repetere queat. nu. 25.*
26 *Fratres duo duxerunt duas ſorores, ſeu cõſanguineas, lataq; eſt
propter conſanguinitatem inter alterum, & uxorẽ, diuortij ſen
tentia: an ob id alter à ſua uxore etiam ſeparari debeat.*
27 *Sententia diuortij lata, & thoro ob uxoris adulteriũ ſeparato,
ſi uir fornicetur, an poſſit illum mulier repetere.*

1 DIVORTIVM* licitum, eſt viri ab vxore, vel econtra
ſeparatio legitima, id eſt, nõ ſine lege vel ratione fa
cta: quia quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. xxxj.
quæſti. j. §. & obijcitur. Et dictum eſt à mentium diuerſi-
tate: vel quia hi, qui matrimonium diſtrahunt, in diuer-
ſas partes eunt. ff. de diuor. lege prima. Et ſecundũ Rayn.
fieri habet multipliciter: quia aut diuiditur matrimo-
nium in totum, ita quòd poſsit coniugum vterque con-
trahere, vt in maleficiatis: vel ſaltem alter, vt in frigidis:
aut dirimitur in parte, id eſt, quantum ad mutuam ſerui-
tutem debiti coniugalis & cohabitationis, ita tamẽ, quòd
neuter eorum contrahere poſsit: ſicut quando fit ſepara-
tio propter adulterium, vel cauſa religionis poſt carnalẽ
copulam: antequam ſi alter coniugũ religionẽ intraret,
poſſet

poſſet cõtrahere reliquus. In huiuſmodi aũt diuiſionibus
faciẽdis per diuortiũ, vir & vxor ad paria iudicãtur, ſecun
dùm S. Tho. & Pet. quia ſicut viro vxorẽ, ita vxori virum
ob fornicationẽ dimittere licet. xxxij. q. j. ſi quis vxorem.
2 ¶ Primò* verò quæritur, vtrũ matrimoniũ ſit aliquo caſu
ſeparabile? Et dico, ſi loquamur de m̃rimonio vocaliter,
& nõ verè, vt eſt illud, q̃d ſeq̃tur impedimẽtũ dirimens:
ſic ſolui põt, iuxta dicẽda infrà, Impedimentũ. ꝑ totũ. Sed
loquẽdo de vero matrimonio, dico ꝙ eſt duplex: vnũ ſci
licet ratũ. i. legitimè contractũ ꝑ verba de præſenti: aliud
ratũ ſimul, ac cõſummatũ per copulã carnalẽ. Separatio
enim matrimonij eſt duplex: vna quo ad vinculũ, quę eſt
q̃ũ vterq;, vel alter cõiugũ põt cũ alio de nouo cõtrahe-
re: alia quo ad cõuerſationẽ cõiugalẽ, vinculo ſtante. Et
hæc eſt duplex, ſcilicet quo ad thorũ, & quo ad cohabita-
tionẽ. Igit̃ quãtũ ad vinculũ, matrimoniũ ratũ dupliciter
ſolui põt. ¶ Et priò, ꝑ mortẽ naturalẽ alteriꝰ, vel vtriuſq;
cõiugũ. ¶ Et ſecũdò, ꝑ mortẽ ciuilẽ, id eſt, profeſsionem
tacitã, vel expreſſam religionis approbatę: ita ꝙ remanẽs
in ſeculo põt libere cũ alia cõtrahere: niſi impediatur ex
aliquo voto. Matrimonium verò cõſummatũ ſolui poteſt
morte naturali, nõ autẽ ciuili, aut quocunq; alio modo:
vt in c. gaudemus. de diuor. etiã autoritate Papæ, vt in c.
ex publico. de cõuer. cõiu. quod tamẽ fallit, ſi illud eſſet
inter cõiuges infideles. de quo ĩ. Matrimonium. vj. §. j. &
Matrimoniũ. viij. §. x. Quãtũ verò ad cõuerſationẽ cõiu
galẽ vtrũq; tam ratũ, quàm cõſummatũ ex quatuor ſepa-
rari põt. Primò, propter adulteriũ. xxxij. q. j. dixit dñs. de
quo ĩ. §. vij. quo caſu mulier dotẽ, & vir donationẽ ꝓpter
nuptias perdit: vt ĩ. §. xiiij. ¶ Secũdò, propter periculũ,
dum alter alterũ ad aliquod peccatũ mortale trahere niti
tur: ſcd̃m glo. in c. oẽs. xxxij. q. vij. & Inno. in c. maritus. de
adul. & in c. quæſiuit. de diuor. & ibi Panor. quod intelli
ge ſi aliter cõpeſci nõ põt. ¶ Tertiò, propter hæreſim. de
quo ĩ. §. x. ¶ Quartò, propter ſanctimoniã, id eſt, religiõis
3 ingreſſum, aut votum: de quo ĩ. §. xij. Eſt* tamẽ circa hoc
ſciẽdum, ꝙ ſi quis aliquam cognoſcat, cum qua nec ſpon
ſalia, nec matrimonium cõtraxit, & poſt copulam cum ea
contrahat de præſenti: hoc matrimoniũ nõ eſt cõſumma-
tum per copulã: quia quod præcedit, nõ cõſummat, id eſt,
perficit quod ſequitur, ſed ecõtra: quia perfectio præſup-
ponit perfectibile. Et ideò vterq; eorũ, nõ obſtãte illa co
pula, poteſt intrare religionẽ, per c. verũ. & c. ex publico.
& c. ex parte. de cõ. cõiu. Nõ eſt etiã ille vir bigamꝰ, dato,
ꝙ illa prius ab alio cognita fuiſſet: q̃a ad bigamiã nõ ſuffi
cit cõtrahere cum corrupta, niſi poſt cõtractum cognoſca
tur. Et facit c. veniens. de ſpon. vbi copula præcedens ſpõ
ſalia de futuro, nõ facit illa tranſire in matrimoniũ. Sciẽ-
4 dum* eſt etiam, ꝙ ſi vir vxorẽ nondum cognitam proprio
cõſanguineo tradat adulterandã, ſecundùm Rich. in iiij.
diſt. xxxv. nõ poteſt ea inuita religionẽ intrare: ex hoc ac
quiſito mulieri iure in corpus viri. & facit c. diſcretionẽ.
de eo q̃ cog. cõſan. vxo. ſuæ. Et idẽ videtur, ſi tradat alteri.
5 ¶ Secũdò* quæritur, quantum ad ſeparationẽ vinculi per
mortẽ naturalem, vtrũ redeat vinculũ mortuo reſurgẽte?
Et dicit Pet. de Pal. in iiij. diſt. xxvij. ꝙ poſt mortem vnius
alter contrahere poteſt. vt patet per Apoſtolum Ro. vij.
quia mors omnia ſoluit. authen. de nup. §. deinceps. Et ſi
mortuus reſurgat, nõ eſt obligatus matrimonio: tũ quia
obligatio ſemel extincta nõ reuiuiſcit: tũ quia hoc ſacra-
mentũ characterẽ nõ imprimit: q̃ ſcilicet eſt indelebilis.
Vñ Lazarus reſuſcitatus ſi habebat vxorẽ, nõ recuperauit
eã, niſi nouiter cõtraxiſſet: recuperaſſet tñ bona, quæ teſta
tus fuiſſet: quia in donatione cauſa mortis plus ſe, quàm
donatariũ vult habere. Vnde intelligitur tacita cõditio, ſi
moritur cũ effectu, id eſt, permanẽs in morte. Idẽ ſi ab in-
teſtato decedatur, quia in cauſa eſt cõiũctio ad moriẽtẽ,
qui ſibi eſt omni alio cõiũctior. Et idẽ ſi fiſcus illa recepe
rit in defectũ hæredũ: q̃a ſi reddere tenet̃ propinquo eiꝰ,
multo magis eidẽ reſurgẽti. Et idẽ eſt in ſpirituali matri-
monio. Nam religioſus ſuſcitatus poſt mortẽ, nõ tenetur
ad religionis obſeruãtiã: q̃a ſeruitus ꝑſonalis, quæ debe-
tur à perſonæ ratione perſonæ, vt in matrimonio, & reli-
gione, extinguitur morte: quod etiã patet ex verbis ali-
quorũ profitẽtiũ obediẽtiã vſq; ad mortẽ. Et ſimiliter cu
ratus, & epiſcopus reſuſcitatꝰ, quãuis retineat cõſecratio
nem, nõ retinet tamẽ eccleſiã, niſi ſibi noua electiõe, aut
prouiſione cõferatur: quia mortuus eſt ſuæ ſpõſæ, id eſt,
eccleſiæ. hæc ex illo. ¶ Tertiò* quęritur, quãtũ ad ſepara- 6
tionẽ vinculi per mortẽ ciuilẽ, vtrũ altero poſt matrimo
nium ratũ intrãte religionẽ reliquo conſentiente, rema-
nens in ſeculo teneatur alterius profeſsionẽ fiẽdã in fine
anni expectare, antequã cõtrahat? Et dicũt oẽs doct. ꝙ te
netur quidẽ profeſsionẽ expectare: q̃a ſi ante profeſsionẽ
egrederetur, tenetur illũ recipere, etiã ſi iam cũ alio cõ-
traxiſſet, & cõſummaſſet. quia ante ciuilem mortẽ, id eſt,
profeſsionẽ, qua quis actibus carnalibus moritur, vinculũ
nõ diſſoluitur: vt in c. verũ. & in c. ex parte. el ij. de cõuer.
cõiu. & intellige in religione approbata: vt in c. vnico. de
vot. lib. vj. Ex quo infert Pan. in d. c. ex parte. ꝙ non ſoluit̃
matrimoniũ, licet ſpõſus efficiatur mãtellatus, ſiue de ter
tio ordine: quia licet ſit modus viuẽdi approbatus, nõ tñ
religio. Quod tñ fallit in tertio ordine viuẽte collegiali
ter, & ꝓfitẽte tria vota religionis ex cõceſsione apoſtoli-
ca: ſicut nũc eſt in multis locis in ordine Prædicatorũ: q̃a
talis ꝓfeſsio ſoluit matrimoniũ ratũ ante, vel poſt talẽ ꝓ
feſsionẽ cõtractũ: vt declarauit Xyſtus quartꝰ de q̃buſdã
mulieribus tertij ordinis beati Frãciſci: nõ aũt ſi profitẽ-
tur quidẽ hæc, ſed nõ ex cõceſsione apoſtolica: quia opor
tet talẽ profeſsionẽ eſſe approbatã. ¶ Probationis tñ tem
pus, vtrũ eo caſu debeat eſſe annus nécne, eſt opi. triplex.
Nã Ber. in c. ſtatuimus. de reg. in gl. dicit, ꝙ ꝑ epiſcopum
tẽpus probatiõis breuiari, & taxari debet, propter pericu
lũ incõtinẽtiæ alterius, & ad fraudẽ tollendã: quia poſſet
quis ĩ fine anni de monaſterio ad monaſteriũ trãſire frau
dando aliũ. Ioã. aũt in gl. xxvij. q. ij. in c. deſpõſatã. diſtin-
guit: q̃a ſi intrauit de volũtate alterius, debet ille expecta
re ꝑ annũ: nec ꝓbationis tẽpus abbreuiãdũ eſt. Si verò in
trauit eo ignorãte, vel inuito: præfigendũ eſt tẽpus intra
q̃d profiteatur. Nec incõuenit tẽpus iure ſtatutũ breuia-
ri: quia ſpeciale eſt in iſto caſu propter incõtinẽtiæ peri-
culũ. Hoſt. verò in Sũ. dicit illud tẽpus nõ eſſe breuiãdũ,
niſi appareat fraus ex diſcurſu de vno monaſterio ĩ aliud:
q̃a inductũ eſt in fauorẽ, non ſolùm intrãtis, ſed etiã reli-
gionis, vt mores eius experiatur. Sed S. Tho. in iiij. diſt.
xxvij. q. j. art. iij. q. iij. ad tertiũ. dicit ꝙ de ꝓfeſsione emiſſa
ante tẽpus iure determinatũ, eſt idẽ iudiciũ, q̃d de voto
ſimplici, poſt quod alter reddere debitũ non tenetur, nec
tamẽ põt cõtrahere: ita & hîc. hæc ex illo. Et ſic tene, niſi
abbreuiator tẽporis eſſet Papa: quia alij cõtra canones diſ
ponere nõ poſſunt in fiendis, niſi eis expreſſe cõcedat̃: vt
patet ex dictis ſ. Diſpẽſatio. §. iiij. maximè in alicuius prę
7 iudiciũ. ¶ Quartò* quæritur, vtrũ præter dictos modos.
ſ. mortis naturalis, & ciuilis, ſit alius modus ſoluẽdi matri
moniũ ratũ, aut etiã cõſummatum? Et de cõſummato le-
gitimè inter fideles dico, ꝙ nullo modo ſolui poteſt, niſi

morte naturali:ſimiliter nec ratũ,niſi morte naturali,aut
ciuili,ſecũdùm Pet.de Pal. qui dicit, ꝙ tale matrimoniũ,
ſcilicet ratũ, nõ ſoluit primò ſeruitus ſuperueniẽs: quia
nõ occidit,quãtũ ad actus carnales. Et idẽ generaliter eſt
de omni impedimẽto dirimente: quia matrimoniũ non
dirimũt,niſi pręcedãt.Nec ſecũdò votũ ſimplex:vnde ta-
lis tenetur aut reddere,aut intrare religionẽ, nõ quidem
tertij habitus beati Dominici,vel Franciſci,cũ profeſsiõe
ibi: quia talis profeſsio nõ habet vim niſi voti ſimplicis,
vñ nõ ſufficit tollere vinculũ cõiugale.Nec tertiò caſtra-
tio ſuperueniẽs:quia matrimoniũ ratum nõ inuenitur in
iure ſolui,niſi in certis caſibus,de quibus nõ eſt iſte. Fir-
matur autem, & ratũ vocatur cõiugiũ ex ſolo conſenſu ꝑ
verba de præſenti:vt no glo.de teſti.c.ſuper eo. Et glo.di
centes,ꝙ cõfirmatur officio carnali, & antè impoſsibili-
tas coeũdi ſoluit vinculũ, negãdæ ſunt. Nec quartò or-
do,q eſt ſacramẽtũ, vel dignitas:licet magiſter Sẽtẽtiarũ
videatur innuere, ꝙ ſpõſus ſicut religionẽ ingredi, ita &
ad ordines promoueri poſsit:& ſecũdũ Hoſt.ad epiſcopa
tum ante copulã carnalem:quia epiſcopatus ex ſui natura
nõ dicit aliquid matrimonio cõtrariũ: cũ epiſcopi prius
eſſent vnius vxoris viri: nihil autem tollitur niſi per ſuũ
contrarium. Item epiſcopus ciuiliter non moritur, cùm
habeat propriũ,ſicut & clerici ſeculares:religio autẽ ma-
trimoniũ ſoluit ratione mortis ciuilis, nõ ratione perfe-
ctionis:vnde vxor ordinari ad ſacros ordines, vel epiſco-
patũ cõtrahere non poteſt: nec ea inuita poteſt vir etiam
ante copulã ad hæc ordinari,etiã per Papã, in eius præiu
dicium,ſic,quin teneatur debitũ reddere:quia eſt de iure
diuino:ſimiliter nec ad cardinalatũ, quia & ille ſtatus ſe-
cularis nõ eſt regularis,dicẽte quodã cardinali,nos habe
mus religionẽ,cuius apoſtatæ ſunt ſancti,vt Hieronym⁹.
Nec obſtat, ꝙ Chriſtus Ioãnẽ de nuptijs ad apoſtolatũ vo
cauerit:tũ qa epiſcopi nõ tenent locũ apoſtolorũ,quo ad
paupertatem,ſed quo ad dignitatem: tum quia illud fecit
Chriſtus,qui habuit poteſtatem excellentiæ: tũ quia apo
ſtolatus erat ſtatus religiõis,quo ad tria vota. Eſt ergo cõ
cluſio iſtius, ꝙ matrimoniũ ratũ ſola profeſsione religio
nis probatæ ſolui poteſt,& nõ aliter, etiam autoritate Pa
pæ, cuius tamen cõtrariũ tenent Canoniſtæ: quia matri-
monium inquantũ ſacramentũ,ratificatur conſtitutione
eccleſiæ,quę ratificatio eſt, vt alter altero viuente cõtra-
here nõ poſsit. vnde ratificationẽ Papa tollere poteſt de
poteſtate abſoluta:,& etiã de ordinaria, qñ ſubeſt cauſa.
Et hæc eſt opinio Io.And.in nouel.ſuper c.ex publico.de
conuer.cõiug.& Hoſt.& Archi.in c. quapropter.xxvij.q.
ij.& Benedi.in c.ex publico.Et Archi.iij.parte.tit.j.c.xxij.
diffuſe iſta pertractãs dicit, ſe vidiſſe bullas Martini quin
ti, & Eugenij quarti,talem matrimonij diſſolutionem cõ
8 tinens.¶ Quintò*quæritur,vtrũ ſponſa per verba de præ
ſenti cognita violenter à ſponſo religionem poſsit intra-
re? Et dicit Hoſ.ꝙ non cõtra ſpõſi volũtatẽ,& ſi ingredi-
tur, ille contrahere non poteſt, ſecundùm Petrum,cùm
duret vinculũ:ſed poteſt inuitã de monaſterio reuocare.
Pan.autem in c.verũ.de cõuer.coniu.ſequitur opi.Barto.
Brixi. dicentis,ꝙ poteſt: quia nõ videtur communicaſſe
ſuum corpus,ex quo fuit cognita inuitè.Et facit c.ille au-
tem.xxxij.q.v.Sed dico iſtã opi.veram,ſi erat ſpõſa de fu-
turo:& etiã tenent Mo.& Rod. aut etiã ſi fuit de præſen-
ti,& violẽtia fuit abſoluta ante bimeſtre: ſed ſecus ſi erat
ſpõſa de præſenti, & fuit in mora ingrediendi religionẽ:
puta, quia iam tranſiuerant duo menſes à deſponſatione,
qui ad hoc dãtur,ſecũdùm S.Tho.vt ſ.Debitum. §.j.quia
ſic ille exigit,qđ ſibi debebatur ſine culpa.Similiter ſi vio
lentia non fuit merè abſoluta: qa hoc caſu copula fuit ex
parte ſponſæ volũtaria ſimpliciter,licet ſecundũ quid in-
uolũtaria: ſicut & proiectio merciũ in mare.Secũda autẽ
opinio eſt vera, vbi nõ fuit in mora, & violentia fuit ab-
ſoluta ſine vllo cõſenſu.quod tamen vix accidit. Et ratio,
quia vnius culpa nõ debet impedire alterius bonũ: maxi
9 mè ſi culpabilis inde cõmodum reportet.¶Sextò*quęri
tur, quantũ ad ſeparationem ratione periculi peccandi,
quomodo liceat?Et dico ex Pet.de Pal. in iiij.diſt.xxxix.
ꝙ ſi crimen eſt tale, vt cõiunx ſine periculo ſui corporis
cohabitare nõ poſsit,nõ tenetur:quia ſi cum ſui corporis
ꝑiculo nõ tenetur reddere debitũ, multo minus cohabi-
tare.de reſt.ſpo.ex tranſmiſſa. & c.literas.in ſi. Vnde falſa
eſt gl.de diuor.& c.ij.dicẽs,nõ dimittẽdã eſſe vxorẽ, etiã
ſi vitę viri fuerit inſidiata.Et idẽ eſt ſi cõiunx trahat ad cri
men,etiã nõ cogendo, ſed ratione fragilitatis: quia ſi nõ
tenemur cohabitare propter periculũ corporis: multo
minus propter periculũ animę.Si tamen quis propter cri
mina alterius nõ timeat probabiliter ſibi,corpori,vel ani
mæ,derelinquere cõiugem nõ debet,etiã incorrigibilẽ,
niſi ſit fornicatio carnalis,etiã ſemel cõmiſſa:vel ſpiritua
lis,in qua ſit incorrigibilis. Et ſic intelligit c.ij. de diuor.
10 ¶Septimò*quæritur, quantũ ad ſeparationem matrimo
nij cõſummati,quo ad cõuerſationem cõiugalem, ratiõe
adulterij factã, quantũ extendatur iſta cauſa adulterij,vel
fornicationis?Et dico,ſecũdũ doct.extenditur,nõ ad vo-
luntatẽ adulterãdi, ſecũdũ Veruec.ſed primò ad ſuſpicio
nem violẽtã,vel certã de huiuſmodi: puta, ſi probatur,ꝙ
fuit ſolus cũ ſola,nud⁹ cũ nuda in eodẽ lecto:aut ſimul in
ſecretis locis,& latebris cõmodis,& horis electis.xxxij.q.
j.dixit.Secũdò,ad vitiũ Sodomiticũ, ſecũdùm Hug.Lau.
Io.Cal.do. Ant.& Pan.in c.maritus.de adul. quia nomine
fornicationis intelligitur omnis illicitus coitus.xxxij.q.
vij.nõ ſolũ.xxxij.q.iiij.meretrices.Et quãuis Inno.in d.c.
maritus.& gl.in c.oẽs.xxxij.q.vij.teneat cõtrariũ, primũ
tamẽ eſt verius:quia matrimonio fit iniuria maior.Et ad-
dit Pet.de Pal. hoc extẽdi ad vitiũ Sodomiticũ, & pollu-
tionẽ extraordinariã cũ alio,vel alia,etiam extra clauſtra
pudoris: etiã ſi erat ſua, ſcđm Hug. & Lau. ea nõ exiſtẽte
in culpa.Sed hoc limita,ſi nõ vult corrigi.Imò extẽdit,ſe
cundũ quoſdã,& S.Th.iiij.diſt.xxxv.ad peccatũ cõtra na
turam. Sed hoc nõ eſt verũ in mollitie, ſcđm Hug. Ro.&
gl.in c.oẽs.Et ratio põt eſſe: qa nec diuiſit, nec diuidere
tẽtauit carnẽ ſuam:qua etiã ratione,q ſuã extraordinariè
polluit,nõ põt dimitti,niſi corrigi nõ velit: quia tũc im-
mineret vxori periculũ ſalutis,cui põt & debet ꝓuidere.
de diuor.gaudemus.Tertiò,extẽditur ad fornicationem
ſpiritualẽ.i. infidelitatẽ, ſi alter ſcilicet cadat in hæreſim,
Iudaiſmũ,vel Gentilitatẽ, præcipuè ſi ad infidelitatẽ tra-
hit coniugem ſuum.xxviij.q.j. idolatria. Si tamen talis
corrigere ſe vellet,nõ deberet dimitti. ſed de hoc j. §.x.
11 ¶Octauò*quæritur, qua autoritate talis ſeparatio ſiat ra
tione adulterij? Et dico,ſecũdũ Hoſ. ꝙ ſi adulteriũ eſt no
torium, ita ꝙ inficiationi nõ eſt locus, põt innocens reũ
ſua autoritate dimittere,ſcilicet ei nõ cohabitãdo.de di-
uor.ſignificaſti.& multo fortius debitũ negãdo.& idẽ In.
noc.quod Veruec.limitat verũ,qñ reus recedens publicè
moratur cũ adultera,vel adultero: quo caſu loquitur d.c.
ſignificaſti. Aliter aũt hoc nõ licet, quãtũ ad cohabitatio
nem:vt ibi in c.porro.Et idẽ Io.An. in c.plerũq;. de dot.
poſt diuor.re.addẽs, ꝙ nõ lucrabitur donationẽ propter
nuptias,vel dotem:ſi nõ habet penes ſe, quia petere non
pote

poterit.Sed ſi habet penes ſe,per exceptionẽ adulterij eã
lucrabitur contra petentẽ,ſecundũ Pan.in d.c.plerunq;.Si
verò delictũ nõ eſt notoriũ,fieri nõ poteſt ſeparatio quã
tum ad cohabitationẽ,ſine authoritate & iudicio eccleſię:
aliter inſtãte altero,conetur cohabitare:niſi probet intra
octo dies,ſecũdũ Ho.quod Rich.limitat verũ,quãdo ma-
trimoniũ in facie eccleſiæ,vel corã teſtib⁹ celebratũ erat.
In clandeſtino enim omnino propria põt authoritate di-
mittere,etiã quo ad cohabitationẽ:quantum autẽ ad tho
rum,dico fieri poſſe ſeparationẽ propria authoritate,ſi in
nocẽti conſtet de adulterio cõiugis alterius,ſecũdũ Arch.
ar.eorũ quæ no.in d.c.plerũq;.& in c.gaudem⁹.de diuor.
Quod tamẽ,ſecundũ Archi.& multos,fallit in tribus caſi-
bus.Primò,ſi cõpellatur authoritate eccleſiæ.Secundò, ſi
ipſe poſtea adulteraſſet. Tertiò,ſi petiuiſſet aut reddidiſ-
ſet debitũ voluntariè poſtquã de adulterio ſciuit:quia vi-
detur ſe recõciliaſſe:& debitũ negare nõ poterit,ſecundũ
Pet.de Pal.Adde quartò,ꝙ vbi reus ſe emendare vellet,in
nocẽti ſuaderi debet recõciliatio:ſed non eſt ad hoc abſo
lutionis negatione cogẽdus:niſi hoc ex odio faceret aut
12 vindicta,ſecundùm S. Tho.in iiij. ¶*Nonò quæritur, an
aliquo caſu nõ poſsit vir adulterã vxorẽ repellere?Et dico
ꝙ ſic in ſeptẽ.¶Primò,ſi ipſe illam proſtituit.extrà,de eo
qui cogno.cõſan.c.diſcretionẽ. & idẽ ſecundùm Petr.de
Pal.eſt,ſi ſciuit,& nõ prohibuit,cũ potuerit.Secus ſi ei de
diſſet occaſionẽ indirectè,expellẽdo eã,vel neceſſaria de
negando:quia non eſt ignoſcẽdũ ei,quæ prętextu pauper
tatis turpiſsimã vitam elegit.ff.de rit.nup.l.palam.Vide ſi
vis,Pan.in c.diſcretionem.de eo qui cogno.conſan.vxor.
¶Secundò,cum virũ defectũ credẽs probabiliter, nupſit
alteri:quia excuſatur,ſecũdũ Rich.& vir rediẽs eã recipe-
re tenetur:niſi ſciẽter ſteterit cũ ſecundo poſt aduẽtũ pri
mi.xxxiiij.q.ij.cũ per bellicã.¶Tertiò,ſi eſt cognita latẽ-
ter ab aliquo,quẽ virũ propriũ credebat:eadẽ q.in lectũ.
¶Quartò,ſi fuit vi oppreſſa.xxxij.qõ.v.propoſito animi.
quod intellige de vi abſoluta:ſed ſi metu aut præcepto pa
rentũ,inſtantia cõſanguineorũ,vel ſimili cauſa fornicare
tur,etiã de facto cõtrahẽdo cũ aliquo,nõ excuſatur.xxxij.
q.vij.omnes.¶Quintò,quãdo eã poſt adulteriũ recõcilia
uit,vel publice adulterantẽ tenuit,& retinet in conſortio
maritali.xxxij.q.j.c.j.cũ ſe.quia ſecũdũ Rich.crimẽ recon
ciliatione dimiſſum,amplius obijci non debet,niſi ſequa
tur recidiuũ.¶Sextò,ſi infidelis cõiũx infideli cõiugi det
libellũ repudij,illaq; nubat ſecũdo,& vterq; cõuertat ad ſi
dẽ:quia tenetur eam recipere primus etiã cognitã à ſecũ-
do:niſi alteri fuerit fornicatione cõiũcta.de diuor.gaude
mus.¶Septimò,ſi vir conuincit adulterari.xxxij.q.vj.per
totũ.imò ſi vir eſt adulteratus occultè,& vxor manifeſtè,
ſine peccato eã dimittere nõ põt:quia vxori nõ deficit ius
excipiẽdi,ſed probatio,ſecũdũ Ray.S.Th.& Alb. Si tamẽ
ille pœnitẽtiã egiſſet,& illa eã agere nollet:ſine peccato
accuſare eã & dimittere poſſet.xxxiiij.q.j.c.j.ij.iij. & iiij.
¶Octauò,ait Ric. ſecũdũ aliquos,ſi vir cõtra vxoris volũ
tatẽ abſtinẽdo præſtet occaſionẽ adulterandi.xxxiiij.q. v.
ſecũdũ verba. Alij tamẽ dicũt propter hoc nõ excuſari mu
lierẽ adulterãtẽ,quin poſſet eã dimittere maritus,ſecũdũ
13 gl.¶*Decimò quęritur,quãtũ ad ſeparationẽ propter hę
reſim vel infidelitatẽ,quæ eſt ſpiritualis fornicatio, vtrum
ſeparati ꝓpter hãc vel illã fornicationẽ abſoluti ſint à de
biti redditione?Et dico ꝙ ſic,ſecundũ Hoſt.& Pan.in ca.
quæſiuit.de diuor.& ſi ſpũalis fornicatio ſit notoria,mari
tus põt intrare religionẽ inuita vxore,& ecõuerſo,ſecũdũ
Pan.in c.ſi.de cõuer.cõiu.Et cũ dicit Dominus, Excepta
cauſa fornicationis,gl.dicit carnalis,vel ſpiritualis. Et hoc
fit fauore fidei.Ex quo no.ſecundũ Pan.ꝙ verbũ generale
in materia pœnali,intelligitur largo modo, ſi diſpoſitio
tendit ad fauorẽ fidei.Sed prædicta intellige,quo ad inno
centẽ:ſed quo ad reum ante latã ſentẽtiã diuortij propter
ſpiritualẽ aut carnalẽ fornicationẽ, ſi innocẽs hoc petit,ſi
bi recõciliari debet,& debitũ reddere tenet:nec eo inui-
to,ſecũdũ Hug.põt intrare religionẽ:quia introductũ in
meũ fauorẽ,in meũ dãnũ retorqueri nõ debet.l.quod fa-
uore.C.de legi.imò etiã poſt latã ſentẽtiam poteſt inno-
cẽs reũ inuitũ reconciliare:ſecũdũ Lau.nec põt reus eo in
uito religionẽ intrare: quia ſentẽtiã Hu. dicẽtis cõtrariũ,
eo ꝙ vterq; in ſeparatione ceſsit iuri ſuo, euertere videt
d.c.ex literis.Et hoc tenet Sum.Roſ.ſed repugnat Sum.
Ang.ſic dicens:Poſt latã ſentẽtiã ſi innocẽs hoc petit,reus
recõciliari debet,& reddere tenetur.quod fallit,ſi religio
nem intraſſet,vel ſuſcepiſſet ordines ſacros: quia nec ille
repetere poſſet:nec iſte reddere tenetur,ſecundũ Ber. in
c.ex literis tuis.de diuor. & Hoſtiẽ.ibi.hæc ille. quæ malè
adducit Ber.vt patet intuẽti:& etiã malè ſentit:quia ſi ille
religionẽ intrare nõ potuit,vt probatũ eſt,aut promoueri
ad ordines,iuſte ali⁹ repetit,vt dicitur.Poteſt tamẽ no cẽs
licitè intrare monaſteriũ tripliciter.Primò,de licentia in
nocẽtis.Secũdò,ſi innocẽs ipſe ingreſſus eſt & profeſſus.
Tertiò,ſi mulier de adulterio condẽnata,vel publice de-
prehenſa,in monaſteriũ ad pœnitentiã perpetuã detruda
tur,& eam emẽdatã recipere noluerit:quod poteſt intra
bienniũ.propter quod tamẽ monacha nõ erit,ſi nõ fuerit
amplius proceſſum.Vide pro his Pan.in ca. gaudemus.&
14 in c.ſi.de cõuer.coniug.¶*Vndecimò,vtrũ in talibus ad
mittatur copẽſatio:puta,ſi vnus ſpiritualiter,alter carnali
ter fornicetur?Et dicit Gof.& Ho.ꝙ ſic, ſi emẽdare velit
qui ſpũaliter cecidit.Sed ſi nollet emendare, procederet
cõtra illũ:& ipſe cõtra ſuũ cõiugẽ nõ audiretur.Sed tamẽ
Ho.magis diſtinguit:quia ſi,inquit,accuſatur vnus de ſpi-
rituali,& excipit de carnali,nõ eſt audiẽdus:quia ſi cõuin
citur de ſpũali,non tenet ei mulier cohabitare,niſi redire
velit ad fidẽ.Si verò accuſat⁹ de carnali,excipit de ſpũali,
prius de exceptione cognoſcetur,tanquã de præiudiciali:
cũ hæreticus accuſare nõ poſsit vxorẽ de carnali vel alio
delicto.Et facit c.exceptionẽ.& c.à nobis.de excep.Sed ſi
ille vellet redire ad fidẽ,& cõſtaret de vtraq; fornicatiõe:
fiet compẽſatio.Et ita tenet Pan.in c.ſi. de cõuer. coniug.
15 ¶*Duodecimò quæritur,quantũ ad ſeparationẽ propter
ſanctimoniã,quid iura velint de votis cõiugũ quo ad cõti
nentiã?Et dico de hoc multa eſſe dicenda j.Matrimoniũ.
viij. §.v.& Votũ.v. §.ij.Sed ꝓ nũc eſt notãdũ,ꝙ ambo de
cõi cõſenſu poſſunt vouere cõtinẽtiã ante copulã:vt bea-
ta virgo & Ioſeph. & ſimiliter alter tãtùm.Sed eo caſu te-
net ingredi religionẽ,ſcđm Pe.de Pa.vel debitũ reddere:
quod tñ reddẽdo prima vice mortaliter peccat: poſt co-
pulã verò ſimiliter vouere põt vterq; de cõi cõſenſu, per
no.in c.chariſsimus.de cõuer.cõiug.& ſimiliter alter tan
tũ in ſuũ præiudiciũ,& nõ alterius.Vnde poſt motũ red-
dere tenebit:ſed ſine mortali exigere non poterit,niſi ſe
nimis oneroſum exhiberet alteri nõ petẽdo: quia ei ꝓiu-
dicare nõ potuit,niſi ille cõſenſiſſet in votũ:facit c.quidã
intrauit.& quod ibi no.de cõuer cõiu.Et ſi vn⁹ cõſentiat
vt alter voueat,ſtatu nõ mutato,cõſentiẽs,ſi nõ vouit,nihi
lominus poterit exigere,ſecũdũ Inn.& ſequitur Pan.in c.
j.de cõuer.cõiu.& ille,qui vouit,reddere tenetur,ſed nul
lo modo põt exigere:et ſi nõ exigẽdo reliquo eſſet one-
roſus:quia concedẽdo licẽtiam,ſibi in hoc præiudicauit.

16 ¶*Decimotertiò quęritur, vtrũ matrimonio cõſummato
liceat religionẽ intrare? Et dico multa. ¶Primũ. Conſum
mato matrimonio regulariter, nõ põt alter cõiugũ reli-
gionẽ intrare. de cõuer. cõiu. verũ. & c. ex publico. & c. ex
parte. el ij. etiã ſi ſpõſus ſpõſam cognouerit violẽter, ſecũ
dùm quoſdã: de quo ſ̃. §. v. ¶Secũdũ. Secundũ Pe. de Pal.
alteri cõiugũ licet poſt mr̃imoniũ cõſummatũ religionẽ
intrare triplici caſu. Primò, ſi reliquus fornicatur: niſi &
ipſe in hoc deliquerit: vel niſi poſt hoc ſibi reliquũ recõci
liauerit, debitum reddẽdo, vel exigẽdo. Sed tñ limita hoc
verũ ex iudicio eccleſiæ, vel quãdo ꝓpria poterat autho-
ritate nõ cohabitare. Non tamẽ econtrario põt adulter in
trare ſine licẽtia alteriꝰ: niſi poſt ſentẽtiã diuortij, ſecũdũ
Hug. & Sum. Confeſ. lib. iiij. titu. xxij. q. xiiij. de quo dic vt
ſ̃. §. x. Secundò, ex cõi cõſenſu, vtroq; intrãte & profitẽte:
quo caſu ſoluitur matrimoniũ quo ad thorũ & cohabita-
tionẽ, ſed non quo ad vinculũ. Vnde ſi vnus egrediatur re
ligionẽ, ſcilicet poſt profeſsionẽ: nõ propter hoc põt alter
exire: ſed cõpelli debet ad reditũ: nec ſi vnꝰ aliũ viſitãs exi 18
git debitũ, alter reddere debet. Tertiò, ex cõſenſu alteriꝰ
in ſeculo remanẽtis, vbi nõ eſt de incõtinẽtia timor: puta,
quia eſt longi tẽporis, & honeſtæ vitæ: quo caſu durat vin
culum. Vnde remanẽs in ſeculo, cõtrahere nõ põt etiã reli
quo mortuo: quia intelligitur cũ eo cõtinẽtiã promiſiſſe:
ſed ſi eſt timor de incontinẽtia remanẽtis, quod ſatis præ
ſumitur cũ eſt iuuenis, aut leuis, vel ſuſpectus: alter ſine al
tero nõ debet intrare vel recipi. xxvij. q. ij. Agathoſa. ẽt ſi
ſuſpectus cõtinẽtiã promittat ſiue voueat, ſecũdũ gl. in c.
17 ſignificauit. de cõuer. coniu. ¶*Decimoquartò quæritur,
quãdo coniunx ingreſſus religionẽ teneatur, vel nõ tenea
tur ad exitũ? Et dico, ſecundũ Pet. de Pal. ꝙ aliquãdo tenet
non egredi, ſed remanere, quando licite emiſit votũ ſim- 19
plex aut ſolẽne: vel quãdo illicitè quidẽ intrauit, ſed alter
illũ nõ repetit: quia ratificãdo cõfirmat. Aliquãdo verò li
ber eſt in egrediẽdo vel remanẽdo, quãdo ſcilicet nec ipſe
eſt religioni aſtrictus tacitè vel expreſsè: quia ſcilicet nec
vouit, & nec profeſſus eſt, nec reliquus eũ repetit: aut ſi re
petit, prius vel pòſt notoriè fornicatus eſt. Aliquãdo verò
tenetur exire: vt quãdo etiã facta profeſsione manẽt in ſe
culo, repetet eũ qui illicitè intrauit: puta, innoxio ꝓhibẽ
te aut ignorãte: ſecus ſciẽte & nõ cõtradicẽte. ar. xxvij. q.
ij. Agathoſa. vel fragili & ſuſpecto conſentiẽte, ſed nõ in-
trãte. facit c. quidam. de cõuer. cõiug. hæc ex illo. Et adde,
ꝙ etiam illicitè intrat, & exire tenetur, ſi nõ ſuſpectus, nec
cõſenſit, nec licẽtiauit, ſed diſsimulauit aliquo bono reſpe
ctu: vt no. in c. cõſuluit. de cõuer. cõiu. & idẽ ſi cõſenſit ex
timore iuſto: vt in c. accedẽs. eo. ti. & idẽ ſi cõſenſit per do
lum: vt eo. tit. in c. veniẽs Si tamẽ talis à ſua vxore in vita
nõ repetatur, poſt eius mortẽ exire nõ poterit, & cõtrahe
re, ſecũdũ Cal. & Pan. in d. c. j. quia ceſſante cauſa, quæ in-
ualidabat eius ingreſſum, ceſſat ſequela. Et ita tene: licet
variauerit Inn. in d. c. quidã. Itẽ ſecũdũ Pet. de Pal. ſi licitè
ingreſſus fuit, quia de licẽtia reliqui, ſed re integra pœni-
tuit. ſ. quãdo ante emiſſum votũ ſolẽne alter in ſeculo re-
manẽs vel de religione exiẽs repetit eũ, exire tenetur. hęc
ex illo. Sed tamẽ in hoc ſunt opiniones: quia Abbas in c. j.
de cõuer. cõiu. tenet ꝙ ſi is, q dedit cõſenſum, eſt iuuenis,
poterit repetere: & ad eius petitionẽ debet ingreſſus vel
ordinatus reuocari. Cal. aũt tenet ꝙ repetere non põt: ſed
põt ĩplorare officiũ iudicis: qa ex officio ad euitãdũ adul
teriũ alterũ reſtituet, & coget reddere debitũ. Alij verò di
cũt vtrãq; p̃dictarũ opinionũ eſſe falſam, qñ licẽtiãs fuit
iuris cõſcius: qa cũ ingreſſus vnius fieri nõ debeat, niſi al- 20

ter cõtinẽtiã voueat: vt in c. cũ ſis. de cõu. cõiu. licẽtiãs vi
det caſtitatẽ vouiſſe, ſaltẽ altero viuẽte: qa q vult vnũ, vi-
detur velle omne, per quod venitur ad illud. de off. deleg.
prudẽtiã. & facit c. vidua. de regula. Si verò ignorauit hoc
ius, reſtituet ei, ſaltẽ ex officio. & ita tenet gl. in c. qui vxo
rẽ ſuã. xxxiiij. q. v. & in c. ſeriatim. xxxij. diſ. & ſic cõcorda
opiniões. Et tñ caſu, quo licet repetere, nõ licet rapere de
religione, ſecũdũ Pe. de Pal. nõ obſ. c. cũ cã. de ra. quia nar
rat ꝙ rapuit, ſed nõ dicit ꝙ licuit. Poſſet eñ vir vxorẽ de
vico ad domũ reducere: qa habet ĩ ea correctionẽ: ſed nõ
poſſet eã priuato quaſi poſsidẽti vi eripere: & multo minꝰ
de monaſterio extrahere, fores frãgẽdo, aut habitũ violẽ
ter lacerãdo, vel cũ iniuria loci ſacri eã accipiẽdo. ar. C. vñ
vi. l. ſi qs in tantã. Aliqñ verò exire nõ põt quo ad Deũ, &
exire põt quo ad eccleſiã: vt qñ ingreſſꝰ votũ ſimplex emi
ſit, aut ſolẽne de facto, nõ de iure, & alter nõ repetit: maxi
mè ſi votũ probari nõ põt: quo caſu retinẽs clericũ inuitũ
inijciẽdo manꝰ, aut ſecularẽ veſtẽ negãdo, ſine qua cõmo
18 dè egredi nõ põt, eſt excõicatus. hæc ex illo. ¶*Decimo-
quintò, qño coniũx religionẽ egreſſus teneat ad debitũ?
Et dico ſecundũ Pe. de Pal. ꝙ qñque nec exigere põt neq;
reddere: vt ſi poſt profeſsionẽ egreſſus eſt illicitè. i. cõtra
votũ rite ſolẽnizatũ: qñq; aũt & reddere põt & exigere: vt
qñ liber egreſſus eſt nullo voto adſtrictus: ſicut nouitius
ſolùm egrediẽs matrimoniũ cõtrahere põt. quod Arc. pu
tat intelligẽdũ de ingreſſo animo ꝓbãdi, & nõ perpetuò
permanẽdi: qa talis, ſecũdũ Pet. ingreſſus animo perſeue
rãdi habet vim voti ſimplicis. Sed de hoc habes queſtionẽ
in Aurea Roſ. & vide etiã j. §. ſe. qñq; verò põt quidẽ red
dere, nõ aũt exigere: vt qñ de cõſenſu eiꝰ, qui de incõtinẽ
tia ſuſpectus eſt, ſimplex votũ emiſit: quia tũc nõ p̃iudica
19 uit illi. ¶*Decimoſextò quæritur, qño cõiũx egreſſus re
ligionẽ teneatur ad regreſſum? Et dico ſecũdũ Pe. de Pal.
ꝙ tenetur in tribus caſibus. ¶Primò, qñ illicitè egreſſus
eſt: vtpote qñ egreſſus eſt poſt profeſsionẽ alio cõiuge in
religione remanẽte, aut etiã remanẽte in ſeculo honeſtè,
& de cõſenſu eius profeſſus. ¶Secundò, qñ licitè egreſſus
eſt: qa ſcilicet ad reqſitionẽ vxoris ſine eiꝰ licẽtia ingreſ
ſus: ſed poſtea ipſa de reuocatione pœnitet. ¶Tertiò, qñ
poſt votũ ad eã egreſſus mortua eſt ipſa vxor: qa tunc rein
gredi tenet: vt impleat votũ ſuũ. Sum. tñ Ang. tenet con-
trariũ, fundãs ſe in hoc, ꝙ obligatio ſemel extincta nõ re-
uiuiſcit. ff. de ſo. l. ſi res. Sed fallit: qa iſte nũquã fuit deob
ligatus à debito quod vouẽdo cõtraxit: vñ nunquã potuit
exigere. & ſecũdũ eãdẽ Sum. tenet caſtè viuere, & ſimili-
ter ſecũdũ eãdẽ nõ põt exire niſi cũ peccato mortali: ergo
tenebatur ibi ſtare: ergo ſi exiuit, tenetur redire. Sed talis
reuocatꝰ ab vxore, ea mortua ſi cõtraxerit, vtrũ teneat ma
trimoniũ? Pe. de Pal. diſtinguit: qa ſi ea inuita fuit ſolẽni-
ter ꝓfeſſus, cũ illa profeſsio quãtũ ad ſolẽnitatẽ nõ value
rit, eccleſia hoc prohibẽte: ideo talis mortua vxore peccat
mortaliter cõtrahẽdo & exigẽdo: qa talis ꝓfeſsio vim ha
bet voti ſimplicis: tenet tñ mr̃imoniũ: nec eũ põt religio
tãquã apoſtatã ꝓſequi. Et idẽ dic tu, ſi vxor nec dedit licẽ
tiã, nec cõtradixit, ſed diſsimulauit. Sed ſi vxore cõſentiẽ-
te fuit ꝓfeſſus: ſed qa erat iuuẽcula, & ob hoc de incõtinẽ
tia ſuſpecta, reuocatus eſt: ius noluit hoc caſu profeſsionẽ
inhibere ſimpliciter: ſed ſolùm inquãtũ erat ad vitã eius:
vnde ſimpliciter fuit votũ ſolẽne in præiudiciũ eius, non
vxoris: vñ ea mortua ſi ad monaſteriũ nõ redit, eſt apoſta
ta: & mr̃imoniũ cũ alia nõ tenet. Et idẽ Goſ. Si aũt nõ fuit
ab vxore in vita ſua reuocatus, tenetur ſeruare ſuã ꝓfeſsio
20 nẽ indiſtinctè. ¶*Decimoſeptimò, quid iura velint circa
ſuſcep

ſuſceptionẽ ſacrorũ ordinũ à viro qui matrimoniũ con-
ſummauit? Et dico multa. ¶Primũ. Secũdùm Pet. de Pal. in
omni caſu, quo poſt cõſummatũ matrimoniũ licitũ eſt re
ligionẽ intrare: licitũ eſt etiã ad ſacros ordines promoue
ri, etiã ad epiſcopatũ. exemplo beati Hilarij. qñ verò reli-
gionẽ intrare nõ licet, multo minꝰ licet ad ſacros ordines
promouere: ſed talis eſſet ab ordinis executiõe ſuſpẽſus,
licet characterẽ reciperet. ¶Secundũ. Quãtum colligitur
ex Pan. & alijs Doct. in c. j. de cõuer. cõiug. qñ vir epiſco-
pari vult, oportet priꝰ vxorem in aliquo monaſterio eſſe
profeſſam, etiã ſi de incõtinentia nõ ſit ſuſpecta: vt in c. ſa
nè. de cõuer. cõiug. & ſecũdũ gloſ. ibi in hoc eſt ſpeciale:
ſed ſi vult ſolùm effici ſubdiaconꝰ, diaconꝰ, vel ſacerdos,
aut religioſus, hoc põt de alterius cõſenſu: nec requirit vt
alter intret religionẽ: ſed ſufficit ſi cõtinentiã ꝓmittat:
vt colligitur ex c. ſignificauit. & c. cũ ſis. eo. ti. qd̃ limita, ni
ſi licentiã tribuens ſit de incontinẽtia ſuſpectus: quia tũc
non ſufficit promiſsio continẽtiæ, ſed requiritur religio
nis ingreſſus: vt in d. c. cũ ſis. ¶Tertium. Ordinatus cõſen 22
tiente vxore fragili, & ad eã reuocatus: ea mortua tenetur
caſte ſeu clericaliter viuere, ſicut & regredi ad monaſte-
riũ, ſi fuerat profeſſus: qa ex quo vxor cõſenſit, eſt verè re
ligioſus. & facit c. ex parte. el j. de cõ. cõiu. & quod ibi no.
Bal. ¶Quartũ. Ordinatum vxore contradicente vel igno
rante, põt vxor reuocare: vt in d. c. quædã. & ille tenet red
dere debitũ, ſed exigere nõ põt, niſi nõ exigẽdo vxori eſ-
ſet oneroſus: & ſi vxor ſciuit quidẽ, ſed nec cõtraxit, nec li
centiã dedit, ſed diſsimulauit: nihilominus poterit illũ re
uocare: vt no. in c. conſuluit. de cõuer. cõiug. & idem ſi cõ
ſenſit ex timore iuſto: vt in c. accedens. eodẽ ti. & idẽ ſimi
liter ſi per dolum cõſenſit: vt in c. veniens. eo. ti. & ſi in vi
ta ſua illum nõ reuocat, poſt eius mortẽ aliã accipere non
poterit. vt no. Cal. & ſeqtur Pan. ĩ d. c. j. & ſi de facto cõtra
hat, non tenebit matrimoniũ: vt in c. vnico. de vot. lib. vj.
vñ nõ eſt ſimile in hoc de ſuſcipiẽte ordines ſacros, & in
21 trãte religionẽ vxore inuita. ¶Decimooctauò* quo ad ſe
parationem matrimonij, quod non erat verũ, ſed apparẽs:
puta, quia præceſſerat impedimentũ dirimẽs: quærit quo
modo procedetur, quando vir aut vxor diuortiũ petit ꝓ-
pter viri frigiditatẽ? Et dico ſecũdùm Roſ. ꝙ vir hoc pro-
ponens debet eſſe maior xviij. ann. qa in hoc caſu reputat
plena pubertas: & ſi quidem mulier hoc ipſum cõfitetur,
dabitur à iudice tempus arbitrarium, vt vnius menſis, aut
trium, aut vnius anni, per quod ſimul morẽtur: & poſtea
iurabit vir ſe non poſſe cognoſcere mulierẽ, nec moueri
ad coitus appetitũ: nã ſi aliquoties moueretur, licet perfi
cere nõ poſſet, nõ eſſet naturaliter frigidus, ſed ꝑ malefi-
ciũ impotẽs: mulier verò iurabit quòd nũquã aliquo mo
do percepit ipſum ad hoc moueri: & ꝙ vterq; ad hoc ad- 23
hibuit diligentiã: & vterq; habebit ſeptẽ propinquos ſeu
vicinos bonæ famæ, qui iurabũt ſe credere, ꝙ illi verũ iu-
rauerũt. Et ſic diuortiũ celebrabit, & mulier nubet ĩ dño,
ſed viro mãdabitur ne aliquam ducat. Et ſi aliquã dũxe-
rit & cognouerit, habebitur periurij reꝰ, & priꝰ matrimo
niũ erit ſeparãdũ, ita tñ, ꝙ vxor poteſt eũ repellere ꝓpter
cõmiſſum adulteriũ. ar. xxxij. q. j. benedicto. quod limita,
niſi fuiſſet conſcia fraudis, quando frigiditatẽ cõfeſſa eſt:
quo caſu eũ repellere non põt. arg. ff. de adul. l. ſi vxor. §.
iudex. & §. fi. Si verò mulier frigiditatẽ viri negat, aſſerẽs
ſe ab illo cognitã: puto ſtãdum verbo mulieris, qa videt,
ꝙ nõ aſſereret, niſi verũ eſſet, eo ꝙ ſibi p̃iudiciũ faceret,
ſcilicet de habendo virũ ĩpotẽtẽ. Itẽ cùm rea ſit, etiã ſi ni
hil ꝓbauerit, abſoluẽda eſt. vj. q. v. accuſator. alioqn multi

periuriũ incurrerẽt, vt poſſent ab vxore ſeparari. quod li
mita, niſi fortè maritus cõuincat mulierẽ ꝑ corporis aſpe
ctũ. Si aũt mulier diuortiũ petat propter frigiditatẽ viri,
& vir hoc fatetur, fiet. vt ſ̃. dictũ eſt. & diuortiũ celebrabi
tur: & ſi deinde vir cũ alia cõtraxerit: ambo coniuges rei
periurij habebuntur, & pœnitẽtia iniũcta ad priora cõnu
bia reuertent. de frigi. laudabilẽ. Si aũt vir ſe frigidũ ne-
gat, & aſſerit ſe vxorẽ cognouiſſe: ſtãdũ eſt ṽbo eiꝰ, qa ca
put eſt mulieris. de deſpõ. impu. cõtinebat. niſi mulier ꝑ
aſpectũ ſui corporis ſe virginẽ probet. de ꝓba. ꝓpoſuiſti.
quæ ꝓbatio debet caute fieri ꝑ duas vel plures matronas
honeſtas, & de hoc peritas. de frig. c. fi. de ven. inſpi. l. j. qa
hæc res occulta eſt: & oculus obſtetricum quandoq; ĩ hoc
fallitur. xvij. q. j. nec aliqua. Sed ſi mulier nõ allegaret fri-
giditatem, ſed potius diceret eũ ſectum vel caſtratũ, ſiue
defectũ mẽbri patientẽ, antequã eã cognoſceret, & ſic di-
uortiũ peteret, vir aũt hoc negaret: certè nõ oportet ſta-
re dicto viri, eò ꝙ probari poſsit per aſpectũ. ¶Decimo
22 nonò* quæritur, qd ſi per virũ aut mulierẽ petatur diuor
tium propter arctitudinem mulieris? Et dico, ꝙ vocabunt
matronæ fide dignæ atq; peritæ, & iurabũt ſe diligẽter in
quiſituras, & relaturas, an ſit arcta, & an poſsit fieri mater.
Et qdẽ ſi dixerit, ꝙ nõ ſit arcta, nõ ꝓcedet ad diuortiũ. Si
verò dixerint, ꝙ ſit arcta, nec poſsit fieri mater, incõtinẽti
põt fieri diuortiũ: & dabitur viro licẽtia cõtrahendi cũ a-
lia, & mulieri cõtinentia indicetur. de frigi. fraternitatis.
Si tñ poſt diuortiũ mulier inueniat qui poſsit huiuſmodi
ſeras reſerare, reparabitur matrimoniũ primũ, quod verũ
fuit, etiã ſi vir acceperat aliã. arg. in d. c. fraternitatis. & ibi
Panor. cũ gl. & hoc quãdo prior vir erat ſimilis illi q ape
ruit. Si autẽ à priori viro nõ poterat propter diſparitatẽ,
ſine graui periculo cognoſci, ſunt opiniões, & ſecũdũ ali
quos nõ eſt ei reddẽda, licet per cõſuetudinẽ ſecũdi red-
dita ſit apta primo: vt ibi no. gl. & cõcordat Goſ. ſed ſecũ-
dùm Inn. & Hoſt. eſt ei reddẽda. Sed prima opinio ꝓcedit
ſecũdùm aliquos, qñ de diſparitate cõſtat. Secũda verò qñ
primꝰ erat ſimilis ſecundo, vel de hoc dubitatur. & ita te-
net Pan. ibi. Et cõcordare videtur Pet. de Pal. dicẽs verio-
rẽ eſſe opinionẽ, ꝙ nõ eſt ſeparãda à primo, ſi põt fieri co
gnoſcibilis ab eo per mãſionẽ, etiã ſi ipſa nolit: quia muta
bilis volũtas nõ facit perpetuũ impedimentum, aut etiã ꝑ
vſum ipſius primi. quòd ſi neutro modo hoc fieri poſsit,
quãuis fieri poſsit ꝑ vſum ſecũdi viri cognoſcibilis à pri-
mo, nõ ſeparabitur à ſecũdo ſi cum eo cõtraxit, niſi primꝰ
fuiſſet eiuſdẽ cõditionis cũ ſecũd, oputa, ſimilis ætatis &
cõplexionis: qa eccleſia tũc fuit decepta, & veriſimile eſt,
ꝙ per lõgũ vſum fuiſſet aptata primo, & cõſequẽter ĩpe-
dimẽtũ fuit tẽporale. Secꝰ ſi erat diuerſæ cõditiõis. Et ita
23 credo tenendũ eſſe de mẽte S. Tho. ¶Viceſimò* quærit,
qd ſi petat diuortiũ ꝓpter maleficiũ, vt qa vir põt cogno
ſcere alias, ſed nõ ſuã? Et dico, ꝙ primò debẽt cõfiteri, qa
fortè hoc cõtingit propter aliquod peccatũ eorũ. xxiij. q.
j. ſi ꝑ ſortiarias. & ſub recepto ſacramẽto iniũget eis vt ſi
mul cohabitẽt, & bona fide dẽt operã ad debitũ carnale,
& ſic triennio ſimul habitabũt. quod triẽniũ ſecũdũ Hoſ.
incipit currere à tẽpore peractæ pœnitẽtiæ, & monitiõis
factæ per iudicẽ. ſed ſecũdũ Inn. Vin. & Abb. ſufficeret, ꝙ
triẽnio cohabitauerint, ſiue ante, ſiue põt. & hoc placet Pa
no. in c. fi. de frigid. ꝑ illũ tex. & verũ credo ſi iuramento
cõſtet eos bona fide operã dediſſe debito carnali. Vnde
tunc nõ oportet aſsignari eis trienniũ, ſed tẽpus aliquod
arbitrarium adhibitis alijs remedijs debitis. dicto c. ſi per
ſortiarias. & de frig. c. fin. ꝙ ſi cohabitare noluerint, is, per

quem ſtabit,excõmunicãdꝰ eſt:& de cohabitãdo idonea
cautio exigẽda.ar.vt lit.non cõteſt.quoniã.vel diſtinguať
per curiã ſecularẽ.de iud.cũ nõ ab homine.&idẽ fiat ſi co
habitẽt, & nõ attẽtent. Nec eſt neceſſariũ hoc triennium
eſſe cõtinuũ:ſed ſufficit,ꝙ pro maiori parte cohabitẽt,&
bona fide operã dẽt.ar.ff.de aqua quoti.& æſti.l.j. §.duo.
& §.quod aũt.quòd ſi infirmitate vel caſu alio impediať,
videtur tẽpus reſtituendũ.ff.de iti.actuq; pri.l.j. §.ij.ſeq.
Et cõcor.Hoſt.& Pan.in d.c.fi.dicẽs hoc fuiſſe de mẽte li
teræ.Dicto aũt tẽpore peracto iterũ accedent ad epiſco-
pũ,iurãtes,ꝙ ſicut promiſerãt ita fecerunt, & nõ potuere
cõiungi: & tũc adiũcto ſacramẽto propinquorũ, vt dictũ
eſt §.priori.celebrabiť diuortiũ:& dabiť vtriq; licẽtia cõ
trahendi.d.c.fi.& d.c.ſi ꝑ ſortiarias.eo modo quo ĩ. Matri
24 moniũ viij. §.xvj.part.viij. ¶ Viceſimoprimò* quæriť, qd
iuris ſi eccleſia falſis probationibus vel huiuſmodi dece-
pta diuortiũ celebrauit:& poſtea vir factꝰ eſt ſacerdos:de
inde cõpertũ eſt,ꝙ eccleſia fuit decepta: & vxor virũ ſuũ
repetit?Et dico ſecũdũ Ray.ꝙ ſi ad cõtinẽtiã induci non
põt,reſtituetur ei vir:qa etiã monachꝰ reſtitueret ſibi, &
tenebitur iſte reddere debitũ,ſed exigere nõ debet:quia,
quãtũ ĩ ſe eſt,ſolẽnizauit votũ. Quòd ſi poſito ꝑdicto ca-
ſu ponať,ꝙ mulier virũ nõ repetat: nõ tñ vir poterit vxo
rẽ repetere;ſecũdùm Veruec.qa ꝑ ſacri ordinis ſuſceptio-
nẽ vel religionis ingreſſum præiudicauit ſibi.& de hoc ĩ.
25 §.j. ¶ Viceſimoſecũdò* quæritur, an mulier credẽs diuor
tiũ iuſtè celebratum,& ingreſſa monaſteriũ,poſsit cõper-
ta veritate de iiuſto diuortio repetere virũ iã effectũ mo-
nachũ vel ordinatũ in ſacris?Et dicit Veruec.ꝙ nõ: qa fal
ſa cã nõ ĩpedit votũ monachatꝰ.ar.extrà,de voto magnę.
& de cõuer.cõiug.ex parte.el ij.Et hoc idẽ ſentit Sũ.Con
feſ.& Sum.Piſ.ac Supplementũ.Sed cõtra arguit ibi Pan.
qa ex quo ex falſa cauſa iſta mulier inducta fuit ad religio
nis ingreſsũ:nõ valuit ingreſſus.ar.in c.ex parte Aſtenſis.
de cõceſ.præbẽ.nã vbicũq; põt quis gerere actũ vno iure:
ſi explicat alio iure incõpetẽti,nõ valet actꝰ:qa ibi deeſt
intentio,& in dependẽtibus à voluntate magis conſidera
tur opinio,quàm veritas:vt in dicto c.ex pte Aſtenſis.vbi
Docto.cõmuniter colligunt,ꝙ ſi iudex fert ſñiam expri-
mendo cauſam nõ cõcludentem: illa eſt nulla, licet ex cã
non expreſſa poſsit iuſtificari:ideo cautũ eſt in ſententia
cauſam non exprimere,vel ſaltẽ adijcere dictionem,maxi
me:quia tunc videris motus non ſolùm ex cauſis expreſ-
ſis,ſed etiã ex tacitis. Nam cũ quis exprimit plures cauſas
in ſententia,quarũ vna facit,alia non,ſententia ſuſtinetur
propter cauſam expreſſam:vt eſt tex notabilis in c.ꝑ tuas.
qui filij ſint legit.Et ad dictũ c.ex parte.de conuer.coniu.
reſpondet idẽ Pan.ꝙ illa mulier ad religionis ingreſſum
duplici ex cã moueri potuit,ſcilicet principaliter vt Deo
ſeruiret, & propter leprã viri credẽs matrimoniũ ſolutũ, 1
qd erat falſum.& iſta ſecũdaria erat potius ĩpulſiua,quàm
finalis.vnde licet ceſſet cauſa impulſiua,nõ tamen finalis.
Et hanc opinionẽ ſequitur Sum.Roſ. cõtra Supplemẽtũ.
Sed prima eſt vera : vt patet intuẽti iura allegata. & Pan.
arguẽdo falſum aſſumit,ſcilicet ꝙ ingreſſus ex falſa cã nõ
teneat:licet nõ teneat ex illicita.& qd dicit de caſu c.ex ꝑ
te.de cõuer.cõiu.dici põt de qualibet ingrediẽte religio
nem,ſcilicet ꝙ principaliter ingreditur,vt Deo ſeruiat:&
ita dici debet:qa nõ eſt ratio quare illa quæ credit matri
moniũ ſolutũ,& cõſequẽter credit ſe poſſe nubere, vl' ſal
tẽ in libertate viuere,ĩgrediať,niſi vt Deo ſeruiat. ¶ Vice-
26 ſimotertio* q̃riť,poſito,ꝙ duo fratres duxerint duas ſoro
res ſeu cõſanguineas:& lata ſit ſentẽtia diuortij ꝓpter cõ
ſanguinitatẽ inter alterũ & vxorẽ:vtrũ alter ꝓpter hoc ſe
parari debeat à ſua vxore?Et dicit Ray.ꝙ nõ,ſcilicet quã-
tũ ad cohabitationẽ:quia res inter alios acta alijs nõ ꝑiu-
dicat.de fide inſtr.inter dilectos.Sed quãtũ ad carnis copu
lã diſtingue,qa ſi alter cõiugũ ſcit eſſe impedimẽtũ inter
ſe & vxorẽ:nec exigat debitũ, nec reddat. Si verò credat
ex cã ꝓbabili:reddat,ſed nõ exigat. Si aũt credit ex cauſa
temeraria,reddat:& ſi põt,dimittat erroneã cõſcientiam,
& ſic etiam exigat.de ſent.excom.inquiſitioni. & cõcordat
27 prædictis S.Tho.& Pet. ¶ Viceſimoquarto* quæritur, an
poſt ſentẽtiã diuortij,& ſeparato thoro ꝓpter vxoris ad-
ulteriũ ſi vir fornicetur, poſsit mulier illũ repetere?Et di
cit Ray.ꝙ nõ de rigore iuris:ſed iudex ex officio ſuo de
bet illum cogere,vt redeat ad vxorẽ.argu.de iureiurã.tua
nos.& de diuor.ex literis.& idem S.Tho.E conuerſo autẽ
ſeparata vxore propter eius adulterium,ſi vir innocẽs eã
vult reconciliare,ſecũdùm Ray. petere poteſt cogi inui-
tam,non obſtante ſententia:quia quod fauore meo ĩtro-
ductum eſt,in dãnũ retorqueri nõ debet.quod limita,ni-
ſi vir poſt ſententiã fuiſſet fornicatꝰ: aut mulier ſtatũ mu
taſſet intrando religionẽ.de quo caſu dic vt s̃. §.x.De ma
teria diuortij multa habes infrà Matrimonium.Facto di-
uortio,apud quem filiꝰ debeat nutriri, infrà Filius. §.xxj.

DE DOCTORIBVS, ET MAGISTRIS.

1 *Doctor unde dicatur,& quis doctoris,item magiſtri appellatione contineatur. Et quis nomine ſcholaris comprehendatur.*
2 *Doctoratus,an ſit dignitas. Et num Iudæus doctoratum aſſequi queat. Et ibidem, doctorem prælegentem militi anteferendum. Et quòd doctorum copia,& in quibuſdam eorundem ingens inopia contemptibiles reddat.*
3 *Doctorum quiſnã præcedat,Theologus,Canoniſta,an Legiſta. Et quid de Abbatibus & hmõi ꝓlatis in actibus generalibus.*
4 *Doctoratus num is priuilegium habeat,q doctoribus corruptis promotus ſit. Et ibidem quòd ſtipendia,non pro dignitatũ titulis,uel ſcholarium numero, ſed ſecundùm merita præſtanda.*
5 *Doctoratum petere,an liceat. Et ſcientiam ſemel adeptam cõmunicare laudabile eſſe,ſi modò præſumptionis turpitudo non adſit. Et quot ad id expetendum requirantur. Et nõ idoneus ſi id petat,an mortaliter peccet. Et quid de eo,qui talẽ admittit.*
6 *Doctorando,ne reprobetur,quæ requirantur.*
7 *Doctorari quis,quando,& quomodo poſsit. Et quænam doctorum authoritas.nume.ſeq.*
9 *Scientiæ,quænam legi ac doceri poſsint. Et magiſtri ad legendum ubi & qualiter inſtituendi.& nume.ſeq.de quo dicta, ſeu concluſiones quatuor.*
11 *Magiſtri in exigendis,uel acceptandis pecunijs, qualiter ſe habere debeant.*
12 *Magiſter,qualiter in docendi facultate ſimoniam deuitare debeat. Et in hoc dicta quatuor.*

DOCTOR* à docendo dictus eſt. nec tamen omnis
docẽs eſt doctor iuridicè,ſed ſolùm qui ſuſcepit do
ctoratus inſignia.Vnde ſecundũ Bal.in l.j.ff.ſolu.matri.&
in l.pen.de teſta.mili.licentiatus non dicitur doctor.Vn-
de Poteſtas debens habere doctorem aſſeſſorem,nõ ſatis
facit habendo licentiatum. Et ſi epiſcopus excõmunicat
omnes Doctores nõ diſputãtes, nõ dicitur excõmunicaſ-
ſe licentiatos.Doctoris aũt nomine venit etiã magiſter:
&ecõtrario,ſecundũ Pan.in c.j.de loca.vnde tex.in l.qui-
bus præcipua.ff.de ver.ſig.dicit cuiuslibet diſciplinæ ꝓce
ptores magiſtros appellari,à monẽdo vel mõſtrãdo.Et fa
cit tex.in proœ.cõpilatiõis Decretaliũ,vbi papa oẽs magi
ſtros docto. appellat. & hoc ſumẽdo hoc nomen magiſter
ꝓpriè ꝓ docẽte grãmaticã,& al's artes liberales,& Theo-
logiam,

logiam,quomodo accipitur in ti.de magiſtris.c. qa nõnul
lis.& in cle.ij.eo ti.Simpliciter autẽ inter magiſtros pro-
priè Theologus dicitur magiſter:alij verò ſecũdũ quid,
puta grãmaticę,vel geometriæ. Largè autẽ & impropriè
magiſter,ſecundũ Hoſt.dicitur is,q alicuius rei ſiue nego
tij prę cęteris curã gerit.l.j. §.magiſtrũ.ff.de exerci.Nomi
ne aũt ſcholariũ nec magiſtri veniũt,nec doctores, niſi in
2 larga ſignificatione. ¶ Primò* verò quæritur, vtrũ docto-
ratus ſit dignitas?Et dico,ꝙ ſic:vt eſt tex.in c.quãto.de ma
gi.& ibi dicit Pan.ꝙ ſecũdũ Bart.in l.ex eo.ff.de mili.teſt.
nec miles nec doctor dicũtur habere dignitatẽ. Sed aliud
dixit in l.fi.C.de Iudæ.vbi cõcludit Iudæũ nõ poſſe effici
doctorẽ,cùm doctoratus ſit dignitas . Et ſatis dici poteſt,
ꝙ doctor ſaltẽ legens incõtinẽti cũ incipit legere , habet
dignitatẽ:quia habet à lege iuriſdictionẽ ordinariã ſuper
ſcholares:vt in auth.habita.C.ne fil.pro pa. & ſi cõtinuat,
acquirit dignitatẽ.i.comitatũ.l.vna.C. de athle.libr. x. Ex
quibus infertur, ꝙ doctor,maximè legẽs præferendus eſt
militi,qui nullã habet in veritate dignitatẽ:vt no.Bart. in
d.l.ex eo.maximè loquẽdo de militibus,tẽporis noſtri, q
nõ ſunt veri milites:vt no.in l.j.C.de iur.& fact.igno.Sed
turba doctorũ,& in quibuſdã ingẽs inopia facit contẽpti
biles:vt in ſimili dicit tex.xciiij.diſt.legimus. ¶ Secundò
3 *quæritur,quis inter doctores debeat præcedere? Et dicit
Pan.in c.clerici.de iudi.ꝙ Theologus,& poſt Canoniſta,
deinde Legiſta,vltimò Medicꝰ.vide ibi ſi vis de huiuſmo
di multa.Et adde,ſecundũ Gemi.in c.hi qui.de præb.libr.
vj.ꝙ ille præcedere debet,qui eſt approbatus à ſuperiore
& digniore.Ad quod de maio.& obe.per tuas . etiã ſi alij
fuerint antè in dignitate.quod nota ꝓ militibus,prelatis,
& doctoribus pręferẽdis.Adde etiã,ſecundũ eundẽ Gem.
in c.quãuis.de præb.lib.vj.ꝙ Abbates & cæteri ꝓlati diœ-
ceſis in actibus generalibus,vt in proceſsionibus,ꝓcedere
non debent canonicos eccleſiæ cathedralis:qa illa cæteris
4 eſt honorabilior. ¶ Tertiò* quæritur, vtrũ doctoratus pri
uilegiũ habeat promotus à doctoribus corruptis?Et dicit
Arch.in c.de quibuſdam locis.xxxvij.diſt. ꝙ non . & alle-
gat text.in ſimili,in l.vnica.ff.de athle. & facit text.iuncta
gl.in l.j.C.de anno.ciui.lib.x.vbi dicitur,ꝙ ſtipendia tra-
denda ſunt,non pro titulis dignitatũ,vel numero ſchola-
rium:ſed ſecundũ merita.Vnde gl.ibi dicit,præferri debe
re peritos ſcholares doctoribꝰ imperitis.Et intelligit Pan.
in d.c.clerici.in caſu,in quo nõ requiritur titulus docto-
ratus,& quo ad honores deferẽdos,non iam delatos: non
autẽ quantum ad lectionem, ad quã nõ doctoratus nõ ad
mittitur.Vide ibi,& adde,ꝙ intelligitur quantũ ad ante-
ceſsionẽ & lectionem,& omnia, quãdo inſufficientia do
ctoris eſt clara & patens,ſic ꝙ pateat eum cõtra merita eẽ
promotum:quia tunc cenſetur nõ eſſe doctor quo ad pri
5 uilegia doctoratus. ¶ Quartò* quæritur,vtrũ liceat pete-
re doctoratum?Et ad hoc reſpondet S. Tho.de doctoratu
Theologiæ,id eſt,magiſterio,in quolib.quærens vtrũ li-
ceat alicui pro ſeipſo petere licentiã docendi in Theolo
gia?& dicit,ꝙ ſic:quia nullam petit excellẽtiã poteſtatis,
quod turpe eſſet:ſed ſolùm opportunitatẽ cõmunicãdi il
lud quod habet.Cõmunicare aũt ſcientiã habitã,eſt lauda
bile,pertinẽs ad charitatẽ , ſecundũ illud Sap.vij . Quam
ſine fictione didici,& ſine inuidia cõmunico.Poteſt tamẽ
hoc cõtinere turpitudinẽ ratione præſumptionis:vt ſi nõ
eſt idoneus.hæc ex illo.Ex qbus patet primò de ſe hoc nõ
eſſe illicitũ,& cõſequenter neq; hoc appetere: & ſecũdò,
ꝙ ad licitè petendum duo requiruntur.Primò, idoneitas
hoc petẽtis;& ſecũdò,finis debitus,id eſt,cõmunicatio do
ctrinæ,& non excellentia principaliter.Vnde ſi non ido-
neus hoc petat,mortaliter peccat,ſecundũ Arc. quia facit
contra intẽtionẽ eccleſiæ:quæ creditur ordinaſſe officiũ
magiſterij.extrà,de magiſt.per totũ.ad declarationẽ & de
fenſionẽ fidei catholicæ:vt ſciant fideles ad quos recurrãt
in dubijs:quæ exigit cõmuniter iuramẽtũ in magiſtran-
dis,vt non admittant indignos:quod non facit, niſi in ar-
duis,quæ vult omnino ſeruari:maximè hîc,qa ex cõtrario
ſequitur deriſio fidei, & periculum animarũ . Et ſimiliter
eſt mortale,talem admittere,eadẽ ratione:& qa admittẽs
eſt periurus. Et ſimiliter,ſecundũ eundẽ eſt mortale,ſi hoc
petat idoneus principaliter ad honorẽ,vel cõmoditatem
ſuã:qa officiũ ſpirituale facit veniale. Sed hoc non credo
verũ:niſi ipſe finis intẽtus,ſit peccatũ mortale. De docto-
ratu aũt iuris canonici,idẽ per omnia videť:quia ſecundũ
Aug.de Ancho. illud ius eſt quædã practica Theologica.
De doctoratu verò legũ,aut medicinæ: cùm illũ quærere
de ſe non ſit illicitũ,iudicandũ eſt ſecundùm finẽ quæren
di:qa erit mortale ſi quæratur ad iniuſtè lucrandũ:ſecus ſi
ad lucrandũ licitè & honeſtè:cùm hîc nulla ſit ſpirituali-
6 tas. ¶ Quintò* quæritur, quæ requirãtur in doctorando,
ne reprobetur,ſed approbetur?Et dico,ꝙ ſcholaris repro
bari poteſt non ſolùm propter defectũ ſciẽtiæ,quæ.ſ.iudi
canda eſt ſufficiẽs arbitrio doctorantiũ,ſed etiam morũ:
vt probatur in l.magiſtros.C.de profeſ.& medi.li.x. iũcta
cle.ij.de magi.& ita ſeruat cõſuetudo.Vnde ſex requirun
tur in promouendo ad dignitatẽ magiſterij.Primò, docẽ
di peritia.i.ſcientia.Secundò, docendi facundia. Tertiò,
ſubtilitas interpretãdi.Quartò,docẽdi copia . Et hæc ha-
bẽtur in l.vnica.C.de ꝓfeſ.qui in vr.Cõſtan.li.xij.Quin-
tò,excellẽtia morũ:vt in d.l.magiſtros.Sextò,motus forti
tudinis:vt ſciat aduerſus vim fortitudine reſiſtere.l.redda
tur.C.de profeſ.& me.li.x.Vnde pauci attingũt dignitatẽ
doctoratus:vt dicit Bar.poſt Cy.in l.oẽs populi. ff.de iu-
ſti.& iur.Et qui tpe approbationis habuit has cõditiones:
ſi poſtea efficiatur inutilis,degradãdus eſt à doctoratu: vt
in l.grãmaticos.C.de profeſ.& me.lib.x.Reprobari enim
põt doctor,vel magiſter:vt in l.ij.C.eo.& no.Bar.in l. ſed
& reprobari.ff.de excu.tu.in prin.vbi tex.dicit, medicum
poſſe reprobari.& idem in l.vt gradatim. §. reprobari.ff.
de mu.& ho.ſed nõ ſine cã.l.Põponius ſcribit.ff.de nego.
7 geſt. ¶ Sextò* quæritur,qs,qñ,& qñ poſsit doctorari?Et
quãtum ad primũ dico,ꝙ qlibet fidelis laicꝰ, vel clericus,
imò & religioſus,debet admitti ad magiſteriũ, ſi ſe nõ in
gerit,ſed mittitur à prelato ſuo.xxix.q.j.ſic viue.& c.ſi cle
ricatus.& c.doctos.& extrà eo.tit.c.j.& pe.Si verò ſe inge
rit,vt hodie cõiter fit,admitti nõ debet. xvj.q.j. monachꝰ.
& q.vij.c.in nona. ¶ Quãtũ ad ſecũdũ,dicit Pan.in c.cùm
ſecundùm.de præb.& in c.propoſuiſti.de proba. ꝙ ter de
bet approbari.Primò,à præſentantibus.Secũdò,in exami
ne priuato à doctoribꝰ collegij. Tertiò,in publico qñ do
ctoratur:quia vt pro aliquo rectè præſumať,ter debet in
exercitio alicuius actus approbari:vt in ſimili dicitur de
athletis.l.vnica.C.de athle.lib.x. Peccãt enim mortaliter
admittẽtes ad doctoratũ,niſi exigãt iuramẽtũ,ꝙ nõ expo
nẽt vltra tria milia Turonenſiũ argẽteorũ in tali doctora
tu,vel magiſterij ſolẽnitate:& ſunt ſuſpẽſi ꝑ ſex mẽſes ab
hmõi ꝓmotiõe,etiã ſi ſunt epiſcopi:vt in cle.vlt.de mag.
vbi hoc pręcipitur . Sed intellige vbi timeretur de hmõi
exceſsiuis expẽſis.Nã vbi vix decẽ aurei exponũtur ꝓ ma
giſterio,ſtultũ eſſet ſic ſeruare.Quãtũ verò ad tertiũ,dico
aliquẽ poſſe doctorari ſolùm in vita,nõ autẽ poſt mortẽ:
qa hæc dignitas potius eſt animæ,quàm corporis: cũ talis

app

approbetur tanquam idoneus docere alios. Poſſet aũt qs
poſt mortẽ nobilitari per principem, vel recipere militiæ
gladium, ſecundũ Pan. in c. à nobis. el ij. de ſen. excõ. quia
nobilitas eſt corporis principaliter. & idem voluit Bar. in
l. j. C. de dignit. lib. xij. ¶ Septimò quæritur, de authoritate
8 doctorũ? Et dico multa. ¶ Primum.* Interpretatio docto-
rum, ſecundũ Pano. in c. veſtra. de coha. cler. & mulie. non
neceſsitat, niſi inquantũ iure, aut valida ratione probatur:
vt no. in c. j. de poſtula. præla. de quo vide j. Opinio. §. ij.
¶ Secundum. Allegationes à doctoribus, ſecundũ eundẽ
ibi, faciendæ non ſunt in cõſilijs deciſiuis, ſicut nec in ſen
tentijs: vt dicitur in c. ſicut nobis. in glo. de ſen. & re iudi.
Secus in cõſilijs poſtulatis à parte. Et diuerſitatis ratio eſt:
qa in primis eſt approbata fides cõſultoris, in ſecũdis nõ:
ideoq; non creditur ei, niſi quatenus probet. ¶ Tertium.
Damnato doctore, intelliguntur reprobata opera. i. libri
9 eius: vt patet per c. fraternitatis. de hære. ¶ Octauò* quæri
tur, quę ſciẽtiæ legi & doceri poſſunt? Et dico multa. ¶ Pri
mum. Legi poſſunt omnes ſciẽtiæ nõ reprobatæ, faciẽtes
ad inſtructionẽ animæ, corporũ, vel rerum: ſicut Gramma
tica, Dialectica, Rhetorica, Muſica, Geometria, Arithmeti
ca, & Aſtrologia: quæ ſunt artes liberales: & ſimiliter tota
naturalis, ac diuina Philoſophia, & ſacra Theologia. eod.
tit. qa nõnullis. ius quoq; canonicũ ac ciuile. de priui. cum
diuerſis. lib. vj. ¶ Secundũ. Appetere ſcire ſcientias magi-
cas, non eſt malũ, ſed bonũ in genere: quia omnis ſcientia
eſt bonũ: alioquin aliqua nõ eſſet in Deo: ſed tamẽ ſecun
dùm diuerſas circũſtantias additas poteſt eſſe bonũ, puta
vt quis cõfutet: aut malũ, puta vt eis vtatur. hæc ex S. Tho.
iiij. quo. ar. xvj. ¶ Tertium. Matheſim penultima breui li-
cet docere: quia cõprehẽdit aliquas artes liberales: ſed ma
theſim penultima producta docere nõ licet ad vſum: qa ſi
gnificat artẽ diuinãdi, quæ reprobata eſt: vt C. de male. &
mate. l. nemo. & l. culpa. & ſic ſecundũ Sum. Ang. etiã do-
ceri non põt ad inſtructionẽ: quod verũ eſt, qñ doceretur
cum talibus circũſtantijs, ꝙ inde alicui periculũ generare
tur: nõ autẽ ſecundũ ſe: quia ſicut poteſt quis licitè appete
re eam ſcire ad deſtruendũ: vt probat S. Tho. in d. quolib.
ita etiã poteſt quis appetere vt doceatur ab aliquo: quod
non eſſet, ſi ille licitè doceret. vnde verſus:

Scire facit Matheſis: dat diuinare Matheſis.

¶ Quartum. De ſcientijs poẽticis diſtinguendũ eſt: qa li-
bri quidam vt in pluribus ſunt de laſciuijs: vt Ouid. de Ar
te, & ſimiles: & tales legere, vel audire omnino prohibitũ
eſt. Et ſic intellige c. ſacerdotes. & c. legantur. & c. ideo.
xxxvij. diſt. Alij verò ſunt, qui vt plurimũ afferũt multum
vtilitatis, licet aliquãdo ſint in eis aliqua turpia miſta: &
tales legere, vel audire bono fine nõ eſt ꝓhibitũ. & ſic lo
quitur c. turbat. ead. diſt. cũ duobus ſequentib. dummodo
talis ſit magiſter, qui laſciuias breuiet & legat obſcurè, vel
dimittat tranſeũdo. Et ſic limita gl. in ſum. diſ. xxxvij. vide
10 etiã j. Scientia. ¶ Nono* quæritur, vbi & qualiter debeant
magiſtri ad legendũ inſtitui? Et dico multa. ¶ Primũ. In lo
cis oĩbus, in quibus ſuppetũt eccleſiæ facultates: ſiue ſit ca
thedralis eccl'ia, ſiue alia collegiata, poni debet magiſter
in grãmatica legens, cui beneficiũ cõpetẽs aſsignetur, ſeu
ꝑcipiat fructus vnius prębẽdæ: & tandiu ſolùm quãdiu ꝑ-
ſeuerat in docẽdo clericos illius eccl'iæ gratis, & alios pau
peres. In metropolitana verò eccl'ia debet poni magiſter,
qui doceat in ſacra pagina, & de pertinẽtibus ad curã ani
marũ. xxxiij. di. de quibuſdã. eo. ti. & c. j. & c. qa nõnullis.
Hodie verò ſtatutũ eſt, ꝙ Romana, Pariſiẽſis, Oxoniẽſis,
Bononiẽſis, & Salmaticenſis eccleſia duos habeat viros pe
ritos ad inſtruendum in Hebraica, Chaldaica, & Arabica
lingua. clem. j. eod. tit. vbi etiam ponitur cuius ſumptibus.
¶ Secundũ. Si non vacet aliqua præbẽda, quilibet de præ
bẽdatis debet tantũ dare, quòd faciant vnã præbẽdã, ſi ſu
pereſt ad eorũ neceſsitatẽ: ar. c. fin. de his quæ fi. à ma. par.
ca. & de ec. ędi. c. q̃d his. & ſi nõ ſupereſt, expectẽt donec va
cet prima. ar. c. dilect⁹. el ij. de pręb. ſecundũ Bern. & Hoſ.
¶ Tertium. Si præbẽda vna ſit aſsignata magiſtro non ca
nonico: & ſtatuto iuramẽto firmato caueatur vt canonici
ſint tot in numero: nõ propter hoc tenẽtur eligere aliũ ca
nonicum authoritate illius c. quia nonnullis. eod. tit. nec
faciunt contra iuramentũ: nec currit eis tẽpus: quia nõ di
citur talis præbenda vacare, niſi quãdo magiſter à legẽdo
deſiſtat. ¶ Quartũ. Nec poteſt magiſter in canonicũ eli-
gi ſub illa conditione vt doceat: quia ceſſare debet omnis
conditio & pactio. aliàs ſimoniacũ eſſet. Sed ſi qua præbẽ
da vacaret, ſtatuere poſſent ea vacante, vt iſtud onus ſit illi
annexum: vt not. Hoſt. & Ber. in d. c. quia nonnullis. quã-
uis Hoſt. videatur tenere, ꝙ etiam in primo caſu non ſit ſi
monia, ſed permutatio de ſpirituali ad ſpirituale. x. ad quę
ſtiones. de re. permu. ¶ Quintũ. A pręlatis & capitulis de-
bent aliqui habiles ad Theologiæ ſtudiũ deſtinari, q̃ poſt
alios doceãt, & miniſtrari neceſſaria, ſi prouentus proprij
non ſufficiũt: docẽtes aũt in ipſa facultate, dum in ſcholis
ſtuduerint, & ipſi ſtudẽtes per annos quinq; recipiũt de li
centia ſedis apoſtolicę integre fructus præbẽdarũ & bñfi
ciorũ ſuorũ, nõ obſtãte cõtraria cõſuetudine, vel ſtatuto.
11 hæc omnia extrà eo. ſuper ſpecula. ¶ Decimò* quæritur,
qualiter ſe debeãt habere magiſtri in pecunijs exigendis,
vl' acceptãdis? Et dico multa. ¶ Primum. Magiſter, cui aſsi-
gnata eſt ꝑbẽda, vel prouiſio, ſcilicet de eccl'ia, nihil exige
re põt à ſcholaribus, etiã prętextu cuiuſcũq; cõſuetudinis.
eod. ti. c. j. & ſi exigit à clericis illius eccl'iæ, vel à pauperi-
bus alienis, ſimoniã cõmittit, ſecundũ Hoſt. in c. qa non-
nullis. eo. tit. & Ioã. Bart. Brix. & Arch. in c. de quibuſdam.
xxxvij. di. quod intellige, ſi reditus illi ſufficiũt. Sec⁹ ſi ſit
pauper, nec habet prouẽt⁹ ſufficiẽter aſsignatos: qa magi
ſtris neceſsitas ſubleuãda eſt. d. c. quia nõnullis. Et ſic non
§.j.in tex.& in gl. ¶ Differt aũt in multis à legato. ¶ Pri-
mò, quia illud ſemper datur ab hærede:ſicut hæc qñq; ab
eo,quandoq; à donatore: & ſi traditur legatũ à teſtatore,
perdit rationẽ legati, tranſiens in ſimplicẽ donationem
inter viuos:de quo eſt ſingularis gl. de qua feſtũ Dynꝰ fa
cit in l.legatũ.de le.ij. dicẽs ex hoc ſequi duos effectus.ſ.
quia teſtator amodo reuocare non poterit:& amplius Fal
cidia de hoc non detrahetur:vt l.vbi.ff.de donatio.cauſa
mortis.quod Bar.in d.l.legatũ. dicit tenẽdum mẽti: licet
ipſe de hoc dubitet. ¶ Secundò, quia filiusfamilias cõſen
tiente patre põt donare cauſa mortis,nõ aũt legare,vel te
ſtari:cũ hoc ex alieno arbitrio pendere nõ debeat.ff.eo.l.
tam is.& cõſequenter nõ põt codicillari: vt l.ij.ff.de leg.j.
vbi dicitur ꝙ nõ potens teſtari, nõ põt codicillari. Et ibi
Bar.reddit horũ rationẽ: quia licet donatio cauſà mortis
ſit vltima volũtas: ſapit tamen naturã contractuũ inter vi
uos:vnde fieri põt à filiofamilias volẽte patre. ¶ Tertiò,
quia licet teſtamentũ ſit falſum vel nullũ:tenet iſta dona-
tio,nõ autem legatũ.ff.de his quib.vt indi.l. penul. §.vlt.
¶ Quartò, quia accuſans teſtamentũ vt falſum vel nullũ,
perdit legatum,eo ſcilicet ꝙ iudiciũ aut voluntatẽ defun
cti directè impugnat, ſecundũ Bar. non autẽ hanc dona-
tionẽ.ff.de his qui.vt indi.l. poſt legatum. & Inſtit.de do.
§.j.in glo.Et rationẽ differentiæ dat glo. in d.l.poſt lega
tum. §.qui mortis cauſa.quia hæc donatio non confirmat̃
per teſtamentũ:aliter ex aliqua cauſa reſcindatur teſtamẽ
tum,& donatio cauſa mortis.ff.eo.l.ſi aliquis.& l.ſi debi-
tor. ¶ Quintò,qa legatũ ſit nolẽti: vt s̃. Alienatio. §.xix.
dictũ eſt: non autẽ donatio cauſa mortis. Sunt & multæ
aliæ,de quibus vide per totũ titulũ iſtũ.Dignoſcitur autẽ
à legato iſta donatio,quãdo verba ſunt cõia, vel æquiuo-
ca per traditionẽ rei,vel obligationẽ:qua ſe donator ob
ligat legatario:& quando nullũ illorũ interuenit, dicitur
legatum:pro quo vide quod legitur & notatur in l.ij.& l.
4 Marcellus.ff.eo. ¶ Tertiò* quæritur, qualiter fiat iſta do-
natio? Et dico ꝙ tripliciter fit, ſcilicet traditiõe,pollicita
tione, & ſtipulatione.ff.eo.l.ſenatus. Sub quacunq; autẽ
ſpecie fiat,inſeri debet in ea,ꝙ cauſa mortis fiat̃,vel alte-
rius periculi talis:aliàs eſſet donatio ſimplex inter viuos,
quãtũcũq; fieret in mortis articulo:quia nõ eoipſo, ꝙ qs
moriens donat,donare mortis cauſa videtur.d.l. ſenatus.
ſecundũ Azo. ſecundũ Hoſt. autẽ hoc æſtimandũ erit ex
verborũ affectione,& qualitate perſonarũ ac ſtatus. Et ſi
nihil apparet,pręſumitur inter viuos donatũ,vt dictũ eſt.
Et debẽt in ea quinq; teſtes adhiberi.C.eo.l.fin.Et debet
eſſe præſens perſona,cui ſit,vel alia,qui vice eius illã reci
piat.Vnde q cauſa mortis donare vult eccleſiæ,vel paupe
ribus,donet notario ſtipulãti, & recipiẽti nomine paupe
5 rum,vel eccleſię.ff.eo.l.inter. ¶ Quartò* quærit̃, de quo,
& à quo fieri poſsit?Et dico, ꝙ de omni, de quo & dona-
tio ĩter viuos,& ab omni q teſtari põt.Qui aũt teſtari nõ
põt, nec cauſa mortis donare põt. quod tamẽ fallit in fi-
liofamilias, qui licet patre conſentiẽte teſtari non poſsit,
excepto peculio caſtrẽſi,vel quaſi: hanc tamẽ donationẽ
patre conſentiẽte facere poteſt.ff.eo.l.tam is.vt dictũ eſt.
Similiter donare non põt cauſa mortis, qui donare non
poteſt inter viuos.ff. de dona.l.filiusfa. Vnde Bar.dicit in
libro,de cõſue.feu.in rub.de prohi. feu.alie. per Fede.c.
j.ꝙ quãdo nomẽ donationis ponitur prohibitiuè, puta ſi
ſtatuto cauetur ne mulier poſsit donare: tunc includitur
etiã donatio cauſa mortis: qa à quo remouetur genus, &
quælibet eius ſpecies.d.l.filiusfa.§. pari ratione. Quãdo
verò ponitur permiſsiuè: tunc nõ includitur donatio cã
mortis: quia non eſt propriè donatio.ff. de dona.l.j. §.j.
Vnde feudatarius, cui à domino permiſſum eſt donare
cauſà mortis,feudũ donare nõ poteſt.Non põt etiã ſic do
nare,q capitale crimẽ admiſit: nec donatio valet, ſiue fa-
cta ſit ante crimẽ,ſiue poſt:ſiue ante ſentẽtiã,ſiue poſt:cũ
& teſtamẽtũ rũpatur,& omnia publicẽtur.ff.eo.l. ſi aliqs.
quod fallit in re donata vxori ante reatũ commiſſum:ſed
non poſt.ff.de dona.inter vi.& vxo.l.cũ hic ſtatus. §.ſi ma
ritus.& eſt tex.cũ glo.in l.res vxoris.C.de dona.inter vi.
6 & vxo. ¶ Quintò* quæritur,cui donari ſic põt? Et dico,ꝙ
omnibus,quibus legatũ iure relinqui poteſt.ff.eo.l.omnĩ
bus.in quo quidẽ tẽpus nõ donatiõis,ſed mortis inſpici-
tur.ff.de mor. cauſa don.l. mortis cauſa. la iij. Sed tamen
nota ſecundũ Bar.in l.quidã.ff.de pœn. ꝙ licet damnatis
in metallũ legari nõ poſsit: fallit tñ in cauſa alimẽtorum.
Et hoc facit ad quæſtionem,an religioſi, qui nihil habere
poſſunt, ſaltem poſsint petere ex cauſa alimentorum.
7 ¶ Sextò* quęritur,quomodo,vel ex quibus cauſis reuoce
tur iſta donatio? Et dico,ꝙ tribus, cuiuſcunq; ſpeciei,vel
modi ſit,ſcđm glo.in l.non omnis.ff. ſi cer.pet. & tex.eſt
Inſt.de do. §.j. ¶ Primò,ſi donatarius præmoriatur dona
tori. ¶ Secũdò,ſi pœnituerit donaſſe. ¶ Tertiò,ſi eſſet cõ
ditio,ſub qua donatio facta fuit. In quo tamen Sum Roſ.
deficit,omittẽs tertiũ modũ,& vnũ diuidẽs in duo, dicẽs:
Si donator pœnituerit,vel ſupuixerit donatario,vel do-
natarius prius deceſſerit:idẽ enim eſt illũ ſuperuiuere,&
iſtũ prius mori. Addit Hoſt.idẽ eſſe,ſi nõ adimpleat̃ cau-
ſa,ſub qua donatio facta eſt:quod eſt verũ,niſi donatio eſ
ſet facta in piã cauſam,iuxta dicta s̃. Donatio j. §.xiiij.in
fi. Addit etiã ꝑdicta vera eſſe, niſi ſic datũ fuerit,vt ſtatim
trãſeat dominiũ,nec reuocari poſsit: qa talis donatio in-
ter viuos facta cẽſetur:& ex quo facta eſt,nec conditionẽ,
nec modũ,nec pœnitẽtiã ſine cã admittit: ex cauſa tñ po-
terit reuocari: vt propter ſuperueniẽtẽ filiorũ natiuitatẽ.
xvij.q.vlt.quicũq;.Imò & ſi ſtatim dominiũ nõ trãsferat̃,
ſed tamẽ irreuocabiliter fiat, irreuocabilis erit.d.l. ſena-
tus. §.mortis cauſa. & ſic habebit effectũ ſimplicis dona-
tionis, licet dicatur cauſa mortis. Poterit tamẽ reuocari,
etiã ſi iuraſſet nõ reuocare,duobus modis.Primò,ex no-
ua cauſa: vt j̃.Sepultura. §.v.in ſimili. Secũdò, ſi donauit
omnia bona præſentia & futura:quia tunc iuramentũ in-
duceret votũ captãdæ mortis:ideoq; nõ tenet:quia eſſet
vinculũ iniquitatis. petet tamẽ prius abſolutionẽ à iura-
mento.Secus ſi donaſſet ſolùm pręſentia:quod intelligit̃
quando donat omnia bona ſua, non addens futura: quia
tunc non reuocatur. Vide de his quod no. & legitur in l.
fi.C.de pact.& in l. ſtipulatio hoc modo.ff. de verb.obli.

DE DOTE ET PARAPHERNIS.

1 *Dos ſiue iuxta leges,ſiue iuxta Canones definiatur,quid ſit.Et dotem ſine matrimonio eſſe non poſſe, quomodo intelligatur.*
2 *Dotis ſpecies quot ſunt.*
3 *Periculũ & cõtra emolumẽtũ rerũ dotaliũ, ad quẽ pertineat.*
4 *Pater filiam dotare,num teneatur, quoties.Et quatenus.*

5 *Pater filiam,quæ ipſo inuito nupſit,an dotare teneatur.de quo hîc fuſè & apertè.*
6 *Frater ſororem dotare an teneatur. Et an uir uxori dotē conſtituere queat.nume.ſeq.*
8 *Frater ſi uiuente patre,de bonis paternis filiā dotauit,an mortuo patre huiuſmodi dotem conferre teneatur.*
9 *Pater num in dotem rem emphy.ſine domini conſenſu,dare poſſit.Et quid de feudutario.nu ſeq.*
11 *Maritus,num uxorem,ob non ſolutā dotē promiſſam, repellere poſſit. Et num eam dote non ſoluta domū traducere teneatur. Et quid ſi ſine dote ducat.ibidem.*
12 *Proprietas dotis cōſtitutæ an diſtrahi & alienari poſſit.Et qd ſi alienatio facta ſit,non ui,nec dolo,& iuramento mulieris firmata.Et contra, ſi ui aut dolo:uimq; aut dolū probari neceſſe ſit,qualiter probabitur.*
13 *Conſilium mulieribus utile, ne res dotalis alienari poſſit:etiā ſi alienationi deinceps conſentiant, eamq; iurent: res tamē mobiles,& paraphernalia alienare poſſe, ſi dominiū tranſlatū ſit, nihil uetat. Et ibidē qbus ex cauſis res dotalis alienari queat.*
14 *Dotis priuilegia, aut proprietates,quænā ſint. Et de his cōcluſiones octo. Et num donatio propter nuptias eadē habeat priuilegia.Et quid cum dote commune habeat.& nu.ſeq.*
15 *Dotem num ob uxoris adulterium,maximè ſi homicidiū ſequatur,aut aliquid aliud,uir lucretur. Et quid de dotalitio,& paraphernalibus. Et de his concluſiones ex ordine decem,cum limitationibus.*
17 *Dotem quot modis uir lucretur.*
18 *Dotem conſtāte matrimonio, marito ad inopiam uergente,aut alio caſu,nū poſſit uxor repetere Et de his iura uarie cauerūt: ut hîc ex ordine traditur.Et ibidem quid ſi ab initio inopi,aut ad inopiā uergenti,uel aliàs ſubſtātiam diſſipanti nupſerit.*
19 *Dos ſoluto matrimonio,cui reſtituēda ſit. Et ibidē donatio propter nuptias,quot caſibus uiro defuncto, ad uxorem pertineat.*
20 *Martini diſputationem de dotis reſtitutione, ad multa utilem.*
21 *Cōfeſſionē de dote cōſtāte matrimonio recepta, à uiro factā nō ualere:ni de numeratione appareat.Et ibidē limitationes aliæ.*
22 *Dos, quando reſtituēda ſit. Et ibidē ad hoc concluſiones tres.*
23 *Dos qualiter reſtituenda ſit.Et quot expenſarū genera:& quæ ex his dotem minuant.*
24 *Dotē tribus caſib⁹ ſolui poſſe.Et an uxori pecunia ſolui queat, ut uotum pro ſe factū ſoluat: aut ad peregrinandū pro anima ſua eat:aut alterius ipſius cōiuncti,& tū num dotē id minuat.*
27 *Mariti hæredes num intra annum reſtitutionis dotis,uxorē relictam alere obſtringantur.Ad quod concluſiones tres.*

1 Dos* quantum colligitur ex legibus & canonibus,& doct.diffinitiuè eſt, quod datur viro ab vxore, vel ab aliquo nomine eius:puta à patre, vel extraneo pro oneribus matrimonij ſuſtinendis.in quo differt à paraphernis, de quibus ĩ.loco ſuo.Et ita no.per Cano.in c.Raynutius. de teſta.& per Legiſtas in rub.ff.ſol.matri.Et eſt dos,proprium mulieris patrimoniū.ff.de mino.l.iij.§.ſed vtrū. tandiu durās, quādiu & matrimoniū, quo ſoluto, ſoluit: quia ſine eo eſſe nō pōt.ff.de iure dot.l.iij.Si aūt pactum fiat à filia cū patre, dū nuptui traderetur, ꝙ dote cōtenta nullū regreſſum habebit ad bona paterna:hoc improbat lex ciuilis.Si tamē iuramēto nō vi,nec dolo præſtito firmatum fuerit, ſeruari debet.extrà, de pact.quāuis.lib.vj. De hoc ĩ. Iuramētū iiij.§.xxx.& Pactū.§.j. & ſeq. Quod tñ dictū eſt,ſine matrimonio dotē eſſe nō poſſe:intellige primò de iure,& nō de facto ſolo cōtracto:quo caſu non eſſet dos:vt in d.l.iij.Intellige ſecundò ſecundū Alex.de Imo.ſuper rub.ff.ſol.ma.ſine matrimonio cōtracto de pſenti, vel præterito:nō aūt ſine matrimonio extante:quia ſoluto prius contracto, adhuc dicitur dos. Et hoc voluit Pau.de Caſt.ſuper eadē rub. & Bar.in l.ſi marito.eo. titu. Per quod,ſecundū eundē Pau.deciditur quæſtio,quę fuit de facto,vtrū ſtatutū diſponēs, ꝙ mulier teneat relinquere dotē ſuam æquis portionibus filijs vtriuſq; matrimonij,habeat locum nedū quādo moritur mulier conſtante matrimonio,aut etiam quādo moritur eo iam ſoluto? Et dico ꝙ ſic: quia etiā tūc dicitur dos. Quod etiā dictū eſt, ꝙ matrimonio ſoluto ſoluitur: cōſequenter intelligitur, nō quia deſinat eſſe dos, ſed quia matrimonio ſtante ei⁹ dominiū eſt penes virum: nec cōtra eius voluntatē inde pōt eleemoſyna fieri : ſed eo ſoluto redit ad vxorem,vel
2 eius hæredes.C.de pact.cōuen.ſup do.l.penul. ¶*Primò verò quæritur, quot ſunt ſpecies dotis? Et dico,ꝙ de hoc ſunt duæ diuiſiones. ¶Prima eſt, ꝙ dotiū alia eſt profectitia,& alia aduētitia.Dos profectitia eſt,quę à patre,vel tanquā à patre, ſiue auo, vel proauo,vel alio ſuperiore de linea patris pro filia,vel nepte, & huiuſmodi de bonis eorum proficiſcitur, vel quę aliàs de mandato vel nomine eorū, & ipſi ratū habēt, cōſtituitur, vt in l.profectitia.in prin.ff.de iur.dot. vel à præſide, aut à curatore eius, ſi ſit prodigus,aut furioſus:vt ibidē:etiā ſi filia eſſet emancipata:vt ibi. §.fi. quia nō patria poteſtas, ſed patris nomē dotem profectitiā facit.Aduētitia autē eſt,quę nō proficiſcitur à parente , vel quaſi parente:ſed eā dat mulier pro ſeipſa,vel quilibet alius à patre vel auo,& prædictis,ſiue ſit frater, ſiue auūculus, vel quilibet alius: vt d.l. profectitia. Vñ ſi pater nō dedit tanquā pater, ſed vt extraneus:puta, quia debebat filiæ,& eius volūtate dedit in dotē viro:eſt dos aduētitia:vt d.l. profectitia. ¶ Alia diuiſio eſt,ꝙ dotium alia æſtimata eſt,alia inæſtimata:& qñ æſtimata traditur, periculū pertinet ad maritū. Quando verò inæſtimata,ad mulierem.l.plerunq;. in princi. de iure dotium.
3 vide etiam §.ſeq. ¶Secundò* quęritur,ad quem pertinet periculum,& emolumētum rerū dotalium? Et dico,ꝙ ſi ſunt æſtimatæ, periculū ſpectat ad virum,niſi res ex toto perierit ante nuptias:quia æſtimatio facit venditionē:vñ tam lucrum,quàm damnum ſpectat ad virum, ſicut ad rei emptorē.ff.de iure dot.l.plerūq;.& l.res in dotem. Sed ſi nō ſunt æſtimatæ, nō ſpectat ad virū periculū earum, vel euictionis aut deteriorationis,ſed ad vxorem.d.l.plerunq;.vbi dicitur, ꝙ ſi mulier attriuerit veſtē æſtimatam, vir æſtimationē reddet : ſed ſi erat inæſtimata, damnū & lucrū eſt mulieris. Et hoc verū eſt,niſi conſiſtant in numero,pondere,& menſura:quia periculū taliū ſpectat ad virum.Fructus tamē & fœtus rerū dotaliū nō æſtimatarum lucratur maritus,vt ibi.quod tamē limita,ſi ſuſtinet onera matrimonij:aliàs reſtituētur vxori.ff. de vſur.l.videam⁹. la ij. §.penul.& d.l.plerūq;.§. ſi ſerui. vbi etiā dicitur,ꝙ fœtus pecorū dotaliū pertinet ad virū : quia computātur in fructibus: ſic tamen vt ex fœtibus iam natis prius ſuppleantur capita mortalia.Vnde ibi fallit hæc regula,Cui⁹ eſt emolumentū,eius debet eſſe periculū.Fœtus tamē ancillarum dotaliū nō cedit viro:quia dignitas humanæ cōditionis facit,vt fœtus ancillarū non debeāt fructuū nomine cenſeri.d.§. ſi ſerui. Similiter nec cedunt ei lapiſodinæ,vbi lapis nō renaſcitur.Secus vbi renaſcit̃, vt in Anglia,& Aſia: quia tunc ad virū pertinēt fructus. Idē eſt de fundis argētifodinis,& arboribus nō cædēdis:in cædendis autē ſecus: vt quia intra breue tēpus renaſcūtur:quitūc poſſunt dici fructus.Et ſic ſentit Bar. in l.diuortio. §. ſi fundū.& §.ſi vir in feudo.ff.ſol.mat. ex quibus deducit duas cōcluſiones. ¶Prima.Arbores cæduę cōputentur in

fructibus:vt ſunt ſalices, & huiuſmodi: ſecus in fructiferis.& intellige quantum ad partes cædendas. ¶Secunda. Lapis non renaſcens non eſt in fructu.ſecus ſi renaſcitur. Idem in cretifodinis,et argentifodinis. ¶Et prædicta inducit ad talem quęſtionē.Maritus notarius locauit vxori vſumfructū omnium bonorū ſuorū. Quæritur igitur an ad illū pertineat quod percipitur ex protocollorū explanatione?Et dicit ꝙ non:quia qđ ſemel tātùm percipitur, & nō renaſcitur,nō dicitur eſſe in vſufructu:vt in d.l.duobus. §.j.reditus autē protocollorū eſt huiuſmodi:quia ex quo ſemel eſt redditū,nūquam amplius aliquid percipietur:cùm non ſit veriſimile,quòd percipiens illud perdat.
4 ¶Tertiò*quęritur,quantū ad reſtitutionē dotis,vtrū pater teneatur filiam dotare,& quantū,& quoties?Et dico,ꝙ dotare teneatur filiam ſuo conſenſu nubentē,& regulariter contra eum poteſt officium iudicis implorari vt filiā dotet.l.qui liberos.ff.de ritu nupt.& not.in l. obligamur. §.lege.ff.de act.& obli.& in l.fi.C.de do.promi. ¶Quanta autē debeat eſſe dos:dico,ꝙ etiā in modico poteſt conſtitui:vt dicit gloſſ.in l.imperialis.C.de nuptijs.in verbo, dotalibus.quod eſt circa medium.& quia dos ſuccedit loco alimentorum:vt no.Barto.in l. Titio centum. §.Titio genero.ff.de condi.& demon.& per Bal.in l.prima. §.ius naturale.ff.de iuſtitia & iure.ideo ſecundùm hoc æſtimabitur, & fiet penſatis conditionibus, & alijs qualitatibus. ¶An autē pater teneatur filiam ſecundò dotare,ſi dotem conſumpſit.Bald.in l.ſi cùm dotem. §.ſi poſt ſolutū.ff. ſoluto matrimonio.dicit ꝙ ſic.Sed Bart.hoc ibi putat verū, ſi filia dotē perdidit ſine dolo & culpa:aliàs ſec⁹.Pro quo eſt caſus.C.de colla.authen.quod locū.ibi, filiæ poſſit imputari.Et pro hoc,dicit Bar.facit,ꝙ ſi pater dat filio legitimam pro ſoluenda condēnatione ex forma ſtatuti: quòd
5 iterū ei dare vel relinquere nō teneatur. ¶Quartò*quæritur, vtrum pater teneatur filiā dotare,quæ nupſit eo inuito?Et Pan.in c.j.de ſpon.impube.virtualiter ſic diſtinguit.Nam ſi nupſit indigno,nō tenetur.glo.eſt not.xxxij. q.ij.in c.fina.& xxxvj.q.j.in c.de raptoribus.quod intellige,ſecundùm do.Anto.in c.accedens.de procur. & Imol. ibidem,ſi eſt indignus turpi indignitate:ſecus ſi eſſet indignus,id eſt,non paris cōditionis:veruntamen poterit minorem tradere dotē ex cōditione perſonæ.Et faciūt quæ habentur in l.cùm poſt diuortium. §.gener.ff.de iure do. iuncta glo.in l.ſi voluntate.C.de do.promiſ.Si autē elegit dignū,vel nō dignū,ſubdiſtingue.Nam aut promiſit dotē:& ſic pater tenetur eā dotare.licet enim in tali promiſſione non cōſenſerit,tamen filia per hanc promiſſionem releuat patrē à debito dotādi:& ideo tāquā in re patris vertatur iſta promiſſio,tenebitur pater de in rem verſo.Ita dicit Barto.in l.obligamur. §.lege.ff.de act.& obli. per tex.in ſimili in l.& ideo. §.fi.& l.filius.ff.de in rē verſo. Aut nō promiſit dotē:& ſic nō tenet̃.quia ex quo inuenit ſibi maritū ſine dote,etiā maritus tenet̃ eā alere ſicut filiam:vt in authētico, quibus mo.na.effi.legi. §.pen. no. Innoc.in c.per noſtras.de dona.inter vir.& vxo. & etiā ſi præmoriatur relictis filijs,tenetur ſibi relinquere quartā partē bonorū ſuorū prędatus vir.Secus ſi filios nō habuit: vt no.gloſſ.in §.pe.ideo ceſſat vtrunq; debitū in patre, ſcilicet alimētorū & dotis:quia habet vnde ſe alat,ſcilicet ex bonis mariti:& dos ſuccedit loco alimētorū:vt ſ. §.j. Et ita tenet Bar.in d. §.lege.& Ang.in l.ſocer.& Bald. in l.j.ff.ſoluto matrimonio.& in l.fina.C.de do. promiſſ. Et ſic limita gloſ.in c.fin.xxxij.q.ij.quæ dicit ꝙ tenetur eam dotare,ſcilicet ſi promiſit.nō aliàs.Et,quæ dicta ſunt, pro cedunt,ſi filia nupſit ante xxv.annum,vt ibidem tenet Pa. Si autē nupſit poſt xxv.annum,pater,inquit,nō poteſt illi aliquā culpam imponere:ex quo tantū diſtulit collocare. Non tamen cogi poteſt ad præſtandā dotē, ſi nupſit ſine promiſſione dotis,ratione iam dicta.hæc ex illo. Et ſic videtur velle,ꝙ ſi nupſit poſt xxv.annū cū promiſſione dotis,tenetur pater illā dotare,etiā ſi nupſit indigno.Notat tamen idem Panor.in d.c.accedens.ꝙ talis mulier nō excluditur per hoc à bonis paternis,ſed habebit ſaltē legitimam:nec in ea habebit locū ſtatutum, quo cauetur vt filia dotata nō ſuccedat in hac,quæ ſine dote nupſit inuito patre.Idem Panor.in c.Quintauallis.de iureiur.addit notabile dictum Spec.ꝙ filiam quæ luxuriæ erat dedita, volētem pœnitere de peccato,pater alere tenetur, & cōſequēter dotare:quia cauſa dotis fauorabilior eſt quàm alimentorū:vt no.Cyn.in l.non omni.C.de admi.tuto. ¶Quin-
6 tò*quęrit̃, vtrū frater teneatur dotare ſororē ex eodē patre generatā?Et dicit Panor.in c.peruenit.de arbi.cōmuniter teneri ꝙ ſic.quod no.gl.de laico in l.cùm plures. §. pe.ff.de admi.tu.& in l.non omni.C.eo.ti. Et ratio, quia ſecundùm Cy.in d.l.non omni.cauſa dotis fauorabilior eſt quàm alimentorū:propter quod tenet Bar.in l.fi.ff.de his qui.vt ind.ꝙ pater poteſt relinquere filiæ ſpuriæ dotē:quia dos ſuccedit loco alimentorū.& idem not. in authen.ex cōplexu.C.de inceſt.nup.& in l.Meuius. §. duobus.ff.de leg.ij.Vnde ſicut tenetur alimētare:vt ſ.Alimenta. §.iiij.ſic & dotare in caſu neceſſitatis.In clerico autem idem dic à fortiori: quia magis tenetur ad charitatē: vt in c.j.cum ibi no.de emp.& vend.Et ſi alia bona non habet, poteſt eā & aliā conſanguineā dotare de bonis eccleſiæ, ſi eſt inops.quod probatur per c.j.de coha.cle.& mu.& c. omnino cōfitemur.xxxj.di.quia ſi per d.c.poteſt alere cōſanguineos pauperes de reditibus eccleſiæ:ergo forti⁹ dotare:cū cauſa iſta ſit fauorabilior,vt dictū eſt.quod verum credo,ſi cōditionis ſuę modū nō excedat.ar.c.negotiatorem.lxxxviij.di.Sic ergo qui tenet̃ alere,tenetur dotare.
7 ¶Sextò quæritur,* vtrū vir conſtituere poſſit dotē vxori? Et dicit Panor.in c.& ſi neceſſe.de do.inter vir.& vxo.ꝙ non,poſt contractū matrimoniū. ante matrimoniū verò poteſt:vt l.prima.& quod ibi not.C.de do.ante nu.niſi ſic ſit conſtituta,vt tunc dominiū adipiſcatur,cùm matrimonium fuerit ſubſecutum:quo caſu non valet: vt in l. quod ſponte.C.de dona.ante nup.quia nec ante matrimonium dominium trāſiuit cùm voluerit:nec poſt,cùm nō potuerit:vt ibi not.gloſſ.Fallit hoc in plebeio dotante nobilē: quia videtur dotare,quaſi recōpenſando cum nobilitate:
8 quia poteſt:vt ſ.Donatio ſecunda. §.j. ¶Septimò*quæritur,vtrum frater,qui viuente patre de bonis paternis filiā dotauit,teneatur illam dotem conferre mortuo patre? Et videtur ꝙ ſic,per legem,certum.fam.erciſ.& l.final. cum ibi not.ſecundùm Barto.in l.fina.C.de do.promiſſ. dicit caſum ſingularem,vt non computet.Sed ego do tibi glo. in l.dotem.ff.de colla.bo.quæ dicit:Si tēpore mortis patris conſtabat matrimonium,non eſſe communicandum. allegat legem,filium.de colla.bono.& legē primā. §. fin.
9 ff.de colla.dotis. ¶Octauò*quæritur, vtrū pater dare poſſit in dotem rem emphyteuticam ſine domini conſenſu? Et dicit Specu.titulo,de locato. §.nunc aliqua . quòd ſic: non tamē plus iuris transfert,quàm habeat ipſe:vt in cap. nuper.de dona.inter virum & vxo.nec ſoluet laudēmiū: quia eſt alienatio neceſſaria,ſecundùm Guiliel.& Barto. in lege,& ideo.ff. de condictione furtiua. Et dari poteſt in dotem, etiā extraneæ,ſi inæſtimata detur:& ſoluet lau

demium ſed æſtimata dari non poteſt, niſi filiæ. ¶ Nonò,
10 *quæritur, vtrum feudatarius ſimpliciter poſsit? Et dicit
Ioan. And. in dicto c. nuper. ꝙ non. Innoc. autem ibi tenet
ꝙ ſic. & eum ſequitur Pan. ibi. & idem dicit in donatione
propter nuptias. Sed vera eſt opinio ſecunda in feudo, in
quo filia ſuccedit: & prima in eo, in quo nõ ſuccedit: quia
ſic eſt ratio diuerſa ab emphyteuſi, in qua filia ſuccedit.
11 ¶ Decimò, *vtrum vir repellere poſsit vxorem nõ ſoluta
ſibi dote promiſſa? Et ſentit Hoſt. ꝙ ſic, in c. per veſtras. de
do. inter vi. & vxo. quod intelligo quo ad traductionẽ &
alimenta præſtanda: quia dos propter onera matrimonij
ſuſtinenda datur: vt in d. ca. per veſtras. & in c. ſalubriter.
de vſur. & in l. ſi cum dotem. §. ſinautem. ff. ſoluto matri-
monio. & conſequenter poteſt hæc onera recuſare, ſi nõ
habet vnde ſumat emolumẽta. Bonus tex. eſt ibi, & Bald.
in l. fi. C ad Velle. poſt Cyn. in l. vxorem. C. de nego. geſt.
& Barto. in tract. de aliment. & ſi poſſeſsio ei detur in pi-
gnus, non debent cõputari fructus in ſortem, ſi dicta one-
ra ſuſtinet, vt in d. cap. ſalubriter. Ex quo cõclude eum nõ
teneri ad traductionẽ, dotẽ prius non ſoluta. Secus de con
iugali debito. Si autem eam ducat ſine dote, tenetur eam
alere de ſuo ſecundũ ſtatum ſuæ perſonæ: vt no. & volunt
Inno. & Hoſt. in d. c. per veſtras. & glo. in dicto §. ſinautẽ.
& facit tex. in l. quod ſi nulla. ff. de reli. Et ratio eſt, ſecun
dùm Innoc. quia perſonam ſuam pro dote dedit: vt in au-
thentica, quibus mo. na. effi. legi. §. pe. & ff. vt in poſſeſ. le
ga. l. pe. dicitur, ꝙ vxorem debeat alere vt filiã. ¶ Vndeci-
12 mò* quæritur, de proprietatibus dotis conſtitutæ quantũ
ad diſtractionem, vtrum poſsit alienari? Et dico ꝙ mulier
dotẽ conſtante matrimonio donare non poteſt: vt eſt tex.
in l. conſtante. C. de do. ſecundùm gloſſ. ibi. ipſam autem
actionẽ, ſiue ſpeciem, vel etiam dotem promittere poteſt.
de qua gloſſ. Barto. ibi facit magnum feſtum. nec quando
mulier donat, requiritur præſentia mariti aut filiorum: vt
in l. velles, nécne. C. de reuo. do. Fundum etiam dotalem
maritus alienare non poteſt, niſi eo modo quo in caſibus,
de quibus in fine huius §. & hoc etiam cõſentiente vxo-
re: vt not. in l. Iulianus. ff. de fundo dot. & C. ad Velle. au-
thẽtica, ſiue autẽ, nec etiã dare in hypothecã: vt l. vnica. §.
& cùm lex. C. de rei vxo. act. Quod verũ eſt, niſi iuramen-
tum interueniat ſine vi & dolo præſtitũ de non contraue
niendo: vt in c. cùm contingat. de iureiu. & cap. licet. eod.
titu. lib. vj. Et ſi primò iurauit alienationi nõ conſentire,
niſi ex cauſa rationabili, & iudicis authoritate, & poſtea
cõſentit ſine dicta authoritate, & iurat nõ cõtrauenire: ſer
uabitur primum iuramentum, ſecundũ Ho. in d. cap. cùm
cõtingat. de iureiur. & cap. ea te. & c. intellecto. Et ſi iura
uit rem dotalem alienatam nõ repetere, ſeruare debet iu
ramentum, ſecundùm Hoſt. nec propria temeritate debet
contrauenire. Et ſic intelligit dictum cap. cùm contingat.
Papa tamen reſtituet eam proprio motu, ſi iuramentũ in-
teruenit vi, aut dolo præſtitum: quod ſecũdũ eundem Ho
ſtien. conſtabit ex perſpicuis indicijs, conſiderata perſona
rum qualitate. Nam aut mulier eſt virago: & nõ præſumi
tur coacta. Aut eſt naturæ debilis, & vir ceruicis duræ, & fe
rocis faciei: & tũc iudex attẽdet an exigẽte vera neceſsita
te ſit res alienata: & tũc bene eſt. Aut vitio prodigalitatis
viri: & tunc alienatio eſt ſuſpecta. Item mulier probabit
minas viri, & fortè verbera. Quibus omnibus concurrẽti
bus, mulier abſolutionem poterit impetrare. Et ſi ad iura-
mentũ inducatur corã iudice: & veniẽs ad aurẽ eius dicat
ꝙ inuita cõſentit, & iurat: iudex hoc ſuſtinere non debet,
ſecundùm Hoſt. & ſi ſuſtinuerit, præſumitur pro muliere.

extrà, de his quę vi. me. c. j. In dubio autem tenendũ vide-
tur iuramentum: quia in dubijs tutior via eſt eligenda. de
ſpon. iuuenis. vel relinquetur arbitrio Papæ: quia quod il
le voluerit, tuti⁹ erit: nec alter agere poterit, niſi abſoluta
13 per eum. ¶ Conſilium* autẽ generale gratia mulierum &
parentũ earum eſſe videtur, vt qñ nubũt, iurent ꝙ nũquã
conſentiẽt alienationi rei dotalis, niſi cauſa corã iudice
cognita, & probata. ſ. neceſsitate naturæ inſtãtis: quia tũc
nullo alio iuramẽto tenebuntur, cùm ſit contrariũ primo
licito & honeſto. de iurei. ea. te. Et põt addit, ꝙ ſi vnquam
cõtrauenerit, non valebit. hæc ex Hoſt. Res autẽ mobiles
vir poteſt alienare, ſecũdũ Hoſt. quia non eſt prohibitũ:
& ſimiliter paraphernalia, ſecundũ Inno. ſi dominiũ eorũ
eſt tranſlatum in illum: aliàs non. ff. de iure dot. l. ſi ego.
¶ Sed prædicta ſic intellige: quia in tali alienatione pręſti
to iuramẽto tali, ſemper ipſa valet, & iuramentũ ſeruãdũ
eſt, propter ea quæ in d. c. cũ cõtingat. no. gloſ. & doct. ſed
ſine iuramẽto, licet regulariter nõ valeat alienatio, tamẽ
valet in caſu. Vnde, vt refert Aſten. li. viij. tit. lx. quidã cir-
ca rem dotalẽ immobilẽ, puta domũ, vel agrum, ſic diſtin
guunt. Si enim ſit æſtimata, vir eam põt alienare, quia eſt
emptitia: niſi æſtimatio facta fuiſſet vt ſciret rei valor: vt
ſic ſoluto matrimonio appareat vtrum ſit deteriorata, vel
hmõi. C. de iure do. l. ſi inter. Si verò nõ ſit ęſtimata, alie-
nare nõ põt, niſi in his caſibus. ¶ Primò, ſi prouocetur ad
diuiſionem fundi dotalis à ſocio, qui cum eo habet illum
communẽ: ipſe tamen ſociũ ad diuiſionẽ prouocare non
poteſt. C. de fundo do. l. fi. ¶ Secundò, ſi alienet cũ vniuer
ſitate: vt ibidẽ l. j. ¶ Tertiò, ſi alienet ex neceſsitate: vt ibi.
¶ Quartò, ſi conuertat in vtilitatem vxoris: vt ibi. l. vltim.
¶ Quintò, ſi vxor alienationi cõſentiat ſecũdò poſt bien
nium. d. c. cũ contingat. in glo. dũmodo ſint aliæ res viro,
ex quibus conſuli poſsit. C. ad Velleia. authen. ſiue à me.
¶ Sextò, ſi ſemel tantũ cõſentiat, & cũ hoc iuret: & hoc ſi-
ue per ſe, ſiue per procuratorẽ, ſecundũ Ioã. An. cui. dede-
rit ſpeciale mãdatũ. de procu. c. fi. li. vj. & de hoc ſuprà di
14 ctum eſt. ¶ Duodecimò* quæritur, quę ſint priuilegia vel
proprietates dotis? Et dico ꝙ multa. ¶ Primũ. Nã omnia
bona viri ſunt tacitè hypothecata pro dote. de pig. ex lite
ris, imò etiã pro bonis paraphernalibus, ſecũdũ Pan. in c.
ex literis. de pig. qñ ipſe habet illorũ bonorũ adminiſtra
tionẽ, C. de pac. conuen. l. vlt. Secus ſi mulier habet illa bo
na penes ſe. Pro quo etiã vide gl. in d. c. ex literis. quæ vult
ꝙ bona prelati ſunt tacitè obligata eccleſiæ ꝓ mala admi
niſtratione: & ſic poterit eccleſia agere cõtra tertiũ poſſeſ
ſorem, ſicut agit mulier pro dote. ¶ Secundũ, quia nõ per
ditur propter maleficium viri, etiã ſi ſit crimen lęſæ maie
ſtatis. C. ad legẽ Iuliam maieſt. l. quiſquis. & in d. c. ex lite
ris. nec etiã patris: vt no. ibi gl. quod tamen fallit in vxore
primipilarij in eo officio delinquentis. C. quibus modis
pig. tac. contraha. l. ſatis notũ. & C. de primipila. l. vtilitas.
¶ Tertium, quia proponitur omnibus creditoribus etiã
prioribus, qui habent perſonales actiones, vel etiã tacitas
hypothecas, niſi ſint in ſimili iure: vt quia petunt dotem
præcedentem: vt l. aſsiduis. C. qui potiores in pignore ha
beantur. Secus, ſecundũ aliquos, in habentibus expreſſas:
vt notat gloſſ. in dicta l. aſsiduis. & Dynus in regula, qui
prior. lib. ſexto. Et hoc tenet Accurſius in dicta l. aſsiduis.
& Bartolus, qui dicit quòd malum eſſet ſententiare con-
trarium. Et hoc ſequitur Summa Roſella contra Angeli-
cam, quæ dicit tenendum eſſe cum Panormitano in dicto
ca. ex literis. quòd ſi cõſuetudo eſt aliqua, illa ſeruabitur.
l. ſi de interpretatione. ff. de legi. cum ſi. Si verò eſt fauore
mu

mulierum, debet præferri etiam habentibus expreſſas hy
pothecas: quia mulier vincit eum, qui ad refectionem rei
dedit: vt in auth. quo iure. poſita ſuper d. l. aſsiduis. qui ta-
men præfertur anteriorib⁹ habẽtibus expreſſas hypothe
cas: vt l. interdum. qui pot. in pig. hab. ſi autẽ vincentẽ te,
multo magis vinco te: vt in l. de acceſsionib⁹. ff. de diuer.
& temp. pręſcrip. vel ad minus caſus ęſt dubius: & in facto
dubio potior eſt cõditio dotis. de re iudi. c. fi. & no. ĩ c. ex
literis. de proba. Cum hac opinione eſt Pet. & Cy. & Ioã.
And. & Mar. in d. l. aſsiduis. & Iac. de Are. & Guid. de Suz.
Et hanc opinionem ego tenerem quo ad hypothecas ex-
preſſas præcedentes quidẽ tempus, quo mulier habet ius
repetendi dotem propter fauorẽ viduarũ, ſi ſequatur do
tis inſtitutionem, ſiue collationẽ: ſed ſi præcedant conſti
tutionem dotis, tenerem opinionem priorẽ: quia lex nõ
cõfert vni beneficiũ cũ diminutione iuris alterius. l. ij. §.
ſi quis à principe. ff. ne quid in loc. pub. Et ſi dicatur, ꝙ ius
anteriorũ minuitur etiã in tacita hypotheca: dico, ꝙ taci
ta inducitur à lege: & ſic dicitur tacita, qa beneficio legis
inducta: lex autẽ potuit ſuũ priuilegiũ reſtringere præfe
rendo priuilegium mulieris. Secus in expreſſa, quæ habe
tur facto contrahentiũ. & iſtud priuilegiũ, ꝙ ſcilicet præ-
feratur creditoribus, trãſit ad filios eius, ſecũdùm Alexã.
de Imo. in l. etiã. ff. ſolu. mat. & ibi eſt gloſ. & alia in l. j. C.
de priui. dot. licet Barto. dicat contrarium: cuius tamẽ o-
pinio poteſt intelligi, vt non loquatur de hæredibus ſuis,
vt ſunt filij, ſed de extraneis, qui non habent hoc priuile-
gium: vt l. vnica. C. de priui. do. ¶ Quartum. Nam eccleſia
poteſt ſe impedire de dote, non ſolùm in fauorem vidua
rum, vt in c. nuper. de dona. inter vir. & vxo. ſed etiam ma
riti ſibi dotem promiſſam: vt in c. per veſtras. eo. tit. & fa-
cit quod not. Innocẽ. in c. lator. qui fil. ſint legiti. quamuis
alij contrarium teneãt, niſi acceſſoriè. ¶ Quintum. Quia
viro ad inopiam vergente iudice iubente poteſt dari pe-
cunia dotalis mercatori, cum pacto vt capitale ſit ſaluum,
& de lucro percipiant vir & vxor partem honeſtam com-
penſato lucro cũ damno, ſine vſura: vt in d. c. per veſtras.
Et ita tenet Ioan. And. & Card. in d. c. per veſtras. & Fulg.
in l. cum duobus. ff. pro ſoc. §. item ſi in facto. & Bald. in
quodam conſilio incipiente, viſo inſtrumento. Hoſt. in
Sum. de vſur. §. an aliquo. Pan. in c. nauiganti. de vſur. di-
cit ſe dubitare: ego verò dico, ſi capitale ſit ſaluum, con-
tractum eſſe vſurarium. nec opinio prædictorum habetur
ex d. c. per veſtras. ſed potius oppoſitum, iuncta glo. cùm
nominat lucrum honeſtum. quod eſſe non poſſet, ſi eſſet
vſurarium. de quo tamen vide infrà, Societas. ¶ Sextum.
Quia ratione dotis, quam vir habet pro oneribus matri-
monij, à tempore contracti matrimonij tenetur vxori de
expenſis intus & extra, ſecundùm quãtitatem dotis. ff. fa.
erciſ. l. ſi maritus. etiã ſi dotem nõ habet, vel perdidit cul-
pa ſua. Si tamen mulier ſpontè recedit, ſecundùm Petr. de
Palu. non recuperat expenſas, niſi à tempore quo rediens
non eſt admiſſa: nec ſponte vaganti, vt idem dicit, tenetur
ad expenſas, niſi quando ex iuſta cauſa vagatur: puta, pro-
pter nimiam ſæuitiam viri, vel huiuſmodi: vel quia vir ad
longinqua vadit, & eã mittit ad parẽtes cauſa honeſtatis.
¶ Septimum. Quia habens cognoſcere de matrimonio,
habet cognoſcere de dote tanquã de acceſſorio. extrà, de
dona. inter vir. & vxo. c. j. ij. & iij. ¶ Octauum. Quia fun-
dus dotalis alienari non poteſt, vt dicetur §. ſequenti.
15 ¶ Decimotertiò* quæritur, vtrum donatio propter nu-
ptias habeat dicta priuilegia dotis? Et dicit Panormi. poſt
Innocẽ. in c. ex. literis. de pigno. quòd aut mulier agit ad

donationem propter nuptias, tãquàm ſibi ſpecialiter ob
ligatam pro dote: & tunc habet priuilegium dotis: quia
agit potius pro dote, quàm pro donatiõe ꝓpter nuptias.
Si verò agit vt eã lucretur: ſic licet bona mariti ſint ſibi ta
citè obligata, tamen nõ gaudet: quia ceſſant rationes pri
uilegiorum dotis: ſed bene habet tacitam hypothecam. l.
vbi. C. de iure dot. intellige communem, non priuilegia-
tam: vt præferatur alijs habentibus eam, niſi ſint poſterio
res. De paraphernalibus autem infrà ſuo loco. Hoc tamẽ
habet hęc donatio cõmune cum dote, quòd alienari non
poteſt, etiam conſentiente vxore: vt in d. c. cum cõtingat.
nec alienatio valet, niſi mulier iurauerit non contraueni
re eo modo, quo de dote dictum eſt: vt in c. cum contin-
16 gat. & eo. titu. c. licet. lib. vj. ¶ Decimoquintò,* quantum
ad proprietates dotis, quando circa eam fit mutatio poſt-
quã viro data eſt ante diſſolutionẽ matrimonij vel poſt:
quæritur, vtrum vir lucretur dotem propter adulterium
vxoris, maximè ſi ſequatur homicidiũ, vel alio modo? Et
dico multa. ¶ Primum. Vir propter adulteriũ corporale
vxoris dotem lucratur, & dotalitiũ, id eſt, partem, quam
lucratura erat de donatione propter nuptias, ſecundùm
gloſſ. vel bona paraphernalia, quæ maritus reſtituere te-
nebatur, ſecundùm eandem, ſi per ſententiam diuortium
fiat. de dona. inter virum & vxorem. c. plerunque. & etiã
exceptionem, ſi eam propria autoritate expellit, adulte-
rio exiſtente manifeſto, vt dictum eſt ſuprà, Adulterium.
§. vj. & ſimiliter ſi ipſa ob adulteriũ ſpõte ab eo ſine alio
indicio diſcedit: vt in d. c. plerunque. & ſimiliter ſi intra-
uit balneum cum viro alieno, ſecundùm gloſſ. lxxxj. diſt.
non oportet. Et idem videtur vbicũque de adulterio eſt
ſuſpicio violẽta: quia probationem facit: vt xxxij. q. j. dicit
dominus. & econuerſo intellige quòd mulier lucratur do
nationem propter nuptias, ſi vir intrat balneũ cum alia,
ſecundùm eundem gloſſ. quæ alleg. l. vlti. C. de repud. &
à fortiori intellige in ſuperioribus caſibus: vt ſi adulte-
retur. & hoc probat Panormi. in d. c. plerunque. & eodẽ
modo agere poteſt mulier: quia quo ad hóc ad paria iu
dicantur. de diuor. gaudemus. ¶ Sed hæc limita primò,
niſi deinde reconciliatio ſit ſecuta: vt in d. c. plerunque.
Secundò, ſi alter fidem fregit, etiam inſcio reo: quia in
conſcientia quo ad lucrationẽ dotis, vel donationis pro-
pter nuptias, credo quòd habeat locum illud. ff. ſolu. mat.
l. viro. paria delicta mutua conpenſatione tolluntur. cum
concordantijs ibi poſitis. & ff. de dolo. l. ſi duo. cum alijs
concordan. & de adulter. intelleximus. cum alijs concor-
dant. Et intellige paria, quo ad grauitatem ſpecificam: pu
ta, quia vtrunque eſt adulterium. non autem quo ad gra-
uitatem accidentalium circunſtantiarum: quia vxor viro,
& econuerſo grauius aliqua ratione fornicando peccat,
ſecũdùm Sanct. Tho. iiij. diſtinct. xxxv. Tertiò, ſi mulier
non habet filios: quia tunc filij habebunt dotem quo ad
proprietatem, & alia bona ſuæ matris, ſecundùm Ioan.
And. in c. plerunque. facit authen. ſed hodie. C. de adult.
Quartò, ſi agatur ciuiliter, & non criminaliter: quia, ſe-
cundùm Panormita. in cap. gaudemus. de conuer. coniu
ſi vir contra adulteram agat ciuiliter, ſeparatur matrimo
nium quo ad thorum, & lucratur dotem: vt in d. c. plerun
que. & monaſterio, in quo aliquãdo, vt dictum eſt ſuprà,
Diuortium. §. iiij. detrudenda eſt, nihil poteſt applicari.
Si verò agat criminaliter, vltra detruſionem duæ partes
dotiũ applicãtur liberis, ſi quos habet: tertia monaſterio.
Si verò non habet liberos, ſed parentes: duæ partes appli
cantur, monaſterio, tertia parentibus. & ſi parentes nõ ha

bet, omnia applicantur monaſterio, vt in auth. ſed hodie.
C. de adulterijs. & ſic vtilius eſt marito accuſare ciuiliter,
quàm criminaliter. Quintò, ſi mulier ſuper hoc in iudi-
cio ſit condemnata, ſecundùm Archidia. poſt. Ioan. Cal.
& Panormita. in cap. fin. de adulte. quia ad pœnas, inquit,
legum quis non tenetur, niſi poſtquam fuerit adiudica-
tus, id eſt, per iudicem condemnatus, ſecundùm San. Th.
& Ray. Et hæc limitatio locum non habet in caſu dictæ
exceptionis. Sextò limita, ſi iudex ſeparans ſit eccleſiaſti-
cus: ſecus, ſecundùm Panormitanum in d. cap. plerunque.
ſi ſit ſecularis: quia non eſt in hoc competens, quãdo agi-
tur ciuiliter: vt in cap. tuæ. de procurato. ¶ Secundũ. Si
maritus vxorem in adulterio, propter quod debeat do-
tem lucrari, repertam interficit, perdit ipſum lucrum, vt
dicit Bar. ſecundùm glo. in l. ſi ab hoſtibus. ff. ſolu. matri.
quia non licebat ſibi interficere. Et per hoc dico, ꝙ ſi in-
terficere licuiſſet ex conſuetudine vel ſtatuto, dotem nõ
perderet: vt in l. quid ergo. §. ſi hæres. ff. de lega. j. quam
legem nota: cùm per totam Italiam ſint ſtatuta, quòd vxo
re prædecedente vir lucratur certam partem dotis: vt eã
nõ lucretur ſi vxorem occidit. hæc ille. Nec obſt. l. ſi quis
in graui. §. ſi tamen. ad Sil. quia ignoſcitur ei ad minorẽ
pœnam, non vt in totum releuetur: vt l. j. ff. de ſic. & l. ſi
adulterium. §. Imperatores. ff. de adulte. & per hoc habes
concordare tex. quia videntur adinuicem cõtrariari: quia
debent intelligi, quòd marito parcitur: ſed non omnino.
¶ Tertium. Si autem eam non interficit, ſed erat infirma,
ſed maritus voluit medicum ducere: aut conducit eũ, qui
vnam literam non ſciebat: dicit gloſſ. in d. l. ſi ab hoſtib⁹.
quòd perinde indiguus eſt, ac ſi occidiſſet illam. & idẽ te
net ibi Bart. Et idem dicendum eſſet ſi mulier erat furio-
ſa, & præcipitauit ſe. quo caſu nihil lucrari debet marit⁹.
quod intellige ſi fuit in dolo, vel culpa non obſtãdo cùm
poſſet. Et ſimiliter idem dicit Bart. econtrario ſi mulier
occidit virum, vt repetere nõ poſsit: quaſi culpa eius ma-
trimonium ſit ſolutum. C. de repud. l. conſenſu. ¶ Quar-
tum. Hæres mariti non poteſt vxori obijcere adulteriũ
ad effectum impediendi reſtitutionem dotis, ſecundùm
Bar. in l. rei iudicatæ. ff. ſolu. matrimo. per illum text. ex
quo tacuit in vita. & placet Panormi. in d. cap. plerũque.
tamen cùm de hoc ſint opiniones, videtur approbãda di-
ſtinctio domini Signorelli de Homodeis: quam recitat
dominus Ioannes Anto. de ſancto Georgio in d. cap. ple
runque. Nam aut maritus viuẽs ignorauit adulterium: &
ſic poſſent hæredes excipere de adulterio, & dotẽ retine
re: cùm maritus nõ poſsit videri diſsimulaſſe, & remiſiſ-
ſe: nec enim potuit iniuriam remittere quam ignorabat.
l. nihil intereſt. §. ſi cum filius. ff. de inoff. teſta. & l. mater.
§. j. eo. titu. & l. legitimam. ff. de peti. hæred. & l. vtilitatẽ.
ff. de confirma. tuto. Et idem eſt ſi dubitatur an ſciuerit:
quia præſumitur ignoraſſe. l. j. §. illud. ff. de libe. agnoſcẽ.
& l. mariti. ff. de adulte. & l. verius. ff. de probatio. Si autẽ
maritus ſciuit, & non eſt conqueſtus, vt potuit iure nouiſ
ſimo, etiam conſtante matrimonio. authẽ. ſed nouo iure.
C. de adul. ſed vxorem retinuit, cùm fuerit leno. l. ſiue me
tu. C. de adult. ſic cùm hæredes tractent de lucro captan-
do, cõtra ipſos replicabitur de lenocinio mariti. l. cũ mu-
lier. ff. ſolu. matrimo. & ſic paria delicta mutua compenſa
tione tollentur. facit quod not. Innocen. in d. cap. intelle
ximus. de adulte. & Iacob. de Aret. in d. l. cum mulier. &
in l. rei. §. j. ff. ſol. matrimo. Si verò poſt ſciẽtiam vxorem
non retinuit: tunc ſi quæritur de delicto principaliter,
hæredes non poſſunt conqueri: imò accuſatio debet fie-
ri, & inſcriptio, cum modificatione tamen, quam facit gl.
in authen. vt liceat matri & auiæ. §. quia verò. Si verò ſe-
cundariò, ſic poſſunt, vt repellant petitionẽ dotis: vt in l.
filio. §. Seia. ff. de ali. leg. ¶ Quintum. Amiſſa dote à mu-
liere propter adulterium, ſi deinde conſtet impedimẽto
tali quòd matrimonium erat nullum, puta de conſangui
nitate, ſecundùm Tancre. ipſa dotẽ recuperat. Et hoc pla
cet Summæ Angelicæ, ne pœna excedat caſum ſuum. Op
poſitum tenuit Sum. Roſel. ac Supple. cum Hoſtien. Goſ.
Laud. Bern. Ianne, & Sum. Piſ. & hoc tenendum eſt, pro-
pter rationes glo. in d. c. plerunque. maximè per l. ſi vxor.
ff. de adulter. vbi dicitur, quòd matrimonium nec ſpeciẽ
matrimonij violare licet. Et licet modò appareat, ꝙ non
fuerit matrimonium: mulier nihilominus punienda eſt
propter intentionem cum opere ſubſecuto: de biga. c. nu
per. & c. ſi. & etiã vt auferatur cæteris materia delinquen
di, & excogitandi falſam probationem contra matrimo-
nium. Nec tamen pœna excedit caſum ſuũ: quia hæc fuit
adultera verè, quo ad Deũ, id eſt, in ſua cõſcientia: & quo
ad homines, id eſt, opinatiuè. ¶ Sextum. Si duo contraxe
rint ſcienter in ſecundo gradu cõſanguinitatis, nõ ſcien
ter contra ius, ducti ignorantia iuris hoc prohibentis, ſe-
cundùm Ioan. And. vt refert Panorm. in c. & ſi neceſſe. de
don. inter vir. & vxo. iſti puniri debẽt pœna adulterij vel
inceſtus, ac perdere dotẽ ac donationẽ propter nuptias.
Nec excuſat iuris ignorãtia etiam fœminam: cùm illa nõ
excuſetur, niſi in caſibus iure expreſsis: vt eſt tex. not. in l.
ne paſsim. C. de iur. & facti ig. Secus ſi erraſſent in facto:
puta quia credidiſſent diſpenſatũ. & ſic cõmuniter tranſ-
eunt doct. vt dicit Pan. & vidẽtur tenere Legiſtæ in l. qui
cõtra. C. de inceſt. nup. & in l. auũculo. ff. de cõdi. ſine cau
ſa. Sed Bar. ibi tenet cõtrarium, ſequẽdo opinionem Ioã.
quia ignorantia iuris excuſat à pœna amiſsionis bonorũ:
& hoc per authen. inceſtas. C. de inceſt. nup. vbi pœna im
ponitur ſcienter contrahentibus. & facit l. ſi adulterium.
ff. de adul. vbi errãtes in iure excuſantur à pœna inceſtus
& adulterij. Et hanc opinionem ſequẽs Panor. & conclu-
dens poſt Bar. hanc materiam in tria membra: dicit quòd
aut agitur de pœna adulterij vel inceſt⁹: & error iuris ex
cuſat: d. l. ſi adulterium. Aut agitur de pœna perditionis
propriæ ſubſtãtię vt dotis, & donationis propter nuptias:
& eſt idem: arg. d. auth. inceſtas. Aut agitur de pœna perdi
tionis lucri: & nõ excuſat: vt d. l. qui contra. Et hanc opin.
tãquam mitiorem teneo, cùm ſimus in pœnalibus: addẽs
ſecũdũ Bar. in l. deſcriptionis. C. de impo. luc. deſcriptio.
lib. x. ꝙ dos & donatio nõ dicuntur tituli lucratiui reſpe-
ctu eius, cui datur, & ſic accipientis: ſed reſpectu eius, pro
quo datur, bene eſt titulus lucratiuus: vt l. ſi. §. j. ff. de his
quæ in fraud. credi. Ange. autẽ in addi. ad d. l. deſcriptio-
nis. dicit ibi eſſe text. expreſſum ꝙ maritus, qui lucratur
dotẽ propter adulteriũ, vel tertiam partem eius, ex ſtatu-
to, decedẽte vxore ſine filijs in matrimonio, nõ habet eã
ex cauſa lucratiua: vnde nõ eſt neceſſe, ꝙ lucrum illud fa
ciat inſinuari: nec gabellam ſoluat, quę ſoluitur de rebus
quę ad alium perueniũt ex cauſa lucratiua. ¶ Septimum.
Vidua ſtuprum cõmittens, & dotem repetens à fratre, vel
hærede mariti, de rigore iuris repelli poteſt ꝑ exceptio-
nem de fornicatione. ſecũdũ do. Ioã. And. in d. c. plerũq;.
& ꝑdet dotẽ: & ſic remanebit apud fratrẽ, vel hęredes ma
riti propter offenſam factã defuncto. per tex. cũ gl. & per
id, q̄d no. Bar. l. pe. C. de adul. & ff. de liti. l. ſi. & ff. de iniur.
l. filio. §. & ſi forte. & ita determinat Pau. de Caſtr. conſi.
cxix. ¶ Octauũ. Patet, qui dedit dotẽ pro filia, perdit illã
pro

pro adulterio filiæ, ſi non eſt ſtipulatus eam ſibi reddi: &
ſibi imputet, ſecundũ Ioan. And. d. c. plerunque. & Accur.
in l. cõſenſu. C. de repu. & in l. ſi dotem. C. de iure do. Sed
Dyn. per l. ij. §. item ſi volũtate. ff. ſol. matr. dicit quòd nõ
præiudicatur patri, quin poſsit agere ꝓ dote, ſi filia eſt in
patris poteſtate. Et ſimiliter tenet domi. And. in d. c. ple-
runq;. per l. ſi. C. de repu. Sed pro his Arch. & Pet. de Pal.
in quarto, ſic recitat & tenet. Quãdo vxor diuortio facto
propter adulterium ſuum dotem perdit: ſi ipſa erat filiafa
mil. id eſt, in patris poteſtate conſtituta, & dos erat profe-
ctitia, id eſt, de bonis patris profecta, vel aliàs quãdocunq;
dos erat ad patrem recaſura, pater nõ perdit eam propter
delictum filiæ: quia non debet pater portare iniquitatẽ fi
lij. Sed ſi non erat recaſura ad patrem, quãuis ab eo profe
cta eſſet: quia ea mortua rehabiturus non erat, tunc mari
tus eam lucratur. Et ſic intelligit Hoſtiẽ. C. de adult. l. vlti.
ad fin. de diuort. l. conſenſu. Quando tamen dos erat ad
patrem reditura, perdit eam quãdiu viuit adultera filia: &
vir dotem tenebit: ſicut etiã non potuiſſet eam pater repe
tere illa nõ adulterante: nec debet ipſe ex filiæ delicto lu-
crari: poſt mortem tamẽ adulteræ dos redibit ad patrem.
ſicut ſi prælatus eccleſiæ committat feloniam, id eſt, cõiu
ret contra dominum: quandiu ipſe viuit, eccleſia feudum
perdet: quo mortuo, ad eccleſiã redibit, ne delictum per-
ſonæ redundet in eccleſiæ damnum. Ex his ſequitur, quòd
ſi vir committat crimen læſæ maieſtatis, propter quod do
na eius confiſcentur, & ipſe nudus exulet: vxor dotem per
dit quãdiu viuit ei⁹ vir: ne per eius delictũ lucretur vxor
quod prius non habebat: interim tamen fiſcus tenetur ei
prouidere neceſſaria loco viri: quo mortuo dotẽ integrè
rehabebit, & dotarium ſuum. hæc ex illis. ¶ Nonum. Vir
expellens vxorem authoritate propria propter adulteriũ
nõ notorium, tenetur ſoluere mutuum quod mulier acce
pit pro alimẽtis: quia tale adulterium nõ priuat ipſo iure
alimentis, niſi ſententia lata. ff. de don. l. poſt contractum.
cum ſua materia. Et quod dictum eſt, mulieri obſtare ex-
ceptionem adulterij: verum eſt quo ad futura: ſed nõ quo
ad alimenta, quæ debentur ante ſententiam latam: de quo
in l. inſtituta. ff. de inoffic. teſta. Dicit tamen Pet. de Palu.
quòd adulteræ nihil tenẽtur præſtare, niſi ipſa replicet de
conſimili: ſed intelligitur quando eſt adiudicata vel noto
ria. ¶ Decimum. Propter adulterium ſeu fornicationem
ſpiritualem, puta hæreſim, vir & vxor perdũt ſimiliter do
tem & donationem propter nuptias, ſecundùm Pan. in c.
ſi. de conuer. coniu. pro quo l. conſenſu. C. de repud. ¶ De
17 cimoquintò, *quot modis vir lucratur dotem vxoris? Et
dico quòd tribus. Primò, ex pacto: vt ſi paciſcatur de tota
dote vel eius parte lucranda poſt mortẽ vxoris. C. de pac.
conuen. l. ex morte. in princip. & in authen. ibi poſita. Se-
cundò, ex lege: & hoc dupliciter, ſcilicet ex adulterio, vt
dictum eſt. §. priore. per totũ. & ſi vxor moriatur inteſta
ta deficientibus liberis & propinquis, quo caſu vir ſucce-
dit vxori, dotemq; lucratur, & econuerſo eſt: vt j. Hæredi
tas. j. §. ij. vt C. vnde vir & vxor. l. j. In alijs autẽ caſibus dos
ad mulierem redit, & ad virum donatio propter nuptias,
niſi ſecus obtineat conſuetudo. extrà, de don. inter virum
& vxor. l. donatio. §. ſanè. Tertiò, aliquãdo ratione cõſue
18 tudinis: vt dictum eſt ſtatim. ¶ Decimoſextò * quæritur,
vtrum cõſtante matrimonio poſsit vxor dotem repetere
marito vergente ad inopiam, vel alio caſu. Et dico quòd
ſic in multis caſibus. ¶ Primò, viro in inſulam deportato,
cuius affectionem mulier non mutauit, ſecundùm Pet. de
Palu. in iiij. diſt. xlij. ¶ Secundò, viro bannito de regno.
C. de iure do. l. vbi. & hoc non eſt dubiũ, ſecundùm Bart.
in l. ſi conſtante. ff. ſolu. matr. ſi perdidit omnia bona ſua:
quia publicantur, cùm ſit perfecta inopia. & idem credit
parte bonorũ publicata: vt l. ſi marito. ff. ſol. mat. & idẽ fi-
naliter credit, ſi nihil de bonis eius publicatũ eſt, per au-
thenticum, de æqua. do. quia talis incipit malè vti ſubſtan
tia ſua: cùm peregrinatio ducat ad paupertatẽ. ¶ Tertiò,
viro ad inopiam vergẽte etiam ſine culpa, modo ipſa nõ
ſit eam conſumptura: vt in d. l. vbi. & eſt cõmunis opinio
Legiſtarũ, vt refert Panor. in c. per veſtras. de donat. inter
virum & vxo. quod idẽ Pet. intelligit non de inopia æris:
quia tunc ſub tali cautione, quam præſtare poteſt, cõmit-
tenda & dimittẽda eſt dos: ſed de inopia mentis, vt quan-
do incipit eſſe prodigus & dilapidator: & quia tunc cau-
tio parũ valeret. Et idẽ ſentit Pan. in c. per veſtras. de do.
inter virum & vxo. vbi dicit quòd de iſta cautione proui-
dit ius canonicũ, non ciuile. Et non ſufficit cautio iura-
toria, ſecũdùm Ioan. And. quam quilibet præſtare poteſt,
quantumcunq; pauper. cùm tex. ibi dicat, quam poteſt. Ex
quo ſumitur limitatio ad totũ titulum C. ne fideiuſſores
dotium dentur. ſcilicet niſi maritus vergat ad inopiam.
Pro hoc ſcito, quòd circa hoc emanarũt varia iura. Nam
primò ſancitum eſt, quòd ſi ſubſtãtia mariti nõ ſufficit ad
ſatisfaciendum doti & creditoribus, poteſt vxor dotẽ re-
petere. ff. ſolu. matrim. l. ſi conſtante. Deinde ſancitum eſt
quòd hoc poſsit, ſi maritus ita ſe gerat quòd vergat ad in
opiam. C. de iure dot. l. vbi. quæ diſpoſitio eſt latior: quia
non requiritur vt ſubſtãtia mariti non ſufficiat: ſed ſatis
eſt quòd vergat ad inopiã: vt puta, quia eſt nobilis, & vult
facere ſumptus vltra facultates. Deinde ſancitũ eſt, quòd
hoc poſsit, ſi maritus male incipit vti ſubſtantia ſua: vt in
authen. de æqua. do. quæ diſpoſitio adhuc eſt latior: quia
ſuppoſito, quòd non vergat ad inopiam, puta, quia ditiſsi
mus eſt: ex quo tamen malè vtitur ſua ſubſtantia, poteſt
mulier dotem repetere. & ibi glo. ſentit id quod Barto. di
cit in d. l. ſi conſtante. ſcilicet quòd hoc poteſt quãdo vir
incipit depauperari. & ſecundũ opinionem vulgi ad in-
opiam vergere: quia res dicitur male geri quandoq; reſpe
ctu initij, quandoque reſpectu finis: vt l. & in totum. ff. de
impen. in re. do. fa. & fauore dotis ne poſsit perdi ſi vir ad
extremam paupertatem veniret: vtroque modo intellige
ſiue vir malè inchoẽt, ſiue malum exitum habeat. In quoli
bet autem trium prædictorũ caſuum poteſt mulier agere
contra maritũ repetendo & fortius excipiendo cõtra pe
tentem dotem. Et idem eſt à fortiori de quolibet alio, cu
ius eſt dotem aut reddere aut recipere. Et non ſolùm ad
dotem, ſed etiã ad donationem propter nuptias agere po
teſt in illis caſibus: vt eſt tex. in d. l. vbi. Si tamen ab initio
mulier nupſit pauperi, aut vergenti ad inopiam, aut malè
vtẽti ſubſtantia ſua: videtur quòd repetere nõ poſsit: quia
ſemel approbauit mores illius. Tamen Bart. in d. l. ſi con
ſtante. contrarium tenuit: quia non potuit per tacitũ pa-
ctum ſibi vxor præiudicare: nam publicæ vtilitatis, vt dos
maneat integra mulieribus: vt l. j. ff. ſolu. matrim. ¶ Deci-
19 moſeptimò * quæritur, cui reſtituenda ſit dos, ſiue ad
quem pertinebit ſoluto matrimonio? Et dico, ꝙ licet ma
rit⁹ de ſubtilitate iuris efficiatur dominus dotis ſibi datę:
vt l. in rebus. C. de iur. do. & l. doce ancillam. C. de rei ven
dica. tamen ad illũ non pertinet poſt mortem vxoris, niſi
in duobus caſibus. Primò ratione pacti de dote lucranda.
Secundò, quando vxor inteſtata decedit deficientibus li-
beris & propinquis: quia vxori ſuccedit, & econtra vxor
viro, lege vnica. C. vnde vir & vxor. Et ſimiliter duobus

caſibus prædictis ad mulierē pertinet donatio propter nu
ptias viro defuncto.Et ita tenet Sum. Ang.Sed tu dic vt s̄.
§.xv.tertio ratione conſuetudinis.Extra hos caſus autem
cùm ab vno trium dos conſtituatur, ſecundū Pa.in c.fi. de
dona.inter vir.& vxo. ſcilicet à patre pro filia,vel ab ipſa
met muliere,vel ab extraneo:quem dico omnē non habē
tem mulierem in ſua poteſtate.vt dicit text.in l. vnica.C.
de rei vxo.act.pertinebit ad eum,qui eā conſtituit, ſi ſti-
pulatus eſt eam ſibi reſtitui,ſiue ſit pater,ſiue extraneꝰ: vt
in l.vnica. §.accedit.C.de rei vx.acti. Si autē cōſtituit qui
dem eam,ſed non eſt ita ſtipulatus eam reſtitui: tunc ſi ſit
extraneꝰ,reddetur vxori ſi ſupereſt,vel hæredibus eius,ſi
deceſsit.Sed ſi ſit pater,erit filiæ in duobus caſibꝰ. Primò,
ſi eā emācipauit.Secundò,ſi ipſe pater præmoriatur.aliàs
filia præmoriente erit patris,etiā ſi extant liberi ex filia,ſe
cundùm aliquos:vt ſecundū Vin.per l.dos à patre.C.ſolu.
matr.cum qua opinione cōmuniter tranſeunt Canoniſtę:
vt dicit Pan.in c.fi.de do.inter vir.& vxo.& Bart. in l.poſt
dotem.ff.ſol.mat.& gl.in l.dos.Sed contraria opinio,quæ
eſt Martini antiqui gl.& vult,ꝙ reſtituatur liberis,præua-
luit in vſu,vt dicit d.glo.& etiā eſt vera de iure.arg.ff.ſol.
matr.l.poſt dotem.& ita tenet Sum.Confe.Superſtite au-
tem patre ſimul,& filia non emancipata:tunc patri & filiæ
reddetur,& nō erit alteri ſine alterius conſenſu.ff.ſol.ma.
l.ij.Si verò is,qui dotē conſtituit,ſit ipſa mulier,reddetur
ſibi d.l.vnica.vel ſuis heredibus:niſi ratione adulterij illā
perdiderit.Prædicta tamen limita vera, niſi obſtēt aliqua
20 ſtatuta,vt cōmuniter accidit.¶*Eſt autem notandum ſe-
cundùm Bar.in d.l.poſt dotem,ꝙ vtilis eſt ad multa diſpu
tatio,an opinio Martini ſit vera de iure vel de cōſuetudi-
ne.Nam ſi filiafamilias habens dotem profectitiā,& filios
ex primo matrimonio,nupſit ſecundo viro,& moritur in
ſecundo matrimonio ſine filijs,ſi de iure vera eſt opinio
Martini,ſuccedent in dotem filij primi matrimonij : quia
prima cauſā in ſucceſsione eſt liberorum.ſi autem de iure
non eſt vera,ſed de conſuetudine,ſecus: quia cùm dictet
conſuetudo,quòd dos remaneat apud virū propter filios
eiuſdem matrimonij,non extendetur ad alium caſum : vt
l.ſi verò. §.de viro.ff.ſol.matrimo.Idem tenet Iaco.Bu.in
l.fi.C.com.vtri.iu.& hoc putat Bart.verum:quia de eodē
matrimonio oportet filios cōſiſtere.caſus eſt in l. ſi inter.
21 ff.de pact.do.¶Decimooctauò*quæritur, vtrum confeſ-
ſio,qua vir confitetur ſe recepiſſe dotem conſtante matri
monio,valeat?Et dico,quòd nō,niſi appareat de numera
tione:nam videtur donare.Bald.in l.j.C.de do.promiſſ.&
Ang.in l.pen.ff.quæ res pi.ob.poſ.& Bar.in l. ſi diuortio.
ff.de verb.oblig.& ibi Legiſtæ. & præſumitur ſimulata cō
feſsio ſecundū Bartolū in l.j.C.de dona.ante nupt. Et hoc
verum,niſi vir faciendo teſtamentum legaret vxori dotē
expreſſa quantitate:tunc omnino vxor eam habebit, etiā
ſi probaretur,ꝙ nunquā fuerit ſoluta:vt not. Ang. Aretin.
Inſt.de leg. §. ſed ſi vxori.quod limitandum videtur ve-
rum,niſi vir eſſet non ſoluendo creditoribus ſuis. ¶Deci
22 mononò*quæritur,quādo reſtituēda ſit dos?Et dico mul
ta.¶Primū.Si dos cōſiſtit in rebꝰ immobilibus,debet red
di ſtatim ſoluto matrimonio.Si verò in rebus mobilibꝰ;
reſtitui debet intra annū.C.de rei vxor.act.l.vnica. §.cum
aūt.Quod tamē in marito limita,ſi poteſt:quia ſi dolo ma
lo nō eſt verſatus,non reſtituet,niſi inquantū poteſt,ſcili
cet ratione ne egeat.d.l.vnica.& ſi paciſcatur vt cōueniri
poſsit vltra quàm poſsit facere,eſt contra bonos mores:&
pactum non valet.ff.ſol.matrim.lege,alia. §.j. quod priui
legiū etiā tranſit ad filios eiuſdē matrimonij:vt ff.ſol.ma-
trimo.l.maritum.Sed tam ille,quàm iſti cauebūt de reſti-
tuendo reſiduo,ſi venerint ad pinguiorē fortunam:vt no
tatur in d.l.vnica. §.cum autem.& in l.in condemnatione.
ff.de regu.iur.Hæredi autem extraneo hoc nō eſt præſtan
dum,nec tranſit ad illum.d.l.maritū.de quo vide gl.in ca.
mulieres.& ibi per Canoniſtas,de dona.inter vir.& vxor.
¶Secundum.Si quādo data eſt dos res erant immobiles,
quas vendidit maritus:& inde ex pretio emit mobiles:nō
cōputabuntur immobiles, ſed mobiles. Et caſus eſt ſecun
dùm Bar.in l.cùm in fundo. §.ſi fundus.ff.de iur.do.& ita
iudicabūtur mobiles vel immobiles tempore mortis viri.
Vnde non ſtatim reſtituentur : ſed intra annū.Nec eſt ve-
rum hic,ꝙ ſubrogatum ſapiat naturam &c.Et dicit Barto.
quòd ille §.eſt contra glo.in l.diuortio.ff.ſol.ma.& cōtra
gl.in d.l.vnica.cuius glo.opinionem tenuit Ludo.de Ro.
in ſuis ſingularibus. ¶Tertium.Si mulier dedit dotem in
re mobili,puta in auro:& negante hærede dotem ſe datu
rum intra annum,ſi interim non habet vnde viuat, hæres
condemnabitur ad dandū ſtatim:quia de hoc videtur ca-
ſus in l.ſi conſtante. §.quoties.ff.ſol.matr.& ſi contra hoc
eſſent iura,nihil valerent:quia eſſent contra ius naturale:
niſi ſecundùm aliquos, hæres eſſet in neceſsitate æquali.
23 ¶*Viceſimò quæritur,qualiter reſtituēda ſit dos?Et dico
multa.¶Primum.Expenſarum factarum à marito vel hæ-
redibus circa dotem,quædam ſunt neceſſariæ,vt illæ,quę
ſi factæ non fuiſſent,aut res perijſſet,aut fuiſſet deteriora
ta:ſicut ſi domus,quæ ruinā minatur,aptetur, aut reſtaurē
tur tecta.Quædam verò vtiles:vt quæ rē meliorē faciunt,
& deteriorē fieri non ſinunt:ſicut vineę,paſtinatio,vel hu
iuſmodi.Et quædā voluntariæ ſeu voluptuoſæ: vt quæ rē
tantùm ornant,ſed fructū non augēt:vt viridaria,& pictu-
ræ,& incruſtationes,& huiuſmodi.ff.de verb.ſignifi.l. im
penſæ.& dicuntur incruſtationes cruſtæ ſubtiles marmo-
ris extra murum poſitæ. ¶Secundum.In reſtituenda dote
defalcari poſſunt expenſæ neceſſariæ,quæ ipſo iure dotē
minuunt,ſecundū glo.in c.mulieres.de dona.inter vir. &
vxo.Vtiles autē non minuunt dotem ipſo iure:ſed petun
tur actione mandati,vel negotiorū geſtorum. Volūtarias
autem quidam dicūt ſimpliciter perditas.Sed melius alij
diſtinguunt,ſi mulier vult habere, reddere debet quæ im
penſa ſunt:quæ ſi reddere nō vult,tunc ſi ſeparationē reci
piant ſine rei lęſione,tolli poſſunt:vt pictura facta in tabu
la vel panno,& affixa parieti. Si autē ſeparationē nō reci
piunt,relinquenda ſunt:vt ſi eſſet facta figura in ipſo pa-
riete immediatè.ff.de impē.in re.l.j.& l.pro voluntarijs.
C.de rei vxo.act.l.vnica. §.ſed nec.Sed hæc non habēt lo
cum in expēſis factis pro exactione vel defenſione dotis:
quia maritus eſt dominus fructuū dotis:& ſic tanquam do
minus ipſam tuetur:vt no.ff.de impen.in re.dota.fac.l.ij.
& ideo repetere nō poterit,vt tenet Spe.ti. de do.poſt di
uor.& Ioan.And.Circa vtiles tamē Bar.ff.de impen.l. vti-
lium.diſtinguit:quia aut ſunt factæ volūtate mulieris: &
tenetur.aut ſine:& tunc aut poteſt aliunde ſoluere,& idē.
aut nō poteſt aliūde ſoluere:& nō tenetur: vt in d.l.vtiliū.
quia tunc non videntur vtiles,cū non expediāt mulieri.&
idem Dy.¶Tertium. Cùm dos ſine matrimonio eſſe nō
poſsit.C.de don.ante nupt.l.fi.ſolutū pro dote,vbi matri
moniū nullum fuit,nō repetetur nomine dotis,ſed cōdi-
ctione ſine cauſa.ff.de condi.ſine cauſa.l.fi.& eſt priuile-
giata hęc actio quo ad mulierē,ſicut actio de dote:vt tenēt
doc.in c.de prudentia.de dote poſt di.re.& facit l.ij.ff.de
24 priui.cred. ¶*Viceſimoprimo quęritur,vtrū aliquo caſu
dos poſsit ſolui mulieri?Et dico ꝙ ſic in tribus caſibus,ſe
cundùm

cundū Bar.in l.quāuis.ff.ſolu.mat.Primò,vt ſoluat æs alie
nū.ff.de iu.do.l. vlt.Secūdò,vt emat prædia:& illud eſt re
gulare,q̄n ex ſolutione,quæ fit cauſa dotis,mulier fit me-
lior,vir non pauperior:vt l.ita conſtāte.ff.de iure do.Ter
tiò,vt cōſanguineos redimat ab hoſte, vel eos alat egen-
tes.Ex quo nota quòd ſi mulieri ſoluit pecunia vt ſoluat
votum factū pro ſe, vel in peregrinationē pro anima ſua
vadat,aut alterius eius cōiuncti,iuſtè ſoluit,& minuit do
tem:quia ſi hoc fieri permittitur ad liberāda corpora,mul
to magis ad liberandas animas.C. de ſacroſanctis eccle.l.
25 ſancimus.¶Viceſimo ſecūdò,*quæritur,vtrū hæredes ma
riti teneantur alere relictā intra annū reſtituendæ dotis.
Et dico multa.Primū.Eam tunc alere tenentur, ſi aliunde
non habeat,vnde alatur:nō tamē ſecundū quantitatē do-
tis:quia ſi fructus excederent,nō tenentur niſi ad alimen
ta:& ſi quid de dote reſtituunt, tenentur in reſiduo alimē
torū.Ita notat gl.C.de rei vxo.act.l.vnica. §.exactio. & ff.
ſol.matri.l.adiutor.Vnde ſi pater præſtitit alimenta filiæ,
poterit ea repetere ab hæredibus viri . & facit quod not.
Bart.in d.l.diuortio.Si verò habet vnde alatur,non tenē-
tur hæredes,ſecundùm gl.in dicto §.exactio. probatur in
l.extraneo.ff.de ventre in poſ.mit. ¶Secundū.Ipſa etiā cū
eiſdem hæredibus habitare non tenetur, ſecundùm Bart.
in d.l.diuortio.quia iure nō inuenitur expreſſum.Sed ta-
men contrariū tenetur ſecūdùm aliquos: quia intra annū
dicitur quaſi eſſe in matrimonio.C.de bon.ma.l.fin.& ſic
conſuluit dom.Car. quòd non poterit alimenta petere,ſi
contra eorum voluntatem alibi ſit demorata: dummodo
apud eos poſsit honeſtè morari. ¶Tertiū. Licitè ipſa pōt
percipere certum quid pro alimentis ab hæredibus mari
ti,donec illi dotem reſtituant de iure cōmuni: iuxta not.
per Bar.poſt Cy.C.de bon.autho.iudi.poſ.aut.ei qui.& p
Ang.in l.Titia.ff.ſol.matr.& Paul.de Caſt.cōſi. ccclxxxij.
Quod tamē Pan.in c.ſalubriter.de vſur.limitat in ea,quæ
non habet vnde viuat aliunde. ſed melius limita quando
hoc facit ratione intereſſe coacta;puta quia mallet ſuā do
tem,ſed eam non accipit,vel quia non pōt, vel qa hæredi
bus cōpatitur:aliàs ſi ſponte faceret,cùm dotē habere poſ
ſet,eſſet vſura manifeſta:vt infrà patebit,& diffuſe deduxi
in quæſtione aureæ roſæ.vide infrà Vſura.iij. §.ſexto.

¶ DVANA,vide infrà Gabella,tertio.

DE DVBIIS FACTI ET IVRIS.

1 *Dubium uariè finitur. Quomodo autem differat ab opinione, & fide, & huiuſmodi, remittit.*

2 *Quod in regula iuris, eſtote. habetur, qualiter ſit intelligēdum. Et ibidem quòd humanorum exteriorū operum genus triplex. Et quæ de genere bonorum ſint, quæ de genere malorū: & quæ ex ſe indifferentia. Et in quibus in bonam, aut malam partem iudicandum ac interpretandum ſit.*

3 *Opinionem malam de aliquo ſine cauſa legitima habens, eidē iniuriari dicitur: & ideo melius eſſe nos falli habēdo opinionē bonā de homine malo, quàm falli raro habendo malā de bono.*

4 *In dubijs tutiorem uiam eſſe eligendam: qualiter intelligendum ſit. Et ibidem quòd dubium duplex ſit. Et quòd amans periculum peribit in illo.*

5 *Ambiguitatem iuris triplicē eſſe: aut enim iuris, aut facti, aut perſonæ. & ibidem de ſingulis. Et in qua ex his certa ſententia reddi queat.*

6 *Regula, cùm ſunt partium iura obſcura, reo fauendum eſſe potius, quàm actori.*

7 *In dubio ſuper irregularitate, uel aliquo delicto, qualiter interpretandum ſit, affirmatiuène, an negatiuè: & hoc ſiue in foro contentioſo, ſiue in foro animæ, ſiue in foro quaſi pœnitentiali.*

8 *In ambiguitatibus cuinam ſtandum ſit. Et de hoc cōcluſiones quatuor: & ibidem diſtinctio ex Ioan. Andrea, quòd ambiguitas uel obſcuritas, aut in ultimis uoluntatibus, aut in conuētionibus iudicio factis, aut in cōfeſsionibus, aut in cōtractibus & pœnis, aut in ſententijs appoſita ſit, de quibus hic ſigillatim.*

9 *Legibus, num aliquid ambiguum, aut obſcurum inſit.*

10 *Verbis non ſemper inhærendum, etiam ſi de intellectu non conſtet. Et uerba legibus aut reſcriptis appoſita, æquitati cōformari debere: etſi per uerba id non fiat.*

1 DVBIVM* ſecūdùm Iſid.in lib.Etymol. eſt motus in
differēs in vtranq; partē contradictionis. Vel dic,ſe
cundùm Philoſophum,& mentem Sancti Tho.in iij.diſt.
xvij.ꝙ eſt contrariarū rationum æqualitas. vnde propriè
homo dubitat de aliquo vel circa aliquid, quandò habet
rationes ad vtranq; partem æqualiter, aut quaſi ęqualiter
mouentes:ita quòd nō inclinatur ad hoc magis quàm ad
illud notabiliter.Quomodo autem differat dubiū ab opi
2 nione,& fide,& huiuſmodi,infrà opinio. ¶Primò* verò
q̄ritur,quomodo intelligitur illud quod habetur in regu
la iuris,eſtote.ſcilicet dubia,id eſt, facta, q̄ dubiū eſt quo
animo fiant,ſunt in meliorē partē interpretanda. & dico,
triplex eſſe genus operum humanorum exteriorū præce-
ptorum à nobis.Quædā enim ſunt de genere bonorū, id
eſt,ex ſuo genere,ſiue ex ſuo obiecto bona:vt eleemoſy-
na,oratio,ieiuniū,& huiuſmodi,quæ malè fieri non poſ-
ſunt niſi per accidēs,ratione finis,ſeu intētionis,vel circū
ſtantiæ:puta ſi fiāt quādo,vbi,vel à quibus nō debēt.Quę
dā verò ſunt de genere malorū,id eſt,ex ſuo obiecto ma-
lo:vt furta,blaſphemiæ,& hmōi,quæ bene fieri non poſ-
ſunt, etiā per accidens ratione finis, aut circunſtantiarū:
quia ex obiecto habēnt malitiā:vnde ſine malitia nō fiūt,
& conſequenter ſemper ſunt mala:quia ſecūdùm Dio.bo
nū ex totali & integra cauſa:malū,ex ſingularibus defecti
bus.ſicut ſtructura nō eſt bona,niſi ſint boni lateres,& cæ
mentū,& omnes partes.eſt autem mala,ſi aliquod horum
eſt malū,licet cætera ſint bona. Quædā verò ex ſe, id eſt,
ex obiecto,ſunt indifferentia,ſed ſuā bonitatē vel malitiā
habent ex fine & circunſtantijs:vt comedere,& bibere,&
huiuſmodi:q̄ poſſūt bene & male fieri:ſicut bono & ma-
lo fine,& debitis ac indebitis circunſtantijs. ¶Prima ſem-
per debent in bonā partē interpretari, licet fieri poſsint
mala intētione:& ſimiliter tertia in partē meliorē:de qui
bus principaliter intelligitur regula,ſecundùm gl.In alijs
verò,ſecūdùm Bedam permittitur nobis iudicare, id eſt,
interpretari in malam partem,& peccata eſſe, cōſequēter
facientem talia eſſe peccatorem.xj.q.iij.ſi quis dixerit. &
c.ſequen.Vide infrà Iudicium. §.iij.Adde ex Sanct.Tho.
3 ij.ij.q.lx.quòd*habens malam opinionem de aliquo abſ-
que cauſa ſufficienti,iniuriatur ei,& illū contemnit,quod
ſine cauſa cogente nullus facere debet.Et ideo vbi nō ap
parēt de malitia alicuius manifeſta indicia, debemus illū
habere bonum,id quod dubium eſt,in meliorem partē in
terpretando.Et melius eſt,aliquem falli frequenter habē
do bonam opinionē de homine malo,quàm falli rarò ha
bendo malā de bono:quia ex hoc fit iniuria proximo: nō
4 ex primo.de reg.iur.eſtote. ¶Secundò* quęritur,quomo
do intelligitur aliud dictū,quod eſt quaſi regula, ſcilicet,
In dubijs tutior via eſt eligēda: quod eſt ſumptum extrà,
de ſpo.in c.iuuenis.vbi dicit gloſ.quòd in his,quæ dubia
ſunt,quod certius eſtimamus,tenere debemꝰ.Et idē dicit
Ang.de pœnit.diſtin.v.i.c.ij. tene certum. dimitte incer-
tū.Et dico hic opus eſſe duplici diſtinctiōe. ¶Prima. Du-
biū eſt duplex,ſcilicet probabile:cū ſcilicet rationes pro

babiles ad vtrãq; partẽ ſunt quaſi ęquales.& ſcrupuloſum,
quando quis ſcilicet ex leui ſuſpicione timet alicubi eſſe
peccatũ. Scrupuloſum dubiũ ad conſiliũ boni viri eſt de-
ponendum, ſecũdùm omnes Doctores.& idẽ eſt ſi dubita
tur an dubium ſit ſcrupuloſum nécne. Et ratio huius eſt:
quia qui in huiuſmodi conſuluit virum bonum, id eſt, pe-
ritũ & cõſcientiatum, etiã ſi deinde cõſilio eius erret, ex-
cuſatur: quia laborat ignorantia inuincibili, quæ excuſat:
vt infrà Ignorãtia. §.xlv. Dubiũ aũt probabile eſt, de quo
propriè illud dictũ intelligitur:& ſecũdùm Archi. pecca-
tum graue eſt tali in dubio ſe exponere, vbi eſt mortale.
Et ſecũdùm Pan.in d.c.iuuenis.in dubijs, ſcilicet probabi
libus, vbi verſatur periculũ animæ, ſemper tutior pars eſt
eligenda,& quod tutius eſt tenendũ, & quod ſine dubio
explicari põt. Sed tamẽ intellige, ꝙ ſi detur caſus, ꝙ opi-
nio ſecurior ſit minus probabilis notabiliter, nõ eſt eligẽ
da neceſſariò. quia iã ceſſat ratio dubij. Si vero ſit minus
probabilis, ſed non notabiliter, etiam non eſt eligenda ne
ceſſariò: quia eo caſu intelligo Alb.in lib.de Homine. di
centem, ꝙ conſcientia non obligat ad faciẽdũ, niſi quod
eſt in cõſciẽtia, ſi vt opinatũ, vel creditũ, vel ſcitũ: nõ aũt
ſi eſt dubitatum, vel ambiguũ. Si tñ ꝓbabilitas hincinde
eſſet æqualis, tutior eligenda eſt neceſſariò, qñ ex electio
ne alteri⁹ imminet periculũ peccati mortalis: quia tũc ve
rum eſt illud Eccleſiaſtici iij. Amans periculũ, peribit in
illo. Quãdo aũt immineret periculum peccati venialis ſo
5 lùm, eſſet eligenda de bene eſſe tãtùm. ¶ Secũda* diſtin-
ctio eſt, quam dat gl.xxxiij.diſtinct.c.vlti. quòd triplex eſt
ambiguitas, ſcilicet iuris, facti, & perſonæ. Ambiguitas iu
ris eſt, vbi de ſimilibus ad ſimilia proceditur: vt diſt.xx.de
libellis.& de tali loquitur c.ſicut.diſt.xiiij.dicens, ꝙ in du
bijs vel obſcuris ſequendum eſt, quod nec præceptis Euã
gelicis cõtrariũ, nec decretis ſanctorũ patrum inueniatur
aduerſum. Vbi autem eſt ambiguitas facti, nunquã feren-
da eſt ſententia in pręiudiciũ alicuius.& ſic intelligitur il
lud xj.q.iij.graue eſt,& ſatis indecens, vt in re dubia, certa
detur ſentẽtia. Vbi verò nulli ſit præiudiciũ: vt in baptiſ-
mo, cõfirmatione, ordinatione, cõſecratione, & huiuſmo
di: bene fertur in dubio ſentẽtia certa, ſcilicet, vt baptize-
tur denuo.& ſic de alijs: vt de cõſ.diſt.iij.paruulos.& diſt.
j.ſolẽnitates. Quãdoq; tamẽ dubitatur de facto: & fertur
ſententia in præiudiciũ alterius: vt in d.c.iuuenis Sed i-
ſtud fit propter periculum animæ. Vbi verò eſt ambigui-
tas perſonæ, ſed factũ eſt certum: bene fertur certa ſenten
tia, ſecundùm Arch. vt cũ furtũ eſt publicũ, ſed ignoratur
author:& tũc iudex, inquit, in authorẽ poteſt ferre ſentẽ-
tiam excõmunicationis,& præcipere vt ſibi reuelet. All.
c.quidã.v.q.j.& hoc vtiq; verum eſt: ſed tamẽ author non
tenetur obedire ad ſimplex præceptũ, niſi ſit de hoc infa
mis vel ſemiconuictus: vt diffuſe diſputaui in Aur.Ro.in
quodã caſu:& ſuprà Correctio. §.viij. Si tamen etiã in fu
rem occultũ intenderet ferre ſentẽtiam excõicationis, in
cideret nõ obediendo: quia & ſi fortè eſſet iniuſta, tñ non
6 eſſet nulla. ¶ Tertiò* quæritur, quomodo intelligitur illa
regula iuris.c.cùm ſunt partiũ iura obſcura, id eſt, dubia,
reo fauendũ eſt potius quàm actori? Et dico, ꝙ iſta regula
intelligitur nõ ſolùm in ſententia ferẽda, ſed etiã in lata à
duobus ordinarijs, vno abſoluente, & alio cõdemnãte: qa
tenet ſentẽtia pro reo, niſi in caſibus, vt infrà. nec tñ ſi ab-
ſoluit in dubio fertur in re dubia certa ſentẽtia, contra di
ctum c.graue. qa no eſt dubiũ, imò certũ, ꝙ debet abſolui,
ſi actor nõ clare ꝓbauit.vj.q.vlti.actor. Tenet etiã in fine
litis, in quo fauet reo. de quo dic vt no.de reſt.ſpo.cũ ad ſe
dem.in gl.iij. Nõ tenet autem: ſed fallit primò in cauſa fa-
uorabili, quam tuetur actor: puta in cauſa liberali, aut ma-
trimonij, aut inoffi.teſtam. vel dotis: quia tunc actori fauẽ
dum eſt.xxxiij.q.j.ſi quis accepit.de proba.ex literis. Et ſe
cundò in principio litis.ff.de iudic.l.ſi quis. vbi ambiguã
orationem actoris in ſui vtilitatẽ interpretamur. Et ſimi-
liter tertiò in probationibus obſcuris inductis à reo, quas
cõtra illum interpretamur.de probat.licet. de quo dic vt
7 infrà. §.v. ¶ Quartò* quæritur, vtrum in dubio de irregu
laritate vel aliquo delicto interpretandũ ſit affirmatiuè
aut negatiuè? Et dico, ꝙ ſecũdùm Inn.in c.ad audiẽtiã.de
homic. cùm irregularitas ſit de iure poſitiuo, in dubio nõ
debet iudex reputare aliquẽ irregularẽ: quia pœnæ mol-
liendæ ſunt.de regul.iur.in pœnis.li.vj. Quod Pan. vt col
ligitur ab eo ibi.& in c.cùm tu fili præpoſite.de teſtib.di-
cit ſibi nõ placere.& melius diſtinguit: quia in foro cõten
tioſo, vbi purè agitur ad pœnã, procedit dictũ Inno.& ita
loquũtur iura per eum allegata. Vnde generaliter debe-
mus interpretari negatiuè, ſiue ꝑ nõ, maximè vbi agit de
pœna: puta quia celebrauit: quia collatio nõ tenuit,& hu-
iuſmodi, qa in pœnis mitior interpretatio eſt fienda: vt in
dicta regula, in pœnis.& in regula, odia.li.vj.& idẽ dic in
excõmunicatione, & ſimilibus. In foro aũt animæ debe-
mus interpretari affirmatiuè, ꝙ ſit irregularis: quia in fo-
ro pœnitẽtiæ ſemper pars tutior eſt eligẽda, licet durior
videat: quia in illa parte nullũ ſubeſt periculum. ad hoc c.
ſignificaſti.el ij.de homic. Et idẽ dicit vbicunq; dubitatur
de aliquo delicto, ad quod vide gl.notabilẽ.in c.vnico.de
ſcru.in ord.fa. Et ſimiliter dicendũ eſt in foro quaſi pœni
tentiali: puta quia non agitur ad pœnã propriè, ſed vt ab
altaris miniſterio abſtineat, vel à cõtractu matrimonij, vł
ab aliquo exercẽdo, ĩ quo exercẽdo ſubeſt peccatũ: quia
etiã tunc in ſecuriorẽ partẽ debemus interpretari, licet il
la ſit durior.& facit dictũ c.ſignificaſti.de homi. & d.c.iu
8 uenis.de ſpon. ¶ Quintò* quæritur generaliter, cui ſtan-
dum ſit in ambiguitatib⁹? Et dico multa. ¶ Primũ. In re du
bia fidei, authoritas Eccleſiæ Romanæ requirenda eſt.xj.
diſt.palam ¶ Secũdum. Dubio exiſtẽte in iure matrimo-
nij tutius eſt contra ſtatuta hominũ dimittere copulatos,
quàm diſiũgere coniunctos contra ſtatuta Dei. c. licet ex
quadã.de teſt. ¶ Tertiũ. Verba dubia ſecũdùm intẽtionẽ
proferentis accipiẽda ſunt.ff.de reg.iur.in ambiguis.& vt
res potius valeat, quàm pereat.c.abbate.de verb.ſig. aliàs
ſecundũ cõmunem vſum.ic o.diſt.cõtra morẽ. Vide infrà
Legatum.ij. §.v.& ſequen. ¶ Quartũ. Generale collectum
ex Io.And.in reg.cõtra eum, qui legẽ dicere potuit.aper-
tius eſt interpretatio facienda.lib.vj. vbi ſic dicit: Obſcu-
ritas vel ambiguitas aut apponit in vltimis voluntatibus,
aut in cõuentionibus factis in iudicio, aut in cõfeſsioni-
bus, aut in contractibus & pœnis, aut in ſentẽtijs. Si in vl-
timis voluntatibus, ſubdiſtingue: quia aut conſtat de vo-
luntate expreſſe:& ſic illa ſeruat.xxvj.q.vj. quæ recedunt.
& de teſta.requiſiſti. & hoc niſi dicta volũtas turpis eſſet:
vt ff.de cõdi.inſtit.l.quidã. vel aliàs cõtra ius: extrà, de te-
ſtam.tu. Si autem nec expreſſè conſtat, nec tacitè, ſtat ver-
bis teſtamenti. ad hoc xxij.q.ij.c.is autem.de celebra.miſ.
in quadã. quæ verba ſi nimis ſint larga, ſeqmur benignũ,
& minimũ: vt in regula, in obſcuris.de reg.iur.lib.vj & ſic
eſſet hæredis electio, etiam ſi non apparet quæ pars ſit be
nignior aut minor.ff.de teſta.in l.ſi duo ſunt. Si querat ad
quẽ ſpectat indagatio: dic, ꝙ ad iudicem. C.de fidei.l.vo-
luntatis defuncti. Si aũt in iudicijs ſit ambiguitas, ſit inter
pretatio pro proferẽte. Ratio, qa debitor ſemꝑ negaret ſe
de

de hoc ſenſiſſe. C.de anna.excep.l.vlt.& hoc in litis exor
dio.& de hoc in c.cum ad ſedẽ.de reſt.ſpo. Si verò in pro
bationibus ſit ambiguitas, interpretabitur contra produ-
centem.de cond.appo.per tuas.& de proba. in pręſentia:
quia debẽt probationes eſſe clarę.de pręſcrip.auditis. ſal
uo eo quòd poſſent teſtes obſcure deponẽtes interdũ ite
rum interrogari.de teſtib.c.cum clamor. Sed in confeſsio
nibus ſi cõfiteatur quis incertum, certificare cogitur.ff. de
cõfeſ.l.certum. alioquin acciperetur quod magis expedi
ret aduerſario: vt ibi,& de conſti.& de confeſ.c.ij. In con-
tractib⁹ autem, aut certum eſt de cõſenſu, aut de diſſenſu,
aut dubium: & in primo caſu ſtatur ei quod ſenſerunt. de
ſponſ.c.j.in ſecundo autẽ nil valet.xxvij.q.ij. ſufficit.xxx.
q.ij.c.vno.de rap.c.cùm cauſam.xxix.q.j. §.j.ff.de contra-
hen.emp.l.in venditionibus.& ibi error nõ ſolùm corpo
ris, ſed etiã materię venditionẽ impedit: nihil enim tam
contrariũ conſenſui, ſicut error.ff.de iudi.l.ij.& errare eſt
aliud pro alio putare.xxxviij.diſt.quamuis. non tamen om
nis error impedit matrimoniũ: ſed tantùm error perſonæ
& conditionis. quod dic vt xxix.q.j. §.j.& in ſum. In tertio
autẽ caſu, ſcilicet dum eſt dubium: ſubdiſtingue. Nam aut
poteſt valere ſecundũ intellectũ vnius tãtùm, aut vtriuſq;.
Si ſecundùm intellectum vnius tantùm: valeat ſecundum
quẽ valere poteſt.ff.de ver.obl.l.quoties.& hoc habet lo-
cum etiã in contractu matrimoniali in foro iudiciali: in
foro autẽ animę ſtaretur ei, qui diſſenſiſſet in tali dubio:
vt de ſpon.tua nos. Si verò ſecundũ intellectũ vtriuſq; va
lere põt, valeat illud, quod eſt veriſimilius.ff.de verb.obl.
l.eum qui ita.& de reg.iur.in regula, inſpicimus.cum ſuis
cõcor.& ſi dubitatur quod ſit veriſimilius, ſeruabitur qđ
dicitur in hac regula.ff.de verb.obl.l.quicquid.& hoc ve-
rum cùm neuter dolum cõmittit. Si aũt alter dolum com
mittat: cõtra eum fiet interpretatio. xxij.q.v. §.ex his.& c.
quacunq;.& ſi vterq; dolũ cõmittit, ad cõmunẽ ſignifica-
tionem recurretur: vt in d.decretali, ex literis. vbi de hoc.
& xxij.q.v. §.ſi ergo. Et idẽ reputatur in iuramẽtis: vt ibi
notatur. In ſententijs autẽ ſuis interpretari poterit pręſes
prouinciæ, vel procurator Cęſaris.ff.de appe.l.ab executo
re.in principio. minor non. C. de ſent. ex breui.reci.l.ij.
vbi de hoc.ff.de re iudic.l.iudex. functus eſt enim officio
ſuo, ſiue bene, ſiue male iudicando. quod intellige in diffi
nitiua: ſecus in interlocutoria. quod dic vt not. de appel.
ceſſante. de fructibus tamen & expẽſis ſupplere põt eadẽ
die.ff.de re iud.l.Paulus.& de hoc nota.xxxv.q.ix. §.quia
ergo. aliàs incipit, his ita. in gloſ.xj.q.j. §.& his. in gloſſ.
9 ¶ De* legibus nõ eſt dictũ: quia in eis nil obſcurũ eſt vel
ambiguum.diſt.iiij.erit.& C.de nouo Codi.compo.in pri
ma cõſtitutione. ibi, erit lex certa, & breui ſermone cõſcri
pta. ſi tamẽ in eis ambiguitas eſſe videretur, recurritur ad
cõdentẽ: quia ille ſolus interpretari poteſt, qui & cõdere.
xj.q.j.ex his. & idem in priuilegijs, quæ ſunt priuatę læ-
ges:& per eadẽ iura. hæc ex illo. Vbi not. ꝙ xxij.q.v.in c.
humanę. dicitur, ꝙ verba debent deſeruire intentioni: nõ
intentio verbis. vbi dicit gloſſ. eſſe arg. ꝙ potius conſide-
randa eſt intẽtio alicuius, quàm verba.j.quæſt.j.Marcion.
quod verum quando de intellectu cõſtat: aliàs à verbis in
dubijs non eſt recedendum.ff.de legatis iij.l.non aliter.
10 ¶ Et* adde quòd xxiij.quæſtione j. in cap.paratus. dicit
gloſſ. quòd non debemus ſemper adhęrere verbis, ſcilicet
etiam vbi non conſtat de intellectu. verba enim in reſcri-
ptis poſita vel in legibus debemus conformare æquitati,
licet verba non patiantur: vt de reſcrip.cauſam.& de con-
ſue.cum dilectus.

DE DVELLO.

1 *Duellum unde, & quid dicatur: & quibus ex cauſis fiat.*
2 *Duellum licitúmne ſit, an prohibitum. Et quando factum, cum mortis periculo, aut mutilationis eſt ex fine licitum, an licitũ ex circũſtantijs quoque eſſe poſsit. Et num.3.& ibidem quòd quis duellum tribus modis exercet.*
4 *Duellũ, quandã Dei tẽtationẽ eſſe. Et ibidẽ quòd David in duello aduerſus Goliã excuſat, quaſi ad id à Spiritu ſancto motus.*
5 *Duello conſentientes, aut in eo participãtes, maximéque rationẽ cõſuetudinis, an mortaliter peccẽt. Et quot hominum genera ex duello mortale contrahant.*
6 *Clerici in duello depugnantis, aut eidem participantiũ, quænam pœna ſit. Et quid ſi per ſe non pugnet, mórsue non ſit ſecuta.*
7 *Clerici reliquias pugnaturis in duello afferentes; ad eorum certamen coadunandum, ſi inde homicidiũ, aut mutilatio ſequatur, an irregulares efficiantur. Et quid de capitulis, aut clericis qui ad ſubeundum duellum à ſeculari domino cõpellũtur: ánne res eccleſiaſticas perdant. Item quid de Prælatis iuriſdictionem tẽporalem habentibus, in quorũ curijs huiuſmodi duella iudicantur. numero ſequenti. Et quid de iudicio ferri candẽtis, & aquæ bullientis nu.9.*
10 *Deus in duello ad ueritatẽ indagãdã, ſuſcepto, an ſemper ueritatẽ oſtẽdat. Et an æquè cõtingat candẽtis ferri, & aquæ iudicio.*

1 DVELLVM* dictum eſt, quaſi duorum bellum: quod
etiam dicitur monomachia: vt in c.monomachiam.
quæſt.v. id eſt, ſingularis ſiue vnius pugna. à monos, quod
eſt vnum, & machia, pugna.& ſic quãtũ ad nomẽ, particu-
lare bellum, qñ vnus contra vnum pugnat aggrediendo
vel reſpondendo aggreſſori, eſt duellum quantum ad rẽ,
ad quam ſignificandã iura hoc nomen attribuerunt. duel-
lum non eſt omnis pugna duorum. Sed ab aliquibus diffi
nitur, ꝙ duellum eſt pugna duorũ facta ad alicuius rei pro
bationem: vt ſcilicet vincens probaſſe credatur, & victus
in probatione defeciſſe: ac ſi per teſtes quis intẽtionẽ ſuã
fundaſſet: vt de pur.vul.cap.ij. Et huic cõſonat quod dicit
Ray. duellum in aliquibus vulgò dici iudicium, eo ꝙ ibi
expectetur iudiciũ Dei. Quæ quidem diffinitio conuenit
duello propriè,& vt in pluribus ſumpto: quod ſcilicet fit
ad veritatis indaginem. Aliquando tamẽ fit propter alias
cauſas, ſecundùm Ioannem de Lig. ſcilicet ex odio, & glo
riæ cupiditate. Et ideò vniuerſaliter diffiniendo eſt ſingu
laris pugna ab vtraque parte ſponte ſucepta.
2 ¶ Primò* verò quæritur, vtrũ duellũ ſit licitũ, vel prohibi
tum? Et dico ſecundùm doctores, vt etiam dicitur in cap.
monomachiam. illud eſſe prohibitũ ſub peccato mortali
iure diuino: ibi, non tentabis Dominũ Deum tuũ. Matth.
quarto. & hoc procedit quando fit ad veritatis indaginẽ:
ſimiliter iure canonico: vt extrà, de cler.pugn.in duel.per
totum.& ij.quæſtione v.cõſuluiſti.& iure ciuili. C. de gla
diatoribus.l.vnica.lib.xj. quod procedit quod fit ex dicta
cauſa, vel etiã ex alia cauſa nõ rationabili cũ periculo vitę
aut membrorũ. Sed quia iſta iura non videntur prohibuiſ
ſe, niſi quod naturali iure illicitũ erat: ideò ad ampliorem
doctrinam dico, ꝙ duellum, id eſt, ſingularis pugna hinc-
inde ſponte ſuſcepta, de ſe nõ nominat aliquid illicitũ ſal
tem mortale: alioquin eſſet mortale iuuentuti ſe exercere
in pugnis & brachijs ad exercitiũ, aut ſolatiũ ſine odio &
periculo. Vnde ſi ſit mortale, erit ex altero duorũ. Primò
ex fine, puta ex inani gloria q̃ ſit mortale, vel ad odiũ: aut
ad indagãdã veritatẽ, qđ eſt tẽtare Deũ. Aut ſecũdò ex cir
cũſtãtia: puta, qñ ex cauſa nõ rõnabili pugnatur cum peri
culo vitæ aut mẽbrorũ: qb⁹ modis eſt prohibitũ ſub mor
tali à iure naturali & poſitiuo, qđ aliquas ſuperaddit pœ-
nas

3 nas:ſed pro hoc vide etiã §.ſeq. ¶ Secundò* queritur, vtrũ
quando duellũ factum cum periculo mortis aut mutila-
tionis eſt licitũ ex fine, puta quia acceptatur ad cõſeruati-
onẽ ſuæ perſonæ vel facultatis, poſsit eſſe licitũ ex circun
ſtantia, vt ſcilicet nõ ſit mortale ſpõte ſe exhibere pericu-
lo mortis, aut mutilationis? Et dico, ꝙ ſecũdùm Ray. ſunt
de hoc opiniones: & quidã diſtinguũt. Nã trib⁹ modis qs
duellat. Primò, offerẽdo duellũ. Secũdò, illud ſponte acce
ptando. Tertiò, acceptãdo illud inuitè ad defenſionẽ vitę
aut rerũ: ſicut ſi iudex accuſato de homicidio vel furto in
dicat vt ſe per duellũ purget: alioquin habebitur pro cõui
cto, & cõdẽnabitur. Et in primo quidẽ ac ſecũdo caſu di-
cunt illud eſſe mortale: non autẽ in tertio: ſed eſt licitum
indiſtinctè pro defenſione nõ ſolùm vitæ, ſed etiã rerũ. &
hoc tenet Gul. gl. Ray. ex hac ratione: qa nõ licet defendẽ
do res, occidere raptorẽ: quare, ĩquit, nõ licebit eas defen-
dere duello. Et hanc opin. ſequitur Sum. Ang. Gul. tamen
credit hoc eſſe illicitũ ſacerdoti in cauſa criminali & ciui
li. Quidã verò alij minus malè etiam in tertio caſu ſubdi-
ſtinguũt: qa ſi ſuſcipitur inuitè, iudice indicẽte pro defen
ſione vitæ, eſt licitum. & hoc videtur tenere Nico. de Ly. j.
Regũ. xvj. vbi agitur de duello Dauid cum Golia. Sed pro
defenſione rerũ dicũt illicitũ. Sed dico primò illicitum &
mortale eſſe duobus primis modis, vt ab oĩbus confeſſum
eſt: & ſecundò non eſſe licitũ. tertio modo indiſtinctè, vt
dicit Gul. nec cũ diſtinctione aliorũ: qa ſi eſſet licitum ra-
tione defenſiõis, cùm iſta ſit de iure naturali, in quo ſacer
dos à laico non diſtinguitur, eſſet etiã licita ſacerdoti: qđ
ille negat. Sed qa poſſet dici, ꝙ eſt illicita iſta defenſio ſa-
cerdoti, non ratione peccati, ſed ratione irregularitatis,
quam incurrere poteſt ſine peccato: arguo iterũ: quia ſic
duellare iudice indicẽte. i. duellare ad indaginẽ veritatis
purgando crimen, hoc eſt Deum tentare: quia nunquam
licet: & ideò non eſt ſimile de ſe defendente, qui Deũ nõ
tentat. Et hoc ſentit S. Th. ij. ij. q. xcv. ar. vlt. in fin. dicẽs, ꝙ
eadẽ ratio videť eſſe de lege duellorũ, quæ & de iudicio
ferri candẽtis & aquæ bulliẽtis: niſi, ꝙ duellũ plus accedit
ad rationẽ ſortiũ, inquantũ ibi nõ expectatur miraculo-
ſus effectus ſicut in illis: niſi fortè quãdo pugiles ſunt val
de impares virtute vel arte. Iudiciũ autẽ ferri candentis &
aquæ bullientis, dicit idem S. Th. eſſe illicitũ: tum qa ordi
natur ad iudicandũ occulta, quę diuino iudicio reſeruan-
tur: tum qa hoc iudiciũ nõ eſt diuina authoritate ſancitũ.
4 & allegat c. conſuluiſti. ij. q. v. ¶ Adde* tertiò, qa eſt quædã
tẽtatio Dei. Dauid autẽ excuſatur tanquã motus à Spiritu
ſancto: vt dicitur in c. monomachiã. Priuilegia autem pau
corum nõ faciunt cõmunẽ legẽ. xxvj. q. ij. nõ exẽplo. Tu-
tior eſt ergo & verior opin. Ray. ꝙ omnes indiſtinctè pec
cẽt mortaliter. & ita tenẽt non ſolũ doctores ordinis Præ
dicatorũ: vt Sum. Con. Sum. Piſ. & Archid. ſed etiam Sum.
Roſ. & Supple. & Goſ. & Hoſt. l. ꝙ ſit prohibitũ ſine diſtin
ctione, quãdo eſt cum periculo vitæ aut mẽbrorũ. Nec eſt
par ratio pugnare pro rebus aut vita in duello & extra: qa
extra duellũ ſtatur in terminis defenſionis: nõ aũt in duel
lo: ſed vterq; duellãtiũ eſt aggreſſor per ſe loquẽdo: non
obſtãte, ꝙ aliquis ad duellũ cogatur: qa nõ eſt coactio ab-
ſoluta, ſed cõditionata quę ſtat cum volũtario. ¶ Tertiò,
5 * vtrum peccẽt mortaliter qui cõſentiunt aut participãt in
crimine iſto duellandi, maximè ratione cõſuetudinis? Et
dico ſecũdũ Ray. ꝙ mortaliter in prędictis peccãt primò
duellãtes, ſiue offerãt duellũ, ſiue ſuſcipiãt illud ſponte, ſi-
ue exactè: & ſecũdò iudices deferẽtes illud, & pręſtantes
authoritatẽ: & tertiò aſſeſſores: & quartò dãtes in hoc cõ

ſilium, auxilium, vel fauorẽ: quintò ſacerdotes dantes be-
nedictionẽ huiuſmodi. idem Goſ. & Hoſt. Adde ſextò, ꝙ
& domini illud in ſua ditione admittẽtes, imò & toleran-
tes: quia deſiſtunt manifeſto facinori obuiare. Et ſeptimò
ꝗlibet qui hoc poſſet ſine ꝑiculo & facilè ꝓhibere, & non
facit: qa aut cõſentit, aut negligit ſalutẽ ꝓximi corporalẽ
& ſpiritualẽ in caſu extremæ neceſsitatis: imò videtur ꝙ
hoc caſu quilibet hoc ſciens teneatur orare, ſi aliter proui
dere non põt: & alios ad orandũ ꝓuocare, iuxta dicẽda in
frà, de eleemoſyna corporali. Et octauò idẽ videtur de in
ſpiciẽtibus ſine diſplicẽtia, ſaltẽ in ratione: qa placent ſibi
in eo quod eſt de ſe mortale. Nec in prædictis põt aliqua
cõſuetudo excuſare qñ ſunt illicita: qa nõ ſunt mala quia
prohibita: ſed ꝓhibita quia mala, & cõtra ius naturale, cõ
6 tra quod cõſuetudo valet. ¶ Quartò* quæritur, quæ pœna
ſit clerici pugnãtis in duello aut participantiũ ei? Et dico,
ꝙ ſecundũ Ray. ipſe debet deponi: tamẽ epiſcop⁹ poteſt
diſpẽſare ſi mors aut mutilatio nõ interuenit: vt in c. j. ex-
trà, đ cle. pu. in du. imò ſi nõ ſequatur mors nec mutilatio,
& clericus amiſerit partẽ digiti, etiã in duello oblato: *ſed*
nõ tantã quin ſine ſcandalo poſsit celebrare, quãtumcũq;
fuerit grauis exceſſus, poteſt epiſcop⁹ cũ tali poſt peractã
pœnitẽtiã diſpenſare: arg. in d. c. j. quod ſecundùm Rayn.
verum eſt, ſi neceſsitas, vel vtilitas expoſcat: ſed ſi mors, vł
mutilatio interuenit, nõ poteſt epiſcopus cum tali diſpen
ſare in officio, ſecundũ omnes: ſecus in beneficio, ſecũdũ
Ray. cui licet videatur Hoſt. contrarius, tamẽ non eſt, niſi
quo ad beneficiũ cum cura animarũ, in quo, ſecundũ eũ,
ſolus papa diſpẽſabit. Et hoc ſequitur Sum. Ang. ſed veri-
tas eſt, ꝙ diſpẽſabit in beneficio indiſtinctè, non ſolùm ha
bito, ſed etiã habẽdo: qa d. c. ij. hoc indiſtinctè concedit: &
pœnæ non ſunt extendẽdæ: & beneficiũ, in quo fuerit cũ
eo diſpenſatũ, habere poterit etiã in titulũ, ſecundũ Goſ.
aut verius ſecundũ alios tantùm in ſtipendiũ, ſicut laicus,
ſiue in ſuſtentationem. xxxij. diſt. ſi qui verò. & ratio, quia
beneficiũ datur propter officium. xvj. q. j. generaliter. quo
officio ex diſpẽſatione epiſcopi iſte vti non põt. Et nõ ſo
lùm efficitur irregularis pugnãdo per ſe, ſed etiã per aliũ,
ſi mors aut mutilatio ſequatur: & ſimiliter omnes mãdan
tes, cõſulentes, & defendẽtes: vt in d. c. ij. iuncta glo. *Sum.*
autem Ang. videtur velle, ꝙ ipſe ſit irregularis ex ſola pu
gna: etiã ſi mors aut mutilatio nõ ſequatur. ſed hoc nulli-
7 bi habetur clarè: ideoq; nõ eſt dicendũ. ¶ Quintò* quæri
tur, vtrũ ſint irregulares clerici afferẽtes reliquias pugna-
turis in duello ad adiuuãdũ, ſi inde ſequať homicidiũ, vel
mutilatio? Et dico eſſe varias opin. quia Ray. videtur tene
re, ꝙ ſic, eo ꝙ adiuuare videantur. Dicũt autem alij ꝙ nõ:
ſed bene diſtinguit Veruec. quia ſi eis non deferentibus
nihilominus duellũ futurũ erat, nõ ſunt cooperatores: nec
vidẽtur irregulares. aliàs ſic. & hoc rationabiliter: qa reli-
quiæ illæ non cõferunt ad occidẽdũ: cùm neſciat iuſtitia
Dei patrocinia dare criminibus, ſcilicet ꝑ miracula, quic-
quid faciat dando vires naturales. Si autẽ cõferrẽt, eſſent
irregulares, etiã ſi aliàs futurũ erat: qa eſſent cooꝑatores.
8 ¶ Sextò* queritur, quid de clericis & capitulis, qui à ſecu-
lari dño coguntur ſubire duellũ, aut res eccleſiaſticas per
dere: itẽ qđ de prælatis habẽtibus iuriſdictionẽ tempora-
lem, in quorũ curijs indicuntur duella? Et dicit Veruec.
ꝙ in omnibus huiuſmodi caſibus ſi clerici offerũt, aut ſu-
ſcipiunt duella, vel per illa iudicãt, aut pręſtãt aliquã ſpe-
cialẽ authoritatẽ, peccant mortaliter: & ſi ſequatur mors,
ſunt irregulares. Adde, ꝙ vidẽtur eſſe irregulares, ſecũdũ
aliquos, etiam ſi non ſequatur, quando ipſi propria ma-
nu pug

nu pugnãt. Si autem talia fiant per œconomos vel prepo
ſitos ſeculares, adminiſtratores prelatorũ ſine ſpeciali ma
dato eorũ, peccant quidem, inquit, mortaliter prelati talia
tolerando: non tamen credo ꝙ efficiantur irregulares, ex
quo ſuper hoc ſpecialẽ authoritatẽ nõ præſtant: licet præ
cipiant ſuis balliuis ꝙ iuſtitiã faciant in tali vel tali cauſa:
quia in tali generali mandato nihil intelligitur de duello
9 mandari. ¶ Septimò* quæritur, quid de iudicio ferri can-
dentis & aquæ bullientis? Et dico omnia huiuſmodi eodẽ
modo eſſe prohibita: quia in his Deus tentari videť: vt di
10 citur extrà de pur. vul. ¶ Octauò* quæritur, vtrũ in duello
facto ad veritatẽ indagandam, ſemper Deus veritatẽ oſtẽ
dat iuuãdo eũ, qui eſt pro veritate, ſicut credũt milites, &
huiuſmodi? Et dico ꝙ nõ: vt expreſsè caſus eſt de pur. vul.
c. ij. vbi innocentes victi narrãtur in duello. Et idem eadẽ
ratione eſt de iudicio ferri candentis & aquæ bullientis.

¶ DVLIA, vide infrà Latria.

DE EBRIETATE.

1 *Ebrietas quando peccatum eſſe dicatur, & quando pœna.*
2 *Ebrietas, num mortale ſit peccatum. Et an ebrietatem procu-
rans, mortaliter peccet: & quid ſi quis in ſuam uel alterius ebri
etatem ſanitatis gratia, conſentiat. nu. 3. & 4.*
5 *Ebrietas num hominẽ a peccato in ea cõmiſſo, excuſet. Et cir-
ca delictũ hoc, quot ſint cõſiderãda. Et de his opiniones uariæ.*
6 *Geſta ab ebrio, num efficacia ſint, ac teneant.*

1 EBRIETAS* dicitur aliquãdo priuatio
vſus rationis ad tempus ex immoderato po
tu vini, vel cuiuſcunque rei potabilis: & hæc
non eſt peccatum, ſed pœna. aliquando verò
dicitur actus potationis, ex quo cauſatur: &
iſta eſt aliquando peccatum. hæc ex Sanc. Thom. ij. ij. q. l.
2 ¶ Primò* verò quæritur, vtrum ebrietas ſit peccatũ mor-
tale? Et dico, quòd quantum colligitur ex Sanct. Tho. ij.
ij. q. cl. & Alexand. ij. ij. & gloſſ. xxv. diſtinct. §. aliàs ea de-
mum. & Docto. ibi. aut quis ſcienter & volens inebriatur
totaliter: & ſic eſt mortale. cuius rationem aſsignat S. Th.
quia priuat ſe vſu rationis, quo operatur ſecundùm virtu
tem: & exponit ſe periculo peccandi. Et intellige, ꝙ pri-
uat ſe ſine cauſa rationabili: quia ſe priuare ex cauſa, vt in
ſomno, non eſt peccatũ. Aut neſciens, & conſequenter nõ
volens: & hoc dupliciter, ſcilicet raro: & ſic eſt nullũ aut
veniale peccatũ ſecundũ negligentiam, qua vtitur quis ad
cauendum. Aut aſsidue: & tunc eſt mortale, ſecundũ Ang.
vt in d. §. alias. non quidẽ ratione aſsiduitatis vel iteratio
nis actus, ſecundùm omnes: quia multiplicatio actuũ ve-
nialiũ non facit mortale: ſed quia non poteſt quis aſsiduè
inebriari, niſi ſciens & volens, vel notabiliter negligẽs in
ſciendo & cauẽdo. Si autẽ non inebrietur quis totaliter,
ſed tamẽ ſcit quid facit, licet ſit valde grauatus: ſi hoc ſciẽ
ter & ſponte facit ſine cauſa tractus dulcedine vini, nõ vi
detur, aut vix videtur excuſari à mortali: quia notabiliter
lædit vſum rationis ſine cauſa, & cũ periculo peccãdi. Sed
ſi hoc facit ex cauſa: puta ratione ſanitatis, eſt veniale, vel
nullum: & ſimiliter ſi non aduertit, eſt veniale, etiam ſi fre
3 quẽter contingat, vt credo. ¶ Secundò* quæritur, quid de
procurante ebrietatẽ alterius? Et dico, ꝙ ſemper mortali
ter peccat, ſi ſciens & volens operatur: & hoc ſiue ſequať
ebrietas, ſiue nõ: & ſiue in alio ſequatur cum mortali, ſiue
cum veniali: quia conſentit in malum, & periculum nota
bile proximi. Si autem ignorans & nolens operatur, eſt
veniale vel nullum. Si verò ſciens quidem, ſed nolens: vt
quia ſcit quidem ſe prouocare ad immoderatum potum,
nolens tamen ad ebrietatẽ deducere, non eſt ſine veniali:

ſed non eſt mortale communiter, niſi forte in exceſſu val
4 de magno, qui non poteſt arte diffiniri. ¶ Tertiò* quæri
tur, quid ſi quis conſentiat in ſuam, vel alterius ebrietatẽ
gratia ſanitatis? Et dicit Sanct. Thom. vbi ſuprà, quòd im-
moderatus cibus vel potus cauſa medicinæ ad prouocan
dum vomitum non eſt peccatum: quia talis cibus vel po-
tus non eſt ſuperfluus infirmo: ſed propter hanc cauſam
non debet potus dari vſque ad ebrietatem: quia tunc non
excuſaret à peccato: cùm vomitus aliter procurari poſsit,
vt ex potu aquæ calidæ. hæc ex illo. Cuius dictum Sum.
Ange. & Roſ. extendunt ad hoc, quòd ſit peccatum morta
le inebriari gratia ſanitatis & medicinæ. quod verum eſt
quando eadem ſanitas induci poteſt per alias medicinas:
vt in vomitu, qui aliter prouocari poteſt. Si tamẽ ſanitas
aliter procurari non poſſet, niſi per ebrietatẽ, ex qua nul
lum periculum ſequitur, non video, quòd ſit mortale. Sed
ex Sanc. Tho. patet oppoſitum: quia priuare ſe vſu ratio-
nis ad tempus, vt deinde quis melius & diuturnius contẽ
5 pletur, non eſt malum, vt in ſomno patet. ¶ Quartò* quæ-
ritur, vtrum ebrietas excuſet hominem à peccato ſequen
ti in ea commiſſo? Et dico, quòd cum circa peccatum duo
conſiderentur, ſcilicet pœna & culpa: quantum ad vtrũq;,
ſunt opiniones. Nam quantum ad culpam, ſi vſus rationis
nõ perditur penitus: ſecũdũ omnes excuſat, niſi fortè à tã
to: ſed ſi penitus perdatur, quidam dicunt ꝙ excuſat à to-
to. & hanc opinionem ſequitur Sum. Ange. & Roſ. indi-
ſtinctè: quidã verò dicunt etiam indiſtinctè, ꝙ excuſat ſo
lùm à tanto. Sed San. Tho. vbi ſuprà diſtinguit, quia excu
ſat à toto, ſi fuit ſine culpa: ſi verò fuit cũ culpa, excuſat ſo
lùm à tanto. quod quomodo debeat intelligi, vide eum in
iiij. diſt. xvij. q. ij. articu. ij. q. iiij. ad ſecundum. Ibi enim ſic
dicit: Effectus conſequẽs, qui peccatũ aggrauat, iam in a-
ctu præceſsit velut in cauſa: & ideo quãdo cõmiſſum eſt,
totam ſuam quantitatem habuit, & ex effectu conſequẽte
non accreſcit aliquid quo ad rationẽ culpæ: & ſi accreſcit
quo ad pœnã accidentalem, ſecũdũ quod plures habebit
homo ratione dolẽdi in inferno de pluribus malis cõſe
cutis ex ſuo peccato. Et ratio, ſecundũ mentem eius eſt:
quia quãdo ebrietas eſt cũ culpa, eſt aliquo mõ volita: &
conſequẽter in ea ſunt volita implicitè omnia, quæ ſequũ
tur: ſicut volens proijcere ſagittã ſine adhibita diligẽtia,
vult implicitè homicidiũ qđ ſequitur. ¶ Quãtũ ad pœnã
verò quidã dicũt, ꝙ non imputatur, niſi quod ex culpa im
mediatè procedit, non autem quod mediatè. Vnde ei, qui
propter ſuam culpam excommunicatur, nõ imputatur, ꝙ
beneficium intra tẽpus debitũ non contulerit: niſi fuerit
in mora petendæ abſolutionis: quia culpa nõ eſt cauſa im
mediata, ſed excommunicatio, quæ eſt pœna: & ſic in pro
poſito, licet ſuperflua potatio fuerit immediatè cauſa pri
uationis vſus rationis, nõ tñ homicidij, vel alterius pecca-
ti: & conſequẽter, ſecundũ iſtam opini. non erit irregula-
ris. Et iſta eſt opinio Pan. in c. quia diuerſitatem. de cõceſ.
præben. quam ſequitur Sum. Ange. Quidam verò alij di-
cunt, ꝙ imputantur illi ad pœnam omnia, quæ ſequũtur:
& ſi occidat, erit irregularis. & hæc eſt opi. Richar. in iiij.
di. xv. Sed opinionẽ ſecundam dico eſſe de mente Sancti
Tho. ſi ebrietas fuit culpabilis. vnde iſte erit irregularis,
etiã ſi culpa fuit leuis: ſicut & qui iacit ſagitta incautè dãs
6 operam illicitæ rei. ¶ Quintò* quæro, vtrũ teneant geſta
per ebriũ: puta, contractus, matrimoniũ? Et dico ꝙ non, ſe-
cundùm Verue. & omnes, ſi eſt ebrius propriè, id eſt, peni
tus alienat⁹ mẽte. ſecus ſi eſt bene cõfortatus: intelligens
tamẽ quod facit, licet in multis ſuccurratur ei per miſeri
cordiam

cordiam iuris, vt in iuramento, & cõfeſsione, & huiuſmodi: vt ſ. dixi in Blaſphemia. §. vij.

DE ECCLESIA, ET ECCLESIASTICIS priuilegijs ac perſonis.

1 *Eccleſia & ſynagoga quid notẽt. Et cur Apoſtoli populũ Chriſtianũ eccleſiam appellarunt. Itẽ quotuplex ſit eccleſia. de quibus hîc ſigillatim. Et de multiplici eius acceptione. remiſsiuè.*

2 *Chriſtus capútne ſit eccleſiæ, an membrum.*

3 *Eccleſia an errare poſsit. Et in quibus. Et quænam ſit eccleſia illa, quæ errare nequit, & cuius doctrinæ infallibiliter inhærendum ſit. nume. 4.*

5 *Eccleſiæ Romanæ quænã ſint priuilegia. Et ibidem quòd à tribus ipſi priuilegia conceſſa ſunt, à Deo ſcilicet, Papa, & Cæſare. Et quotuplicia ſint huiuſmodi priuilegia. Et ibidem de omnibus ſigillatim.*

6 *Eccleſiaſticæ perſonæ quænam ſint, & quotuplex earũ priuilegiũ. Et priuilegio clericali quinam gaudeãt, concluſiones uariæ, de quibus fusè & apertè, ubi deuotorum, ſeu eccleſiaſticarum perſonarum, proprietati rerum non renuntiantium, ſed ne matrimonio quidem, ſeptem genera referuntur.*

7 *Honorius regulam fratrum ac ſororum de pœnitentia beati Dominici, approbauit, & Prædicatorum ordinem.*

1 ECCLESIA* eſt nomen Græcũ, & Latinè ſonat conuocatio: ſicut ſynagoga eſt Hebraicũ, & Latinè ſonat congregatio: vnde eccleſiare eſt cõuocare vel cõcionari. Et ideo Apoſtoli Chriſtianũ populũ ſemper eccleſiam, & nunquã ſynagogam appellari voluerũt: vt ipſis vocabulis Chriſtianorũ fidelitas & diſcretio, Iudæorumq; infidelitas & beſtialitas notaretur: qui frequentius appellati ſunt nomine ſynagogæ. quia vt dicit Hugo, cõuocant homines propriè: pecora verò cõgregãtur: vnde eorũ ſunt greges. Et ſic dicitur eccleſia ſecũdũ Græcos ab eccleſijs, quod eſt miſerans: quia miſericordia plena ſit, & nunquam redeuntibus ſinum claudat. C. de ſum. Trini. in epiſtola, inter claras. & de here. c. ſuper eo. li. vj. Videtur autem eccleſia eſſe idẽ proprie quod populus cõuocatus, ſeu adunatus in Dei cultu, quæ dicitur eccleſia ſpiritualis. tranſumptiuè autẽ locus, in quo populus ad percipiẽda quæ fidei ſunt, cõuocatur: qui dicitur eccleſia materialis. Eccleſia autẽ ſpiritualis eſt duplex, ſcilicet generalis, id eſt, totus populus Dei Chriſto vnitus per fidẽ, aut viſionem. & ſpiritualis, ſcilicet eccleſia Chriſto per charitatẽ vnita. Quæ duplex eſt, ſcilicet triumphans, iam Deo coniũcta per gloriã: & militans, quæ etiam eſt duplex, ſcilicet catholica ſeu vniuerſalis. i. Dei populus per totũ orbẽ diffuſus, ſed ꝓpriè ei cõiũctus per fidẽ & charitatẽ. & ſpecialis, ſicut eccleſia Mediola. & Bononien. & huiuſmodi, niſi eſſet Romana: quia illa eſt eccleſia vniuerſalis in virtute: vt j. §. iij. Sumitur aũt eccleſia alijs modis, de quibus vide extrà, ne prela. vi. ſuas. in ca. querelã. in gl. & ſpecialiter ſumitur vt diuiditur cõtra populum: ſicut clericus & multitudo eccleſiaſticarũ perſonarum dicitur eccleſia: vt ibi patet.

2 ¶ Primò* verò quæritur, quantũ ad eccleſiã generalẽ, vtrũ Chriſtus ſit eccleſiæ mẽbrum, vel caput? Et dicit S. Tho. in iiij. diſt. xlix. ꝙ eccleſia dupliciter ſumitur. ſ. corpus Chriſti myſticũ præcisè: & ſic dicitur ſpõſa Chriſti, & corpus Chriſti myſticũ ſimul cum capite. i. Chriſto: vnde Chriſtus eſt caput ſpõſæ, non membrũ: eſt tamẽ membrũ eccleſiæ.

3 ¶ Secũdò* quæritur, vtrũ eccleſia poſsit errare? Et dico ſecundũ doctrinã S. Th. & aliorũ Doctorũ, ꝙ errare nõ pôt in ſpectãtibus ad fidẽ vel mores: ſed in his ſemper verum determinat: quia Chriſtus pro ea orauit vt nõ deficeret fides eius: & Spiritus ſanctus docet eam omnẽ veritatẽ. ſ. in neceſſarijs ad ſalutẽ, vt ſunt fides, & mores, & ſic intellige xxiiij. q. j. à recta. & ſimiliter creditur piè, ꝙ errare nõ poſsit in canonizatione ſanctorum: vt dictũ eſt ſuprà, Canonizatio. §. iij. in alijs autẽ errare poteſt: quia ſequitur humanã opinionẽ, quæ falli poteſt: & ſic intellige c. à nobis. el ij. de ſen. exc. Vnde Sanct. Th. in ij. ij. q. j. vult ꝙ quilibet teneatur inhærere doctrinæ Eccleſiæ, tanquã regulæ infallibili. vide etiã infrà Fi-

4 des. & j. Vſus. ¶ Tertiò* quęritur, quę ſit iſta eccleſia, quę errare nõ poteſt, & cuius doctrinæ infallibiliter hærẽdũ eſt? Et dico quantũ colligitur ex Sanct. Th. & alijs Docto. maximè Archiep. iiij. parte. ti. viij. c. iiij. ꝙ dupliciter dicitur, ſcilicet formaliter & virtualiter: & vtrũq; horũ dupliciter: & ſic ſumit᷑ quadrupliciter. Iſta ergo dicitur primò formaliter & verè: & eſt omnis populus fidelis per totum orbem maximè Deo vnitus per charitatis amorem. Et ſecundò dicitur formaliter & repræſentatiuè: & eſt cõciliũ generale. Tertiò dicitur virtualiter & formaliter ſimul: & eſt eccleſia Romana, q̃ eſt caput omniũ eccleſiarũ, virtualiter continens authoritatem totius eccleſiæ. Quartò etiã virtualiter & repræſentatiuè ſimul: & eſt collegiũ Cardinaliũ cum ſuo capite, id eſt, ſummo põtifice, ſiue papa: vel caput eccleſiæ, vtens ſcilicet auxilio ſiue conſilio membrorum ſuorũ, quantum poteſt, ad indagandam veritatẽ: non autem eſt papa vt ſingularis perſona, quæ poteſt errare. Et ſic intellige glo. in d. c. à recta. dicentem ꝙ eccleſia, quę errare non poteſt, dicitur nõ papa, ſed congregatio fideliũ, quæ ſcilicet tenet fidem quã Petrus cum alijs populis docuit: & hæc dicitur Eccleſia Romana, & fides Eccleſiæ Romanæ, ſiue ſint Romæ, ſiue alibi. Et de his etiã ſuprà Cõci-

teſt primam opinionem veram eſſe, quando habet dotem
ſufficientem pro oneribus matrimonij ſuſtinendis: ſed ſi
non habet, eſt vera ſecunda, & operabitur viro vſq; ad ſup
plementum onerum; & quod ſupererit, cederet lucro ſuo,
non mariti. Et ita dictam glo. videtur intelligere Bartol.
in l. Caio. ff. de ali. le. Adde tamen ad prædicta ſingularem
limitationem Aſten. libro v. titul. xxvj. ſecundùm Guli. de
Mil. quia aut de rebus illis vxor ſeipſam ſuſtentat & virū,
& tunc non poteſt de illis eleemoſynam facere: quia ma-
gis viro tenetur quàm alteri. aut ſuperabundat: & tūc po
9 teſt inuito viro. ¶ Sextò* quæritur, vtrum pauperibus con
tra diuites conueniat actio, vt eis ſubueniant? Et dicit Pa-
nor. in c. ſi quis. de fur. quod non: ſed bene poſſunt implo
rare iudicis ſeu ſuperioris officiū, vt eos cogat: & eccleſia
eos cogere poteſt: vt not. gloſ. in c. ſicut hi. xlvij. diſt. & ar.
in c. nullus laicus. de iure patro. quod limita verū, quādo
ſunt in tali neceſsitate, & diuites in tali abundantia, quod
eis ſubuenire tenentur diuino præcepto.

DE EMANCIPATIONE, & Emancipato.

1 *Emancipatio unde dicta ſit, quid ſit, & quid emancipatus.*
2 *Emācipare pater filium, an & qualiter poſsit, & an teneatur.*
3 *Filius num compelli, ut emancipetur à patre, poſsit.*
4 *Filius emancipatus, nū in patriam poteſtatem, ob nō præſtita patri alimenta, ſicut & libertus in ſeruitutem reuocari poſsit.*
5 *Effect⁹ patriæ poteſtatis, abs qua emācipatio liberet, quiſnā ſit.*

1 EMANCIPATIO* dicta eſt quaſi extra manū ſeu po-
teſtatem poſitio, ſiue extra ſeruitutē mancipiorum. &
emanceps dicitur mancipiū vel ſeruus liberatus. vnde pro
priè ſecundū Hug. pertinet ad captos in prælio, tamen ex
vſu emancipatio liberis, & manumiſsio ſeruis cōuenit à
poteſtate patris aut domini liberatis. Eſt autē emācipatio,
vt colligitur ex l. nō nudo. C. de emancip. lib. cum ibi not.
& Inſtitu. quibus mod. ius pa. po. ſol. §. præterea. relaxatio
patriæ poteſtatis, corā iudice cōpetente, voluntate patris
& filij cōcurrente. addit Sum. Ang. in vtriuſq; præſentiā.
Sed vide infrà. §. j. Emancipatus aūt, dicitur filius vel ne-
pos, qui à iugo, ſeu poteſtate, vel manu patris vel aui eſt re
2 laxatus, & ſui iuris effectus. ¶ Primò* verò quæritur, vtrum
& qualiter pater emācipare filium poſsit aut teneatur? Et
dico, ꝙ poteſt etiam abſentem impetrato reſcripto Princi
pis, & filij accedēte conſenſu: vt no. Barto. in l. iubemus. C.
eod. etiā infantem; licet eius conſenſus non requiratur. &
hoc per ſe vel per procuratorē: vt no. Bar. in l. Gall⁹. §. for
ſitan. de lib. & poſth. Non tamen ad hoc tenetur pater re-
gulariter: quia patria poteſtas eſt inæſtimabilis. ff. de leg. j.
l. filius familias. §. vt quis heredē. tenetur tamen ad hoc in
caſu: vt no. Azo in Sum. Primò, ſi filium malè afficit ver-
beribus. Secundò, ſi cōpellat eum peccare in corpus ſuū.
Tertiò, ſi filius eſt arrogatus impubes, & pubes factus pro
bat ſibi non expedire eſſe arrogatū. Quartò, ſi pater agno
uit ſibi relictū legatum, vt filium emanciparet. ¶ Secūdò,
3 * quęritur, vtrū filius compelli poſsit vt emancipetur à pa
tre? Et dico ꝙ nō regulariter: quia in his quæ ſunt volun-
tariæ iuriſdictionis, non poteſt quid fieri altero inuito, vt
in authēt. quib. modis natu. efficiū. ſui. §. ſi verò. ¶ Tertiò
4 * quæritur, vtrum filius emācipatus reuocetur in patriam
poteſtatē propter alimenta patri nō pręſtita: ſicut libertus
reuocat in ſeruitutē propter alimēta denegata patrono?
Et dicit Cyn. l. in filios. C. de ingrat. lib. ꝙ ſic: quia hoc eſt
iniuria magna, quæ atrociori manui ęquipollet. ff. de lib.
agn. lege, alimenta. imò plus: quia necare dicitur denegās
5 alimenta: vt eod. ti. l. necare. ¶ Quartò* quæritur, quis ſit
effectus patriæ poteſtatis, à qua emancipatio liberat? Et di
co ꝙ Ang. de Are. Inſti. de pa. po. ponit multos. vide infrà
Patria poteſtas. & ibi etiam quomodo ſoluatur.

DE EMPHYTEVSI.

1 *Emphyteuſis unde dicta, quid ſit, & quid emphyteuta.*
2 *Poſseſsio eccleſiæ nouiter an in emphyteuſi perpetuò dari poſsit. Et quando dicatur dari perpetuò. Et quæ ſit huius contractus natura. ad quod concluſiones octo.*
3 *Contractus emphyteuticus à cenſuali quid diſtet. Et quid de emphyteuſi, quæ de generatione in generationem ſit.*
4 *Emphyteuta, ſi res ex toto peryt, uel ex parte, aut caſu aliquo fructū afferre non potuit, an penſionē ſoluere teneatur. Et quid ſi conceſsio facta ſit pro penſione fructibus correſpondēte abſque diminutione. nume. 5.*
6 *Authoris ſententia in quæſtione propoſita.*
7 *Emphyteuta canonem non ſoluens, an à iure ſuo cadat. Et ibidē quod uerbū omnino, ſit præciſum, & quod innuat. Et quid cùm lex uerbo futuri temporis, aut præciſò utitur. Et quid in emphyteuſi eccleſiæ.*

8 *Emphyteuta, num pœnam non ſoluti canonis ui compenſationis non obiecta, ſe tueri poßit. Et quibus caſibus cõpenſatio ipſo iure fieri intelligatur.*

9 *Emphyteuta, qui triennio, aut biennio non ſoluit canonem, num eum ſoluendo, & intra quantum tempus morã purgare poßit.*

10 *Emphyteuta, num ſine culpa ſua poßit à iure ſuo, ob non ſolutũ canonem, cadere. Et in hoc ſubdit axiomata octo.*

11 *Emphyteutam quinque caſibus à iure ſuo cadere: de quibus hîc plenè, & ſigillatim. Et ad hæc Bald. limitationes aliquot.*

12 *Emphyteuta, an ſine domini uoluntate rem dimittere queat, ut ſic à præſtatione canonis liberetur.*

13 *Emphyteutica re deſtructa, ſi reficiatur, an teneatur emphyteuta in penſionis præſtatione perſeuerare.*

14 *Emphyteuta penſionem in multos annos ſimul ſoluere uolente, an teneatur dominus recipere. Et quid ſi recipiat, ab eo qui à iure ſuo cecidit, an ſibi præiudicet. nume. ſeq.*

16 *Emphyteutica res ob non ſolutam penſionem eccleſiæ reddita, an poßit à prælato rurſus eidem qui prius habuit ſine ſolennitatibus requiſitis dari.*

17 *Emphyteuta ſi non ipſe, ſed alius ſoluit, an à iure ſuo cadat. Et quid de pactis & conditionibus, quæ in hoc contractu interponi ſolent. nume. ſeq.*

19 *Emphyteuta num poßit aduerſus dominum directũ rem præſcribere.*

20 *Emphyteuta, nũ poßit ſine domini cõſenſu, aliũ emphyteutã facere, uel alteri locare. Et an poßit ius ſuũ, aut meliorationes uẽdere. nu. ſe. Et in hoc axiomata ſex, cũ limitationibus aliquot.*

21 *Emphyteuta eccleſiæ, uel etiã priuati, an poßit ſine domini uoluntate meliorationes, quas in re emphyteutica fecit, donare. Et huius reſolutoria concluſio, nu. ſeq.*

24 *Emphyteuta num poßit rem emphyteuticã ſine domini uoluntate legare, permutare, in pignus, aut inſolutum dare.*

25 *Pater in rebus filij uſumfructũ habens, an poßit rem filij in emphyteuſim dare. Et quid ſi filius hereditati paternæ renũtiet, an poßit emphyteuſim retinere. nu. 26.*

27 *Emphyteuta eccleſiæ, ſi in monaſterium introëat, an emphyteuſis quoque in monaſterium tranſeat.*

28 *Laudemium an ſoluendum ſit, cùm res emphyteutica ad alium emphyteutam tranſit. ad quod quinque ſubdit limitationes.*

29 *Emphyteutæ plures inter ſe, quoquo titulo ſine domini uoluntate rem emphyteuticam alienare poſſunt.*

30 *Emphyteuta filiofa. uendente, cuius pater in ipſius bonis uſumfructum habet, quis laudare debeat, pater, an filius. Et laudemium cui debeatur, uſufructuario an proprietario.*

31 *Laudemiũ an domino debeatur, quando ipſemet ab emphyteuta emit. Et propter quid quinquageſima rei uẽditæ debeatur.*

1 EMPHYTEVSIS,* vocabulum Græcum eſt: & Latine
dicitur melioratio, propter hoc ꝙ olim per iſtum cõ-
tractum ſolùm viles quædam terræ & ſteriles concedebã
tur, vt accipiẽs melioraret, & fertiles redderet: ſed deinde
permiſſum eſt rebus fertilibus & fertiliſſimis emphyteu-
ticari poſſe: vt C. de iure emphyt. l. j. Vnde emphyteuſis ſe
cundùm vulgare quorundã, eſt datio ad liuellum: ſic ꝙ ſe
cundùm Bar. in l. j. C. de iure emphyt. nulla eſt differentia
inter emphyteuſim & liuellũ: & eſt contractus medius in-
ter emptionem & locationem. Vnde emphyteuta eſt, qui
rem immobilem hereditario iure meliorandã vel colen-
dam ſub certo pretio, pactis & cõditionibus accipit, per-
petuò, vel ad tempus; puta in ſecundam vel tertiã genera
tionem: vt in authen. de non ali. §. emphyteuſim. Imò cõ
trahi poteſt ad decem aut viginti annos, & vſq; ad tempus
2 illud ſuccedit hæres. ¶ Poſſeſsio* tamen eccleſiæ nouiter
in emphyteuſim dari nõ poteſt perpetuò. de reb. eccle. nõ
alie. nulli. & ſecundùm mentem glo. in cle. j. de reb. eccle.
non alie. dicitur perpetuò ſecundũ iura, cùm datur ad de
cem annos, vel vltra. & ſecundùm Ant. de Butr. ibi locatio
ad decẽ annos, vel vltra dicitur alienatio, quæ in re eccle-
ſiaſtica prohibetur in d. c. nulli. Dari autẽ põt ad modicũ
tempus, id eſt, ad nouẽ annos incluſiuè. Vide tamen s. A-
lienatio. §. quinto. Si tamen poſſeſsio ipſa erat prius em-
phyteutica, & peruenit liberè ad eccleſiam, dari poteſt in
phyteuſim etiam perpetuò, ſecundùm aliquos. ¶ De na-
tura autẽ huius contractus, ſecundũ Petrũ Heliam in tra-
cta. de contrac. emphy. eſt primò, ꝙ dominium directum
apud dominũ remaneat, & vtile penes emphyteutã: quia
iura ciuilia ambos dominos vocãt: & vtile certum eſt eſſe
apud emphyteutã: & conſequẽter aliud eſt apud dominũ.
¶ Et ſecundò, ꝙ dominus dans rem in emphyteuſim ha-
beat poſſeſsionẽ ciuilẽ. quod patet: quia emphyteuta non
poteſt rem emphyteuticariam præſcribere. C. de præſcri.
xxx. an. l. male. poſſeſsio aũt ciuilis eſt legitima cauſa vſu-
capionis inducẽde. ff. de acqui. re. do. l. acquiritur. §. ſi em
phyteuta verò habet poſſeſsionẽ naturalẽ: cùm æquipare
tur vſufructuario, qui poſsidet naturaliter tantũ. Inſtit. lo
3 ca. §. adeo. ¶ Tertiò,* ꝙ conſiſtat tantũ in rebus ſoli: quia
in re mobili ſeparari non poteſt vtile dominiũ à directo:
quod hîc fieri oportet. ¶ Quartò, ꝙ fiat in ſcriptis loquẽ-
do de iure. C. eo. l. j. quod tamen per cõſuetudinẽ ſublatũ
eſt: & huic ſtandũ eſt: vt etiã Bart. probat in dicta l. prima.
Vnde dicendum eſt, ꝙ circa naturam huius cõtractus, vel
circa pacta ipſius naturę nõ requiritur ſcriptura: ſed bene
requiritur circa pacta facta extra naturam eius, ſecundùm
gloſſ. in d. l. j. in verbo, ſcriptura. Cuius ratio eſt: quia ſcri-
ptura nõ eſt de eſſentia cõtractus: ſed fit ad certã rei me-
moriam. C. de pigno. l. cõtrahitur. Contractus autem pro-
batur per ſe, ſcilicet probata ſolutione penſionis. ¶ Quin
tò, ꝙ detur aliquid in introitu: quia habet magnã ſimilitu
dinem cum emptione & locatione. Sed adde hîc, ſecundũ
Hoſt. de natura huius contractus eſſe, vt ſi cõtrahẽtes ali
quid pacti ſunt, id obſeruetur. Si verò nihil paciſcãtur, de
bet penſio ſolui, niſi res ex toto perierit: de quo j. §. primo.
Vnde ꝙ aliquid ſoluatur in ipſo introitu, nõ eſt neceſſa-
rium ſecundũ doc. cõiter. argu. authen. de alie. & emphy.
in princ. ¶ Et ſextò, ꝙ ſi emphyteuta penſionem ſtatuto
tempore nõ ſoluerit, res cadat in cõmiſſum ipſo iure. C.
eo. l. fin. ff. de pign. l. lex vectigali. de quo j. §. ij. nec tene-
tur dominus cenſum requirere: q̃a dies ſtatuta pro domi
no interpellat. ¶ Et ſeptimo, ꝙ ſi penſio nõ ſoluatur, em-
phyteuta poſsit expelli authoritate domini, ſecundũ glo.
in c. potuit. de loca. licet melius fiat iudicis authoritate: &
ita ſcilicet ꝙ authoritate domini poſsit expelli, tenet gl. in
l. ij. C. eo. poſt Mart. de Fano, & Bulg. & Inn. & Io. And. &
Azo. & Iac. Butr. & Oldr. & Ray. de For. nõ obſtãte, ꝙ hęc
expulſio daret materiã rixæ: & conſequẽter ſit fugienda:
quia hoc verum eſt, niſi à lege daretur licentia. Et iſtam
opin. ſequitur Sum. Roſella contra Ang. Sed Pan. in d. c.
potuit. dicit, ꝙ ſecũdũ Cy. poſt Accur. nõ poteſt: quia em-
phyteuta habet ius in re: vt in l. j. ff. ſi ager vecti. ideoq; ꝓ-
pria authoritate nõ debet expelli. & facit l. creditores. C.
de pig. Et hæc opi. tutior eſt & ſequenda, vbi ius admini-
ſtratur. ¶ Põt addi octauò, ꝙ ius emphyteuticũ tranſeat ad
heredes etiã extraneos: q̃a licet de hoc fuerint opi. magis
tamẽ placet opi. Io. de Imo. in c. fi. de loca. dicẽs, ꝙ tranſit
ad illos et in re eccleſiaſtica: modò ſit data cũ ſolẽnitate.
c. j. de re. eccle. non alie. li. vj. & c. ſine exceptione. xij. q. ij.
de quo ſuprà Alienatio. Si quis tamẽ accepit pro ſe & ſuis
filijs: non veniunt filiæ, ſecundũ Io. de Imo. in c. fi. de loc.
per ſingulare dictũ Archi. in c. ſi q̃s ſuadẽte. xvij. q. iiij. vbi
voluit, ꝙ ĩ materia cõtractuũ maſculinũ nõ cõcipit fœmi
ninũ, ꝑ l. veteribus. ff. de pac. & idẽ Guid. de Suza. & Ray.
de For. ĩ l. tres fratres. ff. de pac. & Lud. de Ro. cõſi. xxxiiij.
3 Ex* quibꝰ omnibꝰ patet, ꝙ iſte cõtractus differt à cenſua-
li: quia per iſtũ trãſit vtile dominiũ ſolũ: vt in l. j. §. qui in
perpetuũ. ff. ſi ager vect. per illũ verò trãsfertur nõ ſolùm
vtile, ſed etiã directũ. & fit quãdo dicitur, cõcedo tibi talẽ
rem, & trãsfero in te quicquid iuris habeo in illa: & ſolui
tur annuatim certus cẽſus. & tex. eſt ſing. in c. conſtitutꝰ.
iuncta gl. de relig. do. Vnde ſi dicatur, cõcedo tibi talẽ rẽ
in emphyteuſim perpetuã, transferẽdo in te quicquid iu-
ris habeo in illã pro certa annua penſione: erit cõtractus
cenſualis. caſus in d. c. conſtitutus. & illa verba, in emphy
teuſim, impropriãtur, vt in l. ſi vno. in prin. ff. loc. Emphy
teuſis tamẽ, quę fit de generatiõe in generationẽ, aſsimi-
latur inueſtituræ feudali: vt not. Barto. in l. ſi mihi & Ti-
tio. ff. de ver. obli. cum Bald. in c. j. de vaſal. decrepitæ æta.
4 ¶ Primò* verò quęritur, vtrũ emphyteuta teneatur ſolue
re penſionẽ, ſi res ex toto perijt, vel ex parte, aut ſi aliquo
caſu fructificare nõ potuit? Et dico circa hoc eſſe opinio.
Pan. enim in d. c. potuit. de loc. dicit nõ liberari à pẽſione
emphyteutã, niſi res tota perierit. ar. in l. j. C. eo. quia pen
ſio ſoluitur in recognitionẽ directi dominij: & cõſequen
ter quãdiu rei ſubſtãtia durat, ſemp ſubeſt cauſa ſoluẽdi.
Quidã verò dicunt, eũ liberari, ſi perierint ſeptẽ partes:
alij verò, ſi tantũ medietas. ar. ff. de vſufr. l. etiã partis. vbi
dicitur, ꝙ partis appellatione in dubio intelligitur dimi-
dia. Vnde cũ iura dicãt, ex partis perditione non liberari
emphyteutã: intelligit de dimidia tantũ: vltra dimidiã ve
rò perditio liberat ꝓ rata. arg. l. quæ de tota. ff. de rei vẽ.
Bar. verò in d. l. j. quod dicitur, nõ liberari emphyteutã ni
ſi res ex toto perierit, intelligit quãdo tãtũ colligere põt
vt pẽſionẽ ſoluere poſsit. q̃d Pan reprobat: quia ſecundũ
hoc nõ eſſet differentia inter emphyteutã & colonũ: itẽ
propter ſterilitatẽ contingentẽ in fructibus, quãtumcũq;
maximã, nõ fit remiſsio emphyteutę pro parte damni: li-
cet aliud ſit in colono. Et ratio diuerſitatis eſt: quia colo-
nus videtur cõduxiſſe ſub quadã tacita cõditione fructuũ
futurorũ: ideoq; deficiẽtibus illis fit remiſsio pro rata: ſed
emphyteuta ſoluit in recognitionẽ dominij: & ꝓpter hęc
pericula ſolet longe minus ſoluere, quàm colonus. x. q. ij.
hoc ius: vnde verſus, Si res perit tota, liberabitur emphy
teuta: Sed ſi ꝓ parte, nulla liberabitur arte. Sed ꝓ cõcor-
dia ꝑdictorũ ſciẽdũ eſt, vt no. do. Alex. de Imo. in vj. cõſi.
incip. redẽptoris, ꝙ emphyteuta aliquãdo ſoluit q̃d mini
mum in recognitionẽ dominij, & tali nõ fit remiſsio ꝓ-
pter ſterilitatẽ: imò quãdiu dominiũ, vel rei ſubſtãtia du-
rat, durare debet & pẽſio. aliquãdo verò ſoluit pẽſionem
correſpondentẽ fructibꝰ: & ſic pro vſu rei, nõ in ſignũ re
cognitiõis dominij: & tali fieri debet remiſsio, ſicut cõdu
ctori ad longũ tẽpus, cuius ſimilitudinẽ habet, & de eius
natura magis participat hoc caſu. Vñ ſi caſu fortuito fru-
ctus percipi nõ potuerũt, & damnũ fuit enorme, quia fru
ctus percepti nõ aſcẽdũt ad dimidiũ eius quod percipi
cõſuetũ eſt: nõ debet pẽſio. quod reprobat in §. quia ve
rò Leonis. in aut. de nõ alie. vbi dicitur, ꝙ res eccleſię q̃n
à principio dat in emphyteuſim, concedi poteſt cũ dimi-
nutionẽ ſextæ partis illius penſionis, quę quolibet anno
percipi poſſet: & hoc ex eo, ꝙ talis diminutio debet cõpẽ
ſari cũ fructuũ ſterilitate: propter quã emphyteuta remiſ
5 ſionẽ habere nõ poteſt.* Et ſic innuitur, ꝙ vbi conceſsio
fieret pro pẽſione correſpondente ad fructus abſq; dimi-
nutione: tũc fieret remiſsio propter ſterilitatẽ: quia aliàs
nihil haberet emphyteuta in recõpenſationem. Nec obſ.
l. quicunq;. la j. C. de fun. pa. lib. vj. vbi remiſsio nõ fit em-
phyteutæ propter ſterilitatẽ: quia loquitur in cõductore
rei valde ſterilis: vnde ratiõe ſterilitatis audiri nõ debet,
ſi petit remiſsionẽ: q̃a hoc ſibi debet imputari: vt no. glo.
in l. habitatores. in fi. ff. loc. Vnde conducẽs fundũ tẽpore
guerræ, remiſsionẽ petere nõ poterit, ſi vti nõ poterit re
locata: quia eo caſu guerra nõ annumeratur caſui fortui-
to, ſed culpæ. Nec obſt. quod no. gl. in d. c. potuit. q̃a illud
habet locũ in proprio emphyteuta cõducente ꝓ modica
penſione in recognitionem dominij: ſecus in alio vſura
rio ſoluẽre pro vſu rei penſionẽ fructibus correſponden-
tem, cui debet fieri remiſsio pro rata: vt ſi quarta pars fru
ctuum, quæ percipi cõſueuerunt, percepta eſt, quarta pars
mercedis præſtetur, iuxta c. ꝓpter ſterilitatẽ. de loc. ¶ Et
per hæc patet quid dicendũ ſit ad quotidianã quæſtionẽ,
nũquid teneatur emphyteuta ſoluere penſionẽ, ſi fundus
propter bellũ coli non potuit. Dicit enim Bart. in d. l. j. &
cõmuniter Legiſtæ ꝙ non: quia æquiparant fundũ inun-
datum eſſe, vel captũ ab hoſtibus: vt l. cum vnus. §. fi. ff. de
bon. auto. iudi. poſ. Sed ſi fundus eſt inundatus, eſt deper-
ditus. l. iij. §. Labeo. ff. de acquir. poſſeſ. ergo & captus ab
hoſtibus. Sed contrariũ conſuluit domi. Cardi. Paduæ, &
idem poſtea totum collegiũ Patauinũ, vt refert Pan. in c.
fin. moti principaliter per l. j. in fin. C. eo. quæ requirit, ꝙ
ſubſtantia ipſius rei penitus lædatur: quod nõ contingit,
quando hoſtium timore coli non potuit: quia eo tempo
re reperiret emptorem. & ſic in recognitionem dominij
debet ſoluere canonem. Hoc Pan. verius putat: niſi fortè
totus fundus eſſet captus ſine ſpe recuperationis, quo ca-
6 ſu procedere põt opinio prima.* Ego verò dico ex mẽte
do. Alex. ꝙ ſi non ſit ſpes recuperandæ rei, indiſtinctè li-
berabitur à pẽſione. quod intellige, ſi in totũ, vel vltra di-
midiũ perijt. Secus ſi ſola medietas perijt: quia nõ libera
bitur, qui modicũ ſoluebat. ar. l. etiam partis. ff. de vſufru.
& l. quę de tota. ff. de rei vẽ. Similiter nec liberat à toto,
q ſoluebat multũ, id eſt, correſpõdẽter ad fructus: ſed fiet
ei reſtitutio ꝓ rata. Si verò ſit ſpes, ſimiliter liberat abſo-
lutè aut pro rata, ſi ſoluebat correſpõdẽter ad fructus: nõ
autẽ ſi ſoluebat q̃d modicũ in recognitionẽ dominij. Si
aũt res emphyteutica augeatur, nõ propter hoc augetur
penſio, ſecundùm Bart. in l. j. C. eod. qui putat indiſtinctè,
7 omne augmẽtũ pertinere ad emphyteutam. ¶* Secũdò
quęritur, vtrũ emphyteuta canonẽ, id eſt, regularẽ, vel an
nuam penſionem nõ ſoluens, cadat à ſuo iure? Et dico, ꝙ
emphyteuta priuati canonẽ triẽnio nõ ſoluẽs, à iure em-
phyteutico cecidit ipſo iure: nec req̃ritur ſentẽtia neceſ-
ſario ſecũdũ Hoſt. in c. potuit. de loc. & Sali. in l. ij. C. eo.
& do. Guarne. de Caſti. & Spe. in ti. de loc. & Pau. de Caſt.
ad q̃d gl. in l. fi. C. eo. in verbo, cadat. Et facit pro hac par-
te optimũ fundamẽtum: quia quoties lex vtitur verbo tẽ
poris futuri ſimpliciter, quãuis intelligatur per ſentẽtiã,
& nõ ipſo iure: ſi tamẽ adeſſent verba præciſa, intellige-
retur ipſo iure, ſecũdùm Bar. & omnes ſcribẽtes in l. iube
mus. la j. C. de ſacroſan. eccle. & in l. Imperator. ff. de iure
fiſci. hic aũt lex vtitur hoc verbo, omnino. in auth. de non
alie. §. ſcire autẽ. quod verbum eſt præciſum: & intelligit
ipſo iure: vt no. glo. in l. j. in §. ſi pecunia. ſuper verbo, o-
mnino. ff. depoſi. & idẽ dicit Bar. in l. iubemꝰ. de iſtis ver-
bis, mox, & ſtatim. Requiritur tñ declaratio volũtatis do-
mini, ſ. ꝙ velit emphyteutã ipſo iure priuari, ſi à ſuo iure

ceciderit,ſecūdùm Bar.in l.ij.C .eo. idem videtur ibi per
tex.in verbo,volēti.& in ver.ſi modò voluerit.requiritur
etiā declaratio,ꝙ ipſe emphyteuta fuerit ī mora ſoluēdi:
vt in l.lex vectigali.de pign.ad quod etiā facit quod not.
Arch.& Io.And.in c.j.de homi.lib.vj.Ex quorū dictis do.
Alex.de Imo.in l.ſi quis maior.C.de trāſac. facit theoricā
generalem valentē ad multa, ſcilicet ꝙ omnia iura mūdi,
quæ dicūt pœnā imponi ipſo iure vel facto,debent intelli-
gi,modo ſecuta ſit ſententia declaratoria,per quā declara
tum ſit fuiſſe cōmiſſum id propter quod illa pœna venie
bat imponenda:aliàs illa pœna effectū & executionē non
ſortietur:ſicut non habetur pro infami periurus antequā
declaratū ſit per ſententiā,ꝙ venit contra iuramentū.Vbi
tamē lex vel ſtatutū periuaret aliquē bonis,vel aliter ipſo
facto:& adderet nullam requiri declarationē etiam ſuper
facto,nō requiritur declaratiua ſentētia.Et ſic fecit Paulus
ſecūdus in extrauagāti,quæ incipit,ambitioſæ.& idem vi-
detur,ſi factū ſit notoriū, ſecūdū aliquos.Emphyteuta ve
rò eccleſiæ per bienniū nō ſoluēs,cadit ipſo facto , niſi ce
leriter ſoluat:vt in d.c.fi.de loc.Fallit tamē quod dictū eſt
de triēnio & biennio,ſi dominus tenebatur emphyteutæ
de eadē vel maiori quātitate:quia nō cadit , ſecundū Pan.
in c.bona fides.de depo.quia qui cōpēſat,ſoluere dicitur:
vt in l.amplius.ff.rem rat.habe.& exceptio cōpenſationis
quo ad euitādā pœnā debentis ſoluere,fit ipſo iure : vt eſt
tex.notab.iunct.gl.in l.ſi cōſtat.C.de cōpen. vbi ſic deter-
8 minant doctores:¶*Pro quo ſciendū eſt quod Spe. in ti.
de loca.dicit,ꝙ emphyteuta poteſt ſe tueri, ſi dicamus cō
penſationē fieri ipſo iure,per l.ſi ambo.ff.de cōpen. Si ve
rò dicimus,eā nō fieri ipſo iure:adhuc idem putat,ſi mo-
dò cōpēſatio ſit obiecta ante elapſum bienniū in emphy-
teuſi eccleſiæ,vel trienniū in emphyteuſi priuati ,per l.ſi
cōſtat.C.de cōpen.& ita videtur tenere Io.And. & Alber.
in l.fi.C.eo.Vnde licet prima cōſideratione videretur di-
cendum,tenēdo cōmunem opinionē glo.& doct. in d.l.ſi
cōſtat.quę habet, ꝙ regulariter ipſo iure nō fit cōpēſatio
niſi opponatur ab homine,ꝙ emphyteuta,ſi eam ante di-
ctum tēpus nō oppoſuerit, ceciderit à iure ſuo : nec poſt
ea veniat audiēdus,ſi eam velit obijcere:tamen ſecūdū ve
ritatē contrariū tenēdum eſt : quia licet cōmunis opinio
ſit,vt dictū eſt:tamen hoc fallit quo ad pœnā euitandā,vel
quo ad impediendū curſum vſurarū:quia tūc odio pœnæ
& vſurarū fit cōpenſatio ipſo iure:ſecundū not.per glo.&
doct.in d.l.ſi cōſtat.& per gl.ac Bar.in l.j .eo. tit.Et ſecun-
dùm hoc videtur,ꝙ cū hic agatur ad euitandā pœnā caſus
intelligitur ipſo iure oppoſita cōpenſatio , etiā ſi non fue
rit oppoſita ab emphyteuta, ante dictū tēpus.& ita notabi
liter tenet Inno.in d.c.bona fides.de depo.& Ang. in l.ſe-
mel mora.ff.ſol.mat.& Io.Fab.& Io.de Pla.Inſti.de act. §.
9 in bonæ fidei.& do.Iaſ.in l.ij.C.eo. ¶* Tertiò quæritur,
vtrū emphyteuta,qui triēnio aut biēnio nō ſoluit,poſſit
ſuā morā ſoluēdo purgare,& quanto tempore?Et dico,ꝙ
Canoniſtæ habent tex.in d.c. potuit. ꝙ emphyteuta eccle
ſię ſi ceſſauit biēnio ſoluere,pōt ſatisfactione celeri mo-
ram purgare:nō tamen eſt idem de emphyteuta priuati,ſe
cundùm Ang.& Imo.in l.ſi inſulā.ff.de verb.obl. per text.
in d.c.potuit.ꝑ locū à ſpeciali, ſcilicet in emphyteuta ec-
cleſię.Et ratio ſpecialitatis eſt , qa miti⁹ agit eccleſia quàm
priuat⁹.imò poteſt dici,ꝙ in eccleſia eſt ſpeciale,nedū in
emphyteuta eius,ſed etiā in foro eiuſdē eccleſię , quæ nō
eſt ita prona ad pœnas.ad quod c.ſuā.de pœnis. Item pro
batur alia ratione:quia non videtur eadē ratio,cū emphy
teuta priuati habeat tēpus lōgius ad ſoluendū , id eſt triē
nium : vnde ſatis videtur ſibi ſuccurſum . Dicitur autē no
celeriter ſoluere,ſecundùm Bal. in additionibus ad Spe-
culato.in titu.de locato.ſi expectat libellum vel requiſitio
nem:ante exactionem autem in iudicio vel extra admit-
titur purgatio moræ: imò notabilius dicit emphyteutam
ſibi prouidiſſe celeriter:ſi fuerit in iudicio vel extra exa-
ctus:ſi tamen ſtatim ſine termino ac dilatione perſoluit:
quod etiam tenent Innocen.& Ioa. And.in dicto cap. po-
tuit.glo.verò ibi tenet ,quòd hoc iudicis erit arbitrio mo
derandum, inſpecta perſonarum & circunſtantiarum qua
litate.Et ita tenet Cardinalis in dicto cap . potuit . & ibi-
dem ſequitur Imo.ſubdens quòd ſi iſtud fuerit in dubium
reuocatum,& iudex fuerit male arbitratus,poſſet appella
10 ri.¶* Quartò quæritur,vtrū poſsit emphyteuta ſine ſua
culpa cadere à iure ſuo propter penſionem nō ſolutam?
Et dico multa. ¶Primū. Si heredes ſunt plures, & omnes
præter vnum ſoluerunt penſionem : non cadunt ſi totam
ſoluerunt, ſecundùm gloſſ.in dicto c.potuit. ſecus ſi non
totam:quia caderent omnes.vnde ſoluant totam , & dein
de agant contra non ſoluentem.Et vno ſoluente, ſicut o-
mnes cadunt:ita & tota res,& non pars eius,cadit in com
miſſum,ſecundùm Hoſtien.Alberi.Speculato.Ioan.And.
in additionib.Barto.poſt Dyn.& Iacob.Butriga. in l. frau
dati.ff.de publica. & ibi tenet Angel. & Ludouic. hac ra-
tione:quia ſi ipſemet primus emphyteuta ſoluiſſet in par
te,& in parte ceſſaſſet, nihilo minus expelli poſſet in to-
tum.quod licet Barto.poſt Guliel.in d.l.fraudati . limita-
re velint,tamen limitationem eorum Ioā. And. reprehen
dit.Si verò vnus ſit emphyteuta,qui ſoluere annuatim de-
cem tenebatur,& ſoluat vnam partem,puta quinque,& in
alia ceſſet per triennium,expelli poterit in totum,ſecun-
dùm Spe.in tit.de locato. §.nunc aliqua.verſi.xix.niſi pro
pter paupertatē ceſſauerit à ſoluendo : quia tūc in nihilū
cadit,ſi modò ſit ſoluere paratus . Et ita ibi videtur trāſire
Ioan.And.Ipſe autem Spe.in verſi.xxx. contrarium tenet,
ſcilicet,ꝙ cadat ſolùm in parte . Dominus autem Iaſon in
l.ij.C.eo.tit.dicit primam opinionem eſſe cōmuniorem,
& eam tenet.Et ita cōcludit Old.conſi.xxix. & Bar. in ru-
brica.C.de contrah.emp.& Alber.in authē. qui rem. C.de
ſac.ſanc.eccl.& Imol.in d.c.potuit.Quod limita , niſi per
errorem minus fuerit ſolutum,per legem , quāuis ratio-
nes.ff.de condi.& demonſt.Potes etiam ſecūdo limitare,
quādo propter paupertatem ſoluere ceſſaſſet: ſed hoc nō
ſine dubio.¶Secundum.Hæres ignorans rem emphyteu
ticam,& non ſoluens,cadit,ſecundùm gloſſ. in l. ij. C .de
iure emphyteu.& Barto.ibidem: & glo.ac Dyn.in l. cum
filius. §.in hāc.ff.de verbo.obligationi. ſed reſtituitur de
æquitate.Et idem dic de minore non ſoluente, per l.fin.
C.in quib.cau.in integ.reſtitu.non eſt neceſs.¶ Tertium.
ſi mortuus ſit dominus,& hæreditas triēnio vacet, in quo
emphyteuta non ſoluit,nec expelli poterit,nec cadit,ſecū
dùm Alberic.in l.iiij.ff.de damno infec. & Bal.in l .iij. C.
eod.tit.Sed Ioan.And.in additio.ad Specu .cum ipſo Spe
culatore,tenet quòd cadit,etiam ſi non ſit perſona cui ſol
uatur,niſi deponat iuxta formam.l.ij.C.eo.titu.& l. acce-
ptam.C.de vſur.& hoc eſt tutius & verius. ¶ Quartum.Fi
lia inſtituta hæres in certa re,& iuſſa eſſe contēta,nec poſ
ſe de bonis ſuis plus petere,non priuatur emphyteuſi,ſe-
cundùm Barto.in l.vt iuriſiurandi. §.ſi liberi ff.de oper.li
berto.quia dicta verba debent intelligi quòd non poſsit
plus peti iure hæreditario:ſed non iure, quod habet vt fi
lia,non vt hæres: vt de emphyteutico,vel vt patronus. Et
poſito quòd pater ex ſua diſpoſitione poſſet filiā priuare
emphy

emphyteuſi:hoc tamē illa verba non important. Et ſimili
ter per talia verba nō priuat,quin petere poſsit dotē ma-
ternā,ſecundū eundem Bar.etiam ſi bona ſibi à patre re-
licta ſint vltra legitimam:quia bona intelligūtur deducto
ære alieno:& æs alienū eſt dos,& ſimiliter res emphyteu
tica. ¶ Quintum. Tutor pupilli ab eo habens emphyteu-
ſim,non ſoluēdo per quinquenniū cadit:quia exigere de
buit à ſeipſo.l.ſi pupilli.ff.de neg.geſt.ſecundū Pet.Heliā
in tra.de cōtractu emphyteu.¶ Sextū. Pendente cōtrouer
ſia inter dominū & emphyteutam,ſi ipſe ſoluebat penſio
nem proteſtādo quòd nihil ſoluebat nomine pēſionis, &
deinde obtineat dominus: videtur quòd res non cadat in
cōmiſſum:quia licitū eſt ſibi variare.ff.de coll.bo.l. non-
nunquam.Vnde licet dixerit,ꝙ nō ſoluebat nomine pen-
ſionis,tamē poterat variare.Sed Pet.dicit contrariū: quia
vbi ipſe aliquid ſoluit,eligere poteſt in quam cauſam ma
gis ſoluere velit.ff.de ſolu.l.j.& conſequenter cùm prote
ſtatus fuerit ſe nō ſoluere nomine penſionis,in aliam cau
ſam videtur ſolutū:quare &c.& quia circa vnum & idem
non licet variare. ¶ Septimum.Emphyteuta non ſoluens
quia detinebatur in carceribus,elapſo triennio, ſecūdùm
domi.Anto.de But.de pig.ſignificante.expelli nō poteſt:
quia dicitur impeditus legitimè,& poſito ꝙ ipſo iure ca-
deret,ſaltem deberet in effectu in integ.reſtitui ex clauſu
la generali,ſecundū Iaſ.in l.ij.C.eo. ¶ Octauum.Poſito ꝙ
receperit quis emphyteuſim pro ſe & filijs ac nepotibus
ſuis:ſi primus aut ſecūdus delinquit nō ſoluēdo aut alie-
nando,nocet ſequētibus,ſecundū Bar.in l.eum qui.ff. de
interdi.Sed ſi aliàs delinqueret,propter quod bona publi
carentur,iſta bona remanere deberent apud filios & nepo
tes:quia nō trāſeunt ad eos vt ad hæredes,ſed habent iure
11 ſuo.l.vt iuriſiurandi.ff.de ope.liber. ¶* Quintò quæritur,
quot caſibus emphyteuta cadat à iure ſuo?Et dico,ꝙ quin
que.¶ Primò,quando penſionē negat domino petenti:&
ſe negat eius emphyteutā, ſecundū Pet.vbi ſuprà:quia li-
cet negando nō reperiatur perfidus,nec periurus,quia nō
iurat domino,ſicut vaſallus: eum tamen habet in dominū
recognoſcere:vt C.de fid.inſtr.l.plures.Vnde ſi cōtra hoc
reperiatur infidelis:res cadit in cōmiſſum.Itē magis ope
rari debet expreſſa contumacia quàm citata.ff.de cōdit.&
demō.l.ſi ita expreſſum.Sed ſi emphyteuta ceſſauerit do
mino ſoluere per trienniū,res cadit in cōmiſſum:quia ta-
citè negat dominū recognoſcere:ergò multo fortius vbi
expreſſe negat. Quod Inn.in c.cæterū.de iudi.dicit verū,
quando ſcienter negat,& poſtea cōuinceretur de menda
cio.ſecus ſi ignorāter ex iuſta cauſa ignorātiæ. ¶ Secūdò,
quando rē emphyteuticam vendit ſine domini volūtate,
ſecundū eundē Pe.quod limita ſecundū Spe.in tit.de loc.
& Bar.in l.ſequitur. §.itē Labeo.ff.de vſucap.Imol.& Sal.
in l.fi.C.eo.& Canoniſtas in c.potuit.de loca.ſi res ſit tra-
dita:quia ſi nō eſſet tradita,licet vendita,nō cadit in com
miſſum:nec etiā ſi eſſet tradita,tamen hac lege,vt ſi domi
nus vellet emere pro tantundē,emptor illi eā reſtituat.vt
not.Ang.in l.voluntas.C.de fideicō.ſiue ſub hac,ſi conſen
ſus domini acceſſerit:ſecūdū Albe.poſt Alber. Papiēſem,
Si autē vendidit & tradidit ſimpliciter,& poſtea redemit,
nihilominus cecidit:quia per alienationē ius eſt domino
quæſitū:vnde ſine facto ſuo auferri nō pōt ab eodem.Et ſi
domini ſint duo,& vendidit de vnius & nō alterius cōſen
ſu:cadit ſolùm pro parte illius:quia plus puniri nō debet
quàm deliquerit.l.hæres.ff.de his qui.vt indi.Et ſi aliena
uit eam ſolùm pro parte,an cadat à toto?domi.Iaſ. in l.fi.
C.eo. videtur innuere ꝙ in totum, & ita tenetur.Propter
alienationē tamen factā ſine domini conſenſu non poteſt
dominus illū ſua authoritate expellere,ſecundū glo. in d.
ca.potuit.¶ Tertiò,quādo res emphyteutica data eſt ꝓ ſe
& ſuis filijs,nepotibus & hæredibus:tūc enim ſi filius vel
nepos refutat hæreditatē,cadit:quia eā habere nō poteſt:
vt no.Bar.in l.vt iuriſiurādi. §.ſi liberi.ff.de ope.lib.ſecus
ſi non poneretur verbū,& hæredibus:quia ſic refutata hę
reditate nō caderet:quia conceſsio in primo caſu requirit
vtrūq;:vt ſcilicet ſit filius vel nepos,& hæres:vt in authen.
de non alie. §.emphyteuſi. ¶ Quartò,quādo quis accepit
emphyteuſim pro ſe & filijs ſuis:& moritur ſine legitimis,
relictis ſolùm naturalibus:quia reuertitur ad dominum.
quod limita ſecūdū Bart.in l.ex facto. §.ſi quis rogatus.ff.
ad Tre.verū eſſe,quādo emphyteuſis data eſt ab eccleſia:
quia præſumendum eſt,ꝙ de illegitimis nō cogitauit:nec
præſumendū eſt,ꝙ cogitauerit propter dignitatē:& quia
haberi non poſſunt ſine peccato mortali: ſed qn̄ data eſt
à priuato:ſic veniet ad illegitimos in tali caſu.& ſic intel
lige & limita Spec.¶ Quintò, qn̄ emphyteuta canonē nō
ſoluit:de quo dic vt ſ. §.ij.¶ Sextò, cadit propter deterio
rationē rei factam,etiam ſi ſit emphyteuta priuati , ſecùn
dùm Pet.vbi ſ.per tex.in authē.qui rem.C.de ſac.ſanc. ec
cle.quia ceſſante cauſa finali ceſſat effect⁹.l.adigere.ff.de
iut.pat. §.quāuis.melioratio autē eſt cauſa finalis:vt l.fin.
C.de iure emph.& ideo cadit:quia frangēti fidē, fides frā
gatur eidē.Et idem tenet Cy.& Guid.de Suza.in d.authē.
qui rem.& Imo.in d.l.diuortiū.ff.ſol.mat.Quod Bald.in
d.authen.verū limitat primò,ſi deterioratio ſit notabilis
quantitatis:pro modica enim non fieret reſciſsio contra-
ctus,per l. Seio.ff.de in integ.reſti.Et ſecūdò ad perpetuā
deteriorationē fundi,vt eſſet in vinea quæ nō putatur,vel
quādo arbores incidūtur.ſecus ſi eſſet ſolùm ad deteriora
tionē fructuū:vt ſi ager non colatur: quia compendiū fru
ctuum pertinet ad emphyteutam.Et tertiò ſi deterioratio
ꝓcedat ex dolo vel lata culpa,aut leui:aliàs nō,vt de leuiſ-
ſima:quia cōtractus ſit gratia vtriuſq;. Iſto aūt caſu ſuper
deteriorationē ſententia nō requiritur,ſecundū dom.Iaſ.
in l.ij.C.eo.quia iſti duo caſus,nō ſoluere, & deteriorare,
parificantur in authē.qui rem.Item quia ſi non requiritur
ſentētia,quando emphyteuta delinquit omittēdo, minus
requiritur hoc caſu quādo delinquit cōmittēdo.Quoties
autē cadit à iure ſuo,perdit melioramēta quę facit,ſecūdū
Pan.in d.c.ſi.x.q.ij.hoc ius.& in l.ij.C.de iure emphyteut.
12 ¶*Sextò quęritur,vtrū emphyteuta ſine volūtate domini
poſsit rē dimittere:vt ſic liberetur à pēſione?Et dico quoſ
dam diſtinguere,an ſit obligatus ratione rei,& ſic poſsit:
an ratione perſonæ:& ſic nō poſsit:vt dicit Old.Iac.tamē
tenet indiſtinctè,ꝙ nō poſsit:quia quod ab initio eſt volū
tatis,ex poſtfacto eſt neceſsitatis.C.de act.& obl.l.ſicut.&
per illā l. Spec.in ti.de loca.tenet,ꝙ rem domino cōtradi
cēte relinquere nō pōt.Itē quia eſt domino perſonaliter
obligatus ad præſtationē penſionis:quia tenetur ex l. Ze
nonis.vt in l.j.& ij.C.eo.ergo tenetur perſonaliter,cū oēs
actiones ſint perſonales,Inſt.de act. §.appellamus.& ſic di
mittendo rē non liberatur à penſione,cū omnes huiuſmo
di actiōes pſonales ſint affixæ oſsibus noſtris.l.quis ergo.
ff.de pecu.Et tenet Io. And.ibi in addi.& Bal.in l.ij.C.eo.
13 & Alber.& Pan.in c.iudicatū.de immu.eccle. ¶* Septimò
quæritur , vtrū deſtructa re emphyteutica puta domo ex
igne, ſi reparet, teneatur emphyteuta perſeuerare in ſolu
tione pēſionis?Et dico ſecūdū Nic.de Mat.in l.j.C.de iure
emph.ꝙ nō:quia illud dicit nouū.Facit quod dicit Barto.
in l.dāni. §.ſi is q.ff.de dā.iſe.vbi vult,ꝙ ſi qs ſe obligauit

habẽti domũ in villa dare de aqua recẽti in æſtate, deſtru-
cta domo deſtruitur obligatio, licet poſtea reficiat. Facit
etiã quod voluit Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de
no. ope. nun. vbi dicit ꝙ ſi refecit, de nouo facit. l. inter ſti
pulantem. §. ſacram. ff. de ver. oblig. Et ſimiliter quod vo-
luit Ang. in l. j. §. ſi quis ædificiũ. ff. de no. ope. nun. & Bal.
in l. ſi vt proponis. C. de nup. vbi dicit, ꝙ eccleſiæ conſtitu
tione durante nullus fortalitiũ nouum faciat papa incon
ſulto, filij reficere nõ poſſunt caſtrum propter rebellionẽ
patris deſtructum. Et facit l. cum alijs. C. de cura. furio. vbi
ſi furioſus efficitur ſanæ mentis, expirat curatoris officiũ:
nec reuiuiſcit, ſi poſtea redit in furiam: ſed debet ſibi dari
nouus. facit etiam quod no. doc. de eccleſia reparata, an ſit
eadem: vt no. in c. de fabrica. de conſe. diſt. j. & in c. propo
ſuiſti. & in c. ligneis. de conſec. eccleſi. vel altar. & in d. §.
14 ſacrã. & ſecundũ illud limita omnia iſta. ¶ Octauò* quæ
ritur, vtrũ teneatur dominus penſionẽ recipere, ſi empy
teuta ſimul velit ſoluere pro multis annis? Dicit Petrus, ꝙ
non tenetur ſuſcipere ſimul vno anno pro tempore toto.
& idem Cyn. in l. ij. C. eo. quia quod fauore alicuius intro
ductum eſt, in damnũ eius retorqueri nõ debet. Ita autem
eſſet hîc: quia niſi penſio quolibet anno ſolueretur, domi
nus per emphyteutã non recognoſceretur, & cõſequẽter
adimeretur ei ius ſuum. Bart. tamen in l. ſtatuliberis. ff. de
ſtat. li. limitat hoc vt nõ procedat in trib⁹ annis: ſed poſſit
emphyteuta ſoluere ſaltẽ pro trib⁹ annis futuris: per tex.
15 l. placuit. C. de fund. pat. libr. xj. ¶* Nonò quæritur, an talis
dominus recipiẽdo penſionẽ ab emphyteuta, qui cecidit,
præiudicet ſibi, vt nõ poſſit expelli, ſi probat ſe penſionẽ
ſoluiſſe per duos ꝓximos annos in eccleſijs, vel in tres ſe-
cularibus, licet antea per decẽ annos non ſoluerit? Et dicit
Hoſt. ꝙ expelli nõ poteſt. Pan. autem in c. ſi. de loca. diſtin
guit ſic: Aut dominus primò expulit emphyteutã, & poſt
petit pẽſionẽ temporis preteriti: & ſic nõ præiudicat ſibi.
Aut non expulit: & tũc aut recipit canonẽ pro tẽpore poſt
moram contractam: & ſic preiudicat ſibi: quia videtur per
actum contrariũ renuntiaſſe iuri ſuo. c. ſolicitudinem. de
app. aut recipit canonẽ pro præterito cũ proteſtatione, ꝙ
nõ intendit ſibi præiudicare: & ſic non præiudicat. aut nõ
fecit ꝓteſtationẽ, ſed ſimpliciter recepit: & in hoc fuerũt
opiniones. Sed de iuris ſubtilitate dicendũ eſt, ꝙ non præ
iudicat: quia in dubio nõ videtur quis velle renũtiare iu-
ri ſuo: de renũ. ſuper hoc. ff. de prob. l. cum de indebito. &
facit gl. in l. cum quid. ff. ſi cer. pe. dicens, ꝙ ſi trado magnã
quantitatẽ pecuniæ dicẽdo, tolle: nõ præſumitur donatio
ſimpliciter ex hoc, ſed mutuũ, vel depoſitũ: niſi aliud appa
reat reſpectu perſonæ. & ſic in propoſito. Et licet gl. dicat
verũ eſſe, ꝙ recipiendo canonẽ præiudicat in priuato, nõ
in eccleſia, quæ habet capitulũ: tamen ſecundũ Pan. vbi ſ.
hoc nõ eſt verũ: quia ſolus prælatus in acquirẽdo præiu-
dicare poteſt & deteriorẽ facere: vide gl. xvij. q. iiij. §. pe.
quoniã de decimis. & ideo ſolus prælatus recipiẽdo cano
nem ſine cõſenſu capituli, præiudicat eccleſiæ. Sed de hoc
16 vide etiã §. ſeq. ¶* Decimò quæritur, vtrũ res emphyteu
tica reddita eccleſiæ propter non ſolutionẽ penſionis, poſ
ſit à prælato iterũ dari ei, qui cecidit à iure ſuo ſine ſolẽn
nitate & cauſis in alienatione rei eccleſiæ requiſitis? Et di
cit Fed. conſi. clxxxiiij. ꝙ ſic: quod Panor. in c. vt ſuper. de
reb. ecc. non alie. limitat verũ, vbi prima conceſſionis cau
ſa duraret: puta, quia erat caſtrum in feudũ, quod propter
cuſtodiã erat eccleſiæ damnoſum, & huiuſmodi: quia non
eſt noua alienatio, ſed executio ordinatiõis antiquæ. Sed
vbi ceſſaret cauſa prima cõceſſionis, puta quia ager datus
ad excolendũ, tractu temporis excultus reuertitur ad ec-
cleſiam: tunc dari non poterit in emphyteuſim vel feudũ
ſine debita ſolẽnitate, & cauſis in rei eccleſiaſticæ aliena-
tione requiſitis. Et ſecũdũ hoc videret vera opi. gl. de qua
dictum eſt §. priore. in ſi. Sed hoc dictũ Pa. oportet limi-
tare verũ, quãdo alteri quàm ei qui cecidit, vel eius hære
dibus traderetur: vel quãdo eccleſia iam per tẽpus habuit
rei talis poſſeſſionẽ pacificam. Secus quando ſit ei qui ce
cidit, vel hæredibus eius: quia videtur tex. in d. c. ſi. eſſe in
oppoſitũ: & ſimiliter quando res eſt quaſi integra, & in ſie
ri: vt patet ex d. c. quod permittit celerem moræ purgatio
17 nem. ¶* Vndecimò quæritur, vtrũ emphyteuta cadat à iu
re ſuo, ſi ipſe non ſoluit, ſed alius? Et dicit Ludo. de Rom.
in ſuis ſing. ꝙ nõ, per l. forma. §. ſi cum ego. ff. de cẽſi. imò
dicit, ꝙ tertio ſoluente non ſolùm nomine emphyteutæ,
ſed etiã ſimpliciter, vel nomine ſuo emphyteuta nõ priua
tur ſuo iure. d. l. forma. Ad quod facit qđ no. Barto. in l. cũ
ſeruus. ff. de verb. obli. vbi dicit, ꝙ ſi teſtator picturã certo
loco fieri mãdauit, & reperitur pictura facta, nec ſcitur ꝑ
quem, ſufficit quantũ ad pœnæ euitationem: vt in authẽ.
hoc amplius. C. de fideicõ. & ad euitandã pœnam excõi-
cationis, quæ cõſueuit apponi ex conſtitutione epiſcopi
contra non implentes voluntates defunctorum. Exemplũ
autẽ eſt, ſi accepi emphyteuſim ab eccleſia, & deinde illa
res ꝑuenit ad tertiũ, qui eã decẽ annis & amplius tenuit
& poſſedit, & ſemper canonẽ ſuo proprio nomine ſoluit,
credẽs illud ius emphyteuticũ ad ſe ſpectare: ego aũt ve-
rus emphyteuta nihil ſolui. Prodeſt eñ mihi emphyteu-
tæ, per d. l. forma. Si aũt dominus nolit acceptare pẽſionẽ
ab iſto tertio volẽte ſoluere nomine emphyteutæ, cogi nõ
poteſt inuitus acceptare, ſecundũ Bal. in l. acceptam. C. de
vſur. quia, inquit, cùm emphyteuta vel feudatarius tenea
tur ſoluere non ſolũ ad finem liberationis conſequendæ,
ſed etiã in recognitionem iuris directi dominij exiſtẽtis
penes dominũ: & iſtud per tertium fieri non poſſit: cõſe
quens eſt vt tertius nõ poſſit pro emphyteuta ſoluere do
18 mino inuito. ¶* Duodecimò quæritur, quid de pactis fa-
ctis in iſto cõtractu, puta vtrum valeat pactum ꝙ nõ liceat
emphyteutã expellere, etiã ſi nõ ſoluat? Et videtur tex. in
l. ij. C. eo. innuere ꝙ ſic: ſed in contrariũ facit ff. de prec. l.
cum precario. Veritas autem eſt, ſecundũ Barto. in d. l. ij. ꝙ
pactũ factum cõtra ſubſtãtialia cõtractus, facit illum ipſo
iure nullũ: vt d. l. cũ precario. ſicut ſi quis faceret pactũ, ꝙ
eſſet venditio ſine pretio. Si autẽ facit contra accidentalia
cõtractus, vel contra naturalia, tũc valet: vt l. paciſci. ff. de
pact. Modò ad propoſitũ, ſi quidẽ fieret pactum, ꝙ non te
neretur ad ſoluendum canonẽ, non valeret: quia eſt cõtra
ſubſtantialia cõtractus. Si verò fieret ꝙ licet nõ ſoluat, nõ
poſſit aliter cogi: eſt cõtra naturalia cõtractus: & ideo va-
let. Pactũ verò, ꝙ ſi res emphyteutica tota perierit, nihilo
minus emphyteuta teneatur ad penſionẽ, valet, ſecundũ
Spec. Si autẽ emphyteuta promiſit pœnã ſi nõ ſoluerit pẽ
ſionẽ, & non ſoluit: licet offerat pœnã, nihilominus pote
rit expelli, ſecundũ Azo. & Hoſt. quia pœna gratia ſeruã-
19 tis pactũ fuit appoſita. ¶* Decimotertiò quæritur, quãtũ
ad poſſe vel nõ poſſe emphyteutæ, vtrũ ꝑſcribere poſſit
cõtra dominũ directi dominij? Et dico ꝙ nõ, etiã ſi mille
annis poſſideret, ex quo eũ in dominũ directũ recogno-
ſcit. C. de præſcri. xxx. an. l. male. vbi glo. omnes. Et hoc ni
ſi interuertiſſet poſſeſſionẽ. ſ. poſſidẽdo nomine ꝓprio,
ſicut prius poſſidebat alieno: quã tñ interuertere nõ po-
teſt ſola animi deſtinatione: cùm nemo ſola volũtate poſ
ſit ſibi cauſam poſſeſſionis immutare: vt l. cùm nemo. C.
de acquirẽ. poſſeſſione. ſed bene facto interueniente: iu-
xta l. cũ fundũ. & l. colon⁹. ff. de vi & vi ar. ¶ Decimoquar
20 tò* q̃ritur, an poſſit emphyteuta ſine domini cõſenſu aliũ
emphyteutam facere, vel alteri locare? Et dicit Pe. Helias
quãtum ad primũ quòd ſic. Inſtit. loca. §. adeo. quia nõ eſt
propriè alienatio vera: nec nomine alienationis continet
emphyteuſis ſimpliciter. Spec. verò tit. de loca. §. nũc. te-
net, ꝙ nõ põt: quia ſub appellatione alienationis cõtinet
emphyteuſis. de rebus eccle. nõ alie. nulli. & hoc dicit ve-
rum de iure, & de cõſuetudine obſeruari. & idẽ Io. And.
ibi. & Bal. in authen. niſi. C. ad Treb. niſi fieret ad modicũ
tps. Et ita tene indiſtinctè cum Sum. Roſ. nec diſtinguas
cũ Sum. Ang. dicendo, ꝙ hoc nõ poteſt ſic, quaſi ipſe ſit li
ber à penſione: aliter autẽ poteſt: quia iſta diſtinctio non
tollit repugnantiam: cũ in vtroq; mẽbro ſit alienatio, aut
non ſit: & cõſequenter in vtroq; liceat aut nõ liceat. Adde
verò primò, ꝙ ſi ſecundus emphyteuta vult alienare, tene
tur reqrere cõſenſum directi domini, & nõ primi emphy
teutæ: vt no. gl. in l. ſi. C. eod. Adde ſecundo, ꝙ quãdo alie
nat ſecundus emphyteuta, directus dominus debet habe
re laudemiũ, & non emphyteuta primus. Quantũ vero ad
ſecũdum, id eſt, locare: ſi ad modicũ tempus fiat, clarũ eſt
quòd poteſt. Si autem fiat ad longũ tempus, quo caſu trãſ
ferretur vtile ius & vtile dominium. l. j. ff. ſi ager vectiga.
§. qui in perpetuum. eſt dubiũ, & Specu. in d. §. nũc. vide-
21 tur ſentire, ꝙ poſſit. ¶ Decimoquintò* quæritur, vtrũ em
phyteuta poſſit ſine domini cõſenſu vẽdere ius ſuum in
re emphyteutica, aut ſuas meliorationes? Et dicit Pan. in
c. fin. de loca. quòd ſic, ſi eſt emphyteuta eccleſiæ, dummo
do ſeruet hanc ſolennitatem. ¶ Primò, vt requirat eccle-
ſiam, id eſt, prælatum ſiue rectorẽ. vij. q. j. ſcire. & intelli-
ge, ꝙ requirat imminente concluſione vẽditionis. Secus
quo ad principium, quando rem ſuam venalem exponit:
aliàs non poſſet nuntiare pretium oblatum. ¶ Secũdò, ꝙ
denuntiet verum pretium oblatum. C. de iure emphyt. l.
ſi. ¶ Tertiò, ꝙ eccleſia non reſpondẽte labantur duo mẽ
ſes. quod probatur in d. c. fina. ¶ Quartò, quòd nõ vendat
prohibitis perſonis, quas ponit gl. ibidem: & ſunt omnes
perſonæ quæ non ſunt faciles conueniri: ſicut capitanei,
& huiuſmodi, ex quibus eccleſia pati preiudiciũ poſſet: vt
ff. qui ſatiſd. cogan. l. ij. & idẽ videtur de perſonis, quæ nõ
ſunt ſoluẽdo. & ſecundùm Io. And. de notabiliter paupe-
ribus, & mulieribus: & ſecundùm Arch. huiuſmodi etiam
ſunt omnes potẽtiores quàm emphyteuta. quod ĩtellige
ſic, ꝙ non poſſunt facilè conueniri. ¶ Quintò, ꝙ non ven
dat niſi vtile dominium ſibi competens, & meliorationes
quas in re fecit. ¶ Sextò, ꝙ prius non ceciderit à iure ſuo,
puta nõ ſoluendo canonem: quia nemo plus iuris in aliũ
transferre põt, quàm habet. ff. de re. iu. l. nemo. ¶ Fallit ta-
men quod dictum eſt in fratre. Nam ſecũdùm Bal. in l. vo
luntas. C. de fideicõ. frater fratri alienare poteſt ſine dicta
ſolennitate, quãdo habẽt emphyteuſim paternã eccleſię:
quia vnus poteſt ſua iura alteri alienare ſine conſenſu ec-
cleſiæ. Si verò eſt emphyteuta priuati, nõ eſt ſeruãda præ
dicta ſolennitas, ſed ſolùm vt requiratur domin⁹ an velit
emere, & non vendatur perſonis, à quibus domin⁹ cõmo
dè nõ poſſit habere ius ſuũ: vt potentioribus, & huiuſmo
di: aliàs caderet à iure ſuo: vt in l. fin. C. de iure emphyt. &
not. gl. in d. c. ſi. de loca. Superficiari⁹ autẽ eccleſiæ, id eſt,
dominus ſuꝑficiei, qui ſuper ſolo alicuius eccleſię ædifica
uit domũ, dans paruũ cenſum, quando vult vendere, ſecũ
dùm Bar. in l. j. §. pen. ff. de ſuperfi. debet ſeruare prædictã
ſolennitatẽ: ſed dom. Car tenet contrariũ. Ang. verò dicit
ibidem dictũ Bar. æquum, ſed iure nõ probari: & ideo an
te factũ ſequendũ, poſt factũ verò Card. Ego verò dico, ꝙ
eſt indiſtinctè verum ex identitate rationis. No. tñ ſecun-
dùm Bal. in aut. qui res. C. de ſacroſanct. eccle. ꝙ cadens à
22 ſolo, cadit à ſuperficie. ¶ Decimoſextò* quæritur, vtrũ em
phyteuta eccleſiæ vel priuati poſſit ſine domini volunta
te donare melioratiões, quas fecit in re emphyteutica? Et
dico, ꝙ ſic, ſaluo iure dominico: loquẽdo de emphyteuta
priuati, ſecũdùm gl. in l. ſi. C. eo. & Iaco. Butr. ibi. & Goſ. &
Old. & Bal. in d. l. fin. & in multis locis. & Dy. Cyn. & Inno.
& oẽs Legiſtas modernos in l. ſi dom⁹. de leg. j. & gl. in d.
c. potuit. & Hoſti. & Azo. in Sum. & Spec. & Io. And. ĩd. §.
nũc. & Inn. & Car. Flo. in d. c. potuit. & Pe. de Anch. & oẽs
Canoniſtas. & iſta opinio eſt communiſsima & tenenda.
Nec obſtat primò, ꝙ Bar. in d. l. ſi. dicit hanc opinionẽ ve
ram eſſe in emphyteuta fiſci, ſed nõ priuati, per l. ij. C. eo.
quia Bal. in l. vſufructu. ff. ſol. matr. dicit eum malè intelle-
xiſſe d. l. ij. quia loquitur qñ alienat proprietatẽ, & ſic ius
domini. quando autẽ alienat ſaluo iure dominico, tenet
ſemper donatio vel legatũ. Non obſtat etiam ſecũdũ fun-
damentũ contrariè opinantiũ, ſcilicet ſi emphyteuta pri-
uati hoc poſſit, multùm damnificaretur dominus, ex quo
cõtra tertium, id eſt, donatariũ nullam haberet actionẽ ꝑ-
ſonalem: & eſſet illi neceſſe agere rei vẽdicatione, & con
ſequenter ꝓbare de dominio: qđ multũ eſt difficile. quia
reſpondet dominus Card. Flo. & Imo. in d. c. potuit. & mo
derni Legiſtę in d. l. ſi domus. ꝙ inde nullũ domino præ-
iudiciũ ſit: quia quamuis emphyteuta nõ teneat dominiũ
requirere, an velit ſibi donari: tamen cũ ipſe emphyteuta
nõ poſſit ſuũ ſingularem ſucceſſorem in poſſeſsionẽ pro
pria authoritate inducere, alioqn ſuo iure priuaret, tenet
dominũ requirere, vt ipſe hunc donatariũ in emphyteutã
recipiat: & per ſe ipſum, & nõ per ꝓcuratorẽ eum in poſ-
ſeſsionẽ inducat: & cõſequenter eum inueſtiat iuxta for-
mam dictæ l. fin. & laudemium inde recipiat: de quo infrà
§. xx. vnde hunc donatarium dominus in emphyteutã re
cipere non tenet, niſi ſit de ꝑſonis nõ prohibitis, & ſolue-
re annualem ſolitum canonẽ ſolenni ſtipulatione promit
tat, & ſit ꝑſona idonea ad ſoluendũ: aliàs eũ dominus reci
pere nõ tenetur, per tex. & gl. in d. l. ſi. in ver. neceſsitatẽ.
ibi: ad perſonas nõ prohibitas, ſed cõceſſas & idoneas ad
ſoluendum. aliter ſi ad poſſeſsionem ingrederet donata-
rius, caderet à iure ſuo. & ſic per illũ modũ lex conſuluit
indẽnitati domini, vt nõ habeat neceſſe agere rei vẽdica-
tione, ſed eum habeat obligatũ ex ſua ꝓmiſsione ſolẽni.
23 Cõclude* igit, ꝙ emphyteuta ſuũ ius aut ſua melioramen
ta donare volens, non tenet dominiũ requirere an ſibi ve
lit donari: nec eius reſponſum per mẽſes duos expectare:
cũ in hoc ſolo differat circa hoc donatio à vẽditione: ſed
ſtatim donare põt, & deinde tenetur dominũ reqrere, vt
donatariũ recipiat in nouũ emphyteutã: ꝓ qua receptio-
ne & noua inueſtitura debet duobus mẽſibus expectari &
ſolui laudemiũ, vt dictũ eſt: quia ibi eſt receptio & noua ĩ
ueſtitura. ¶ Loquẽdo verò de emphyteuta eccleſiæ, vbiq;
docet Bar. ꝙ irreqſita eccleſia nec donare nec vẽdere, nec
aliter põt alienare. & ita in cõtingentia facti cõſuluit per
tex. in l. vniuerſas. C. ne rei do. vel tẽplo. ſecus de emphy-
teuta fiſci: qa fiſcus habet obligatũ quẽcunq; poſſeſſorem
ad cẽſum ſibi debitũ eo ipſo, ꝙ poſsidet. qđ de eccleſia iu
re cautũ nõ reperit: nõ obſtãte cõmuni dicto, ꝙ eccleſia &
fiſcus æqparãtur. l. ſi. C. de ſac. ſan. eccl. qa æquiparant quo
ad caſus expreſſos ibi, ĩter quos iſte nõ reperitur. Sed Bal.
in d. l. ſi. tenet cõtrarium, ſcilicet, ꝙ donare poteſt ſine cõ

ſenſu eccleſiæ ſaluo eccleſiaſtico iure, dicẽs Barto. peſsimè
cõſuluiſſe. & d. l. vniuerſas. procedere qñ emphyteuta do-
nat vel alienat rẽ eccleſiæ tanquã propriam, nõ facta mẽ-
tione de eccleſia: vel non dicendo, ſaluo iure eccleſiæ: qa
cũ alienatio talis in eccleſiæ dãnũ vrgere poſsit, ideo lex
illa talẽ cõtractũ ꝓhibuit donationis vel legati vel aliũ.
imò ſecundùm Io. And. alienare poſſet hoc caſu ſine iuris
ſolennitate, quia nõ alienatur ius eccleſiæ, ſed eccleſiaſti-
ci emphyteutæ. Ad hæc autẽ probãda ipſius Bar. fundamẽ
tũ Bal. aſſumit: quia ille ibi dicit ideo nõ poſſe donare em
phyteutam priuati, quia dñs afficeretur incõmodo, cùm
agere nõ poſſet cõtra tertiũ actione perſonali. qđ ceſſat ĩ
fiſco: quia omnẽ poſſeſſorem poteſt ad canonẽ cõuenire
eo ipſo, ꝙ poſsidet: & ſic ad propoſitũ prælatus eccleſiæ
habet obligatã rẽ emphyteuticã ꝓ canone ſoluẽdo, adeò,
ꝙ ad quẽcũq; trãſeat poſſeſſorẽ, agere contra eũ põt hy-
pothecaria: vt eſt tex. not. in §. ſiue autẽ. in aut. de nõ alie.
Quare autẽ poſsit emphyteuta ſine dñi volũtate donare,
nõ autem vendere. Io. And. hac ratione mouetur: qa vẽdi-
tor habet ſolùm affectionẽ ad pretiũ. vnde ſatis eſt ſibi, ꝙ
pretiũ aſſequatur à domino. vnde cũ nullũ poſsit intereſ-
ſe prætẽdere, voluit ius vt potius dño quàm extraneo vẽ-
dat. ſed in donatiõe donator reſpectũ habet ad perſonã:
fortè enim vult vni propter ſua merita donare, vel vt eum
obliget ſibi. quæ ratio ceſſat in domino: qa ad illũ nõ ha-
24 bet illã affectionẽ. ¶ Decimoſeptimò* quęritur, vtrũ em
phyteuta rẽ emphyteuticã poſsit ſine domini volũtate le
gare, aut permutare, vel dare in pignus, aut in ſolutũ? Et di
cit Bar. in d. l. fi. ꝙ nõ põt legare, ſicut nec donare. Bal. aũt
ibi, & Sal. & Spec. in d. §. nũc. dicũt ꝙ põt, ſiue ſit emphy-
teuſis priuati, ſiue eccleſiaſtica, dummodo legetur tali ad
quẽ trãſire poſsit, qñ eſt eccleſiaſtica. Et ſi pater ẽphyteu-
ſim accepit pro ſe & filijs ſuis. Bald. in c. j. in ti. an agnatus.
tenet ꝙ põt eã prælegare vni filiorum, licet nõ feudũ. ſed
Ang. cõſi. xviij. tenet ꝙ nõ: quia ius eſt quæſitũ filijs: niſi
alteri filiorũ tantũdẽ de alijs bonis pręlegaſſet. alleg. l. j. §.
aſsignare. ff. de aſsi. libe. iũcta l. ſi cũ dotẽ. §. ſi pater. ff. ſol.
mat. Et ſic concordãt Doc. Põt etiã in eã aliquis hæres in-
ſtitui etiã extraneus ſine dñi cõſenſu. Quantũ verò ad ꝑ-
mutationẽ attinet, Pan. in d. c. fi. de loca. dicit, ꝙ vbi prohi
betur vẽditio facta cõmemoratione de pretio, vt in d. c. fi.
& d. l. fi. non intelligitur de alia ſpecie alienatiõis: vt in l.
fi. C. de prædi. curi. & decu. & per hoc infert, ꝙ etiã permu
tari poteſt. & ſic limita l. ſtatu liberi. §. Quintus. ff. de ſtatu
li. & quod notatur in l. ij. C. de vſuca. pro empto. vbi tene-
tur, ꝙ nomine emptionis & vẽditionis intelligitur omnis
cõtractus, per quẽ rei dominiũ transfertur. Vnde idem ꝑ
omnia dico de ꝑmutatione, ſicut de donatione: & conſe-
quẽter nõ tenetur emphyteuta dominũ perqrere an velit
ipſe permutare: ſed poſtquã ꝑmutauit cũ aliquo, tenetur
perquirere dominũ vt inueſtiens tertiũ inducat in poſſeſ
ſionem: & inde laudemiũ percipiat: vt vult Inn. in d. c. po-
tuit. ¶ Põt etiã res emphyteutica pignori dari ſaluo iure
domini: ſcilicet ſi ſit priuati. Secus aũt ſi eccleſiæ: quia tũc
pignorari vel hypothecari nõ põt: ꝑ aut. hoc ius. & aut. q
rẽ. C. de ſacr. ſan. eccl. ¶ Põt etiã dari in ſolutũ ꝓ debitis i-
pſius emphyteutæ ſine domini conſenſu, ſecundũ Bald. in
c. j. de prohi. feud. ali. per Fede. qñ iſta datio fit per iudicẽ:
qa cũ dicta alienatio ſit neceſſaria, videt̃ poſſe per iudicẽ
in iuribus ipſius emphyteutæ, ſaluo tñ ſemp iure domini
co: ſi aũt nõ ꝑ iudicem, ſed ꝑ ipſum emphyteutã fieret, dñs
requirẽdus eſt. ¶ Põt et dari ĩ dotẽ: vt s. Dos. §. viij. ¶ De-
25 cimooctauò* q̃ritur, vtrũ pater qui ſcilicet in reb⁹ filij ha
bet vſumfructũ. C. de bon. mater. l. j. poſsit rem filij dare in
emphyteuſim? Et dico videri, ꝙ ſic: quia pater in talib⁹ ha
bet liberã adminiſtrationẽ, ita ꝙ filius eũ prohibere non
põt ab adminiſtrãdo, aut ab eo exigere rationẽ. C. de bo.
quæ lib. l. fi. §. hoc proculdubio. tñ Doct. indiſtinctè dicũt
talẽ dationẽ valere: ſed filios patre mortuo totũ poſſe re-
uocare: qa certi ſunt caſus, in quibus patri de rebus filij a-
lienare ꝑmittitur. d. l. fi. de quorũ numero nõ eſt iſte. Item
quia patri in talib⁹ bonis prohibetur alienatio tẽporalis,
id eſt, pignoris obligatio. d. l. fi. ergo multo fortius prohi-
26. betur perpetua. hæc Pet. ¶ Decimononò,* q̃ritur an filius
renũtians hæreditati paternæ retinere poſsit emphyteu-
ſim. Et dicit Bart. in l. vt iuriſiurã. §. ſi liberi. ff. de oper. lib.
ꝙ ſic, qñ quis recepit emphyteuſim ꝓ ſe & ſuis filijs ac ne
potibus. Sec⁹ ſi poneretur etiã illud verbũ, hæredibus: qa
tũc debet filijs ita demũ ſi eſſent hæredes: qa cõceſsio tũc
vtrũq; reqrit, ſcilicet, ꝙ ſit filius & hæres. & dicit text. in
aut. de nõ alie. §. emphyteuſim. Et ideo feuda q̃ trãſeũt ad
filios, ſi ſint hæredes, dicũtur venire in hereditatis petitio
ne: vt in l. itẽ videndũ. ff. de pet. hær. & idẽ dicendũ in em
phyteuſi, q̃ hoc reqreret. ſcilicet aliquem eſſe filiũ & here
27 dem. ¶ Viceſimò* quæritur, an emphyteuſis eccleſiæ trãſ
eat in monaſteriũ, ſi emphyteuta ingrediat̃? Et dico, ꝙ iſta
materia tractat̃ in c. in præſentia. de ꝓba. & ibi Fel. recitat:
igit̃ ſi emphyteuta ingredit̃ monaſteriũ, Iaſ. in l. ij. C. de iu
re emphy. dicit, ꝙ qñ eccleſia eſt dñs directus, põt reuoca
re biẽnio. & idẽ Sal. & Pet. de Anch. addẽs, data æſtimatio
ne vel re vẽdita intra annũ. & idẽ Iaſ. & Spe. Et hoc obſer-
uat cõſuetudo, ꝙ ſuccedat monaſteriũ cũ proteſtatione vẽ
dendi intra annũ: vt teſtat̃ Spec. & Iaſ. & Io. And. Doctori
aũt inſigni hoc atteſtãti ſtat̃. Arg. ẽt eſt in l. ſi filiusfa. ff. de
leg. j. xij. q. ij. lõginqtate. Vult ẽt Spec. ꝙ eccleſia poſsit in
ea hæres iſtitui, aut ei dari, vel legari, nõ vt eã habeat, ſed
vt vẽdat̃. Si verò emphyteuſis adueniat iã ingreſſo vel ꝓ
feſſo ex ſucceſsione: dicit Fel. idẽ qđ in priori caſu. Et ſi in
contractu erat pactũ de nõ alienãdo in monaſteriũ vel ec
cleſiã, nõ obſtat: qa pacta loquunt̃ de alienatione: ſucceſ-
ſio aũt nõ eſt alienatio. Itẽ quia ſecundũ Spec. intelligunt̃
de alienatione facta eccleſiæ, vt apud eã maneat: ſecus vt
vendatur. Itẽ qa talis ꝓhibitio tacitè, imò & expreſſe de
iure ineſt: vñ tacitè & expreſſe eadẽ eſt virtus pacti & le-
gis. l. cũ quod. ff. ſi certũ petatur. & expreſsiò eorũ q̃ tacitè
inſunt, nihil operat̃. l. extra. ff. de leg. j. l. non recto. C. de ſi
deiuſ. Et caſus l. ſi ita quis. in §. ea. ff. de verb. obli. nõ eſt ſi
milis: quia ibi nõ eſt prohibitio niſi ex pactis. ¶ Viceſimo
28 primò* q̃ritur, vtrũ laudemiũ ſit ſoluendũ qñ res emphy-
teutica tranſit ad aliũ emphyteutã? Et dico, ꝙ ſic, etiam ſi
tranſeat per donationẽ, ſecundũ Pet. qui ſuprà, nõ obſtan
te, ꝙ ſine domini volũtate emphyteuta donare nõ poſsit:
quia magis fauendũ eſt illi q habuit titulo oneroſo, ſicut
qui emit, quàm qui titulo lucratiuo. vnde ſicut primus de
bet laudemiũ: vt C. eo. l. fi. ſic iſte. Itẽ quia legatũ & dona-
tio æquiparantur: ex legato aũt debetur. l. is qui. ff. de leg.
iij. ergo debet & donatarius. Cõtrariũ tñ tenet Spec. titu.
de loca. ſcilicet ꝙ nõ tenetur. Et nõ debet laudemiũ exce
dere quinquageſimã partẽ pretij rei emphyteuticæ. C. de
iur. emph. l. fi. Sed ſecũdũ Hoſt. eſt pars triceſima: de cõſue
tudine, quæ ſeruãda eſt. Fallit tñ quod dictũ eſt in quinq;
caſibus, in quibus nõ debetur. ¶ Primò, qñ hæres adit em
phyteuſim ratione hæreditatis: qa dñs habet laudemium
ꝓpter laborẽ mittendi nouũ emphyteutã in poſſeſsionẽ:
quia hoc caſu nõ requiritur, cũ hæres authoritate propria
adire poſsit hęreditatẽ, vt in aut. de hær. & fal. §. in oĩbus.
Sed hoc dictũ Petri limita verum primò qñ filius inſtitui
tur hęres, vel ſuccedit ab inteſtato: ſecus ſi extraneus inſti
tueretur hæres: qa ab iſto herede laudemiũ deberetur: vt
videtur velle gl. & doct. in l. fi. C. eo. & ſecũdò, niſi cõſuetu
do ſit cõtrariũ. ¶ Secundò fallit, qñ res emphyteutica fuit
vẽdita & tradita, ſi pòſt retradatur ex antiqua cauſa: qa nõ
videtur noua traditio, ſed prima. ſi tamen retradita eſt ex
cauſa noua, laudemiũ debetur: qa iſta ſecunda traditio eſt
ſimilis priori, ex qua laudemiũ debebatur: & multitudinẽ
traditionũ ſequitur multitudo laudemiorũ. l. quicũq; . C.
de ſer. fug. ¶ Tertiò, qñ quis vẽdidit, ſed re integra diſceſ
ſum eſt à venditione: qa dominus non habet mittere no-
uum emphyteutã in poſſeſsionẽ. Petrus tamen, vbi s. dicit
laudemiũ ei hoc caſu deberi: quia per eũ non ſtetit: ideoq;
perinde eſt ac ſi miſiſſet: qđ etſi verũ fortè ſit de rigore iu
ris, non tamen de æquitate. ¶ Quartò, qñ alienatio eſt ne
ceſſaria: puta ſi pater dotat filiam nõ habẽs alia, ſecundùm
Bart. in l. & ideo. ff. de cond. fur. qa ſolũ ſoluitur laudemiũ
qñ alienatio eſt voluntaria. ¶ Quintò, ſecundũ Barto. qñ
plures habentes rem emphyteuticã cõmunem, diuidunt
eam inter ſe: quo tamen caſu Pet. Hel. dicit deberi laude-
miũ: quia diuiſio eſt alienatio. quod patet, tum qa ante di-
uiſionẽ nullus eſt dñs huius partis magis quàm illius: ſed
per illã quilibet efficitur dominus ſuæ partis. ff. de le. ij. l.
Meuius. §. duobus. tum qa in diuiſione requiritur cautio
de euictione. Sed Bar. in l. & ideo. ff. de cõdi. fur. dicit hãc
quæſt. pręcedere aliã, ſcilicet vtrũ prædicti poſsint diuide
re dño irrequiſito? Et cõcludit ꝙ ſic, per l. voluntas. C. de fi
deic. & videtur verũ: quia ratio prohibitionis alienãdi in
extraneũ eſt, quia extrane⁹ ille nõ habet neceſſe recogno
ſcere dñm: vt no. Ioc. in l. fi. C. eo. quæ ratio ceſſat qñ quis
vendit alteri emphyteutę ſocio ſuo. Nunc autẽ ad quęſtio
nem propoſitã Gul. videtur indiſtinctè tenere, ꝙ dñs nihil
habere debeat. & facit optime l. ꝑ diuerſas. C. man. & hãc
opin. Bar. & Gul. tene, niſi conſuetudo obſiſtat: quia dicta
29 alienatio eſt neceſſaria. ¶ Ad* pleniorẽ tamen dictorũ no
titiã ſciendũ eſt ꝙ Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de
ver. ob. & in d. l. & ideo. & in multis alijs locis tenet indi
ſtinctè ꝙ plures emphyteutæ quocũq; titulo inter ſe alie
nare poſſent ſine domini cõſenſu. & idẽ tenet Ang. & Sal.
& Pau. de Ca. Et ratio Bar. eſt, qa ideo ꝓhibetur emphy-
teuta donare ſine cõſenſu dñi: qa fieret illi pręiudiciũ: cũ
tertius nõ ſit obligat⁹ dño actione perſonali, ſicut emphy
teuta. quæ ratio ceſſat qñ ſunt plures emphyteutę vni⁹ do
mini, cùm quilibet ſit obligatus domino actione perſona
li ad canonẽ. Contrariũ autẽ tenuit Gul. de Cu. in l. cũ hi.
in §. ſi pluribus. ff. de tranſac. & do. Iaſon, ſecũdũ quos ra-
tio Bar. concludit in diuiſione prędicta: aliàs eſt cõtra eũ:
quia licet vnuſquiſq; emphyteutarũ ſit obligat⁹ domino
actione perſonali pro parte ſua, cùm obligationes hæredi
tarię ipſo iure pro rata diuidantur. C. de aequi. hęre. l. ij.
tamen pro parte quam quis emit à ſocio, nec eſt obligatus
dño actione perſonali: & cõſequẽter ſoci⁹ volẽs alienare
partẽ ſuã, requirere debet conſenſum dñi, an ſcilicet velit
tantũ pro illa parte pręſtare, quantũ ſocius. ¶ Viceſimo ſe
30 cundò* quęritur, quis habeat laudare, pater. ſ. an filius, qñ
emphyteuta vẽdens eſt filiusfa. in cuius bonis pater habet
vſumfructũ? Et dicit Pet. He. ꝙ filius habet laudare. C. eo.
l. ſi quod vero dño intelligitur. ff. ſi ager. vecti. l. j. proprie
tarius autẽ eſt verus dñs: vt. ff. ad Sil. l. j. & cõſequẽter filius
ꝓprietarius debet laudare. Dicit tamẽ ꝙ laudemiũ, qđ fi-
lius habet, tenetur patri reſtituere. ¶ Pro maiori tamẽ no
titia prędicti caſus quęritur de alia quęſt. Pone ꝙ ſit vnus
dominus directus fundi, & alius habeat vſumfructum eiuſ
dem: vel vnus ſit dñs vnius domus, & alius habeat ius per-
cipiẽdi pẽſionẽ: modò accidat, ꝙ vnus alienet iſtũ fundũ:
cui debebitur quinquageſima, vſufructuario an ꝓprieta-
rio? Et ſic eſt quęſtio an appellatione pẽſionis, vel vſufru-
ctus veniat laudemiũ. quã format Alb. ſuper rub. C. đ vſu.
Et ſimpliciter tenet poſt Old. ꝙ laudemiũ debeat̃ vſufru-
ctuario: motus qa omne emolumẽtũ veniẽs ex re vſufru-
ctuaria debetur vſufructuario. l. itẽ ſi fundi. ff. de vſufruct.
Io. aũt And. in d. §. nunc. format quęſt. qđ ſi res talis incide
ret in cõmiſſum, puta emphyteuta nõ ſoluẽte canonẽ, vel
alienãte ſine forma debita, an applicetur vſufructuario, vł
ꝓprietario? Et determinat, ꝙ veniret proprietario. ¶ Vice
31 ſimotertiò* quæritur, an domino laudemiũ debeatur, quã
do ipſemet emit à ſuo emphyteuta eius melioramenta? Et
dicit Albe. in d. l. fina. poſt Odof. ꝙ non: quia quinquageſi
ma debetur dño propter cõſenſum pręſtitum emphyteutę
dum iam alterũ alienat. Item pro noua inueſtitura & rece
ptione noui emphyteutę, in qua receptione fortè domi-
nus afficeretur damno propter mutationem perſonarum:
& in hoc ſaltẽ grauatur, quia nouum debitorem inuitus
recipit, quando ceſſat quando ipſemet emit.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

1 *Emptionis, & uenditionis appellatione, quænam alienatio con tineatur.*
2 *Emptio & uenditio quomodo rem emptoris eſſe faciat.*
3 *Periculum rei uenditæ, ſi aliud dictum nõ ſit, ad quẽ pertineat. Et ad id traditur regula cum ipſius explicatione, uſq; nu. 14.*
4 *Periculum meliorationis, deteriorationis, aut fructuum rei uen ditæ, ad quem pertineat.*
5 *Vendi quænam poſsint, aut id minime. Et utrum rem ſuam ali quo caſu quis uendere teneatur. num. ſeq.*
7 *Res quo pretio emi, aut uendi poſsint. Et an liceat rem pluris, quàm ualeat uendere. nu. ſeq.*
9 *Pretium rei uenditæ, ubi iuſtum, aut æquũ nõ fuerit, quid agẽ dum ſit. Et ubi deceptio eſt citra dimidiã iuſti pretij, an tenea tur quis in foro animæ reſtituere.*
10 *Vẽdere carius, aut emere uili⁹, quàm põt, an alicui liceat. Et qđ in negotiando, an liceat carius uẽdere, quàm ſit emptũ. nu. ſeq.*
12 *Emere rem intentione ac propoſito ſtatim reuẽdẽdi cũ lucro ſi- ne rei mutatione, temporis, aut loci, an liceat.*
13 *Vendere carius, q̃ emere ex ſola temporis mutatione, an liceat.*
15 *Vendere carius ad tempus, quàm præſenti pecunia, ratione dila tionis temporis, an liceat.*
16 *Mercator ſciens ad aliquem locum poſt ſe multos uenturos cum abundantia earundem mercium, an poſsit uendere pretio tunc currente, an uerò teneatur uendere pretio, quod futurũ ſit, aut tunc eſſet, ſi res ſciretur.*
17 *Mercator cupiens nocitum iri inimico, ſcribit amico ut multum lanæ, aut alterius mercis emat: quoniam deinceps futura eſt ca ra, quod tamen falſum nouit: ac deinde literas excidere in eo lo co permittit, unde ad inimici cognitionẽ peruenire queat: an ſi inimicus huius occaſione talia emat, ac deinde perdat, peccet mortaliter: & an ad ſatisfactionem teneatur?*
18 *Mercator magnus Venetijs literis ab oriente acceptis, ut aroma ta emeret, quòd futura eſſet cariora, eas lacerauit, proponẽs aro mata omnia emere: alius autem literarum fruſta collegit, quæ inter ſe commiſſa legit, ac negotium intellexit: atque proinde in emendo præuenit, & ob id lucrũ ſuſtulit: an peccarit huiuſmo di fragmentorum collector & emptor.*
19 *Mercatoribus, num inter ſe conuenire liceat: ut res certo pretio uendatur, aut ut quid tale ab uno ſolo uendatur.*
20 *Venditio an rei venditæ defectu iniuſta reddatur.*

Vend

22 *Venditor rei uendita num uitium declarare teneatur. Et quid de his, qui rerum defectus negant, falſo bonitates affirmant, & periurijs ac mendacijs ſcienter adſtruunt. nu. ſeq.*

23 *Emptum pecunia aliena, cuius fiat. Et ibidem ad quæſtionis explicationem, limitationes ad reſponſum primum aliquot.*

24 *Venditũ duobus, utrius eſſe debeat: & in quod crimen incidat uenditor. Et quid ſi nõ uẽdat, qui iam alteri obligarat, ſed permutet, aut alteri in ſolutum det, alitérue diſtrahat.*

25 *Vendens xij. quod x. uendendũ ſuſcepit, an ad duo ſupra illa decem danti ad uendendum teneatur.*

26 *Vẽditor emptori nũ de euictione teneatur. Et quot caſibus euictionẽ præſtare non tenentur. Et ibidẽ quòd ſeptem caſibus, de quibus hic ordine. Et quid ſi pactum interceſſit, de euictione non præſtanda. num. ſeq.*

28 *Venditor, quo caſu de euictione tenetur, quatenus teneri cenſendum ſit.*

1 EMPTIO* & venditio ſuo nomine alienationẽ quamlibet non includit, ſecundũ Bar. in l. voluntas. C. de fideic. licet in principio iuris ciuilis, nomine venditionis
veniret omnis alienatio: vt patet per l. ſtatuliberi. §. Quin
tus. ff. de ſtatulib. Vnde emptio & vẽditio eſt alienatio, nõ
quælibet, ſed qua dominiũ & poſſeſsio rei vẽditæ trãsfer
tur per traditionẽ ipſius domini: vel ſi nõ eſt dñi vſucapiẽ
di cõditio in emẽtem pro ipſa ſoluto pretio. Nec põt eſſe
vẽditio ſine pretio. ſ. pecuniæ numeratæ. Inſtit. de empt. &
ven. §. item pretiũ. quia vbi aliud pro alio datur, permuta
2 tio eſt, nõ venditio. ff. de cõtrahen. emp. l. j. ¶ Primò* verò
quæritur, quõ emptio & venditio rem faciat eſſe emptoris? Et dico, ꝙ non aliter, niſi aut pretium ſit ſolutũ, aut ſa
tis eo nomine factũ, vel aliter fidẽ de pretio habuerit ven
ditor, & res tradatur: vt l. quod vẽdidi. ff. de cõtrahen. em.
nec tradẽdo tamẽ rem vẽditor videtur fidẽ habere de pre
tio, ſecundũ gl. in d. l. quod vẽdidi. niſi forte emptor dice
bat ſe pecuniã habere ad manũ, cùm nõ haberet: & ſic tra
didit: vt ff. de pig. act. l. ſi quaſi. Similiter fidẽ habet de pre-
tio, ſi dedit diem ſolutionis emptori. ar. l. ad ſolutionẽ. C.
de re iud. nõ tamẽ quilibet qui põt vẽdere, poteſt fidẽ ha
bere de pretio, vt tradendo rẽ emptori trãsferat in eũ do-
miniũ: quia hoc nõ põt procurator fiſci, eccleſiæ, & mino
ris, vt no. Bar. in l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iud.
& Cyn. in l. in ciuile. C. de rei vend. & eſt tex. iuncta gloſſ.
in l. ſi procurator fiſci. ff. de iure fiſci. & no. Pano. in c. cum
3 olim. el j. de offic. deleg. ¶ Secundò* quæritur, ad quẽ per
tinet periculũ rei venditę, ſi aliud in pacto ſpecialiter nõ
eſt deductum? Et dico de natura eſſe huius cõtractus, ꝙ ex
quo init* eſt, pertineat lucrũ & periculũ rei emptæ ad em
ptorẽ: licet res tradita nõ ſit. Inſti. eo. §. cum autẽ. ff. de pe
ri. & com. rei vẽ. l. id quod. Circa hoc autem datur regula
talis: Cùm vẽditio ſit purè, & ſine ſcriptis, certę ſpeciei nõ
exigẽtis degustationẽ, omne periculũ ſpectat ad emptorẽ:
excepto caſu publicationis: niſi pactum, culpa, vel mora in
terueniat, vel calliditas. ¶ Primò autẽ dicitur purè: quia ſi
cõditionalis eſſet venditio, ante conditionis euentũ peri
culũ pertinet ad vẽditorẽ. ff. de peri. & cõm. l. illud. quod,
vt ex Azo. & Gof. colligitur, intelligẽdum eſt de periculo
perẽptionis: ſed periculũ deteriorationis pertinet ad em-
ptorẽ: vt in l. neceſſariò ſciendũ. ff. de peri. & com. rei vẽ.
¶ Et ſecundò dicitur, ſine ſcriptis: qa ſi fiat in ſcriptis, peri
culũ ſpectat ad vẽditorẽ, antequã ſcriptura perficiatur: cũ
neuter agere poſsit quouſq; compleatur. C. de fide inſt. l.
cõtractus. Sed limita quod dictũ eſt, intelligẽdo cõtractũ
fieri in ſcriptis, qñ cõuenitur vt nõ valeat antequã ſcriptu
ra ſit facta. C. de probat. l. cũ res. Vnde ſecus, ſi à principio
ſimpliciter contrahatur, & poſtea ad probationẽ fiat inde
ſcriptura. ff. de pig. l. cõtrahitur. ¶ Et tertiò dicitur, certæ:
qa ſi ſub alternatione ſeu diſiunctione vẽdam tibi Stichũ
vel Titiũ: periculũ primi ad venditorẽ, ſecũdi verò ad em
ptorẽ pertinet. Vnde ſi perit Stichus, peribit vẽditori: &
Titius erit in obligatione ſolùm, & dabitur. Si verò ambo
pereãt: vẽditor liber erit, & Titius peribit emptori, qui ſo
lus remãſerat. ff. de cõtrahen. emp. l. ſi in emptiõe. §. ſi em
ptio. ¶ Et quartò, dicitur ſpeciei: qa ſi in genere fiat vẽdi-
tio: puta, vẽdo tibi aſinum vel hominẽ, nõ dicẽdo quẽ: nũ
quã ad emptorẽ periculũ ſpectat: qa genus perire non po
teſt. ff. ad leg. Fal. l. in ratiõe. §. verũ. Et hoc verũ eſt, qñ ge
nus nõ eſt determinatũ, ſeu qñ venditur certũ de incertis.
Sed ſi genus eſſet determinatũ, ſeu ſi vẽdatur incertũ de
certis: vt vendo tibi decem ſextaria ex hoc dolio, vel aſinũ
vnum de his quos poſsideo: liberatus eſt vẽditor ſi pereũt
omnes, ſicut in legato. d. l. in ratione. §. incertę. In hoc ta-
men Hoſt. in Sum. tenet, vt videtur, ꝙ legatarijs ſi omnia
pereant, non perit legatũ: puta vinũ cùm effuſum ſit. neq;
pretiũ: quia illud nõ eſt legatũ: emptor aũt poterit pretiũ
repetere, quaſi ſine cauſa ſit apud vẽditorẽ: & ſi adhuc nõ
ſoluit, habet exceptionẽ: & ſic ad eum periculum nõ ſpe-
ctat. Sed ego dico, ꝙ nec etiã pretium emptor iſto caſu re
petere poteſt, nec excipere vt nõ ſoluat, niſi vẽditor fuiſ-
ſet in mora: quia iam translatum erat dominiũ vnius illo
rum aſinorũ indeterminatè, ſiue per indiuiſum: res aũt do
mino ſuo perit: nec illud pretium erat apud venditorẽ ſi-
ne cã: ſed cum cauſa. ſ. emptionis. Vnde Pau. de Caſt. in l.
quod te. ff. ſi certum pe. dicit, ꝙ debitor obligatus in gene
re generaliſsimo, puta ad hominẽ, non liberatur per inte
ritum: nec in ſubalterno, puta ad ſeruos, ſi intereãt ſolùm
aliqua. ſecus ſi oẽs: quia perijt totũ genus: vt d. §. incertæ.
Quod tamẽ dictũ Pauli, qui opin. teneret Hoſt. diceret ve
rũ ſolùm in legato: vt loquitur d. §. incertæ. ſecus in vẽdi
tione. ad quod eſt tex. not. in l. quod ſi pẽdente. ff. de peri.
& com. rei ven. ¶ Et quintò dicitur, nõ exigentis deguſta
tionẽ: quia ſi fiat vẽditio purè. i. ſine cõditione, & ſine ſcri
ptura, & de re certa, ſeu determinata, & in ſpecie. i. in ſin-
gulari, puta hunc ſeruũ, aut hoc vinũ: vbi res vendita degu
ſtationem requirit, vt vinum, diſtinguẽdum eſt: quia ſi vẽ
ditio fiat in ſpecie, periculũ erit emptoris poſt deguſtatio
nẽ ſolũ, ſecũdũ Sum. Roſ. quæ allegat l. ſi vina. ff. de peri.
& com. rei ven. vel etiã ante deguſtationẽ, ſecundũ Sum.
Ang. quę allegat glo. in l. j. ff. eod. Sed illa gl. videtur qui-
buſdam euertere textũ, & tangit cõtra opinionẽ commu-
nem. Ibi vide ſi placet. Si aũt non in ſpecie, ſed ad mẽſurã
venditio fiat, periculũ eſt venditoris, donec ſit mẽſuratũ:
& ſi emptor nolit mẽſurare, venditor etiã ſi nihil dixit de
expeditiõe vaſorũ, poteſt coram teſtibus mẽſurare, & ef-
fundere, monito prius emptore, ſi vaſa ſunt ei neceſſaria
propter vindemiã, vel nouã & iuſtam rationẽ. ff. vbi ſ. l. j.
& ij. ¶ Et ſextò dicitur, excepto caſu publicationis: qa ſi
fundus vẽditus fuerit ante traditionẽ, vel pòſt publicatus,
cauſa maleficij vẽditoris, periculũ erit venditoris. l. ſi fun-
dus. ff. loca. & ibi glo. & ibidẽ Gof. & Hoſt. Sed intellige
propter maleficiũ admiſſum, antequã emptor proprietatẽ
adipiſceretur. ¶ Et ſeptimò dicitur, niſi pactũ: quia licet
vẽditor ex natura contractus teneatur de dolo, & lata cul
pa, & leui: nõ tamẽ de caſu fortuito. ff. de peri. & cõmo. rei
vend. l. cuſtodiam. & l. ſi vendita. ex pacto tamen tenetur,
ſcilicet de caſib. ſpecificatis tantùm. ff. e. l. ſi in vẽditione.
¶ Et octauò dicitur, culpa ſcilicet pręcedente. Inſt. eod. §.
cũ autẽ. & hoc etiã ſi fuit in culpa leui perditionis rei: ſi-
cut

cut in commodato & depoſito. ¶ Et nonò dicitur, mora. ſi
tradendi rem: quia tũc periculum ſpectat ad moroſum vẽ
ditorem, etiã ſi res penes aliũ erat peritura. ff. de leg. j. l. cũ
res. & hoc in foro cõtentioſo: ſecus in foro animæ. Si ve-
rò vterq;, id eſt, tã venditor quàm emptor fuit ĩ mora, po-
ſterior mora præpõderat primæ, & illi nocebit quo ad pe
riculum d. l. illud. ff. de peri. & cõ. rei ven. quod limita, niſi
poſterioris moræ prim⁹ moroſus fuerit cauſa: quia ſic po
ſteriori nõ nocebit. & caſus eſt iũcta gl. in l. ſi per empto-
rẽ, in ſi. ff. de act. emp. & vẽ. ¶ Et decimò dicitur, calliditas:
quia ſi vẽditor affirmauit bonitatẽ duraturam, imputat ei:
vel ſi bonitatẽ ſciebat non duraturã, & tacuit. ff. de peri. &
cõ. rei vẽ. l. ſi qs veſtra. Vnde admiſcẽtes vina praua bonis,
& tacẽtes, tenentur ad reſtitutionẽ de omni dãno vel in-
4 tereſſe, & de eo quod inde plus habuerũt. ¶ Tertiò* quęrit
ad quẽ ſpectet periculũ meliorationis & deteriorationis,
aut fructuũ rei vẽditæ? Et dico, ꝙ ſi res vẽdita eſt ĩ ſpecie,
ſecũdùm legiſtas, ſiue ĩ numero, ſecũdũ dialecticos, quod
idẽ eſt: puta ſi vẽditus eſt iſte equus, deterioratio & melio
ratio rei vẽditæ pertinet ad emptorẽ: extrà, de regu. iur. q
ſentit, lib. vj. niſi vẽditio ſit cõditionalis, vt dictũ eſt. fruct⁹
autẽ rei vẽditæ ptinẽt ad vẽditorẽ, donec ſit pfecta vẽdi-
tio: quod tũc eſt, vt no. glo. C. de peri. & cõ. rei vẽ. l. j. qñ p̃
tiũ eſt ſolutum, vel habita fides de p̃tiõ: licet aliàs ſit perfe
cta, qñ res eſt tradita. ff. de act. empt. & vẽd. l. ſi quis alienã
rẽ. Ea verò pfecta pertinet ad emptorẽ. Vnde ad ipſum p-
tinet quod per alluuionẽ flumẽ accreſcit, & fructus, & par
5 tus. C. de act. empt. l. fructus. & l. pen. ¶ Quartò* quæritur,
quæ ſunt, quæ poſſunt, aut nõ poſſunt vẽdi? Et dico, ꝙ vẽ-
di poſſunt oĩa mẽſurabilia pecunia, non prohibita vendi.
¶ Prohibẽtur aũt primò ſpiritualia: vt j. Simonia. ¶ Secun-
dò, illa quorũ vſus eſt ſolùm ad malũ: vt ſ. Ars. ¶ Tertiò,
res aliena, de quo vide gl. in l. rẽ alienã. ff. de contrahen.
empt. & qui emit, ad reſtitutionẽ tenetur: vt j. Reſtitutio.
j. ¶ Quartò, vaſa ſacra in eadẽ forma laicis: ſed ſolùm alte-
ri eccleſiæ propter neceſsitatẽ. l. ſancimus. la j. C. de ſacro
ſan. ecc. cõfracta autẽ vẽdi poſſunt cuicunq;. de cõſec. diſt.
j. ligna. x. q. ij. hoc ius. ¶ Quintò, res pupilli ipſi tutori. l. cũ
ipſe. C. de cõtrahen. emp. & ff. eo. l. ſi in emptione. ¶ Sex-
tò, liber homo. poteſt tamẽ pater vendere filiũ neceſsita-
te famis vrgẽte. l. j. & ij. C. de pat. qui fil. di. ita tñ, ꝙ ſi reſti-
tuatur emptori pretiũ à filio ſiue ab alio quocũq;, quãdo
cunq; ipſe in ingenuitatẽ perueniat: in nullo autẽ alio ca
ſu licet filiũ vẽdere patri: matri verò nec in alio nec etiam
in iſto: ſimiliter nec marito vxorẽ: quia nõ eſt ita in ei⁹ po
teſtate, ſicut eſt fili⁹ in poteſtate patris. Si aũt liber homo
patiatur ſe vẽdi ad pretiũ participandũ, efficitur ſeru⁹. In-
ſti. de iure perſo. §. ſerui. ¶ Septimò, Chriſtiani, ſecũdùm
Archi. capti in bello redigi nõ poſſunt in ſeruitutẽ, aut e-
mi in ſeruos, aut empti vẽdi: infideles aũt rediguntur in ſer-
uitutẽ, & emi poſſunt ac vẽdi in bello iuſto: & ſi poſtea ef
ficiãt Chriſtiani, non tamẽ ex hoc à ſeruitute liberãtur,
quãuis hoc facere ſit piũ. ¶ Octauò, omnia ſophiſticata p
hibẽtur vẽdi pro veris: vt de auro & argẽto alchimico di
6 ctum eſt ſ. Alchimia. §. v. & j. §. xvij. ¶ Quintò* quæritur,
vtrũ qs rẽ ſuã aliquo caſu vẽdere cõpellatur? Et dicit Pan.
in c. j. eo. ti. ſecũdũ cõmuniorẽ opinionẽ, ꝙ aut quis expo
ſuit rẽ ſuã venalẽ, aut nõ. Primo caſu in neceſſarijs ad vi-
tã hominis põt ſuperior inſtituere iuſtũ pretium: quia in-
tereſt ſuperioris prouidere vtilitati ſubiectorum & reipu
blicæ: & in iſtis debet intelligi d. c. ij. & iura ſimilia. Ex quo
infert Bal. in l. j. C. de epiſ. audi. ꝙ cũ vita hominis ſine vẽ
ſtimẽtis & hoſpitio duci nõ poſsit: quòd etiã in domibus
aptis ad locandũ, & in pannis poteſt ſtatui certum pretiũ.
Et ita iam dudũ actum fuit Paduæ in domibus conducen
dis per ſcholares: quia deſcripta fuit dom⁹ quælibet apta
in certo libro, & deſcripta pẽſio annalis. In alijs autẽ quæ
nõ ſunt neceſſaria ad vitã hominis, locũ habet l. dudũ. C.
de cõtrahen. emp. & l. nemo exterus. C. de Iudæ. vbi habe
tur, ꝙ nemo cõpelli põt ad vendendũ rẽ ſuã: nec poteſt qs
alienæ rei pretiũ imponere: ſed quiſq; in re ſua erit mo-
derator & arbiter. l. in re mãdata. C. man. & ĩ d. l. dudũ. Se-
cũdo autẽ caſu principali, ſcilicet cũ quis rem ſuã non ex-
ponit venalẽ, aut ſubeſt neceſsitas: & poſſunt exuberãtes
cõpelli ad vendendũ iuſto pretio ea, quæ ad hominis vitã
ſunt neceſſaria: & ſic ſeruatur tẽpore cariſtię: quia tũc o-
mnia victualia debẽt eſſe cõmunia. Et ad hoc tex. cũ gl. in
c. ſicut hi. xlvij. diſt. vbi cõcluditur: ꝙ licet indigentibus a
gere cõtra diuites ad victualia cõmunicanda: tamẽ cũ im
ploratione iudicis, vt cõpellat. Nota verò ſecundũ Azo.
ꝙ ordo ciuitatis pretia grandia taxare non põt. ff. ad l. Iul.
de anno. l. vlti. poteſt aũt ſtatuere ne quis fructum ſuũ ad
domũ reportet, aut rem aliã, poſtquã in foro venalẽ expo
ſuit. l. nemo. la ij. C. de iudi. & ꝙ pro ſterilitate vitanda &
fertilitate habenda quilibet mercator partes alias adire te
neatur ad emẽda frumẽta vendenda in cõmuni: & ꝙ qui-
libet ad hoc pecuniã mutuare teneatur. l. vnica. C. vt ne. li.
in cõpara. ſpe. ſe ex. li. x. & ibi gloſſ. & ꝙ nullus emat vltra
ſuã indigentiã, ne alijs res ſint cariores, vel incõmodè ha
7 beantur. l. j. C. de epiſ. audi. ¶ Sextò* quæritur, quo pretio
res poſſunt emi aut vẽdi? Et dico, ꝙ licet variæ fuerint opi
niones tam Legiſtarũ in l. j. C. de epiſ. aud. quàm Canoni
ſtarũ in c. j. & c. cũ dilecti. de empt. & ven. tamen, ſecundũ
omnes, nõ licet ſemper venditori rem ſuã vendere quan-
tũ poteſt: quia eſt ſentẽtia iuris. x. q. ij. hoc ius. addita gloſ.
Sed vt dicit S. T. ij. ij. q. lxxvij. oportet pretiũ eſſe æquale
rei, & ecõtra: quia emptio & vẽditio pertinet ad iuſtã cõ-
mutationẽ, ſecundũ Philoſophum in lib. Ethi. de cuius ra
tione eſt æqualitas. Pretiũ autẽ iuſtum, ſiue æquale, ſecun-
dùm Inno. & Ray. eſt quod cõmuniter currit in loco hu-
iuſmodi cõtractus, & etiã in tẽpore: vt in c. cùm dilecti. de
emp. & vend. & in l. ij. C. de reſcin. ven. niſi dubiũ ſit an res
tempore ſolutionis plus ſit valatura, de quo j. Vſura. ij. qđ
tamen pretiũ iuſtũ, ſecundũ S. Th. in indiuiſibili non cõ-
ſiſtit. Vnde dicit gl. ĩ d. c. hoc ius. ꝙ iuſtũ pretiũ taxatur ſe-
cundùm æſtimationẽ communẽ & idem habetur in l. pre
tia. ff. ad l. Falci. Et ſi alicuius cõmercij non ſit cõmunitas,
determinabitur pretiũ præſcitis circũſtantijs iudicio bo-
ni mercatoris in re mobili, cũ alia regula dari nõ poſsit: ĩ
re verò immobili ſecundũ fructus: vt no. glo. & Bart. in l.
ij. C. de reſcin. vẽ. & ſequũtur cõmuniter doctores. Quod
tñ limitatur primò ſecundũ S. Th. quia quãdo vẽditor ex
vẽditione dãnificatur multum, vẽdere põt & rẽ & ſuũ da-
mnum: quod tamẽ intellige, ſi vẽditor vẽdit ad inſtãtiam
emptoris, & vt ei ſeruiat: nõ aũt ſi vẽditor vẽderet coact⁹
propter aliquã propriã neceſsitatẽ: quia tũc S. Th. in q. de
ma. q. xiij. arti. iiij. dicit, ꝙ qui emit rẽ aliquã, tantũ pro ea
iuſtè dat, quantũ valet: nõ aũt quantũ ille, q vẽdit, ex eius
carẽtia dãnificatur. hæc ille. Secus aũt, ſi ipſe nõ dãnifica-
retur, & emptor multũ iuuaretur: quia cũ hoc nõ ſit ppter
cõditionẽ vẽdentis, vẽderet quod nõ eſt ſuũ. Et ſecũdò li-
mitatur ſecũdũ Archi. niſi adſit fraus minorantiũ vel au-
gẽtiũ pretia rerũ ſtudioſè: ſicut quidã lupi ſua volẽtes vẽ
dere frumẽta, cõueniunt vt nõ niſi certo pretio vẽdãt, vt
emãt oĩa, quæ ſunt in foro: vt ptiũ creſcat, & ſuo modo vẽ
dant: aut volẽtes emere exponũt multa in foro, vt pretiũ
vileſcat.

vileſcat. Quibus duobus caſibus pretium rei non eſt ſecū-
dùm cōmunem æſtimationē: ſed in prima limitatione eſt
maius, in ſecūda eſt maius aut minꝰ: vide j. eo. §. ix. & Vſu-
8 ra. ij. §. j. ¶ Septimò* quæritur, vtrū liceat rē vēdere plus
quàm valeat, aut emere pretio viliori, dūmodo non exce-
datur medietas iuſti pretij, vt dicūt iura? Et dicit S. Th. ij.
ij. q. lxxvij. ꝙ iniuſtum eſt vēdere carius, aut vilius emere,
quàm res valeat: pōt tñ aliquādo vendi plus quàm valeat
in ſe: licet tunc nō vendaᵗ plus quàm valeat vēditori, neq;
quantū valet emptori, iuxta dicta in priori §. vt quādo ex
venditione læditur vēditor: ſed vēdit vt complaceat, vt ſu-
prà. Et ſimiliter eadē ratione licet emere vilius, quàm res
valeat in ſe: puta, quia valde vtile eſt venditori vendere,
nō autē emptori emere: ſed emit vt ſeruiat: ſicut qui emit
operas pauperis pretio expenſarū, ne fame moriaᵗ. Et hæc
vera ſunt in cōſcientia: iura tamē ciuilia permittūt contra
hentes ſe decipere vſq; ad dimidiū iuſti ꝑtij. C. de reſcin.
ven. l. ij. extrà, de empt. & vend. c. cùm cauſa. quod Inno. in
c. in ciuitate. de vſu. dicit procedere iure fori, nō iure po-
li, & quo ad Deū. Nam ius poſitiuū in odium litiū noluit
dare actionē pro modica læſione: ſed ſolùm quando ex-
ceſſus eſt magnus: puta, cùm quis eſt deceptus vltra dimi
dium iuſti pretij: quod quidē, ſecundùm aliquos, tunc eſt,
quādo res valens decē, vēditur viginti & vno: ſed ſecun-
dùm Azo. eſt ſi res valēs x. vendiᵗ quinq;, minus vno dena-
rio: aut xv. plus vno denario. & hoc eſt verius, & ſecūdùm
Hoſti. & Bern. in c. cum cauſa. extrà eo. vbi & Pan. dicit, ꝙ
ſecūdùm aliam opinionē non eſſet dare caſum deceptio-
nis in vēditore: quia rē valētem x. oporteret dare pro ni-
hilo vel pro minus. quod eſt impoſſibile: qa vēditio eſſet
9 ſine pretio. ¶ Octauò* quæritur, quid agēdum ſit vbi ꝑtiū
non fuerit æquale rei, ſiue iuſtum? Et dico, ꝙ ſi hoc ſit vl-
tra vel citra dimidiū iuſti pretij, in plus vel minus reſcin-
detur vēditio, vel pretium reducetur ad æqualitatē: & ha-
bebit optionem reſcindendi contractum, vel æquandi ꝑ-
tium emptor, quando eſt citra dimidium: vt not. Ber. in c.
cum dilecti. & c. cum cauſa. de empt. & vendi. Quando ve-
rò eſt vltra dimidiū, optionem habebit vēditor ſecūdùm
Azo. per arg. à contrario. Et ſi periret res, ſecundùm Pan.
in d. c. cum dilecti. periret emptor, ſi pretium erat minꝰ di-
midio: quia cùm duo ſunt in obligatione alternatiuè, vno
perempto remanet aliud. l. plerunq;. ff. de iur. dot. & l. Sti-
chum. ff. de verb. obli. Aut venditori, ſi res eſt plus vēdita,
per eandem rationem, tamen prędicti non tenentur reſti-
tuere, niſi illud plus, vel illud minus. Et poterit agere de-
ceptus vſq; ad xxx. annos, ſiue agatur condictione ex l. ij.
C. de reſcin. ven. quæ cōditiones, cùm ſint ꝑſonales, ſunt ꝑ-
petuæ, ſiue agatur ex eo contractu, ſcilicet ex vendito: vt
no. Pan. & Inn. in d. c. cum cauſa. Sed ſi ageretur officio iu-
dicis, vt volunt aliqui, ſic agere non poſſet niſi vſq; ad qua-
tuor annos: quia vſque ad illud tempus daᵗ reſtitutio in in-
tegrum. l. vlt. C. de in integ. reſtit. Pan. tamē vbi ſuprà vult,
ꝙ etiā vſque ad xxx. annos. *Si verò inæqualitas pretij* nō
ſit vltra vel citra dimidium iuſti pretij: ſi quidē dolus de-
dit cauſam contractui, annullat illum. Sed ſi nō dedit cau
ſam contractui, ſed incidit in illum, tenet quidem contra
ctus, ſed æquabitur pretiū. *Si verò nec dedit, nec incidit,*
& tamen emptor ſciebat rē plus valere, & vēditor ignora
bat, ſecundùm Panor. in c. quia plerique. de immu. eccle. ī
foro animæ tenetur reſtituere quòd plꝰ valebat: quia agit
contra iuſtitiam naturalem decipiens proximum, ſaltem
re ipſa in pretio. *Si autem vterq; fuit ignorans, ſed re ipſa*
euenit deceptio: puta, quia lapidem pretioſum venalem

vterque vitreum credebat: quidam dicunt emptorē non
teneri: quia emptione bonæ fidei lapidem acquiſiuit. Sed
Panor. mit. dicit illum teneri ad reſtitutionem, ſi à princi-
pio emiſſet vero valore, ſi illum ſciuiſſet: non autem ſi ve-
ro pretio nō emiſſet. ſed eo caſu tenetur reſtituere rem,
ſi alter vellet pretium reſtituere, ex quo iuſtū pretiū ſup-
plere non vult. arg. l. in fundo. ff. de rei vend. & in l. ſi quis
cum aliter. ff. de verb. oblig. vbi parificantur deceptio ex
re ipſa, & à ꝓpoſito. Intelligo ſi ſit vltra dimidiam. Vnde
& Barto. in d. l. ſi quis. dicit, ꝙ ſi in venditionis inſtrumen-
to dicatur, Vendidit rem pro tanto, & quod plus valebat,
donauit: non propter hoc ceſſat remediū l. ij. C. de reſcin.
ven. quæ loquitur de deceptione à ꝓpoſito. & d. l. ſi quis.
ſi venditor ignorabat rei valorem: quia per talia verba ha
bebat animum donandi ſolùm modicum: vt l. ſi libertus.
ff. de ope. libe. l. hæc adiectio. de verbo. ſignifica. *Si autem*
ſciebat valorem, ceſſant remedia dictarum legum. Notan
dum eſt verò, ꝙ vbi iuxta prædicta venditio reſcindenda
nō venit, tenet: & ſic ſufficit æquare pretium. Et licet Sū.
Roſel. dicat, ꝙ vbi deceptio eſt citra dimidiam *re ipſa*, nō
teneatur quis reſtituere in foro animæ: tamen eſt contra
mentem San. Tho. & contra rationem iuſtitiæ: quia opor
tet pretium eſſe æquale: vnde in conſcientia tenetur quis
de pluri, niſi ſit adeò modicum, vt damnum paſſus non cu
rare puteur. Dicit etiā Pan. in c. in ciuitate. de vſur. ꝙ iu-
ra canonica permittentia deceptionem vſq; ad dimidiū,
intelligi debent quando venit deceptio re ipſa. *Secus* vbi
dolus dat cauſam cōtractui, vel incidit in contractum: qa
tunc debet illud reſtitui: quia non eſt veriſimile, ꝙ ius ca-
nonicum inſtinctu Spiritus ſancti cōditum, d. l. ſi quis dia-
conus, approbet hanc deceptionē doloſam. Ego aūt dico,
ꝙ loquitur in foro cōtentioſo, ſiue deceptio ſit ex re, ſiue
ex dolo: nō quia illū approbet, ſed qa tolerat. ſicut & lex
10 diuina tolerauit *iniuſtum* diuortiū. ¶ Nonò* quęritur, an
liceat alicui carius vendere aut vilius emere quantum po-
teſt? Et dico, ꝙ res tantum valet quantum vendi poteſt. ff.
ad Treb. l. j. §. ſi hæres. & ff. ad l. Fal. l. quærebatur. & ff. de
furti. ſi quis vxori. §. vlt. & hoc ad numeratum in loco & tē
pore venditionis: quia pretia rerū non ex affectu ſingulo-
rum, ſed cōmuniter æſtimantur. ff. ad l. Fal. l. pretia. & ſecū
dùm hoc licet cuilibet carius vēdere, aut viliꝰ emere, quā
tū poteſt ad numeratū. Sed prædicta ſententia, ſcilicet, ꝙ
res tantū valet quantū vēdi pōt, eſt vera, quantū ex docto
ribus colligo, cōcurrentibꝰ tribꝰ. Primò, ꝙ ceſſet fraus mi
norantiū vel augentiū pretia doloſe, de quo ſ. §. v. Secū-
dò, ꝙ ceſſet ius ſeu coactio ementiū & vendētiū, ita ſcili-
cet, ꝙ nō cōpellantur aliqua neceſſitate emere aut vēde-
re *hic, & nūc*, ab iſto, vel iſti, eo modo quo moriens fame
vēderet equum electū paruiſſimo ꝑtio, vt inde redimeret
panē ꝑtio maximo. Tertiò, ꝙ ceſſat ignorantia cōtrahen-
tiū, ita ſcilicet, ꝙ vterq; bene nouerit factū ſuū. Addit ſecū
dùm Ang. ex mēte Sco. requiritur, ꝙ ceſſet leuitas mētis,
& adſit prudētia: ſed hoc pertinet ad ignorātiā. Addit etiā
requiri, ꝙ q plus debito vēdit aut emit, donare poſſit: ſed
hoc nihil facit ad hoc, ꝙ cōtractus iuſtè fiat: ſed ad hoc, ꝙ
iniuſtè factus iuſtificetur, cùm illū ſupponat iniuſtū: omit
tit autē primū requiſitum, quod tñ Archid. ponit: & per ſe
manifeſtū eſt requiri, alioquin potētes cōuenire poſſent,
11 & opprimere pauperes. ¶ Decimò* quæritur, vtrū nego-
tiādo liceat aliquid carius vendere, quàm ſit emptū? Et di
cit Sanct. T. ij. ij. q. lxxvij. & Pet. de Anchara. in c. j. de vſur.
lib. vj. & alij Docto: quòd ordinario lucro ad aliquem fi-
nem neceſſariū, vel honeſtum, licita redditur negotiatio,
puta

puta ad ſuſtentationē ſuæ domus, vel pauperū, vel patriæ:
ne deſint illi neceſſaria, expectando moderatū lucrum, nō
quaſi finē, ſed quaſi ſtipendium laboris. Sed tamen ex hoc
licet dicatur negotiatio licita ex intētione: non tamē licet
carius vendere rem, quàm ſit empta, vt colligitur ex dictis
eiuſdē S. Tho. & Pet. de Anch. niſi pretiū rei ſit mutatū ra
tione loci, aut temporis, aut formæ: puta quia res in ſe eſt
meliorata à ſe: vt equus, q creuit. vel ab arte: vt gladius, qui
eſt expolitus. Imò inter mutationes formæ videtur cōpre-
hendi poſſe, ſi empta in quātitate magna vendatur minu-
tatim: pro quo videᵗ facere dictū Chryſo. ꝙ qui rem com
parat, vt integrā & immutatā, ſcilicet aliquo trium modo-
rum prædictorum, vēdēdo lucretur, ille mercator eſt qui
de templo Dei eijcitur: vbi illud verbum, integrā, ponde-
randum eſt. Additur hoc licere quartò ratione laborū &
periculorum, & in trāsferendo, ſed hoc reducitur ad ꝓdi-
cta. & verum eſt, quando translatio fit ad locū, vbi pretiū
eſt maius: alioquin ſtultus mercator emēs rē vbi eſt cara,
poſſet eā vēdere carè vbi eſt vilis & abūdās: & cōſequen-
ter iuſtū non eſſet ſecundū cōmunem æſtimationem, con
tra prædicta. Poſſet tamē hoc quartum mēbrum eſſe à tri-
bus prioribus diſtinctū, & habere locū vbi quis res detulit
cum periculo & labore ad locū, vbi nullum habet pretiū:
quia ibi ſcilicet non venduntur: quia eo caſu in ſtatuendo
iuſto pretio habebitur ratio periculorū & laborū & expē
ſarum. Qui autē emit vt carius vendat ſine aliquo hone-
ſto fine, ſolū vt lucretur, ſine reipublicę vtilitate, ſed potiꝰ
cum damno, peccat mortaliter, ſecundū *Alex. in iij. parte*
Sum. vt etiam patet per c. eijciens. lxxxviij. diſt. de talibus
intelligitur c. quicūq; tempore. xiiij. q. iiij. vbi turpe lucrū
dicitur tēpore vindemiarum vilius emere, vt carius vēda
tur. Et concordat his Hugo, & Lau. xiiij. q. iiij. ſi quis. & S.
Tho. vbi ſuprà. & Pan. in c. j. ne cler. vel mo. Non tamē ne-
ceſſariò tale turpe lucrum eſt reſtituendum, ſecūdùm Ro
dofred. ſed de conſilio ſolùm, niſi fortè fuiſſent cauſa talis
excreſcentiæ, quæ aliàs non fuiſſet: quia tenerentur dānifi
12 catis. ¶ Vndecimò* quæritur, vtrū liceat emere rem inten-
tione ſtatim reuendendi cū lucro ſine mutatione rei, tem
poris, & loci: ſicut faciunt qui prius vēdūt rē quàm emāt,
vendentes pro xij. & ementes pro decem? Et dico, ꝙ Sum.
Roſ. facto fundamento ex Archidi. ꝙ iuſtum pretium non
ſit indiuiſibile, dicit iſtū de prudentia eſſe laudādū. Archi.
autem dicit non apparere clarè, ꝙ ſit iuſtum: ego autem
dico apparere clarè, ꝙ hoc ſit iniuſtum: quia de iſto ꝓpriè
intelligitur dictum Chryſo. allegatum §. ſuperiore. Vnde
Alex. vbi ſ. excuſando eum qui à caſu emit bono foro, &
vendit ſtatim carius, accuſat eum qui hoc hac intētione fa
cit. Imo Nider vij. precep. c. v. dicit, ꝙ tales eſſent à republi
ca exterminādi: quia nocent vtriq; eorum qui parati ſunt
œconomicè commutare. Qui tamen emit non illa inten-
tione, ſi ſtatim ſibi occurrit ad reuendendū cum lucro, nō
peccat: quia iuſtum pretium eſt diuiſibile. ¶ Duodecimò
13 *quæritur, vtrum liceat carius vendere, quàm emere, ex ſo
la mutatione tēporis, puta emendo blada tempore frugū,
vt poſtea carius vendatur? Et dico reſpōſionē patere ex di
cto §. priore. Nam ſecundū Ray. Archid. & Viliel. hoc lu-
crum ex ſe eſt turpe, vt patet xiiij. q. iiij. quocunque. vnde
oportet illud aliquo bono fine honeſtari. Vnde & S. Tho.
ij. ij. q. lxxvij. dicit, ꝙ ſecundùm Philoſophum primo Poli
ticorum, lucrū mercatorū de ſe eſt turpe: quia ordinatur
ad ſeruiendum cupiditati: ideò oportet illud honeſtari ho
neſto fine, qui eſt præſeruatio ſui, vel pauperū eleemoſy-
na, aut opulētia cōmunitatis. Igitur eſt licitum hoc facere

ad bonū cōmunitatis, ſecundùm Ray. vt Ioſeph. & ſimili-
ter ad prouiſionē ſuam, ſecundùm Viliel. maximè ſi aliter
neſcit negotiari, nec habet vnde ſuſtētetur: dummodo nō
intendat cariſtiam: & ſimiliter ad largiendum inde elee-
moſynam, ſecundùm Ray. Inno. Viliel. & omnes. *Si verò*
hoc fiat ex auaritia, vt alij cōpellantur emere ab eo, & ille
ſuo modo vendat: aut ſi intendatur cariſtia, eſt mortale, ſe-
cundùm Viliel. Et ſecundū Ray. tenetur reſtituere paupe-
ribus. xiiij. q. v. qui habetis. quod ſecundùm Viliel. verum
14 eſt de honeſtate, ſed nō de precepto. ¶ Decimotertiò,* qd
de facientibus annonā carius vendi: puta impediendo con
ductores? Et dico eos teneri ad ponendū eam in bono fo-
ro, ac ſi fuiſſet delata, ſi poſſunt: & puniuntur pœna xx. au
reorum. l. ij. ff. ad l. Iuliam de anno. & etiā corporaliter. l.
annonā. ff. de extraordi. cri. & idem de emente omnia bla
da, vt carius vendat. d. l. annonam. & idem de omnibus ꝑ
tinentibꝰ ad victum vel vſum per ipſos ſolos vendēdis in
cariſtiam reipublicę: vt l. vnica. C. vt ne lite. ī cōpara. ſpec.
ſe. & c. vnde qui dat arrhas pro omnibꝰ aromatibus, ſciens
naues quæ ferebāt eas ſubmerſas, facit monopoliū, & īci-
dit in pœnā d. l. vnicæ. & tempore neceſſitatis tales com-
pelli poſſunt vendere minus pretio tunc aliàs iuſto. l. ij. §.
15 cum in eadē. ff. ad l. Rho. de iac. ¶ Decimoquartò* quæriᵗ,
vtrū liceat carius vendere ad tempus, quàm ad numeratū
ratione dilationis tēporis? Et dico, ꝙ nō, ſed eſt vſura vir-
tualiter: vt infrà Vſucapio. ij. §. j. & idem eſt ſi emātur pre
tio viliori, quàm ſoluitur ante tempus. ¶ Decimoquinto
16 *queritur, vtrū mercator, qui ſcit ad aliquē locū alios poſt
ſe venturos cū abundantia earūdem mercium, poſſit ven-
dere pretio tunc currente: an verò teneatur vendere ꝑtio,
quod futurū eſt, aut quod eſſet tunc, ſi res *ſciretur*? Et dicit
S. Tho. ꝙ *nō facit* cōtra iuſtitiā vendēs pretio currēte, &
tacens quod futurum eſt: ſi tamē diceret, vel de pretio ſub
17 traheret, eſſet abundantioris virtutis. ¶ Decimoſextò,* qd
ſi quis intēdens nōcere inimico, ſcribit amico vt multū
emaᵗ de lana, vel alia re, quia erit cara in poſterū. quod ta-
men nouit falſum: & deinde literā ſibi cadere permittit ī
loco vbi inueniatur & legatur ab inimico: & cōſequēter
talia emat & perdat? Et dico, ſecūdū Archidiaconū, quòd
mortaliter peccat ex intentione nocendi: nō tamē tene-
tur *ſatisfacere* de dāno: qa non dedit occaſionē efficacē:
extrà, de iniur. ſi culpa. quia ille non debuit ita leuiter cre
18 dere. ¶ Decimoſeptimò,* quid de eo quod in facto acci-
cidit. Mercator magnus Venetijs acceptis literis ab Oriē
te vt emeret aromata, quia futura erāt cariora, eas lacera-
uit, *intēdēs oīa aromata emere*, ſed alius tenuis colligens
literarum fruſta & legens eum pręuenit in emendo & lu-
crum ſuſtulit? Et dicit Archidiaconus, quòd ſi legit literas
illas, vt ſciret eius ſecreta, curioſitas eſt: ſi verò vt ſibi pro-
uideret, prudētia humana eſt, & nō peccatū: quia licitum
eſt cuilibet accipere quod pro derelicto habetur, vt dictæ
19 literę. ¶ Decimooctauò* quæritur, vtrū liceat mercatori-
bus conuenire vt certo pretio vēdant, vel vt vnus ſolùm
tale quid vēdat? Et dicit Hoſtienſis pactum eſſe illicitum:
& idem eſt ſi quis in ciuitate impetret vt ſibi ſoli vēdere
liceat: vnde ſi quis huiuſmodi exercet officiū, ſecundū le-
ges debet ſpoliatus bonis exilio ꝑpetuo dānari. & conce-
dētes puri, id eſt, officiales qui prędicta cōcedunt, aut nō
puniunt: vt C. de monopolis. l. vna. vbi Azo per illam legē
concludit prohibitum eſſe ne quis exerceat monopoliū,
id eſt, ſingularē negotiationem. quod accidit, cùm aliqui
paciſcuntur, ne in arte ſua quenquam inſtruant præter fi-
lios vel nepotes. & idē eſt in omnibus huiuſmodi. Prædi-
cta

cta tamē & d.l. vitam intellige ſecundū Inn. in c. ſignifican
te. de pign. quando fraudulenter & in dānum rei publicæ
fiūt. Secus ſi cōmunitas ſic ſtatuat pro bono reipub. vt vn⁹
ſolus vēdat vinū aut huiuſmodi: & tale lucrum applicetur
communitati, vt quotidie fieri videmus. ¶ Decimonono
20 *quæritur, vtrū vēditio reddatur iniuſta propter defectū
rei venditæ? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. lxxvij. ꝙ circa rem ve-
nalem triplex defectus cōſiderari poteſt, ſcilicet ſecundū
ſpeciē, quātitatem, & qualitatē: vt ſi vēdatur aurichalcum
pro auro, vel vtatur quis deficienti pōdere aut mēſura: vel
ſi animal infirmū vendatur quaſi ſanū. In his igitur tribus
ſi vēditor ſciēter offendit, peccat, & reſtituere tenetur. Si
verò ignoranter, non peccat quidem: ſed cùm ad ei⁹ noti
tiā venerit, recōpenſare tenetur emptori. hæc ex illo. Sed
quod dixit de qualitate, intelligitur de corruptiua ſubſtā
tiæ, vt in domo cōbuſta: arg. l. quid tamen. ff. de cōtrahen.
emptione. Secus in nō corruptiua, puta ſi agrū ſterilē pu-
tabat vberē. xxix. q. j. his ita reſpondetur. Vnde tunc, vt ibi
patet in gl. vēditio nō reſcinditur, niſi eſſet deceptio vltra
dimidiam, vt dictū eſt: vel haberet peſtiferas herbas. C. de
ædil. edic. l. ſi prædiū. vel niſi dolus dediſſet cauſam cōtra
ctui: vt ff. de dolo. l. elegāter. Ex his multa patēt. ¶ Primū.
Si vendens intendit vendere rem vnā, puta vnum agrū, &
emens emere aliam in ſubſtantia, vt alium agrū, venditio
non valet. l. in venditionibus. ff. de contrahend. empt. Et
idem eſt in materia: vt ſi vēdatur aurichalcū pro auro: vt ī
d. l. in emptionibus. ¶ Secūdū. Tabernarij dātes vini men
ſurā diminutam, ſecundū Arc. non excuſantur: quia deci-
piunt & damnificant emptores, nō obſtante contraria cō
ſuetudine, quæ eſt corruptela: niſi hoc faciāt ad ſuā indē-
nitatē, vel lucrū moderatum: puta, quia ſi darent plenas,
oporteret pretiū augere, & conſequenter nullos aut pau-
cos inuenirēt emptores. Si aūt ecōtra, mulier dās ad filan
dum pro libra dat vncias xiij. & nō ſoluit niſi pro libra, ſe
cūdùm eundē, non eſt fraus, ſcilicet vbi ſic eſt conſuetū:
quia ſic intelligitur eſſe pactū, cum à principio datur op⁹
vt ſic ſoluatur. ſcienti aūt & conſentienti non fit iniuria,
quāuis mos turpis videatur. ¶ Tertiū. Si equus vēditus ad
paucos dies ratiōe ſuæ malę qualitatis moriatur. Pan. in c.
iniuſtū. de re. permu. poſt Cyn. diſtinguit. Nā aut morb⁹
erat notus vtriq;: & non cōpetit remediū: quia ſciēti, &c.
Aut vterq; ignorabat: & tunc aut emptor non fuiſſet aliàs
empturus: & cōpetit actio redhibitoria. Aut aliàs emiſſet:
& tunc competit actio quāti minoris, nō autem ad totum
damnū. Aut ſciēbat alter tantùm: & ſi emptor, ſibi impute
tur ratiōe prædicta: ſi vēditor, tenetur ad omne intereſſe,
nō ſolùm ad pretiū: vt in l. Iulianus. ff. de act. emp. niſi in-
terueniſſet pactū vt nō teneretur: etſi emptor fuiſſet min⁹
diligens, nihilominus ſecundū Cy. venditor tenetur: quia
licet ille fuiſſet in quadā negligētia, vel culpa: tamē vēdi-
tor nō patefaciēs fuit in dolo, qui prępōderat culpę: vt in
l. itē ſi obſtetrix. ff. ad l. Aquil. Io. tamē And. poſt alios di-
cit, ꝙ ſi intra triduū moritur, & inuenitur habere cor mar
cidum, ex tēporis prauitate præſumitur illū morbū tem-
pore vēditionis habuiſſe. ¶ Quartū. Si quis vendat equū
dolētē in ſpatula, ſed hoc nō oſtendentē, quia erat calefa-
ctus, dicens, do tibi equū iſtum pro ſtrabone & dolente ac
habente omnes maculas, nec volo ex aliquo teneri: ſecun-
dùm Spec. in tit. de emp. & ven. §. nūc. nihilominus tene-
tur, ex quo aliàs ſpecifice nō propalauit defectum, qa em-
ptor fuit deceptus, vides dictā eſſe falſitatē in alijs expreſ
ſis: & credidit veriſimiliter ſic eſſe de morbo ſpatuloſo.
¶ Quintū. Si fundum vendidi tibi expreſsis confinibus &
mēſura terræ, & nūc inuenitur maioris quātitatis, an cedat
emptori qđ plus eſt, aut vēditori: diſtinguit Old. Nā quā-
doq; loquens vtitur terminis denotātibus certū numerū
vel mēſurā, & agit ad ſupplementū, quādo ſcilicet expri-
mit cōceptū ſuū incipiendo à numero vel menſura, vt, vē
do tibi terrā quatuor modiorū in talibus cōfinibus: quan
doq; autē vtitur terminis denotantibus ſpeciē ſeu corp⁹,
licet adijciat certū numerum vel menſurā, vt, vēdo tibi ta
lem fundum ſic confinatū: qui eſt triū modiorum: & tunc,
quòd eſt plus, cedit emptori: quia hoc caſu numerus, vel
menſura videtur adiūgi loco demōſtrationis: quæ licet ſit
falſa, nō vitiat nec minuit illud, cui adiūgitur: vt l. falſa de
monſtratio. ff. de con. & demō. Hæc Pan. in c. per tuas. de
dona. Vel dic, ꝙ ſi pretium taxatur per modia, emptor nō
habebit illud plus: ſi verò nō taxat per modia, habebit to
21 tum. & de hoc s. Donatio. j. §. ¶ Viceſimò * queritur, vtrū
venditor teneatur dicere vitium rei vēditæ? Et dico, quòd
S. Tho. ij. ij. q. lxxvij. art. iiij. obſcure de hoc loquitur, & ij.
quolib. ar. x. cuius doctrinā ſic intelligo. Nulli eſt licitū
inferre dānum proximo, vel periculum. Cū igitur quidā
defectus dent dānum tātùm, vt pānus malus: quidam verò
damnū & periculū perſonæ vel rerū, vt cibus corrupt⁹ ſeu
venenoſus, & equus retrocedens: in primis ſiue defect⁹ ſit
ſecretus, ſiue nō, venditor dicere nō tenetur: ſed ſufficit ſi
minuat de pretio rei quantū apprehendit ille defectus: qa
neq; dānum neq; periculū infert emptori: ſi tñ pretiū non
minueret, inferret dānum. In ſecūdis autē, ſi ſint publici,
ſufficit minuere de pretio, nec eos dicere tenetur: puta, ſi
equus ſit monoculus, qa nec dānum nec periculum infert,
ſi verò ſint occulti, dicere tenetur, nec ſufficit minuere de
pretio: qa exponeret emptorē periculo. Hæc ex illo cui cō
ſonat & quaſi cōcordat ac limitat Ang. ī l. ſi quis cū aliter.
ff. de act. emp. & vend. & Pa. in c. iniuſtum. de re. perm. Ex
quibus colligitur, ꝙ diſtinguēdū eſt ſic: Nā aut emptor ſi
ſciret huiuſmodi defectus nullo modo emeret: & tūc nul-
lo modo celare licet. Aut emeret quidē, ſed nō ita libēter
ſubſtantia formę quàm prędicta, tamē neceſſariò requiri
tur vt aliqua proferantur, quib⁹ forma illa determinetur ad
corpus Chriſti. ſed ſecundū S. Tho. cōſecraret, ſi hoc intē
deret. & ipſa intētio facit vt illa verba intelligātur dicta ex
perſona Chriſti, & limitētur ad eius corpus. Et hoc eſt ve-
rius, quia ſi illa determinatio fieret per verba præcedētia,
vt illi dicunt, & non per intentionē, ſacerdos nō intēdēs
conſecrare, conſecraret, quod eſt abſurdum. idē de vino.
¶ Quartū. Circa formā cōſecrationis vini Scotus in diſtī.
viij. quarti, dicit virtualiter, ꝙ nō eſt certa forma præciſa:
quod cōtra, quia pari ratione vel à fortiori nō eſſent cer-
tæ formæ aliorū ſacramētorū: itē ſi contra, quia in miſſali
Romano & Ambroſiano vbique literis maiuſculis vel au-
reis ponitur forma præciſa, vt docet experiētia. & de Am
bro. olim teſtat⁹ eſt Pet. de Pal. Sanctus aūt Bona in ea. di.
dicit, ꝙ cōſiſtit ſolùm in iſtis verbis, hic eſt enim calix ſan
guinis mei: cætera aūt, quæ ſequūtur, non ſunt de ſubſtan
tia, ſed pertinēt ad oſtēdēdum effectū, vt ibi, noui & æter
ni & c. vel vſum, vt ibi, accipite. vel ornatū. quod cōtra eſt
cōis vſus eccleſiæ, ſecundū quē forma eſt hæc, ſcilicet, Hic
eſt enim calix ſanguinis mei, noui & æter. te. my. fidei, q
pro vobis & pro multis effun. in re. peccatorū, vt patet ex
dictis miſſalibus. Quod etiā cōfirmatur ſecundū S. Tho.
& cōem ſcholā, quia cætera, quæ ſequūtur ly mei, cū ſint
determinatio prædicati, pertinēt ad illā vnā orationē, &
conſequēter ad illā vnam formā. Quantū autem ad pro-
lationē harū formarū, vide ſuprà Baptiſmus j. Quantum
verò ad cōuerſionē prædictæ materię in corp⁹ & ſangui-
nē Chriſti, & quomodo ī hoc ſacramēto ſit veraciter cor-
pus & ſanguis Chriſti, multa ſubtiliter dicuntur à doctori
bus, q̄ Theologicæ poti⁹, quàm pſentis ſunt ſpeculatiōis.

RVRSVS de Euchariſtia ſecundò, quan-
tum ad miniſtrum, & defectus, qui
accidere poſſunt in miſſa.

1 *Miniſter ſacramenti euchariſtiæ quotuplex.*
2 *Sacerdos ſolus an poſsit corpus Domini conſecrare.*
3 *Sacerdos quilibet num poſsit euchariſtiam conficere.*
4 *Sacerdotes plures, num poſsint ſimul eandem hoſtiam conſecra-
re. Et an ſacerdos quantācunq; materiā cōſecrare queat. Et ad
corpus Chriſti conficiēdū, quid in miniſtro requiratur. nu. ſe.*
6 *Intentio in ſacramentis quotuplex eſſe debeat.*
7 *Sacerdos, an unam hoſtiæ partem ſine alia, ſtante cōtinuitate,
conſecrare poſsit. Et quid ſi ſacerdos undecim hoſtias ante ſe
habeat, decem duntaxat conſecrare intendens, an nihilo ſecius
ipſas prorſus undecim una confectione conſecret. Et quid de ui
ni guttis in calicis pede exiſtentibus. nu. e ſequen.*
9 *Sacerdos incœpta miſſa, ſi quod in ſe impedimētū, quo, ſalua re
ligione ac conſcientia, in ſacramento peragere nō poſsit, recogno*

ſcat:

ſcat: quid facere debeat. Et in hoc doctorum ſententiæ uariæ. Et quid in hoc propoſito neceſſitatis nomine continetur.

10 *Confeſſus ſemel in anno cum cõtritione, an celebrare poſſit. Et an ſine cõfeſſione Paſchatis tẽpore, quis cõmunicare queat. Et quid de excõmunicato & irregulari, num diuina inchoare poſſint. circa quod adducũtur multa, & ſimul Ang. Sũ. refellitur.*

21 *Simulatio in ſacramento Euchariſtiæ in omni caſu ſummopere deuitanda: quoniam falſa remedia abijciendũ ſunt, quæ ueris periculis grauiora ſunt.*

21 *Sacerdoti in miſſa deficienti, quid faciendum ſit. Et quis tum ſupplendi modus. Et qualiter hoc ipſum fieri poſſit, ut aſtantium ſcandalum euitetur.*

23 *Sacerdoti ſi quid præter intentionem in miſſa, uel extra quippiam ab extrinſeco circa materiam aut ſpecies Euchariſtiæ accidat, quid agendum ſit, concluſionibus octo expedit.*

24 *Sacerdos ſi deprehendat inter celebrãdum defectum eſſe in Euchariſtiæ materia, quid efficere debeat. uſque ad finem capitu.*

25 *Sacerdotem, cùm ad Canonem celebrando peruenerit, quid facere oporteat. Et ibidem uariè Summa Ange. errare coarguitur. Sed fortaßis argutè nimium, nec citra inuidiam.*

1 EVCHARISTIA* ſecundò quantũ ad miniſtrum vt innoteſcat, ſciendũ, ꝙ eſt duplex: vnus ſcilicet ad conficiendum & diſpenſandũ ſimul, vt ſacerdos: ad diſpenſandum ſolũ, vt diaconus, ſicut ſuprà dictũ eſt, qui & propriè

2 diſpenſator & nõ miniſter dicitur. ¶* Primò verò quæritur, vtrũ ſolus ſacerdos ſeu presbyter poſsit cõſecrare corpus & ſanguinẽ domini? Et dico, ꝙ ſic. xxv. diſti. perlectis. de ſum. tri. & fide cat. firmiter. §. vna. & hoc ſequuntur omnes Theologi in iiij. diſt. xiij. Si quis autem credat ſe ſacerdotem eſſe, cũ non ſit, & celebret, ſecundũ gl. in c. apoſtolicam. de presbyter. nõ bap. in veritate non conficit. & ita etiã ſentit S. Tho. licet credatur ſupplere ſummus ſacerdos, quantũ ad effectus vltimos ſacramentorũ: quia ſcilicet recipiens panem à tali ſacerdote loco corporis Chriſti æquè ſaginatur in ſpiritu, ac ſi verum corpus Chriſti ſuſcepiſſet. Oppoſitum tamẽ ſentit Sum. Ang. vt ſ. Baptiſm.

3 vj. §. iij. ¶* Secundò quæritur, vtrũ quilibet ſacerdos poſſit hoc ſacramentũ conficere? Et dico, ꝙ ſic de facto, quantumcunque nefarius ſit, etiã hæretic⁹, ſchiſmaticus, excõicatus, & degradatus, ſecũdũ S. Tho. iiij. diſt. xiij. quia character, ſuper quem fundatur cõficiendi poteſtas, eſt indelebilis: de iure tamen ſecundũ Richar. ea. di. conficere nõ poteſt irregularis, nec ſuſpenſus ab executione eorũ quæ ſunt ordinis, nec ſimoniacus, ſchiſmaticus, excommunicatus, aut degradatus, ſiue depoſitus, aut quilibet public⁹ & notorius peccator. De corpore vitiatis, vide ſuprà ſuo lo-

4 co. ¶* Tertiò quæritur, vtrũ plures ſacerdotes poſsint ſimul eandem hoſtiã conſecrare? Et dicit Sum. Angel. cum Supplemento, ꝙ non: contra Roſel. quia qui prius verba protulit, ille conſecrauit, & alij nihil faciunt. Sed contrà: primò quia eadem ratione plures non poſſent ſimul vnũ baptizare. quod ipſe negat. Secundò, quia poſſunt ſimul verba proferre: & tunc, vt arguit Albert. quia ratione conſecrat vnus, & alij, ſi intẽdunt: ſi autem nõ ſimul proferãt, ſecundũ Inn. de offi. miſſæ, intentio omniũ ferri debet ad illud inſtans in quo epiſcopus profert, ſiue pri⁹ ſiue poſterius proferãt. Vnde Inn. & Pet. de Palu. & S. Tho. tenet, ꝙ poſſunt, quia eccleſia Romana hãc habet cõſuetudinẽ, vt cardinales papæ, & ordinati epiſcopo ordinanti celebrãti concelebrent, vt repræſentent apoſtolos Chriſto cœnãti concœnantes, eccleſia autẽ Spiritu ſancto regitur. Quòd autem ita eccleſia Romana cõſueuerit, credẽdũ eſt Inno. qui fuit pontifex ſummus, & S. Tho. qui fuit doctor Itali-

5 cus, & Campanus, & Romæ cõuerſatus. ¶* Quartò quæritur, vtrũ ſacerdos conſecrare poſsit quantamcunq; materiam? Et dicit Alex. in iiij. tract. de euchariſtia, quẽ ſcilicet Sum. Ang. cũ Supple. cõtra Roſ. ſequitur, ꝙ nõ: ſed ſolùm quantitatẽ illã, quæ rationabiliter ſumi poteſt à fidelib⁹: quia intẽtio Chriſti & eccleſiæ eſt vt ſumatur. vnde nõ cõficeret qui intenderet conſecrare totũ panem, qui eſt ĩ foro, nõ ex defectu virtutis verborum, quæ vna vice conficere poſſet tot hoſtias quot mũdo toti ſufficerẽt, ſi eſſet neceſsitas eccleſię: ſed propter defectũ intentionis eius qui hoc ſacramentum inſtituit: qui non intẽdit, ꝙ in ludibrio vel ſtultitia fiat cõſecratio: & ſic patet, ꝙ multo minus cõſecrat, qui cõficit ad irriſionẽ, beneficia, & huiuſmodi. Et licet, inquit Sum. Ang. S. Tho. in iiij. diſt. xj. teneat, ꝙ conficit, nõ cures. Et idem ſenſit Supple. male limitãs dicta S. Tho. ad dictũ ſenſum. Sed iſta irrationabiliter & periculoſe dicũtur: quia ad cõficiendũ requiritur, ꝙ miniſter nõ ſolùm intẽdat cõſecrare: ſed etiã eo fine quo Chriſtus inſtituit: ſequitur, ꝙ non cõſecrabit is, cũ in miſſa ſubrepit inanis gloria vel cupiditas: & cõſequẽter, quãtũ in ſe eſt, idololatrare facit. Et ideo ad quæſtionẽ ex S. Th. iij. q. lxxiiij. ar. ij. & iiij. diſt. xj. q. ij. ar. j. q. iij. ſic reſpondetur. Quidam dicũt virtutẽ non eſſe datã miniſtro & verbis ad conſecrandũ panẽ & vinũ ſub quacunq; quantitate, puta totũ panem fori, aut vinũ dolij: ſed ſub tãta, quãta ſufficere põt ad vſum fideliũ: quia ſic cõformabitur intẽtio cõſecrantis intentioni eccleſię. Sed hoc verũ non videt. Oportet eñ hic quãtitatẽ materiæ determinari per cõparationẽ ad vſum fideliũ qui eſt finis huius ſacramẽti: cũ in oĩbus materialibus ratio determinatiõis materiæ ſumatur ex ordine ad finem. Non aũt põt determinari per cõparationem ad vſum fideliũ, qui nũc occurrit: alioquin ſacerdos in deſerto vel habẽs paucos parochianos cõſecrare nõ poſſet tot hoſtias, quot is q parochianos habet multos: ſed ad vſum qui occurrere põt, ſeu ad vſum fideliũ abſolutè, quorũ ſcilicet numerus eſt indeterminatus. Vñ dici nõ põt, ꝙ quãtitas materiæ huius ſacramẽti ſit determinata: præcipuè, cùm vnus hoc ſumere poſsit in magna & in parua quãtita-

6 te. Cũ* aũt poteſtas miniſtrorũ eccleſiæ ordinetur ad effectũ propriũ & ad finẽ effectus: in ſacramentis duplex eſt ĩtẽtio. prima ſcilicet ordinata ad perfectionẽ ſacramẽti: & ſecũda ordinata ad finẽ ſacramẽti: quarũ prima eſt eſſentialis ſacramẽto: vnde ea ꝓtermiſſa nõ eſt ſacramẽtũ: ſecũda verò illud conſequit: vnde ea poſita vel remota, nihilo minus perficit. ſicut ſi quis intẽdat baptizare ad lucrũ, eſt verum ſacramentũ: quia cõformat intẽtioni eccleſiæ quãtum ad primã intentionẽ, licet nõ quãtũ ad ſecundã: & ſimiliter hic, ſi quis intẽdat cõſecrare ad vſum in beneficijs, aut magnã quãtitatem panis aut vini ad irriſionẽ. Non tamẽ dico, ꝙ poſſet ſimul cõſecrare totũ panẽ ciuitatis aut fori: quia ipſa forma pronomine demõſtratiuo vtẽs, oſtẽdit, ꝙ materia cõſecranda debet eſſe corã ſacerdote. vnde exiſtẽs in domo cõſecrare nõ poſſet panẽ in altari, nec totũ eũ q eſt in foro, nec totũ vinũ quod eſt in cellario: ſed quantacunq; ſit quãtitas panis, qui corã illo proponitur, credo, ꝙ cõſecrari poſsit ab ipſo. hæc ex illo. Sed quod dixit de toto pane fori, aut vino cellarij, intellige ſi ſit ibi diuiſio in plura: ſecus ſi eſſet vnus aceruus, aut vnũ doliũ tã-

7 tũ: quia vere diceretur, hoc eſt, vel hic eſt, &c. ¶* Quintò quęritur, vtrũ ſacerdos cõſecrare poſsit vnã ꝑtẽ hoſtiæ ſine alia, ſtãte cõtinuitate? Et dicit Io. de Nea. ĩ quol. & Ric. in iiij. di. x. ꝙ ſic, ſi intẽdat cõſecrare vnã determinatè: puta medietatẽ q eſt à dextris: qa verba nõ operãtur niſi ſup materia

materia intẽta: ſecus ſi vnã indeterminatè: quia reales operationes non ſunt circa ſingularia vaga: vñ nulla eſſet pars cõnſecrata. Nõ requiritur autem ſecundũ Petrũ de Palu. ꝙ fiat determinatio tactu, viſu, aut ſenſu, vel imaginatione: ſed ſufficit ſi fiat intellectu: qui ſcilicet apprehendit in

8 diuiſibilem lineã partes diuidentem. ¶ Sextò* quæritur, quid de ſacerdote habente corã ſe hoſtias vndecim, intendens cõſecrare ſolùm decem ex illis? Et dicit Duran. quòd effectus cõſecrationis ſequitur intentionem conſecrãtis, & non eius opinionem. Igitur ſi numerus ſit quidẽ in ei⁹ opinione, ſed intentio ſit cõſecrãdi totum quod eſt ante ſe, omnes ſunt conſecratæ. Si verò numerus ſit intẽtione, ità ſcilicet, ꝙ intendit cõſecrare decem pręciſè: ſubdiſtingue: quia aut ſcit verũ numerum: & ſic ſunt conſecratę decem tantùm, quas determinat: aut nulla, ſi nõ determinat quas decẽ. Aut illum ignorat: & eodem modo diſtinguẽdum an determinet quas decem conſecrare intendit, aut nòn. Et concordat Ioan. de Neapoli & Richard. Poteſt autem determinare decem, & ignorare vndecimam: vel qa vna latet, & reliquæ ſunt viſæ & intentæ: vel quia ali⁹ vnã appoſuit: vel qa ibi erat, & neſciuit. Si autẽ ipſe vnam plus poſuit quàm crediderit, vel ali⁹ poſuit vndecim, cum ipſe iuſſerit poni decem, & non intendit cõſecrare niſi decem tantùm, nõ eſt determinata eius intẽtio: & ſic nulla eſt cõſecrata. Ex quibus patet, ſicut etiã dicit Alb. in lib. de miſſa, ꝙ ſi remanent ex obliuione in altari, aut guttæ vini in pede calicis, & ſacerdos conficiat, nõ cõſecrantur: quia de his nõ erat intentio. Patet etiam, quòd ſi ſacerdos aſſumat multas hoſtias conſecrandas, de quibus in actu cõſecrationis non aduertit, ꝙ ſunt nihilominus cõſecratæ: quia ſufficit intentio virtualis, ſecundùm S. Tho. & alios Theolo-

9 gos cõmuniter. ¶ Septimò* quæritur, quid faciet ſacerdos quando cœpta miſſa aliquod impedimẽtum recognoſcit in ſe? Et dico, quòd ſi quis in miſſa recordatur ſe eſſe excõmunicatum, vel ſuſpenſum, vel non ieiunũ, aut nõ confeſſum mortale aliquod, ſecundùm Alb. & S. Thom. iij. q. lxxxiij. art. v. & iiij. diſt. xiij. in lite. & Petr. de Pal. ſi recordatur horum poſt cõſecrationem incœptam, proſequi debet: quia vbi difficultas occurrit, ſemper accipiendum eſt quod minus habet de periculo. arg. diſt. xiij. nerui. eſt autẽ maximè periculoſum quod eſt contra perfectionẽ huius ſacramẽti: quia eſt immane ſacrilegiũ: minus autem quod pertinet ad qualitatem ſumentis? debet tñ dolere & ꝓponere vt expedit: & per inuiſibilẽ pontificẽ abſoluitur quãtum ad actum illum, ſecundùm S. Tho. & conſequenter ſi erat excommunicatus, nõ efficitur irregularis: quod etiã tenet Sum. Ang. contra Roſ. Et idem dico de irregularitate. Si verò alicuius horũ recordatur ante cõſecrationem: ſiquidem illud eſt ſolùm peccatum nõ confeſſum, proſeq debet miſſam inchoatam, etiã ſi ſine ſcãdalo poſſet dimittere, ſecundũ Pet. de Pal. & cõcordat S. Tho. & ſufficit cõtritio. Si tñ commodè & ſine aſtantium nota ante ſecretas poſſet habere cõfeſſorẽ: vt cõmuniter accidit quãdo ipſa miſſa cãtatur: credit Arch. ꝙ debet quęrere, imò credo illũ teneri: cùm idẽ ſit quo ad hoc ac ſi miſſam non inchoaſſet. ſi vero hoc ſit quia eſt excõmunicatus, vel nõ ieiunus, S. Bonauẽ. quẽ ſequitur Sum. Ang. dicit, ꝙ poteſt inchoatã miſſam perficere cũ cõtritione. Pet. verò de Pal. dicit, ꝙ omnino dimittere debet, niſi ſcandalũ immineret, imò in ſtãte ſcãdalo magis videtur declinare ad hoc vt dimittat. Sed opin. S. Tho. media inter iſtas eſt verior, ꝙ tutius eſt miſſam inchoatã dimittere, niſi graue ſcãdalum immineret: quia iſta impediũt ex iure poſitiuo, quod eſt ĩ pectore

papæ; quẽ nõ eſt veriſimile velle incidere in ſcãdalũ cum qui inſcius cum talibus vinculis miſſam inchoauit. Si verò hoc ſit, qa eſt irregularis, ſecũdùm S. Bona. proſeq poteſt cũ cõtritione. ſed ego dico vt de excommunicato. Si verò hoc ſit, quia incœpta miſſa habet conſcientiã, ꝙ non ſit ſacerdos, dicit S. Bona. ꝙ ante cõſecrationẽ debet miſſam dimittere fingendo infirmitatem, aut cõſcientiam deponere. ¶ Si verò quis alicuius horum recordatur ante inchoatã miſſam quantũ ad peccatũ nõ cõfeſſum, ſecũdùm S. Th. in iiij. diſt. xvij. ſi quidem habet copiã cõfeſſoris, tenetur cõfiteri: ſi verò eã non habet, licet ei celebrare vrgẽte neceſsitate: & hæc neceſsitas ſecũdũ Pet. de Al. eſt, vt ſi timetur ſcãdalum populi, vel ſi iã incœpit ſacra myſteria, vel ſi infirmus amiſit loquelã, & eſt in propoſito cõfitẽdi. Ego autẽ puto, ꝙ hic ſub nomine neceſsitatis, intelligat omne excuſans ab irreuerẽtia ſacramẽti: vt ſi eſt obligat⁹ ad celebrãdum: vel ſi nõ celebrãdo generaret ſibi ĩfamiã vel admirationẽ: vel nuper deceſsit anima indigẽs ſacrificio probabiliter: aut ſi imminet ſolennitas magna, in qua valde vtile ſit animæ celebrare: aut ſi tãtus ſit feruor in eo q peccauit, ꝙ inde ex ſacrificio ſperet magnũ iuuamẽ contra peccatũ, & huiuſmodi: quia in talibus põt eſſe reuerẽtia maior in aliquo nõ cõfeſſo, quàm aliàs plerũq; in multis cõfeſsis: tota autẽ ratio obligationis ad cõfeſsionẽ hic eſt reuerentia ſacramẽti, quæ naturali iure debetur, ꝙ nõ aliquod præceptũ canonis: licet multæ de hoc ſint gl. Vn-

10 de *& quidã tenent, ꝙ cum cõtritione ſufficit ſemel ĩ anno eſſe confeſſum. qđ Pan. in c. de homine. de celebr. m. ſ. dicit verius: quia ſcilicet ius canonicũ & nõ naturale cõſiderauit. Imò dicit Rich. in iiij. diſt. xvi. habens idoneum cõfeſſorẽ, ſed expectãs aliũ, cui deuotius & ſecurius cõfiteatur: poteſt cũ ſola cõtritione cõmunicare: & à fortiori vbi non eſt copia cõfeſſoris, & adeſt magna vtilitas: ſuprà Cõfeſsio ſacramẽtalis. j. §. ij. Pe. etiã de Pal. dicit, ꝙ ſine cõfeſsione cõmunicare põt quis tẽpore Paſchali, ſi nõ habet confeſſorẽ, vel habet caſum reſeruatum, & epm adire nõ põt. quod dictũ recitãs Arch. dicit: Credo iſtud reſtringendum, qñ ex hoc, ꝙ abſtineret ſequeretur magnũ ſcandalum, & haberetur multùm ſuſpectus de aliquo malo: tunc fortè poſſet. hæc ille. Ex his etiã dico, ꝙ volens comunicare poſitus corã ſacerdote, ſic, ꝙ iam ſine nota non cõmunicare non põt: ſi recordatur de mortali non confeſſo, licitè ſine cõfeſsione communicat cum ꝓpoſito cõfitẽdi. Quantum verò ad excõmunicatum & irregularẽ: puto, ꝙ inchoare poſſent diuina, vbi nõ inchoãdo metuerẽt mortem, aut verbera, metu cadente in conſtantẽ virũ. & idem de non ieiuno: quia in talibus iura poſitiua agẽtes contra ſua ſtatuta excuſant: nec incurretur in huiuſmodi aliqua irregularitas. ar. c. clerici. & c. latores. & c. fraternitati. quę temeritatem requirunt. de cler. excõ. mini. per totum. Nec obſtat c. apoſtolicæ. eod. tit. quia illi ſunt in culpa nõ intelligendo quod debent: iſti verò neceſsitate: imò hoc Sum. Ang. extendit, nõ ſolùm ad verbera, ſed etiã ad ſcandalũ, modo non ſit Phariſæorũ, vel idem quod admiratio. Circa ꝓdicta tamen Roſ. multipliciter deficit. ¶ Primò, quia dicit, ꝙ recolens ſe excõmunicatum poſt cõſecrationem, celebrando efficitur irregularis, etiam ſi examinando cõſcientiam fuit ſine omni culpa, quod eſt falſum: quia antequam recolat, ſine culpa ignorat: & cõſequẽter excuſatur. per c. apoſtolicę. de cler. excõ. mi. poſtquam verò recolit, excuſatur: quia Dei præcepto tenetur ſacrificium cõſummare, & per ſummum pontificem abſoluitur quantum ad actum illum, vt dictum eſt. ſecũdò, nam dicit, ꝙ is qui poſt

conſecrationē recolit ſe comediſſe vel bibiſſe: licet perfi
cere debeat, per c. relatum. de conſec. diſt. ij. tamen ſic per
ficiendo mortaliter peccat, etiā ſi examinādo conſcientiā
fuiſſet ſine culpa: quia, inquit, verum eſt dicere, ꝙ nō cele
braturit ieiunus: quod eſt falſum & ridiculum: quia ante re-
cordationē no peccauit, per ipſum: nec poſt. quia ſi conte
ratur & ꝑponat vt debet, ſequit, ꝙ cōtritus peccauit mor-
taliter faciendo quod facere tenetur: & eſſet verè perple-
xus nō habens viam ſalutis, ſiue compleat miſſam ſiue nō:
potuit tñ ante peccaſſe mortaliter nō examinādo conſciē
tiam. Tertiò, quia dicit, ꝙ is qui ante cōſecrationē recor-
datur ſe comediſſe vel excōmunicatū eſſe, debet omnino
deſiſtere, nō obſtāte ſcādalo: quia nō video, inquit, ꝙ ori
ri poſsit tā graue ſcādalum, cùm illud ſit quia fortè popu
lus die feſto miſſam perderet: ſed dico, ꝙ etiā illud eſt for
tè ſufficiens qñ tenetur celebrare: vt quia eſt curatus: & ſi
illud nō eſt, poſſunt eſſe multa alia: vt quia deſiſtēdo ſe in
famaret de graui peccato: aut ſaltē qa incūberet illi mors
aut vulnus. Nec obſtat qđ dicit d. c. apoſtolicę. excuſare ſo
lùm ignorantem ſine culpa: exceptionē autē regulam fir-
mare in alijs: quia ibi nulla fit exceptio, ſed abſolutè excu
11 ſantur ignorātes probabiliter. ¶ In* omni autē caſu debet
cauere ne ſimulet ſe cōſecrare, & nō cōſecret: qa in ſacra-
mēto veritatis nō debet eſſe aliqua fictio, ſecūdū Pe. & S.
Th. nec debet quātū in ipſo eſt, facere idolatrare. Vnde di
cit decretalis, ꝙ abijcienda ſunt falſa remedia, quę ſunt ve
ris periculis grauiora. de celeb. miſ. de homine. ¶ Octauò
12 *qritur, qd fiendū cū ſacerdos deficit in miſſa? Et dico ſic.
Si celebrās in miſſa deficit morte vel infirmitate occupa-
tus, ſecūdū ſtatutū cōcilij Toletani, ali⁹ explere debet qđ
ille inchoauit: & iſte debet eſſe ieiun⁹. vij. q. j. nihil. qđ S.
Tho. iij. q. lxxxiij. limitat, ſi impediatur incœpta conſecra
tione: qa ſi ante cōſecrationē corporis decedat, nō opor-
tet per aliū, vt dicit, ſuppleri: licet hoc fieri poſsit: vt dicit
Archi. & intellige ante cōſecrationē inchoatā. Modus aūt
ſupplendi eſt vt à capite incipiatur, ſecūdū omnes, ſi neſci
tur vbi primus dimiſit: ſi autē ſcitur, indiſtinctè dicūt Pet.
& S. Th. vt ſecūdus incipiat vbi primus dimiſit. qđ de ver
bis formarū nō debet intelligi, ſed de alijs ſecūdū Arc. qa
ſi prim⁹ dixiſſet vnā partē verborū formę, & ſecūdus aliā,
nullus cōſecraret: vnde oportet, ꝙ primus vel ſecūdus di-
cat totā formā. Albe. tñ in lib. de miſſa. qñ ſcitur vbi dimiſ
ſum eſt, ſic diſtinguit: Si primus deficit ante canonē, inci-
piendū eſt à capite & totū rite peragendū: quia dicta ante
canonē nō ſunt de cōfectione ſacramēti, ſed populi iſtru-
ctione. Si verò incœperat canonē, ſed nondū cōſecrarat:
proſequendū eſt vbi dimiſſum: tum ne populus minus ap
pretiet verba canonis, vidēs ea tā facile repeti, quaſi prius
dicta eſſent annullata: ſigna enim illa repræſentāt Chriſti
paſsionē, quæ nūquā debēt irrita reputari: tū qa ex verbis
& ſignis peractis materia recepit ſanctitatē, vt eſſet magis
idonea ad tranſſubſtantiationē: vnde ſuper illa hoſtia re-
petenda nō ſunt, ne fiat iniuria virtuti verborū, tanquā ni
hil valuiſſent prius dicta. Si aūt defecit cœpta & nō cōple
ta forma corporis, ſeruet illa hoſtia in altari pro reliquijs,
& ſuper aliā celebretur, inchoādo ibi, qui pridie, ſecundū
Inn. in c. presbyter. de ſacr. ite. vel ſecūdùm Arc. poſt ſum
ptum ſacramentū ſacerdos etiā dictā hoſtiā ſumat. Si aūt
deficit cōſecrato corpore & nō ſanguine, ſecūdū Alb. inci
piatur ibi, ſimili modo. & ſuper calice præparato canon ꝑ
agatur, & in fine corpus & ſanguis ſumatur. Si aūt deficit
in ꝓlatione formæ ſanguinis, fiat ſicut dictū eſt de hoſtia,
ſuper qua aliqua verba formæ dicta ſunt, & non oīa, inci-
piendo ibi, ſimili modo: ſuper aliū calicē præparatū. Sed
quia nō eſt periculū repetere verba, niſi in formis ſacra-
mētorū, nō omniū, ſed aliquorū: ideo melius dicit ſecūdū
mentē S. Th. vt ſuper eadē hoſtia & eodē calice verba ꝓ-
13 ferātur. ¶ Nonò* queritur, quid agendū ſit, cū ſacerdoti ī
miſſa vel extra aliquid præter ſuā intentionē ab extrinſe-
co accidit circa materiam vel ſpecies euchariſtię: Et dico
multa. ¶ Primū. Si propter frigus vel ex negligētia hoſtia
labatur in calice ante fractionē vel poſt, ſecūdū S. Th. iij.
q. lxxxiij. nō eſt neceſſe ꝓpter hoc aliqd iterari: qa fractio
hoſtiæ conſecratæ, & ꝙ vna ſola pars mittatur in calicē, re
ſpicit corpus myſticū, ſicut admiſtio aquę ſignificat popu
lum: vnde horū prętermiſsio nō facit imperfectionē ſacri
ficij. ¶ Secūdū. Si in calice deprehēdatur venenū aut mu-
ſca vel aranea ante cōſecrationem, effuſo vino & loto cali
ce aliud ponatur, ſecūdū S. Tho. ibi. Si verò poſt cōſecra-
tionē aliqd horū acciderit, debet animal caute capi, & di-
ligēter lauari & cōburi: & ablutio cū cineribus in ſacrariū
mitti, id eſt, ſecūdū Pet. de Pal. in piſcinā, in qua ponunt
quæ ſpecies ſacramēti mediatè vel immediate cōtigerūt.
Si verò ibi venenū adeſſe deprehēdit, itellige ex īmiſsiōe
vel infectione animalis venenoſi, nullo mō ſumat, nec tra
datur alteri, ne calix vitæ vertatur in mortē: ſed in vaſe a-
pto diligēter poni debet, & pro reliqis ſeruari. Et ne ſacra
mentū remaneat imperfectū, calix de alio vino debet ꝑpa
rari, & à verbis cōſecrationis ſanguinis inchoari, ſi nondū
ſumpta eſt hoſtia. Si verò ſumpta eſt, apponēda eſt hoſtia
cōſecrāda cū vino: nihil enī abominale occaſione hui⁹ ſa
cramēti ſumi debet, ſecūdùm S. Th. Sum. aūt Ang. dicit,
ꝙ ſanguis quē S. Th. dicit reponēdū in vaſa, eſt cōburen-
dus intincta ſtupa vel pāno in eo: ſed hoc eſt īmane ſacrile
giū: vt de hoſtijs mucidis à ſacerdote cōbuſtis, dic. Petr. de
Pal. ¶ Tertiū. Sicut legitur de cōſecr. di. diſt. ij. ex decreto
Pij papæ, ſi ꝑ negligētiā aliquid ſtillauerit de ſanguine in
tabula, q̄ terræ adhæret, ita ſcilicet, ꝙ ſtet ſpecies liquoris,
lingua lambet, & tabula radetur: ſi verò nō fuerit tabula,
terra radetur, & igni cōburetur, & cinis iuxta altare cōde-
tur: & ſacerdos xl. diebus pœniteat. Si aūt ſuꝑ altare ſtilla
uerit calix, ſorbeat miniſter. i. ſacerdos ſtillā, & tribus die-
bus pœniteat. Si ſuꝑ linteū altaris, & ad aliud ſtilla ꝑuene
rit, quatuor dieb⁹ pœniteat: ſi vſq; ad tertiū, nouē diebus
pœniteat: ſi vſq; ad quartū, vigīti dieb⁹ pœniteat: & lintea
mina q̄ ſtilla tetigerit trib⁹ vicib⁹ lauet miniſter. i. ſacer-
dos calice ſubtus poſito: & aqua abſolutionis ſumat, & iu-
xta altare recōdat: poſſet etiā ſumi in potu à miniſtro, ni-
ſi propter abominationē dimitteret. Quidā autē vlterius
partē illā linteaminū incidūt & cōburūt, & cinerē in alta-
ri vel ſacrario deponūt. hæc S. Th. dicit aūt Gul. ſufficere,
ꝙ lauetur modo ꝑdicto. Quomodo aūt intelligatur cū di
citur, tot diebus pœniteat. j. Pœnitētia. §. vj. ¶ Quartū. De
cōſe. di. ij. ex pœnitētiali bene dicitur, ꝙ ſi ꝑ ebrietatē aut
voracitatē euchariſtiā vomuerit, ſi eſt laic⁹, xl. diebus pœ
niteat: ſi clericus vel monachus, lx. epſ, xc. Si verò infirmi-
tatis cā vomuerit, vij. dieb⁹ pœniteat, vbi gl. in c. ſi qs ꝑ e-
brietatē, dicit, ꝙ ꝓ cā infirmitatis imponit pœnitentia ad
cautelā, ſicut xxxiij. q. ij. in lectū. & qa ſumere nō debuit
cū eſſet infirm⁹, id eſt, ſtomacho alteratus: & ſecūdū Ray.
ille vomitus debet cremari, & cineres iuxta altare recōdi.
S. Tho. aūt dicit, ꝙ vbicūq; ſpecies integræ inueniunt, id
eſt, incorruptæ, ſunt reuerēter obſeruādæ, vel etiā ſumē-
dæ niſi obſtet abominatio: qa, inquit, eis manētib⁹ manet
corpus Chriſti: eā verò in quibus inueniunt, ſi cōmode fie
ri pōt, dicit cōburēda cinere in ſacrario repoſito. ¶ Quin
tum

tum. Si quis non bene cuſtodierit ſacramētum, & mus vel
aliud animal illud in eccleſia comederit, xl. diebus pœni-
teat. de conſe. diſt. ij. qui bene. & ſi eſt poſsibile, capiatur
animal, & cōburatur, ac cineres iuxta altare ponantur, ſe-
cundū S. Th. quod intellige cùm iam ſpecies creditur to-
taliter alterata. Petr. verò de Pal. dicit animal exenterādū,
& coburēdū, vt ſ. ſpecies verò in tabernaculo ponēdas, do
nec naturaliter cōſumātur: aut ſi nō impedit abominatio,
ſumēdas: nequaquā autē in piſcinam proijciēdas. Quod
intellige, qñ factū eſt ita recens vt credātur ſpecies in ſto-
macho animalis perdurare: quia tunc exenterandum eſt.
¶ Sextum. Si quis euchariſtiam vel partē eius perdiderit,
vt inueniri non poſsit, xxx. diebus pœniteat. de cōſe. di. ij.
ſi quis, intellige ſi ex negligētia, nō ex miraculo: ſicut vna
particula delata eſt beatę Catherinę de Senis de altari, quā
frater celebrans inuenire nequiuit. Et ſecundū beatū Th.
eadē pœnitētia dignus videtur ſacerdos, per cuius negli-
gentiā hoſtiæ putreſiunt. ¶ Septimū. Secundū Hoſt. ſi is,
ad quē ſpectat euchariſtię cuſtodia, illam incautè dimiſe
rit: quāuis nihil nefandū acciderit, tribus mēſibus ab offi-
cio ſuſpendatur: & ſi per eius incuriā aliquod nefandū ac
ciderit, grauiori pœnæ ſubiaceat vltioni. de cuſt. euch. c. j.
¶ Octauum. Si ſanguinem ſumēdo particula remaneat in
calice, digito ad labiū calicis adducatur & ſumatur: nec ap
ponatur vinū ad aſſumendū cum ea: qa illud citius deſcē-
deret, & ſic ſacerdos ſumeret illā nō ieiunus, ſecūdū Sco.
in iiij. quāuis dici poſsit, ꝙ nō ꝓcedit: qa quod fit tali mo
do, dicitur fieri ſimul, per not. in c. qa propter. de elect. &
in l. cōtinuus. ff. de verb. obl. in prin. j. Euchariſtiam. iij. §.
14 viij. in fin. ¶ Decimò* quæritur, qd cùm ſacerdos aduertit
aut meminit eſſe defectū in materia euchariſtiæ? Et dico
multa. ¶ Primū. Sanct. Tho. loquēdo de defectu circa vi-
num in iij. parte: q. lxxxiij. ar. vlt. ad quartū. ſic dicit: Si ſa-
cerdos ante conſecrationē ſanguinis etiā poſt cōſecratio
nē corporis percipiat aut vinū aut aquā nō eſſe in calice:
debet ſtatim apponere & recōſecrare. Si verò hoc ꝑcepe-
rit de aqua poſt conſecrationē. ſ. ſanguinis, debet nihilo
minus procedere: qa impoſitio aquæ nō eſt đ neceſsitate
ſacramēti: vino aūt cōſecrato nullo modo debet aqua mi
ſceri: qa ſequeretur corruptio ſacramēti pro aliqua parte.
Si verò poſt conſecrationē hoc perceperit de vino: ſi qdē
hoc percipiat ante ſumptionē corporis, debet īponere vi-
num cum aqua, & reſumere à verbis cōſecrationis ſangui
nis: ſed ſi hoc ꝑceperit poſt ſumptionē corporis, debet ap
ponere aliā hoſtiam conſecrādā ſimul cū ſanguine. quod
ideo dico: quia ſi dixerit ſola verba conſecrationis ſangui
nis, nō ſeruaretur debitus ordo cōſecrādi: & ſicut dicitur
in d. c. Toletani cōcilij, perfecta videri nō poſſent ſacrifi-
cia, niſi perfecto ordine compleantur. Si verò inciperet à
conſecratione ſanguinis, & repeteret omnia verba cōſe-
quētia, non cōpeterent, niſi adeſſet hoſtia cōſecrata: cùm
in illis verbis occurrāt quædā dicēda & fienda nō ſolùm
circa ſanguinē, ſed etiā circa corpus: & debet in fine iterū
ſumere hoſtiā conſecratā & ſanguinem, non obſtāte etiā
ſi prius ſumpſerit: quia præceptū de perfectione ſacramē
ti maioris eſt pōderis, quàm præceptū, ꝙ hoc ſacramentū
ſumatur à ieiunis. hæc ille. ¶ Secūdū. Circa defectū hoſtię
dicit Pet. de Pal. ꝙ ſi quis ante conſecrationē aduertat, eā
non eſſe triticeam, vel eſſe corruptam: ea remota aliam
ponat, reincipiens à canone: vel melius ſecundū mētē S.
Tho. à verbis conſecrationis: vt in ſimili dicit de ſangui-
ne. ſ. ne fiat iniuria verbis iā dictis ſine cauſa. Si verò poſt
conſecrationem idē fiat, ponēdo aliam, & eam ſumendo:
nihilominus ſumendo illam primam, vel ſumendam tra-
dendo, vel reuerenter ſeruādo, ſcilicet ad cautelam aut re
uerentiā formæ ſuper eam prolatę. Et intellige etiā ſi ad
uertat poſt cōſecrationē ſanguinis: quo caſu omnia repli-
cabit, excepta forma ſanguinis. Si autē aduertat defectū
hoſtiæ poſtquā ſumpſerit, licet doct. varient, tamē beatus
Tho. ſentit vbi ſ. ꝙ aliam debeat hoſtiam ponere & ſume
re, vt ei imponit Archiepiſcop. & patet ex dictis in ſimili,
vt ſcilicet ſacramētū ſit integrū: & hoc Archie. idem intel
ligit, etiā ſi aduertat defectū hoſtię poſt ſumptionem ſan-
guinis, ſcilicet ꝙ rurſus ponat nouum panem, & nouū vi-
num, & conſecret, ac proſequatur, & ſumat, ne ſacramētū
15 remaneat imperfectū. ¶ Et* ſic patet ex dictis iſtā eſſe mē
tē ſancti doctoris. Sacerdos qui peruenit celebrādo ad ca
nonē, tenetur ſi poteſt ſimul vna oblatiōe offerre panē &
vinū, & cōſecrare ac ſumere vtrunq;, nec ſufficit alterum
ſine altero: quia ſacramentū eſſet imperfectū, vel indebi-
to ordine completū, quorū vtrunq; eſt contra dictū con-
cilij. ¶ Tertium. Ex his patet, ꝙ Sum. Ang. deficit in qua-
tuor. Primò, quia dicit, vbi accidūt defectus, reincipiendū
alri⁹, quàm à forma: vt ibi, Suſcipe ſancte pater. quo ad ho
ſtiam. & ibi, Deus qui humanæ, quo ad ſanguinē: & inter-
mittenda eſſe aliqua. cōtra dictū cōcilij volētis Sacrificia
perfecto, id eſt, completo ordine cōpleri. vbi tamē aduer
te, ꝙ cùm S. Tho. inchoandum dicit à forma, intelligi po
teſt à particula, quę includit, & introducit formam: vt, qui
pridie: & ſimili modo. & eſt veriſimile vt forma proferat
ex perſona Chriſti non ſolùm quantū ad intētionem, ſed
etiā quantū ad verborū ſeriē. Secūdò, quia dicit, ꝙ dicen-
do, hoc eſt corpus meū, ſcilicet cum intētione cōſecrādi,
nō cōſecraretur: quod ſuprà improbatum eſt. Tertiò, quia
dicit, ꝙ ſi aduertatur defectus in vino poſt ſumptum cor-
pus, non debet alia hoſtia cōſecrari ratione ſcādali. quod
etiā tenet Scot. ſed ſolùm vinū cum aqua: quę ſunt expreſ
ſe contra dictū concilium: quia ſacramētū non eſſet inte-
grum. Quartò, quia dicit corpus Chriſti, id eſt, particulā
quę eſt in calice, eſſe cōburendum, cū ſine periculo vomi
tus ſumi nō poteſt. & idem Roſel. quod eſt immaniſsimū
ſacrilegiū: cùm ſecūdū S. Thom. & Pet. de Pal. ſeruandum
eſſet inter reliquias, donec naturaliter cōſumeretur. Patet
etiā, ꝙ Roſel. deficit multipliciter. Primò, quia dicit in di
ctis defectionib. inchoādū eſſe à canone: licet nihil dicat
de ſequētibus omittendū: quod tamen non puto cōtra S.
Tho. quia cùm dicit incipiēdū eſſe à forma, loquitur quā
tum ad id quod neceſsitatis eſt, licet etiā inchoari poſsit à
canone: ſed nō æquè bene: ne iterētur iam dicta ſine cau-
ſa: niſi nomine canonis intelligamus qđ ſequitur de ſecre
tis, incipiēdo ibi: qui pridie. vbi propriè incipit canon, ſe
cundùm Inn. Hoſt. & Ioan. And. Pa. Alex. à Neuo. & cōiter
ſcribētes, per c. cum Marthæ. de cele. miſ. Vnde etiā ſecun
dū iſtā Sum. ſufficit incipere ibi, qui pridie. vel ibi, ſimili
modo. Secūdò, quia dicitur, ꝙ ſi ſacerdos perpēdit defe-
ctum hoſtię poſt eius ac vini ſumptionē, nō debet illa die
aliā cōſecrare: quia non eſt ieiunus. quod falſum cōſtat ex
dictis, & rationē eſſe nullā. Tertiò, qa videtur nō determi
nare, ſi ille defectus percipiatur poſt ſumptionem hoſtiæ
ante ſumptionē ſanguinis, an ſit alia hoſtia conſecrāda, vł
non. Quartò, qa dicit, ꝙ ſi ſacerdos aduertat defectum in
calice poſt ſumptionē hoſtię, & materiā indebitā calicis,
non debet aliā debitā capere. ¶ Quartum. Si ſacerdos ha
bens aquā in ore, antequā deglutiat, de defectu aduertat,
ſecundū Dir. lib. j. tit. vij. ſi poteſt ſine ſcādalo, ſpuat in ca-
licē, & extracta particula aquā in alio vaſe reponat: & ſic
accep

accepto vino conſecret, & particulam in eo ponat: & ſu-
mat, & ſimiliter aquam illam ſi ſine vomitu poteſt: de quo
ſi timet, eam ponat in ſacrario. & idem dic de particula.
quam tamen Ang. & Roſ. cōburendam dicũt, & cineres
in ſacrario reponẽdos. Quintum. Si vinum in calice con
geletur: ſacerdos illud ante conſecrationẽ reſoluat, vt ha-
beat rationẽ actualẽ potus: ſi tamen non reſoluit, adhuc
conficit: quia vinum congelatũ à non cõgelato ſpecie nõ
differt, ſed ſolùm accidentali qualitate: vnde rurſus de cõ
gelato fit non cõgelatum: quod eſſe nõ poſſet. ¶ Sextum.
Si hoſtia ante conſecrationẽ inueniatur fracta, nihilo mi
nus cõſecrari poteſt, niſi ſcãdalũ eſſet ĩ populo: qa fractio 1
& quadratura, & huiuſmodi non vitiant ſacramẽtũ, ſicut
nec tollunt ſubſtãtiam panis. Nec obſtat ſi non ſit aliquid
vnum: quia intẽtio ſacerdotis eſt, totã illam hoſtiam cõſe
crare, & cõſequẽter omnes eius partes, ſiue vnitæ ſint, ſiue
diuiſæ. ¶ Septimũ. Si celebrante ſacerdote occurrat caſus,
quo neceſſe ſit alicui dare eucharistiã, puta in infirmitate:
ſacerdos habẽs vnam hoſtiã tantùm, poteſt exhibere par
tem eius, & aliã partẽ ſumere, ſecundũ S. Tho. in iiij. diſt.
xvij. Et idem puto de qualibet rationabili cauſa, puta de-
uotione magna alicuius ad cõmunicandum. ¶ Octauum.
Cùm miſſæ celebritas terminetur bñdictione ſacerdotis:
vt j. Miſſa. ij. §. j. non ita iudicãdũ eſt de defectibus miſſæ
reparandis ante benedictionẽ: cùm adhuc ſtet officiũ miſ
ſæ, ſecundùm Arch. ſicut poſt, quando iam ſolutũ eſt, quia
poſt benedictionẽ quicqd fieret, magis eſſet iteratio miſ-
ſe, quàm reparatio defectus. ¶ Nonũ. Si ratione defectus
debita materia eſt apponenda, & nõ poſsit haberi: ſi ſit an
te conſecrationẽ corporis, vlterius procedi nõ debet: quia
aut integra ſecramenta perficiant. ſ. cõficiẽtes: aut ab inte-
gris arceantur. de cõſec. diſt. ij. cõperimus. Si verò ſit poſt
cõſecrationẽ debitam corporis: puto proſequẽdum fortè
tacitis verbis, quę ſuper ſanguine dicuntur: quia ex quo ſa
crificium inchoatum eſt, minus malum eſt, ꝙ imperfectũ
remaneat ex altera parte tantùm, quàm ex vtraque.

RVRSVS DE EVCHARISTIA III.
quantum ad vſum, & ſumptionem eius.

1 *Euchariſtiæ uſus quibus, ac qualiter ſiue ſecundùm unam, ſiue ſecundùm utranq; ſpeciem ſumendã ſit, competat.*
2 *Euchariſtia quot modis ſumat. Et an in hoc ſacramẽto Chriſtus uerè manducetur. nu. ſeq. ubi duplex manducandi ſpecies deſcribitur.*
4 *Corpus Chriſti in ſumentis ac cõmunicantis ſtomacho quãdiu durare & ineſſe dicatur. Et ibidem Summa Ang. refellitur.*
5 *Euchariſtiã quis iuridicè diſpenſet, ut licitè ab eo ſumi queat. Et an ſaltẽ in mortis articulo ab hæretico percipi poſsit. Et qd de ſchiſmatico, excõicato, ſimoniaco, & fornicatore notorio.* 3
6 *Miniſtrum, quem quis certò malum eſſe ſcit, ad officiorũ executionem inducere ſummopere quiſq; cauere debet, ne huiuſmodi peccati occaſionem præbeat. Et ibidẽ num à quolibet ſacerdote Euchariſtia ſumenda ſit.*
7 *Euchariſtia dari, aut denegari quibus, & quare debeat, undecim axiomatis definitur.*
8 *Euchariſtiæ ſacramentum percepturus, an ieiuno ſtomacho eſſe debeat.*
9 *Euchariſtiam ſumere, poſt cibum ac potum, aut contrà, an diu differre quis debeat.*
10 *Sacerdos ſi poſt cibi ſumptionem, reliquias Euchariſtiæ uideat, aut quid ipſius palato adhæſerit, quid efficere debeat.*
11 *Euchariſtiam percepturus qua munditia purus ac mundus eſſe debeat. Et quid de nocturna pollutione. nu. ſeq. ubi quod pollutio uariè excitari poſſit, ac procedere, ad quæ concluſiones quinque ſubduntur.*
13 *Cõmunicaturus, num ante ac poſt ſumptionẽ, à coitu coniugali mũdus eſſe debeat. Et quid reſpectu partus ac mẽſtruorũ in muliere. nu. ſeq. Et quid de ſomnio homicidij, & ſimilium. nu. 15.*
15 *Cõmunicaturus, an ab omni peccato per contritionem & confeſſionem, mundus eſſe debeat.*
17 *Communicandum ſiue à ſacerdote, ſiue à ſubdito, quàm ſæpe ac frequenter ſit, ſeptem dictis expeditur.*
*18 *Cõmunicaturo, ſi corpus Chriſti alia ſpecie ac forma, quàm panis appareat, utpote in pueri formam, aut carnis cruentæ, quid agendum ſit, & an illud ſumere debeat.*

EVCHARISTIA* tertiò, quãtum ad vſum, vt plenius
innoteſcat, ſciẽdum eſt, ꝙ aliquibus cõpetit iſte vſus
ex neceſsitate præcepti quãtũ ad vtranq; ſpeciem, vel al-
teram tantùm. Primò quidẽ ſacerdoti dum celebrat. de cõ
ſe. diſt. ij. relatum. quia ſacramentũ in ſumptione comple
mentum ſuæ ſignificationis accidit: & ſi pluries celebrat
in die, ſemper ſub vtraq; ſpecie ſumere debet omiſſa puri
ficatione in prioribus miſsis. Secũdò, cuilibet Chriſtiano
cùm ad annos diſcretionis peruenerit. đ pœ. & re. omnis.
de quo j. §. v. partic. vij. niſi ex cauſa rationabili de cõſilio
proprij ſacerdotis ad tẽpus abſtineãt. Tertiò, cuilibet in
articulo mortis cõſtituto. Vnde viaticũ dicitur: & videtur
mortale in tali articulo cõtemnenti, id eſt, negligẽti com
municare, cùm poſsit, ſecundũ Sum. Ang. ſed qa ſumptio
Euchariſtiæ nõ eſt ex neceſsitate ſecundũ ſe, ſed ex ſtatu-
to eccleſiæ, ſecundũ S. Tho. iiij. diſt. ix. ideo verius eſt hoc
non eſſe mortale, vbi ſolã negligẽtia eſt in cauſa. Quartò,
ratione ſtatuti. Quintò, ratione officij, ſicut ſacerdoti, qui
tenetur aliquãdo celebrare: vt j. Miſſa. j. §. vij. partic. iiij.
2 ¶ Primò* verò quæritur, quot modis Euchariſtia ſumitur
ſeu manducatur? Et dico ſecundũ S. Tho. & alios docto. ꝙ
duobus ſimplicibus, ex quibus reſultant tres. ¶ Primò ſci-
licet ſpiritualiter tantùm, dum ſcilicet quis maſticat Chri
ſtum, per fidem cogitãdo, & illũ ſibi incorporãdo per cha
ritatis ardorem, habẽdo ſacramẽtum hoc in voto, non in
effectu. Vnde Aug. Crede, ſcilicet amando, & mãducaſti.
& ſic mãducauerũt patres veteris Teſtamẽti, ſecũdùm S.
Tho. iiij. diſt. ix. ¶ Secundò, ſacramẽtaliter tantùm: ſicut
qui ſuſcipit hoc ſacramentũ non vt cibum, ſed vt ſacramẽ
tum, id eſt, ſignum alicuius: credendo ſcilicet ſub illis ſpe-
ciebus aliquid latere ſpirituale: vel ſaltem, ſecundũ Sanct.
Bona. intendendo ſumere, quòd alios eſtimat credere, li-
cet ipſe nõ credat. Vnde hoc modo mãducat fidelis pecca
tor, & etiã aliquo modo infidelis, licet impropriè: de quo
S. Th. iiij. diſt. ix. ar. ij. q. ij. ¶ Tertiò, vtroq; modo ſimul:
vt iuſtus. Brutũ aũt neutro modo manducat, vt patet ex di
3 ctis. ¶ Secundò* quæritur, vtrum verè in hoc ſacramento
Chriſtus manducetur? Et dicit Richar. in iiij. diſt. ix. ꝙ in
ſumptione huius ſacramẽti eſt quędã manducatio carna-
lis, qua comeſtũ maſticatur, traijcitur, digeritur, & vltimò
in ſubſtãtiã cõuertitur: & ſic verè mãducatur illa ſpecies,
ſub qua realiter verũ Chriſti corpus continetur. Eſt & alia
mãducatio ſacramẽtalis, qua corpus Chriſti verũ realiter
ſub illis ſpeciebus contentũ ſumitur: ſed ſic ſumptum cor
poraliter nõ maſticatur. Et ſi ſpecies ſic in ore maſticẽtur,
ꝙ per digeſtionem ibi factã nõ corrũpatur in eis forma
propria, ſed in ea in ſtomachũ deſcẽdat, etiã corpus Chri
ſti in ſtomachum deſcendit per deſcẽſum ſpeciei, ſub qua
continetur: & tam diu ibi manet, quàm diu in eadem ſpe-
cie forma propria ſpecierũ ſaluatur. Si autẽ ſpecies panis
tam diu in ore maſticetur, ꝙ per digeſtionẽ in ore factam
corrumpatur forma propria ſpecierũ, & non deſcendat in
ſtomachum: tunc nec corpus Chriſti in ſtomachum deſcẽ
dit. Et ſic intelligitur illud de cõſecr. diſt. ij. c. tribus. in gl.
ſi. cùm dicitur ꝙ quàm citò ſpecies dẽtibus atteritur, tam
citò in cœlum rapitur corpus Chriſti. Hæc ex illo. Ex qui
bus patet, ꝙ Chriſtus mãducatur ad hunc ſenſum, quia ſci
licet ingreditur os & ſtomachum: non autẽ quia corpora
liter atteratur, aut incorporetur. Licet etiã iſta aliquando
attribuãtur corpori Chriſti, id eſt ſpecieb⁹, ſub quib⁹ eſt.
4 ¶ Tertiò* quæritur, quandiu corpus Chriſti ſit in ſtoma-
cho communicantis? Et dicit glo. in c. tribus gradibus. de
conſec. diſt. ij. ꝙ vbi ſpecies ſacramenti atteritur dentib⁹,
Chriſtus euolat ad cœlum. quod verum eſt, ſi ſic atteritur
ꝙ formam perdat: aliter autem eſt contra text. in c. ſi quis
per negligentiã. ea. diſt. vbi dicitur, ſi quis euchariſtiã euo
muerit, euomi enim nõ poteſt niſi traiectũ in ſtomachũ.
Sum. autem Ang. iuncta San. Bona. dicit primò, quod tan
diu ſub ſpeciebus manet Chriſtus, quãdiu ſunt habiles ad
refectionẽ ꝙ habet in ſtomacho, & extra ſtomachum: &
ſecundò, ꝙ ſi ſpecies illæ trãſeãt per ſtomachũ indigeſtæ,
& vadãt in ſeceſſum, non eſt ibi corp⁹ Domini. Sed cõtra
primũ, quia ibi nõ eſt corpus Chriſti, niſi quia ſucceſsit pa
ni in ipſum cõuerſo: vt fortè in titulo ſequẽti dicetur: vn-
de ibi eſt corpus Domini eodẽ modo, quo ibi eſſet panis,
q nõ eſſet ibi quãdiu illa materia eſt habilis reficere, quũ
hoc ei cõueniat etiã cũ eſt digeſta: ſed quãdiũ duraret ſpe
cies panis. Et per idẽ patet cõtra ſecundũ: quia ibi eſſet ſub
ſtantia panis: & cõſequẽter eſt corpus Domini. Et præter
ea ſi illæ ſpecies ſunt habiles nutritioni extra ſtomachũ,
tranſiuerũt indigeſtę: & cõſequẽter ibi eſt corpus Domi-
ni. Et ideo dicẽdũ eſt, ſecundũ S. Tho. & Pet. imò etiã ſe-
cundũ eandẽ Sum. ex Rich. ꝙ eſt ibi tãdiu quãdiu ſpecies
panis durãt incorruptæ ſiue in vomitu, ſiue in ſeceſſu: nec
eſt, inquit Petr⁹, mirũ: ſicut etiã à diabolo ſe pmiſit in mõ
5 tẽ portari, ſecundũ Grego. ¶ Quartò quæritur,* quis poſ-
ſit iuridice Euchariſtiã diſpẽſare, vt licitè ſumatur ab illo?
Et dico ſic, ſecundũ Pet. de Pal. diſt. xiij. ſolus ſacerdos eſt
euchariſtię diſpẽſator ſicut celebrator: nec aliquis eo infe
rior habet aliquod ſacramẽtũ diſpẽſare: diaconus autẽ ex
officio partẽ euchariſtiæ diſpenſãt, id eſt, ſanguinẽ, vt bea
tus Laur. quia cũ mediante vaſe ſacrato diſpẽſetur, non o-
portet manus diſpẽſantis eſſe ſacratas: corp⁹ aũt quod ma
nibus cõtrectãtibus diſpẽſatur, ab eo ſolo diſpẽſatur, cui⁹
digiti cõſecrati ſunt & manus, id eſt, ſacerdote, qui etiam
tangere nõ debet, niſi duobus digitis ſacratis. Et eadem ra
tione inferior diacono vaſa ſacra tãgere nõ debet, quãdo
in eis eſt corpus aut ſanguis, ſed ſolũ, quando nõ eſt: quia
diaconi eſt ſanguinẽ diſpẽſare, & corpus ad ſacerdotẽ de-
ferre: vaſa aũt reliquiarũ, & huiuſmodi, acoluthi, & nõ lai
ci, quantũcunq; nobiles. diſt. xxiij. nõ liceat. In neceſsitate
tamẽ presbytero abſente vel non valẽte, licet diacono eu
chariſtiã deferre infirmo: vt ſ. Diaconus. §. ij. hæc Petrus.
cõtra quẽ tamẽ Henr. Boic. ſuper c. decernimus. de iudi. di
cit, ꝙ in neceſsitate poteſt dari per laicũ. quod S. Tho. &
Pet. de Pal. in omni caſu, ſimpliciter negant: cũ non habeat
manus ſacratas, & hoc ſacramentũ nõ ſit neceſsitatis: licet
laicus poſsit inuentũ in terra leuare: quia ad hoc nõ requi
ritur conſecratio, ſicut ad diſpẽſandũ, ſecundũ Petr. Vnde
pyxis in quo ſeruatur, nec cõſecratur, nec benedicitur, qđ
tamẽ fit de corporali. Ab hæreticis aũt etiã in morte ſumi
nõ debet. xxiiij. q. iij. cœpit. & idẽ ſecundùm Pe. de Pal. vi
detur de ſchiſmaticis, excõmunicatis, & ſimoniacis: ita ꝙ
quantum ad ſuſceptionẽ euchariſtiæ vitãdi ſunt in condi
to vel publico, ſecundũ quod ſunt occulti vel publici. de
ſen. excom. cum non ab homine. ſed quod dicit de occul-
ta ſimonia, reſtringendũ videtur ad ſimoniã in ordine ſu
ſcepto, vel dignitate, aut bñficio curato: quia aliter ſimo-
nia, ſi nõ ſit notoria, nõ inducit ſuſpẽſionẽ quo ad alios, ſe
cundũ Io. Rayn. & alios. A notorio autẽ fornicatore ſacra
menta ſuſcipiẽda non ſunt, etiã in occulto, excepto baptiſ
mo & euchariſtia, quæ in extrema neceſsitate ſumi poſ-
ſunt à ſimoniacis & fornicatoribus etiã notorijs. xxxij. di.
§. verũ. cũ glo. Alios etiã malos miniſtros quantumcunq;
publicè ſceleratos nõ debet qs vitare in ſuſceptiõe ſacra
mentorũ, niſi eſſent irregulares: & conſequẽter à ſuis offi
cijs ſuſpenſi, à quibus ſuſpẽſis nõ ſunt ſuſcipiẽda ſacramẽ-
ta. j. q. j. ſi fuerit. bene tamẽ eſt huiuſmodi in occulto caue
6 re ſecundũ Pet. vt erubeſcãt & reſipiſcãt. Dicit* autẽ San.
Tho. ꝙ debet quis cauere, ne inducat, quem certitudinali
ter ſcit eſſe malum, vt puta notoriũ, ad executionẽ officio
rum ſuorũ: ne ſit occaſio peccati: puta faciendo illũ dice-
re miſſas, qui fortè aliàs nõ eſſet dicturus, & huiuſmodi. ſi
tamẽ eſt ſubditus, qui ſacramenta nõ poteſt ab alio accipe
re, & ad ipſa tenetur, ſuſcipere debet, niſi ſit ſuſpẽſus. Nec
tamẽ à quolibet ſacerdote eſt ſuſcipiẽda euchariſtia: ſed à
proprio, vel à ſuperiore, aut ab alio de horũ licentia: reli-
gioſus autẽ abſq; tali licẽtia eã tribuẽs, eſt excommunica
tus: vt j. Excõmunicatio. vij. §. xiiij. vide etiã de his ſuprà
7 Clericus. ij. §. viij. ¶ Quinto* quæritur, quibus debeat Eu
chariſtia dari aut denegari, & quare? Et dico multa. ¶ Pri-
mũ. Si ſacerdos pro certo ſciat ſubditũ eſſe in mortali, ſe-
cundũ San. Th. in iiij. pro occulto peccato nõ eſt denegã-
da cõmunio petenti in publico: vt d. cõſec. diſt. ij. nõ pro-
hibeãt. & cõcord. Pet. & Albe. tũ quia eſſet reuelator crimi
nis, tũ quia quilibet Chrſtianus habet ius in perceptione
euchariſtiæ, niſi illud amittat p mortale. Vnde cũ in facie
eccleſiæ, nõ cõſtet illum hoc amiſiſſe, nõ debet ei in facie
eccleſiæ negari. Et præcipuè videt̃ iſta vera quo ad ſubdi
tum. Sed Pet. de Pal. in iiij. diſt. ix. diſtinguit: quia ſi eſt ſa
cerdos, qui teneatur exhibere, vt curatus, & in caſu quo te
net̃ ei: vt in paſchate: nõ debet negare peccatori occulto
petẽti in publico: quia eſſet proditor criminis. quod prohi
betur. de offi. or. c. j. neq; occulto petẽti inſtanter in occul
to tanquã ſibi debitũ, ſi peccatũ nouit ſolùm in confeſsio
ne: quia ſcit vt Deus, non vt homo. de offic. ord. c. ij. negat
autẽ vt homo in foro cõtentioſo, nec ex cõfeſsione acqui
ritur ſibi ius negãdi, quod prius nõ habebat: nec aliqua ex
ceptio ſibi datur ex cõfeſsione extra iudiciũ confeſsionis
plus quàm ſi neſciret: quia nõ ſcit niſi vt Deus. ſi tamẽ pec
catum aliter ſciret, quàm per cõfeſsionem, occulto petẽti
occultè deberet denegare. Si verò petat ab eo q nõ tene-
tur ei dare, vel in quo caſu nõ tenetur, quia nõ eſt paſcha,
nec eſt infirm⁹, occulto peccatori occultè petẽti debet de
negare: qa debet eũ à peccato reuocare quãtũ põt: & hoc
poteſt, etiã ſi ſciat ſolùm ex cõfeſsiõe: qa ius negãdi habet
eo ipſo, ꝙ alius nõ habet ius petẽdi. de tẽp. or. ad aures. vñ
etiã nõ peccatori negari poſſet eo caſu. ¶ Secundũ. Si aũt
curatus ſcit crimẽ eſſe notoriũ, ſecũdũ omnes, etiã in pu-
blico petẽti negari debet. Ex quo patet, ꝙ meretrices &
publici vſurarij ſunt oĩno ab altari repellẽdi, niſi egerint
pœnitentiã, ita ꝙ poſt priuatã admitti poſſunt ad euchari
ſtiã priuatè. i. in ſecreto, nõ in publico propter ſcãdalũ, &
publicè poſt publicã: quia manifeſta delecta, i. notoria nõ
ſunt occultè corripiẽda. de pœ. & remiſ. c. j. vnde vel ſacer
dos debet iniũgere publicam pœnitẽtiã, vel publicare ꝙ
ſunt pœnitẽtes. ¶ Tertiũ. Suſpectis de crimine ſuſpiciõe
violẽta. ſecũdũ S. Tho. in iiij. diſt. ix. & alios, negari debet
eucha

euchariſtia.Intellige ſecundũ prædictam diſtinctionem,
quia habetur pro certitudine, nõ aũt ſuſpectis ſuſpicione
leui:imò nec ſuſpicione probabili.quod patet:quia nec ꝑ
huiuſmodi ſuſpicionẽ debet marit⁹ vxori debitũ negare.
de ſen.exc.inquiſitioni. ¶ Quartũ, & ſecundũ eũdẽ in ter
tia parte.q.lxxx.dari nõ debet ad aliquod experimẽtũ vl'
purgationẽ infamiæ:quia tales purgatiões inhibitæ ſunt.
de purg.cano.c.ex tuarũ . ¶ Quintũ.Hiſtrionibus quoq;
dari prohibetur.de cõſe.diſt.ij.pro dilectiõe . quod tamẽ
de omnib⁹ nõ intelligitur:ſed de vtẽtibus in ea arte magi
cis & turpibus,quæ ſunt mortalia:ſimiliter nec magis,per
notata ibidẽ.nec cuicũq; infami notoriè, ſecũdũ gl.ibi:ſi
tamẽ,vt dicitur c.ſeq.tales reuertãtur ad dominũ,eis recõ
ciliatio nõ negatur : nõ quaſi ſubitò exhibeatur euchari-
ſtia,ſecũdũ Ric.ſed peracta pœnitẽtia:niſi articulus neceſ
ſitatis,vel pietatis aliter fieri ſuaderet . ¶ Sextũ. Similiter
nec dari debet pugnãtibus in duello.ij.q.v.monomachiã.
in gl. ¶ Septimum.Nec pueris carẽtibus vſu rationis non
potẽtibus diſcernere inter corporalẽ & ſpiritualẽ cibum.
ſecundũ San.Th.vbi ſuprà:quia habere nõ poſſunt actua
lem deuotionẽ quæ exigitur : pueris autem incipiẽtibus
habere diſcretionem etiã ante perfectam ætatẽ, puta cùm
ſunt x.vel xj.annorũ,poteſt dari,ſi in eis ſigna diſcretiõis
& deuotionis appareant.Et concor.Pet.& in hoc ſtãdum
eſt,ſecundũ Aure.arbitrio boni viri. ¶ Octauum.Pro cri-
minibus ſuſpẽdendis,vel decapitãdis, ſi ſint cõfeſsi & pœ
nitentes,negari nõ debet euchariſtia.xiij.q.ij.c.fi. ſed nec
hæretico relapſo,cũ paratus eſt incẽdio. de hære.ſuper e.
libr.vj.Sed & excõmunicato in morte ſicut pœnitẽtias ſi
pœniteat,itẽ & viaticum nõ negatur, cũ in pœnitẽtia in-
cludatur.de pœn.& remiſ.quod in te.in vita autẽ arcẽtur
excõmunicati etiam iniuſtè maiori ac minori ab euchari
ſtia interdicti,etiam niſi in mortis articulo.de ſpon.nõ eſt
nobis.iuncto c.quod in te.de pœn.& re.& ſuſpẽſi,quãdo
ſcilicet à perceptione ſacramentorum ſunt ſuſpẽſi:ſecus ſi
ab alijs:vt colligi poteſt ex not.in Sũ.Cõf.lib.iij.tit.xxxij.
q.lxxxj.ad fin.vbi patet ſecũdũ Hoſt.ꝙ ſuſpenſio nõ egre
ditur terminos ſentẽtiæ datæ:vt ĩ.Suſpenſus.per totũ.De
gradati quoq; arcẽtur à celebratione. ¶ Nonum.Sed nec
amẽtibus debet negari,ſecũdũ S.Th.& alios: qui ſic dicũ
tur,quia debilẽ habeant mẽtẽ:& tamẽ ſunt aliquo modo
dociles penitẽtiũ ad fidẽ,& ſacramẽti duotionẽ,nec amẽ
tibus omnino,ſiue habeãt lucida interualla,ſiue nõ:cõcur
rẽtibus duobus,ſcilicet,ꝙ non ſit periculum expuitionis,
aut irreuerẽtiæ alterius:& ꝙ antẽ amẽtiã habuerint deuo
tionẽ ad hoc ſacramẽtũ.xxvj.ſi quis in infirmitatẽ.etiã ſe-
cundũ Arch.ſi tales in ſanitate non petiuerint ſibi dari ſa
cramẽtũ:& tamẽ ex bona eorum præterita conuerſatione
veriſimile eſt,ꝙ ſi huiuſmodi caſum præuidiſſent, hoc pe
tiuiſſent:quia tales habẽt deuotionẽ habitualẽ ĩterpreta
tiuã:quæ ſufficit. furioſis aũt vel amẽtibus perpetuo ſeu à
natiuitate nõ eſt dãda:quia nũquã habuerũt actualẽ deuo
tionẽ ad hoc ſacramẽtum,licet ſint baptizati & cõfirmati.
¶ Decimũ. Sed nec dæmoniacis negãda eſt,ſecũdũ S.Th.
niſi cõſtet eos ꝓ crimine aliquo torqueri:quia tũc pro ex
cõmunicatis ſunt habẽdi. ¶ Vndecimũ. Nullo etiã caſu ſe
cundũ S.Th.& alios,dãda eſt hoſtia nõ cõſecrata ꝓ cõſe-
crata:quia cũ mãducans adoret quod mãducat,ſecundùm
Aug.daretᷣ occaſio idololatriæ.de celebr.miſ. de homine.
8 & in ſacramẽto veritatis nulla debet eſſe fictio. ¶*Sextò
quæritur,vtrũ ſumẽs hoc ſacramẽtũ debeat eſſe ieiunus?
Et dico,ꝙ ſic:quia hoc ſtatutũ eſt.de cõſe.diſt.ij.ſacramẽ-
ta.vt homo deuotius cõicet:& principalius,ſecũdũ S.Th.
& Petr.propter reuerẽtiã ſacramẽti.ſ. vt primus cibus in
ſtomacho ſit corpus Chriſti ꝓ illa die. quod habetur de cõ
ſecr.diſt.ij.liquido.vnde quod olim licuit in die cœnæ.ſ.
cõmunicare ſtomacho non ieiuno: vt in d.c.ſacramẽta. ſe
cundũ Pet.abrogatũ eſt,nec ſeruãdũ,ſed eſt mortale: ali-
quo tamẽ caſu licet nõ ieiuno cõicare:vt qñ infirm⁹ expe
ctare nõ põt propter ꝑiculũ mortis vel phreneſis : nũquã
tamẽ celebrare,nec propter infirmũ cõicãdũ,nec propter
ſcandalũ quodcũq; vitãdũ,nec propter præceptũ,niſi pa-
pa,qui ſolus in hoc poſſet diſpẽſare:liceret tamen ieiuno
proſequi miſſam inchoatã poſt cõſecrationẽ iam factam,
ſecundùm Arch.vel ſupplere defectum cõmiſſum iterum
cõſecrãdo,ſi ſumpſit aquã pro ſanguine,& huiuſmodi , vt
dictũ eſt.Et intellige hæc nõ de ieiunio eccleſiæ:de quo.ĩ.
Ieiuniũ.in princ.ſed naturæ,quo dicitur ieiunus, qui poſt
mediã noctẽ nihil cibi aut pot⁹,etiã per modũ medicinę,
aſſumpſit,etiã ſi poſt illa die ſit pluries comeſtur⁹,ſecũdũ
S.Th.Alb.& Hoſt.& Pet.de Pal.reprobantẽ per rationes
in iiij.diſt.viij.opinionẽ Gof.& Io.Pari.dicẽtiũ,ꝙ nõ im-
pedit hãc ſumptionẽ ſumptio alicuius per modũ medici-
næ,vt modicũ gingiberis.Nec eſt verũ quod dicunt,cibũ
prohiberi vt nutrit,ſed ꝓhibetur ad reuerentiã vt ſtoma
chus ſit nouus.Quã etiã egregiè reprobat Herue.probãs
ꝙ nõ eſt opinio S.Th.vt illi dicunt.Nõ impedit tamẽ hãc
ſumptionẽ,ſecũdũ Pet.ſi à caſu reliquiæ cibi, vel aquæ ẽt
in ſaliuã nõ cõuerſæ in oris ablutione glutiãtur:quia nec
ad nutriẽdũ,nec ex intẽtione ſumũtur vt medicina.quod
limita ſecundũ S.Th.modò nõ traijciãtur in magna quã
titate:nec profuſio ſalis & aceti ad lauandum dẽtes ſi non
glutiatur:nec deguſtatio cibi aut potus ſi ſtatim proijcia-
tur:& ſimiliter ſi præter intẽtionẽ deſcẽderet . Hæc idem
Pet.& generaliter ſecundũ Herue.omne quod ſumitur ab
extrà,& vitari poteſt,impedit,non aũt alia:vnde nec ſan-
guis nec humiditas deſcẽdẽs à capite impedit. ¶ Septimò
9 *quæritur vtrũ debeat qs diu eſſe abſtinẽs ab euchariſtia
poſt cibũ ac potũ,vel ab his poſt euchariſtiã?Et dico ſecũ-
dũ S.Th.ꝙ poſt cõmunionẽ debet ĩteruenire aliqua mo
ra:qa debet gratias agere de beneficio tãto:ſed nõ opor-
tet eũ diu ſtare ante ſumptionẽ cibi & potus, tum qa etiã
ſpecies ſacramẽti citò alterãtur,tũ quia magis requiritur
præparatio & actualis deuotio ante,quàm poſt. Et qđ di-
citur in c.tribus. de cõſec.diſt.ij. ꝙ cõmunicans ieiunet à
mane vſq; ad ſextã,eſt abrogatũ ꝑ cõtrariã conſuetudinẽ,
ſecundũ Archiep.& ſecundũ Pe.locũ habuit poſt eccleſiã
primitiuã,quãdo ex magna reuerentia rarò celebrabatur.
Secundùm S.Th.aũt in iij.parte.q.lxxx. & alios,nõ refert
vtrũ qs poſt cibũ aut potũ dormierit, vel etiã digeſt⁹ ſit,
quantum ad rationẽ præcepti.refert autẽ quantũ ad per-
turbationem mentis,quã facit inſomnietas & indigeſtio:
ex quibus,ſi perturbatio ſit multa,homo ad cõmunionem
ineptus redditur:vnde ſecundũ Archiepi.nõ impedit,ſci-
licet neceſſariò,& ſi de congruo,ꝙ quis poſt cibũ nõ dor
mierit,aut nõ ſit facta digeſtio,dũmodo poſt noctem me
diã non comederit aut biberit:ẽt ſi comediſſet aut bibiſ-
ſet poſt matutinũ,cũ dicitur ſero: licet nõ multùm liceat,
vt dicit,poſt illud bibere, & multominus comedere: niſi
neceſsitas vrgeat.Adde vel vtilitas:vt ſi à ſtudioſis fiat ad
remediũ tps:quia oppoſitũ ipſe nullo iure ꝓbat.Nec ob.
ſecundùm Pet.de Pal.c. ſi cõſtiterit.de accu.vbi q perno-
ctauerat in taberna ſine ſomno,priuatur eccleſia: qa cùm
ibi cõtinuè apponatᷣ vinũ,veriſimiliter poſt mediã noctẽ
bibit & celebrauit,& ſic eſt præſumptio iuris,cõtra quam
non admittitur probatio, vel ſaltẽ cui ſtatur, quando con
trarium
10 trariũ nõ probetur. ¶ Octauò,*quid ſi ſacerdos poſt ſum
ptionem viderit reliquias euchariſtiæ,aut adhæſerit pala
to eius?Et quãtũ ad primum dicit Petrus de Palude,quòd
quãtumcunq; ſit minima, dummodo ſit ibi ſpecies panis,
cùm ibi ſit Chriſtus,ipſe nullo modo debet accipere,cùm
nõ ſit ieiunus:ſed debet reſeruare in craſtinũ,vel alteri ie
iuno & diſpoſito tradere.Et ſic intellige qđ dicitur in d.c.
tribus.de cõſecr.diſt.ij.de miniſtris,qui debẽt ſumere por
tiones remanẽtes ſacramẽti,ſcilicet ꝙ ſint ieiuni.Sed præ
dicta intelligo,qñ reliqua videtur ex interuallo poſt ſum
ptionẽ,puta quia iã repoſuit calicẽ:ſecus ſi in eodem actu
parua interueniente morula,per no.in c.quia propter.de
elec.Quantum verò ad ſecundum, dico ꝙ licitũ eſt eo ca
ſu ſacerdoti adhuc bibere vinũ vel aquam,& quoties,quo
ad deſcendat:& hoc eſt tutius & honeſtius quàm digitum
11 apponere.ſuprà,Euchariſtia.ij.§.ix.par.viij. ¶ Nonò*quæ
ritur,vtrũ debeat eſſe mũdus mũditia purè corporali? Et
dicit S.Tho.in iiij. diſt.ix.quòd cùm cibus iſte nõ ſit cor-
poris,ſed mẽtis,magis in eius ſumptione conſiderãda eſt
munditia mentis quàm corporis:ideoq; diſtinguendũ eſt
de immũditia corporali:quia ſi ſit ꝑpetua ſiue diuturna,
non eſt abſtinendum, ne propter immunditiam corporis
perdatur fructus mẽtis:ſicut accidit in leproſis & patienti
bus fluxum ſeminis vel ſanguinis.Si autẽ ſit temporalis &
facilè purgabilis,tunc ſi quis ſit mente diſpoſitus,ſumere
nõ prohibetur,quãuis poſſet ad tempus laudabiliter abſtĩ
nere propter reuerẽtiam tanti ſacramenti. diſt.v. ad eius.
Vtrũ autẽ ſacerdos leproſus poſsit celebrare.infrà,Lepro
12 ſus. ¶ Decimò*quæritur,vtrum debeat eſſe mũdus à pol-
lutione nocturna?Et ex S.Tho.iij.q.lxxx.& iiij. diſtin.ix.
dico multa. ¶ Primũ.Huiuſmodi pollutio ex triplici cau-
ſa venit:primò ab extrinſeca ſpirituali, id eſt, dęmonũ il-
luſione,qui phãtaſmata cõmouere poſſunt.Secũdò, à ſpi
rituali intrinſeca, id eſt,cogitatione præuia.Tertiò,ab in
trinſeca corporali,id eſt,ex ſuperfluitate vel debilitate na
turæ: ſeu ſuperfluitate cibi vel potus.vel ſub alijs verbis
procedere põt ex quatuor, ſcilicet ab illuſione dæmonũ,
à turpi cogitatione,à cibo vel potu,à diſpoſitiõe naturæ.
¶ Secundum.Quælibet autẽ illarum trium cauſarũ poteſt
eſſe cũ peccato mortali & veniali,& ſine peccato,ſicut illu
ſio quãdo venit ex negligentia præparationis,quę poteſt
eſſe mortale & veniale:quandoq; autẽ ex ſola dæmonum
nequitia volentiũ à cõmunione impedire.ſimiliter pręce
dens cogitatio laſciua eſt cũ mortali,ſi adſit cõſenſus: aut
veniali,ſi nõ adeſt,ſed in ſola cogitatione finitur,& omni
no ſine peccato:vt cùm quis lectionis vel diſputatiõis cau
ſa cogitur de talibus cogitare,& eſt cogitatio tantùm ſine
concupiſcẽtia & delectatione:tñ pollutio ſequi põt,vt pa
tet ex verbis Aug.xij.ſuper Geneſi.Similiter etiam cauſa
corporalis põt eſſe cũ mortali & veniali:vt cùm venit ex
ſuperfluitate cibi vel potus:licet ſi frequẽti⁹ ſit mortale cir
ca cogitationes: gratia cuius Gregori⁹ ſcribit Aug.epiſco
po.Ang.ceſſandũ à cõmuniõe, quãdo venit ex cogitatio-
nibus,nõ quãdo ex ſuperfluo cibo & potu:præſertim ſi ne
ceſsitas adſit & ſine peccato:vt cùm eſt ex infirmitate natu
ræ.Vnde quidã etiã vigilando ſine peccato ſemine fluũt,
vel etiã ex ſuperfluitate naturæ:quia ſicut ſanguinẽ,ſic &
ſemẽ,quod eſt ſuperfluitas ſanguinis,cõtingit fluere ſine
peccato . hæc ex illo . Vbi nota, ꝙ venire ex ſuperfluitate
naturæ ſine ſupfluo cibo vel potu,eſt venire ex cibo & po
tu nõ ſuperfluo,niſi indiuiduo:in cuius tamen ſumptione
non eſt peccatũ. ¶ Tertiũ.Circa huiuſmodi igitur pollu-
tionẽ aliquid impedit hominẽ à cõmunione neceſſariò,
vt ſolum peccatum mortale annexũ:non autẽ veniale, ita
ſcilicet,ꝙ homo ſumẽdo ſit reus corporis & ſanguinis do
mini.aliud ex cõgruẽtia ſolũ:& hoc quãtũ ad duo:quorũ
vnũ ſemp accidit,ſcilicet fœditas corporalis:cũ qua ad al-
tare propter ſacramẽti reuerentiã accedere nõ debet,niſi
fortè immũditia ſit perpetua vel diuturna,vt lepra,vel flu
xus ſanguinis,& huiuſmodi. Aliud eſt euagatio mẽtis,quę
illa ſequitur,præcipuè qñ cũ imaginatione cõtingit:impe
dimẽtũ tamẽ ex congruitate proueniens poſtponi debet
propter aliquã neceſsitatẽ:puta ſecundũ Grego.quia exi-
git dies feſtus:vel quia alius deeſt.hæc ex illo. ¶ Quartũ.
Ex his patet,ꝙ ſi huiuſmodi pollutio veniat ex cogitatio-
ne vel crapula,vel quacũq; alia cauſa,quã certũ vel ꝓba-
biliter dubiũ eſt eſſe mortale,neceſſariò impedit: ſi verò
certũ eſt probabile eã fuiſſe veniale,ĩpedit ex cõgruitate:
imò nullo mõ impedit ſi immineat neceſsitas vel alia po
tior cauſa:vt colligitur ex Tho.in iiij.qui etiã dicit,ꝙ ſi ſi
ne tali neceſsitate vel cauſa celebretur,erit veniale tantũ.
quæ neceſsitas vel cauſa iudicabitur arbitrio boni viri:vt
qa adeſt dies feſtus,vel oportet ſupplere pro alio:vel ho-
mo eſt in valde magna diſpoſitione ad ſacramẽtum, & hu
iuſmodi.Si autẽ veniat ex cauſa vbi nullũ creditur proba
biliter fuiſſe peccatum:in ſua libertate eſt cõmunicare vel
nõ,præcipuè ſi defuit turpis imaginatio,& diſtractio mẽ-
tis.Et quia difficilimũ eſt in pluribus ſcire iſtã vel illã fuiſ
ſe cauſam,laudabilius eſt,ſecundũ S.Thom.abſtinere,niſi
potior cauſa reformet peccatũ:vt magna deuotio,vel hu-
iuſmodi.Et hæc omnia ſunt aut beati Tho.aut Pet.de Pa-
lud.aut Rich. ¶ Quintũ.Propter huiuſmodi pollutionem
ſecũdũ Alb.& S.Tho.abſtinẽdum eſt à ſacramento xxiiij.
horis:quia iſto tẽpore reputatᷣ deordinata natura reordi-
nari.qđ Pet.de Palud.limitat verũ,qñ accidit circa mediã
noctẽ:ſecus ſi ante:imò dicit,ꝙ poſt pollutionẽ,quæ fuit
ex cã mortali,nõ eſt mortale eadẽ die cõmunicare cũ cõ-
tritione & cõfeſsione.& hoc tene:nõ obſtante S.Th.quia
loquitur ex opinione aliorum. infrà Pollutio nocturna.
13 ¶ Vndecimò*quærit,vtrũ debeat eſſe mũdus à coitu con
iugali ante cõmunionẽ & poſt? Et dicit S.Tho.iij.q.lxxx.
ꝙ ſi talis coitus ſit ſine peccato:puta cauſa ꝓlis vel debiti
reddẽdi:impedit ſolùm vt pollutio nocturna accidẽs ſine
peccato, ſcilicet per immunditiam corporalem,& mentis
diſtractionẽ.vnde talis ſuo iudicio eſt relinquendus,ſecũ
dũ Greg.xxxiij.q.iiij.vir cũ propria. Si verò non cã pro-
creandæ prolis,ſed volũtas dominatur in opere:tũc,vt ibi
Greg.ſubdit,ꝓhiberi debet ne accedat ad hoc ſacramẽtũ.
hæc ille.Sed tñ talis exigẽs cõmunicãdo nõ peccaret mor
taliter,ſecũdũ Pet.de Pal.& Alb.dicit,ꝙ ſi omnib⁹ modis
ex deuotione ſe ingerat,nõ eſt prohibẽdus:cõſultius etiã
eſſet,ſecundũ Archi.ꝙ reddẽs abſtineret.Quod autẽ dici
tur de cõſ.di.ij.omnis homo.ꝙ ſcilicet debet per aliquos
dies antẽ ab actu cõiugali abſtinere:cõſiliũ eſt,non præce
ptũ,ſcđm gl.ibi.Facta verò cõmunione eadẽ die nõ licet
exigere,nec exactũ reddere,niſi cũ difficultate,ſcđm Alb.
cõtrariũ tñ nõ eſt mortale.i.exigere,ſecũdũ eũdẽ Alber.
14 iuxta intellectũ Arc. ¶ Duodecimò*quærit,vtrum debeat
eſſe mũda mulier à mẽſtruo,vel partu?Et dico iſta nõ ĩpe
dire neceſſario.Si tñ ex reuerẽtia abſtinet,nõ peccat.di.v.
ad eius.& de pur.poſt par.c.vno.dũmõ cõicet ſecũdũ in-
ſtitutionẽ eccleſiæ.in c.omnis.de pœ.& re.Decimotertiò
15 *quærit,vtrũ debeat eſſe mũd⁹ à ſomnio homicidij, vel al
terius peccati mortalis?Et dicit S.Th.i iij.par.q.lxxx.ꝙ ſõ
niũ homicidij nõ inducit ẽt corporalẽ imũditiã,nec tãtã
diſtractionẽ mẽtis ſicut fornicatio,ꝓpter delectationis in
tentionem

tentionē,ſed cùm prouenit ex cauſa quæ eſt peccatū, præ
ſertim mortale,impedit à cōmunione ratione ſuæ cauſæ,
quod intellige quouſq; homo cōteratur & confiteatur. Et
ſimiliter videtur de alijs nō turpibus ſomnis. ¶ Decimo-
16 quartò* quærit,vtrū debeat eſſe mūdus ab omni peccato
per contritionē & confeſsionē?Et dico multa. ¶ Primum.
Omnis accedens ad ſacramentū cum peccati mortalis cō
ſcientia:peccat mortaliter,ſecundùm S.Tho.mādicans in
dignè.Cùm tamē ſecundū Bern.per quatuor ſigna poſsit
quis habere coniecturam,ꝙ ſit à peccato immunis.ſcilicet
primò,quia Dei verba libenter audit.Secundò,quia ſe in
uenit ad bene agēdū promptū.Tertiò,quia à peccato pro
ponit cauere in poſterū.Quartò, quia dolet de ꝑterito. ſi
quis per huiuſmodi ſigna facta ſuæ conſciētiæ diſcuſsiōe
diligēti quamuis fortè non ſufficiēti,ad cōmunionē acce
dat aliquo peccato mortali in ipſo remanēte,quod ei⁹ co
gnitionē ſubterfugit,nō peccat:ſed ex vi ſacramēti illius
peccati remiſsionē conſequitur.Ex verbis autē S.Thom.
collige ꝙ communicare cum mortali ſine diſcuſsione ſuf
ficiēti,non eſt mortale:ſecus aūt ſine diligenti, ſed negli-
genti,ſecundū Petr. ¶ Secundū.Volenti cōmunicare con
tritio non ſufficit:ſed requiritur confeſsio,ſine qua cōmu
nicare habita copia cōfeſſoris,eſt mortale,ſecundū S.Th.
niſi fortè ſecundū Ric.expectetur in breui cui deuoti⁹ &
ſecurius quis cōfiteatur.Si verò nō habetur copia cōfeſſo
ris:dic vt ſuprà Euchariſtia.ij. §. vij.& ſuprà Cōfeſsio.j. §.
ij. ¶ Tertiū.Exiſtēs in mortali Chriſti corpus vidēdo non
peccat,ſi videat humiliter & reuerenter:ſimiliter nec tan
gens ex neceſsitate,puta qa cecidit in terram,& hmōdi,ſe
17 cundū San.Bona.& Tho.iiij.diſt.ix. ¶ Decimoqntò* quæ
ritur,qua frequētia ſit à ſacerdote vel ſubdito cōmunican
dū?Et dico multa. ¶ Primū.Secundū S.Tho.in iiij. diſtin.
xij.ſacerdos conſecrans ſemper ſumere debet:de conſ.di.
ij.relatū.& toties quoties celebrat,ratione iā dicta.in pri.
Et ſi pluries in die celebrat:de quo j. Miſſa. ſolū in vltima
percipiat ꝑfuſionē,& nō in priori:quia nō eſſet ieiunus,
nec poſſet aliam celebrare.de cele.miſ.ex parte. Et ſi poſt
conſecrationē infirmetur,& nō habeatur alia hoſtia,ſacer
dos alius ſupplēs hoſtiā debet diuidere,& partē ſumere,
partē tradere infirmo.Et ſecundū Pet.idem eſt ſi alius qui
cunq; infirmaretur ad mortem,imò licet ratione deuotio
nis,vt dictū eſt. ¶ Secundum.Quilibet fidelis poſtquā ad
annos diſcretionis peruenerit,cōmunicare tenetur, ſaltē
ſemel in anno,in paſcha:niſi ex rationabili cauſa ad tēpus
de cōſilio ꝓprij ſacerdotis abſtineat.de pœn.& re.omnis.
Nec intelligitur hoc ſolùm de die paſchæ:ſed à diebus Io
uis ſanctæ vſq; ad octauā paſchæ incluſiue quilibet cōmu
nicans ſatisfacit dicto ſtatuto,ſecundū declarationē Eu-
genij in extrauaganti,quæ incipit,fide digna.quam Arch.
nō viderat,qui contrariū tenuit. ¶ Tertiū. Qui noluit cō
municare in paſchate , nec ex rationabili cauſa diſtulit:li-
cet inducēdus ſit vt ſuppleat paſchate trāſacto:tamē nō vi
detur ad hoc de neceſsitate teneri,ſecundū Archid.& idē
de cōfeſsione prioris anni omiſſa,quod trahi pōt à ſimili
per illud quod ſeruatur circa alia eccleſiaſtica ꝑcepta:quia
nullus dicit,ꝙ teneatur quis omiſſum ieiunium ſupplere,
aut omiſſum officiū. quot autē peccata cōmittat j. Omiſ-
ſio. ¶ Quartū.In locis vbi iſta prædicātur,& de facili ſciri
poſſunt,ſecundū Archidi.nō excuſantur ignorātia qui nō
cōmunicāt,neſcientes ſe ad hoc teneri.poſſent aūt magis
excuſari in locis ſylueſtribus,vbi ſacerdotes non ſolū iſta
nō prædicant,ſed etiā ab iſtis retrahūt,dicētes debere cō
municare ſolùm ſenes & morientes. ¶ Quintū. Licet cō-
municans nō celebrans poſsit omni hora diei communi-
care,modò ſit ieiunus,cùm oppoſitū non legatur:mane ta
men videtur hora congruentior, quo tēpore Chriſti paſ
ſio peragebatur:non tamen poteſt niſi ſemel in die cōmu
nicare,ſecundū S.Tho.in iiij.diſt.xij.ar.de conſec. diſtin.
j.ſufficit. ¶ Sextū.Qui in multis ſeu magnis peccatis fuit
irretitus,nō debet ſtatim peracta cōfeſsione communica-
re: ſed ſi tempus patitur pluries confiteri,& orationibus,
ieiunijs ac eleemoſynis ſe mundum & odoriferum redde
re,quāto tēpore ex cauſa videbitur cōfeſſori.de pœn.diſ.
j.nō ſufficit.& c.in accuſatione.Non eſt autē cauſa iuſta,
quia nō vult indulgere,aut reſtituere,aut aliud facere ad
quod tenetur:quia ad huiuſmodi tenetur:& niſi pœniteat,
excōmunicandus eſt.de conſec.diſt.ij.ſi quis intrat. ¶ Se-
ptimum.Secundùm S.Thom.in iij.parte.q.lxxx.articu.x.
ſi cōſideretur hoc ſacramētū ex parte ſua,quotidie ſumen
dum eſt:quia eius virtus eſt hominibus ſalutaris: & ſimili
ter ſi cōſideretur ex parte ſumentis,in quo requiritur ma
gna deuotio & reuerētia , laudabile eſt quotidie ſumere,
ſi quis ſe quotidie paratū inueniat.Vnde Auguſti. de ver.
do.ſic viue,inquit,vt quotidie merearis accipere. Sed qa
multoties in plurib⁹ hominibus occurrūt huiuſmodi de-
uotionis impedimēta:nō eſt vtile omnibus quotidie com
municare:ſed quoties ſe quis paratū inuenit.Vnde dicitur
in li.de ec.doc. Quotidie euchariſtiæ cōmunionē accipe
nec laudo,nec vitupero:cōſulitur tñ nihilominus diebus
dominicis eſſe cōmunicandū.In iij.aūt.& in iiij.di. xij.
dicit:Simpliciter loquendo melius eſt ſumere quàm abſti
nere:quia illud per ſe,hoc per accidēs eſt bonū.In caſu ta
men abſtinere,pōt eſſe melius,qn̄ ſcilicet aliquis probabi
liter præſumit ex ſumptione reuerentiā minui,& amorē
non multū augeri.vnde laudabiliter abſtinet. Sed ſi econ
uerſo creſcit amor,& reuerētia nō minuitur,quotidie ſu-
mēdū. Videtur etiā in quarto tenere,ꝙ ſi quātū minuitur
reuerētia, augeatur amor ſeu feruor charitatis , adhuc ſit o-
mni die cōmunicādū:vt ibi patet.q.vlt.art.vlt.q vlt.in fine
corporis.Vn̄ ſacerdos in dubio de celebrādo nécne,ſem-
per deberet celebrare,ſecundū mentē eius ibi. ¶ Decimo
18 ſextò* quæritur,quid agendum quando corpus Chriſti ap
paret in alia ſpecie?Et dicit S.Thom.in iiij.diſt.x.& Aur.
ꝙ ſi apparet in forma pueri,vel carnis cruētę,vł huiuſmo
di,ſumi nō debet ab eo cui apparet:ſed ab alio cui ſub ſpe
cie panis apparet:qa nō apparet ſub ſpecie conuenięti hu
manæ refectioni:& ſi apparet oībus,illo modo debet cū
reliquijs poni.Et ſi apparet ſic celebranti,ſunt duæ opi. vt
recitat S.Tho.quia dicunt quidā,ꝙ ſacerdos debet iterū
celebrare, & ſumere,& ſi ſecundò hoc accideret,iterū ter
tiò.Alij verò dicūt,ꝙ ſufficit ſpiritualis manducatio , nec
propter hoc efficitur tranſgreſſor cōſtitutionis eccleſiæ:
quia ad ea quæ frequētius accidunt leges aptantur.Hęc il
le:qui ſentit,ꝙ non tenetur iterato celebrare:tñ ſi hoc fa
ceret melius faceret:vt patet.iij.q.lxxxij.art.iiij.ad tertiū.

RVRSVS DE EVCHARISTIA QVARTO
quantum ad effectus, & miranda eius
ſummariè.

1 *Euchariſtia,in qua qualitas rei quantitate ſecernitur, admi-
randa duodecim in ſe habet.de quibus hic apertè.*
2 *Euchariſtiæ effectus mirabiles,qui ex quatuor deprehendun-
tur,de quibus hic.*
3 *Euchariſtia,ut uariè conſiderari poteſt,ita & uarijs prodeſſe,
& quot modis proſit.*
4 *Euchariſtiæ effectū quænam peccata uenialia impediant. Et
quæ gratiæ augmentum.*

Eucha

1 EVCHARISTIA* quartò cōtinet quędā miranda, &
mirādos facit effectus.prò quorū notitia ex doctrina
& mente S.Tho. ſciēdum eſt, ꝙ qualitas rei à quantitate
diſtinguitur: quia videm⁹ ſtāte vna quātitate variari qua
litatem: ſicut Socrates nihil creſcēs, aut decreſcēs eſt ali-
quando calidus, aliquādo frigidus. & ſimiliter quantitas
diſtinguitur à ſubſtātia:quia eadē ſubſtātia aliquando eſt
maior,aliquādo minor:vt patet in maſſa paſtę.Sciēdū eſt
etiā, ꝙ ſicut agēs naturale de vna re facit aliā ſtante mate
ria,& forma tranſeunte vel mutata: ſicut aīa de cibis facit
ſanguinē & carnē:ita Deus, qui eſt ſupra naturā,& qui de
nihilo facit aliquid, pōt de vna re facere aliā, trāſeūte nō
ſolùm forma, ſed etiā materia:ita ꝙ totū cōuertatur in to
tum,& materia in materiā,& forma in formā.Et ſic ſubſtā
tia panis cōuertitur in ſubſtātiā, & nō in quātitatē corpo
ris Chriſti,ſtante quātitate, & qualitate panis: & ſimiliter
vinū in ſanguinē. Ex quo fit, ꝙ corpus Chriſti cōparetur
ad ſpecies,ſiue accidentia panis per ſuā ſubſtantiam,non
per ſuā quantitatē , & ꝙ fit nouiter in altari hac ratione,
quia ibi ſunt accidentia eius,quod in corpus Chriſti con- 2
uerſum eſt,id eſt, panis. Et eſt in paruo loco, quia parua
ſunt illa accidētia:& in magno: quia magna:& in multis,
quia multa. ¶ Igitur in hoc ſacramēto ſunt xij. miranda,
quę omnia ex S.Tho.in iiij.& in iij.parte habētur. ¶ Pri-
mū,quia corpus Chriſti exiſtēs in cœlo localiter, incipit
eſſe in altari abſq; hoc,quòd de cœlo deſcēdat: qa nō in-
cipit eſſe in altari ꝑ ſui mutationē: ſed quia aliquid in al-
tari exiſtens cōuertitur in illud:ſicut ignis incipit eſſe in
aëre,quādo aër in ignē cōuertitur. ¶ Secundū,quia facta
cōuerſione nihil remanet de ſubſtātia panis:& tñ non eſt
corrupta,neq; annihilata: qa ſcilicet cōuerſa eſt in aliud,
id eſt,corpus Chriſti. ¶ Tertiū,quia quāuis materia panis
cōuertatur in materiā corporis Chriſti, & forma in for-
mam:nō tamē cōuertitur in animā rationalē,quę eſt for-
ma,in quātū eſt anima rationalis, ſed in quātū dat eſſe cor
poreum,id eſt,ꝙ anima vt anima nō eſt ibi ex vi ſacramē
ti,ſed cōcomitanter. ¶ Quartū, quia quotquot hoſtiæ in 3
Chriſti corpus cōuertantur,ipſum tamē non augetur nec
mutatur:qa illud,quod ei additur, eſt ſubſtātia ſine quāti
tate,& cōſequenter eſt indiuiſibilis,ex ij.Phyſ.& cōſequē
ter non auget, ſicut nec punctū additum lineæ, vel color
additus ligno. ¶ Quintū, quia quāquā in multis altarib⁹
ſint multæ hoſtiæ cōſecratæ,& in qualibet integrū corp⁹
Chriſti,illud tamē eſt vnū tantū: quia vna eſt ſubſtātia, in
quā omnes hoſtiæ conuertūtur: & illa eſt in multis locis:
quia ibi eſt quātitas multarū hoſtiarū cōuerſarū. ¶ Sextū,
quia in tam parua hoſtia eſt verè corpus Chriſti cū carni-
bus & oſsibus,& ratio iam patet. ¶ Septimū,qa in quali-
bet particula hoſtię,ſiue cōtinua,ſiue diuiſa,eſt tot⁹ Chri
ſtus indiuiſus : ſicut ſubſtantia aëris eſt ſub qualibet parte
aëris,ſiue cōtinua,ſiue diuiſa:& anima eſt in qualibet cor
poris parte:quia ibi eſt corpus Chriſti ſolùm ꝑ modū ſub
ſtātiæ,quę tota eſt ſub qualibet particula:vnde nō eſt ma
ioris virtutis, aut efficaciæ hic cibus ſi ſumātur mille ho-
ſtię,quàm ſi vna ſola,ſcd̄m S.T.iij.q.lxxix. ¶ Octauū,quia
in qualibet particula hoſtiæ eſt totū corpus Chriſti, cum
ſuis membris ſine membrorū cōfuſione,nō obſtāte eorū
diſtantia.qa determinata diſtātia mēbrorū in corpore or
ganico fundatur ſuper quantitate dimenſiua. Vnde quia 4
cōuerſio panis directè terminatur ad ſubſtantiā corporis
Chriſti,non ad quātitatē: ideo ſubſtātia corporis Chriſti
non cōparatur ad hoc ſacramentū per modū quantitatis,
ſed potius eius quātitas per modū ſubſtātiæ,id eſt,indiui
ſibiliter.Vnde corpus Chriſti habet ordinē,& diſtantiam
partium in ſe,ſed nō cōparatiuè ad ſpecies ſacramentales.
¶ Nonū,quia in hoc ſacramēto accidētia,id eſt,dimēſio-
nes ſine ſubiecto ſubſiſtūt:qualitates autē in dimenſioni-
bus ſuſtentātur.quod fit diuina virtute,quę dat eſſe poſte
rioribus,id eſt,accidentibus ſine priori,id eſt,ſubſtantia:
quia ceſſante ſecūda cauſa,nō ceſſat prima. ¶ Decimū,qa
fracta hoſtia nō frāgitur Chriſtus:qa fractio non fit niſi ꝑ
diuiſionē quāti:Chriſtus aūt nō eſt ibi per modum quan
ti. ¶ Vndecimū, quia cū nō ſit ibi ſubſtantia panis: tamen
illæ ſpecies ita nutriunt & cōfortant , & omne aliud agūt
& patiuntur,ac ſi ibi eſſet ſubſtantia panis. Vnde corrum
puntur, & inde aliquid generatur. & idem de ſpeciebus
vini : qa ſicut ab eis aufertur miraculoſe ſubſtātia panis:
ita eis miraculoſe cōfertur ſubſiſtere,quod eſt ſubſtantiæ
propriū , & cōſequēter poſſunt omnia facere & pati,q̄ &
ſubſtātia poſſet. ¶ Duodecimū,quia quāuis hoſtia conſe-
crata putreſceret, aut reſolueretur in puluerē, corpus tñ
Chriſti quod in ea eſt,nihil horū pateretur: quia iſta acci
dentia illi corpori nō inſunt,ſed ſubſiſtunt. ¶ Habet* etiā
hoc ſacramētū mirabiles effectus. ¶ Et in generali cōpre
hendi pōt eius effectus, primò ex præſentia eius, q in eo
eſt, qui dedit vitā & gratiā mūdo. vnde proprius effectus
huius ſacramēti ſecūdū S.Tho.in iiij.diſt. xij.eſt transfor
matio hominis in Deum, ſcilicet per gratiā & amorē : ad
qđ ſequitur augmētū virtutū. ¶ Secūdò,ex repræſentato
per illud, quod eſt paſsio Chriſti: vnde quicquid eſt effe-
ctus paſsionis Chriſti,eſt effectus euchariſtiæ,ſecundū S.
Th.in vj.vel vij. ¶ Tertiò,ex modo quo traditur : quia ꝑ
modū cibi & potus.vnde ſecundū S.Tho.iij.q.lxxix.facit
omnē effectū vitę ſpiritualis ad ſimilitudinē cibi corpora
lis:qa ſuſtētat,auget,reparat,& delectat. ¶ Quartò,ex ſpe
ciebus,ſub qbus traditur:quę ex multis ad vnū aliquid re
digūtur:ſicut ex multis granis fit vnus panis,& ex multis
acinis vel vuis,vnū vinū.Vnde ſecūdū S.Th. in miſſa cor
poris Chriſti ſignificāt vnitatē eccleſiæ,& cōſequēter illā
efficiūt. ¶ Igitur* euchariſtia in quātū ſacramētū,prodeſt
ſumētibus tantū:ſed vt ſacrificiū,prodeſt etiā alijs.Et priò
cōfert gratiam,eā auget,& excitat ad virtutes.iij.q.lxxix.
ar.j. ¶ Secūdò,ex cōſequēti cōfert charitatē,& oēs virtu-
tes. ¶ Tertiò, ex cōſequēti diminuit fomitē rōne feruo-
ris charitatiui.iij.q.lxxix.ar.vj.ad tertiū. ¶ Quartò,ſuſten
tat,ſiue dat vitā,auget,reparat,delectat vt cib⁹ iij.q.lxxix.
art.j.adde etiā ꝙ facit laudare,ſicut cibus cātare.pſal.xxj.
col.viij. ¶ Quintò,cōfortat ī pugna,dās ꝑguſtationē glo-
riæ.Iſa.iiij.col.iij. ¶ Sextò, dat viatoribus adeptionē glo
rię.i.virtutē adipiſcēdi.iij.q.lxxix.ar.ij.& beatis auget glo
riā accidētalē.iiij.diſt.xij.q.j.art.j.q.ij. ¶ Septimò,preſer-
uat à peccato dupliciter.ſ. interius roborādo ꝑ gratiā: &
exteri⁹ repellēdo omnē dæmonū impugnationē ꝑ Chri
ſti paſsionē,cuius eſt ſignū. ¶ Octauò,delet peccata venia
lia.iij.q.lxxix.art.iiij. ¶ Nonò, delet etiā mortalia, quorū
quis nō habet cōſciētiā, nec affectū.iij.q.lxxix.ar.iij.vnde
eſt ablutio ſcelerū.i.mortaliū pc̄torum tripliciter.ſ. igno
ratorū,futurorū,vel cauſando cōtritionē. ¶ Decimò,de-
let pœnā debitā peccatis,nō totā,ſed ſcd̄m mēſurā pecca
torū & deuotionis.iij.q.lxxix.ar.v. ¶ Vndecimò,liberat à
purgatorio, in quātū eſt ſacrificiū ſatisfactoriū pro pecca
4 to.iij.q.lij.viij.ij. ¶ Effectū* euchariſtiæ impediūt pecca-
ta venialia ꝑſentia quo ad refectionē dulcedinis ſpūalis:
nō aūt quo ad augmētū gratiæ habitualis.iij.q.lxxix. art.
iij.aliqua tñ venialia impediūt gratiæ augmentum.ſ.quæ
faciūt mentis diſtractionē:& tollūt deuotionē actualem.

iiij.diſt.xij.q.ij.ar.j.q.iij.Nec tamẽ tũc incurritur neceſſa
riò peccatũ mortale, ſed veniale tantũ, vt ibi. peccata tñ
venialia præterita nullo modo hũc effectum impediunt.

DE EVICTIONE.

EVICTIO, vt recitat Azo, ſecũdùm aliquos eſt rei em 1
ptæ, vel ex alia iuſta cauſa acceptæ per ſententiã iu-
dicis abductio. vel eſt rei ex iuſto titulo ab alio emptæ iu
ridica amiſsio: ſicut emo agrum à Sempronio: & Titius
in iudicio probat illum eſſe ſuum: dicitur illũ euincere.

¶EVNVCHVS an poſsit ordinari, vide ſuprà, Corpo
re vitiatus. Vtrum autem debeat puluerem portare,
dic quòd non.diſt.lv. eunuchus.

DE EXACTIONE.

EXACTIO non eſt, vbi quis ſponte ſoluit.vide glo.&
Car.in cle.preſenti.de cenſi.Et ibi dicit Pan. ꝙ exige
re, & extorquere ducit violentiam: vt ff. de leg.iij.l. fidei
commiſſa.dicit tamen ꝙ ſi præceſsit extorſio, licet ſequat̃
voluntaria ſolutio, eſt exactio.facit quod not. Hoſt.in c.
præterea.el ij.de iure patro.& de pœn.c.conſtitutus.Exa-
ctiones quomodo, & quando fieri poſsint à dominis, vel
prælatis, ſuprà, Dominium. §.v, & infrà, Gabella.

¶EXCEPTA intelligitur in generali ſermone perſo
na loquẽs.de iureiurand.c.petitio.cum allega. in glo.

DE EXCEPTIONE.

EXCEPTIO dicitur extra captio: & ſic regulã firmat.
vide ſuprà, Alienatio. §.xij.& xviij.Dicitur etiã exce
ptio, defenſio, quæ reo competit contra actionẽ, quæ eſt
in eum, & dicitur quaſi actionis excluſio: vt ſi petis à me
debitum, & ego excipio quòd remiſiſti illud.

DE EXCOMMVNICATIONE, PRIMO
de maiori in ſe.

1 *Excommunicatio, quæ eſt à fidelium cõmunione excluſio, ut tri
plex fidelium communio eſſe dicitur, ſic triplex quoque eſt. Et
ibidem eius diffinitio.*

2 *Excõmunicato ſuffragia, quæ pro tota eccleſia fiunt, an proſint.
Et quot requirantur, ut pro excõmunicato orans peccet. Et an
ſacerdos, in ipſo memento, poſsit pro eo nominatim orare.*

3 *Excommunicationis alia deſinitio: & ſub hæc de ſecunda, &
tertia ipſius ſpecie: de quibus ſigillatim & abundè.*

4 *Conſuetudo ſola ſine ſtatuto, aut ſententia, num quem excõmu
nicatum reddat.*

5 *Excommunicationis infligendæ, quinam poteſtatem habeant.*

6 *Excõmunicãdi facultas ut cuipiã cõpetat, quid neceſſariũ ſit.*

7 *Excommunicari quinã poſsint. Et quo caſu mortuus excõmu-
nicatur, ad quid excommunicetur.*

8 *Papam pro hæreſi non modò excommunicari, ſed iudicari, &
deponi poſſe.*

9 *Superiorẽ inferioris ſentẽtia ligari nõ poſſe, qualiter intelligat̃.*

10 *Collegium perſonam ueram nõ eſſe, ſed repræſentatam. Et an
ſententia perſonam ueram ſolùm liget.*

11 *Excommunicabiles, quibus cauſis, aut culpis excõmunicari poſ
ſint. Et excommunicationis pœna quanta ſit.*

12 *Excommunicationi inferendæ, quinam ſit modus adhibendus,
& ſeruandus.*

13 *Excommunicatio inferenda, quando monitionem nõ requirat.*

14 *Prælati in excommunicando, qui formã prædictam nõ ſeruãt,
an pœnã de qua ſuprà incidãt. Et ſubinde limitatiões aliquot.*

15 *Forma certa, ac determinata, nũ in excõmunicatiõe ſit aliqua.
Et quid ſi iudex dicat, excõmunico te, & abſoluo. nu.16. & ſe.*

18 *Iudex cùm dicit, excõmunico te: uel ubicunq; de excõmunica-
tione mẽtio ſit, an de maiori excõmunicatiõe intelligat̃. nu. ſeq.*

20 *Excõmunicari per literas num quis poſsit. Et utrum excõmu-
nicatio latæ ſentẽtiæ ſit, uel cõminatoria, cùm dicitur: ſub ex-
communicationis pœna. 21.*

22 *Canõnne ſit ſententiæ ferendæ, an latæ, num aliquibus uerbis,
aut regulis cognoſci poſsit.*

23 *Differẽtia, nũ ſit inter maiorẽ excõmunicationẽ, & anathema.*

EXCOMMVNICATIO* primò maior, vt intelligatur
qd & quotuplex ſit, & quæ ſint eius cauſæ, ſciẽdũ eſt
primò ex doctrina & mẽte S. Th. in iiij. diſ. xviij. & Archi.
in iij. parte. ti. xxv. ꝙ excõicatio, vt nomẽ ipſum oſtendit,
dicitur excluſio à cõione. ſ. fideliũ. Eſt autẽ triplex fideliũ
cõio: prima ſcilicet in cõuerſatione, ſiue in actibus legiti
mis corporalibus: & ſecũda in ſacramentorũ ſuſceptione,
dum vnus ſuſcipit, & alius miniſtrat, vel multi ad ſuſcipiẽ
dum adunantur: & tertia in actibus legitimis ſpũalib⁹, ſi-
ue in bonorũ ſpiritualiũ participatione: quę fit vel ratiõe
intẽtionis, dum vnus pro alio orat, vel aliud ſuffragiũ fa-
cit: vel ratione charitatis, quę facit oẽs eſſe vnũ in Deo, ſe
cundũ illud Pſalmiſtæ, Particeps ego ſum omniũ timẽtiũ
te. Vnde etiã triplex eſt excõicatio. ¶Prima dicitur excõi
catio maior, de qua iij. q. iiij. Engeltrudã. & hęc etiã dicit̃
anathema, quod interpretatur ſeparatio: quia ſeparat, &
excludit à triplici prędicta cõione: & ſecũdùm S. Tho. ſic
diffinitur: Excõicatio, eſt ſeparatio à cõione eccleſię, quo
ad fructũ, & ſuffragia generalia: per fructũ intelligẽdo ꝑ-
ceptionẽ ſacramẽtorũ, ꝑ cõuictũ fideliũ, & ꝑ ſuffragia ge
neralia intelligẽdo ſpiritualia bona, qbus eccleſia priuat
excõicatum: inquantũ ſunt cõia nõ per charitatẽ, quã ali-
quãdo habet excõicatus, ſed ꝑ interuentionẽ: nõ quidem
huius pſonæ particularis, quę orare põt pro eo: ſed eccle
ſiæ, quę excõicatũ ſeparat ab vniuerſitate fideliũ, pro qb⁹
2 ſuffragia facit.* Vnde ſecundùm S. T. excõicato nõ pro-
ſunt ſuffragia, quæ pro tota eccleſia fiũt: nec ex perſona
eccleſię oratio pro eo inter mẽbra eccleſię fieri põt: quã-
uis aliqua pſona particularis poſsit aliquod ſuffragiũ ad
eius cõuerſionẽ per interceſsionẽ dirigere. Quæ quidem
dicta S. Th. ſic intelligo, quia ad hoc, quòd peccet orãs ꝓ
excõicato, duo requirũtur. Primò, ꝙ oret ex perſona ec-
cleſiæ, id eſt, tanquã eccleſię miniſter: vt ſacerdos inquãtũ
ſacerdos: hæc oratio eſt publica, quantũ ſpectat ad ordi-
nationem eccleſiæ, licet propter occupationes aliquãdo
aliter ſit. Secũdò, ꝙ oret enumerando ipſum in membris
eccleſiæ: quod fit quãdo orat ꝓ eo in particulari, ſicut tũc
facit, vel aliàs facere cõſueuit pro alijs fidelibus nõ excõi
catis. Et cõſequenter qui nõ orat publicè, etiã ſi oret ſpe-
cialiter: vel qui nõ orat ſpecialiter, etiã ſi publicè, nõ pec-
cat: vnde in paraſceue eccleſia generaliter orat pro hæreti
cis. & Sũ. Con. lib. iij. tit. xxxiij. q. clxix. dicit, ꝙ in priuato
poteſt orari pro eis. & Hoſt. dicit nõ eſſe orandũ ſpeciali
ter. & Sum. Con. limitat in publico. Vtrũ autẽ ſacerdos in
miſſa infra ipſum Memẽto poſsit orare pro ipſo, etiã ſpe
cificè & nominatim. videtur quibuſdam ꝙ ſic: quia licet
miſſa ſit oratio publica, tamẽ illud ſpaciũ cõceditur ſacer
doti, vt poſsit orare pro ſuis, tanquã pſona priuata, & ſi-
militer ſeorſum à miſſa & officio: in ipſis etiã petitioni-
bus, q̃ in miſſa, vel officio ex ordinatione eccleſię recitat,
põt orare pro eo intentione generali, nõ ſpecifica. Diffi-
3 nitur* etiã ſic: Excõmunicatio, eſt à qualibet licita cõmu-
nione, & legitimo actu ſeparatio. xj. q. iij. §. euidenter.
¶Secũda eſt excõmunicatio minor, de qua xj. q. iij. cum
excõmunicato. quę excludit precisè à participatiõe, & cõ
munione paſsiua ſacramẽtorũ, ſcḋm Ioã. de Lig. vt de cle.
excõ. mi. c. ſi celebrat. & participatione eorũ, quę ſunt via
ad ſacramẽta percipienda: quia ſic excõmunicatus nõ eſt
eligibilis, nec cõſequẽter habilis ad quodcũq; eccľiaſticũ
beneficium, vt in eodẽ c. notatur. vnde ibi dicit Inn. ꝙ nul
lam dignitatẽ cõſequi poteſt, etiã ſi eligentes hoc ignora
bant, vt tenet ibi gl. & cõiter doctores: nõ autẽ excludit à
cœtu fideliũ vel ſpiritualium bonorũ participatione, aut
etiã à ſacramẽtis conferendis: ita ꝙ collata effectu non ca
rẽt, licet ipſe peccet: vt patet in eo. c. ¶Tertia eſt excõica-
tio excludens à perceptione ſacramentorũ & bonorũ ſpi
ritualiũ participatione: ſed nõ à cœtu fideliũ: de qua xj. q.
iij. cum excõicato. & in d. c. Engeltrudã. & hæc à Deo in
fligitur pro quolibet mortali. ¶Si tamẽ volumus maiorẽ
& minorẽ excõmunicationẽ tam à iure quàm ab homine
diffinitione cõcludere, ſic diffinit Pan. ſuper rubrica eiuſ
dẽ tituli dicẽs: Excõicatio, eſt cenſura à canone vel à iudi-
ce eccleſiaſtico prolata, priuãs à cõmunione ſacramẽtorũ,
& quãdoq; hominum. Igitur omiſſa excõicatione diuina,
duas alias habemus, maiorẽ. ſ. & minorẽ: & vtraq; eſt du-
plex, ſcilicet ab homine, id eſt, à iudice eccleſiaſtico: licet
hodie minor ab homine nõ cõſueuerit inferri: & à iure.
Dico autẽ excõicationẽ eſſe à iure, ſecundũ Guli. de Pa. &
Arch. qñ ab eo, qui poteſt cõſtitutionẽ facere, cõſtituitur
aliquid animo iuris ſtatuẽdi in perpetuũ, & generaliter in
omnes ſubditos ſuos, & ſtatutũ illud roboratur per ſentẽ
tiam excõicationis in futuros tranſgreſſores: vt dicendo,
excõicamus omnes qui exercẽt vſuras. Vñ quędã eſt à iu-
re cõmuni ligans per totam eccleſiã, facta in cõcilio gene
rali, vel ab aliquo ſummo põtifice. quędam verò eſt à iure
particulari. i. conſtitutione ſynodali alicuius diœceſis, vel
cõſtitutione facta in cõcilio ꝓuinciali: vel à cõſtitutione
alicuius legati prouinciæ alicuius: quæ non extẽdunt ad
4 alia loca extra diœceſim vel prouinciã. Cõſuetudo* autẽ
ſola ſine ſtatuto vel ſentẽtia nõ reddit aliquẽ excõicatum,
ſecundũ Sum. Piſã. & Roſel. quia iſte nõ eſt modus ferẽdi
ſententiã. Contrariũ tñ tenuit Sum. Ang. dicẽs ſecundùm
Hoſt. ꝙ ſic: qñ conſuetudo eſt approbata per papã vel aliũ
prelatũ quo ad ſuos ſubditos: qa perinde eſt ac ſi eſſet ſta-
tutũ: aliàs non, quantũcunq; ſit lõga. Ego verò diſtinguo:
qa ſi cõſuetudo nõ habet in obſeruãtia vel opinione ho-
minũ annexũ, ꝙ ſic faciens ſit quaſi excõicatus, eius tolerã
tia aut approbatio etiã explicita nõ ĩducit excõicationẽ:
qa nõ plus exprimit approbatio, quàm ſit in cõſuetudine,
quę nõ exprimit actũ excõicãdi. Si verò cõſuetudo habet
in hominũ obſeruãtia vel opinione annexũ, ꝙ ſic faciens
ſit quaſi excõicatus: approbatio inducit excõicationẽ. Et
hoc tene: qa ſecundũ glo. Ray. eo caſu intelligitur cõſtitu
tio eſſe edita verè aut præſumptiuè: vt in Sum. Con. li. ij.
tit. v. q. x. Ab homine verò eſt, qñ fertur pro cõtumacia vel
offenſa præterita, aut futura: non tamẽ intẽtione faciendi
conſtitutionẽ generalẽ aut perpetuã: ſed vt alicui vel ali-
quibus perſonis prouideatur ad vitã eorũ, aut alicui nego
tio ad tps: ſicut dicẽdo, excõicamus omnes, qui bellabunt
5 vſq; ad illũd tẽpus, vel vſq; ad illud. ¶Sciendũ* eſt ſecũdò
quãtũ ad excõicationis cauſam effectiuã, ꝙ excõicationẽ
à iure facere poſſunt oẽs iudices eccleſiaſtici, qui poſſunt
facere ius: vt papa in vniuerſali eccleſia, & legat⁹ in ſua ꝓ
uincia, & ſinguli epiſcopi in diœceſib. xvj. q. ij. viſis. xxiiij.
q. iij. corripiẽtur. & à fortiori multitudo epiſcoporum, id
eſt cõciliũ prouinciale. qui verò nõ poſſunt facere ius, vel
ſtatuere, etiã nõ poſſunt excõicare. Statuere autẽ poteſt,
vt dictũ eſt, papa & epiſcop⁹ requiſito cõſilio capituli, per
notata in c. quãto. de his quæ fiunt à præla. etiã ſi capitulũ
nõ cõſentiat, ſed diſſentiat, nihil rationabile opponẽdo,
ſecundũ Arch. & Io. And. in c. j. de cõſti. libr. vj. quod Pan.
in d. c. quãto, dicit indubitabile: quia cũ requirat̃ conſiliũ
capituli, & nõ conſenſus, ſatisfactum eſt iuri ex ſola peti-
tione & expectatione reſponſi: cũ nõ teneatur cõſilium ſe
qui: vt in c. cũ olim. de arbi. de quo vide ſ. Cõſiliũ. §. ij. Ca
nonici autẽ cathedralis eccleſiæ ſtatuere nõ poſſunt ſine
licẽtia epiſcopi ſuper his, q̃ tãgũt epiſcopum, aut iura ei⁹,
aut cõmunẽ ſtatũ eccleſiæ: aut ſuper magnis reb⁹ & nego
tijs eccleſię: ſed ſolũ ſup ſua ſingularia negotia: puta ꝙ ſuas
dietas modis diſtribuãt: vel certo modo ad capitulũ vocẽ
tur: ſecundũ gl. in c. ij. de ver. ſi. Similiter nec capellani ec
cleſiarũ ſine epiſcopo ſtatuere poſſunt, etiã cum ſui prela
ti cõſenſu in arduis & magnis, ſecũdũ Pan. in c. cũ omnes.
de cõſti. Secus ergo in paruis. Et generaliter ſtatuere poſ-
ſunt vel nõ poſſunt aliqui, ſecundũ qđ habẽt vel nõ habẽt
iuriſdictionẽ: de quo vide j. Lex. ex §. iiij. Excõicationem
verò ab homine facere põt omnis iudex eccleſiaſticus po
tẽs cõſtituere: & vlterius etiã ꝓpriè facere excõicationem
maiorẽ ptinet ad officiũ epiſcopale: vt patet in c. corripiã
tur. xxiiij. q. iij. quia dicit mucro epiſcopi, ĩ c. viſis. xvj. q. ij.
S. Th. dicit in iiij. ꝙ ſolus epiſcopus & ſ. põt ꝓpria autho
ritate excõicare, niſi in furto & rapina, & hmõi, in quibus
cõceſſum eſt à iure parochiano excõicare. Excõicare etiã
poſſunt de iure cõi etiã citra epiſcopũ oẽs eccleſiarũ p̄la
ti: vt in c. cũ eccleſiarũ. de of. or. id eſt, ſecũdũ gl. oẽs q ſũt
ſimul prelati collegio vel vniuerſitati eccleſię ab habente
adminiſtrationẽ cũ iuriſdictiõe: vt puta, epiſcopo, vel qui
ſunt electi à collegio vľ vniuerſitate, licet ſubſint alteri. i.
epiſcopo. vt in c. j. de ele. & xciij. di. legimus. & hoc verum
eſt, niſi epi præſcripſiſſent contra eos ne hoc poſsint. Et ſi
militer abbates etiã nõ bñdicti, modò ſint cõfirmati: vt in
c. ſicut tuis. de ſimo. Et ſimiliter priores excõicare poſſent
ſingulos de collegio, etiã alienos, ſi in eos aliquo iure ſpe
ciali habẽt iuriſdictionẽ: vt in d. c. cũ eccleſiarũ. Et ſimili-
ter idẽ ſecũdũ Arch. videtur de archidiacono, licet nõ ſit
presbyter. ar. diſt. xxv. perlectis. niſi cõſuetudo ſit in cõtra
riũ. Sed Pan. in c. cũ in cũctis. de elect. dicit, ꝙ de iure cõi
nõ habet curã in foro cõtẽtioſo vel pœnitẽtiali: ſed de cõ
ſuetudine aliqñ habet parochiã, in qua exercet curã, & in
quirit ac viſitat totã diœceſim loco epiſcopi: & ex iſtis cau
ſis meritò excõicat. Panormi. In alijs ergo videtur ſecus. Et
ſimiliter ſacerdotes parochiales excõicare poſſunt, ſcḋm
Hoſt. in notorijs, quæ nõ indigẽt indagine iudiciali, præ-
miſſa tñ monitione. quod verũ eſt vbi hoc eis tribuit con
ſuetudo, quæ dat iuriſdictionẽ. ix. q. iij. conqueſtus. vel vbi
ſpeciali iure eius cõpetit iuriſdictio. ſ. in aliquib⁹ particu
laribus caſibus: vt dicit S. Th. quod intellige, niſi epiſcop⁹
prohibeat: aliter nõ eſt verũ. ij. q. j. nemo. nec c. cũ inhibi-
tio. de clãde. deſpõ. quod allegat Ho. hoc probat. Et ſimili
ter metropolitanus excõicare põt ſuffraganeũ ſuũ, ſecũdũ
Io. de Lig. cũ ſit eius ordinarius. xij. diſt. de his. Et ſimili-
ter excõicare & ſuſpẽdere nõ poteſt epiſcopus ꝓpter cõ
tumaciam ortam in iudicio ſine cõſenſu capituli, ſecũdũ
eũdẽ: niſi aliud ſibi cõpetat aliquo iure ſpeciali. xvj. q. vij.
epiſcopus nullius. Et ſimiliter capitulũ vel prior, ſecundũ
eundẽ, cùm ſuccedat in iuriſdictionibus: vt in ca. cũ olim.
de ma. & obe. nullus tamẽ inferior epiſcopo excõicat cũ
illa ſolẽnitate: de qua xj. q. iij. debẽt. ſed ſolus epiſcopus. i.
circunſtantibus xij. ſacerdotibus cũ candelis accẽſis in ma
nibus. Nulli etiã alij à ſacerdote cõpetit poteſtas excõmu
nicãdi procedẽs à clauiũ poteſtate vľ fori pœnitẽtialis, &
ſemp ipſe illã exercet, cũ prępoſitus eſt curę, niſi ſit cõtra-
ria cõſuetudo vel ſuperioris inhibitio: facultas aũt excõ-
municãdi ꝓcedens ex iuriſdictione ſpecialis cõpetit p̄la-
tis habẽtibus iuriſdictionẽ ordinariã à iure cõi, vel priui-

legio vel conſuetudine ſpeciali: vt dicit Inn.*Quæ facul-
tas ad hoc ꝙ alicui cõpetat, requiritur ꝙ ſit clericus vel re
ligioſus, & electus per vniuerſitatẽ eccleſiaſticã, & quo ad
dignitatẽ principalẽ, aliàs nõ habet ordinariã, niſi cõſuetu
do vel priuilegiũ cõcedat. cõpetit etiã hoc habẽti iuriſdi
ctionẽ ſpecialẽ à prælato eccleſiaſtico vel delegato: cõpe-
tit etiã habẽti ordinariã nõ principaliter, vt vicario ordi-
narij. hęc ille. Excõmunicare verò nõ põt aliquis ſeipſum.
x.q.iij. ſi is qui. Nec mulier prælata, cũ nõ habeat iuriſdi-
ctionẽ talẽ, qualẽ habet vir, ſecundũ gl. in c. dilecta. de ma
io. & obe. & careat clauibus. de pœni. & remiſ. noua. Nec
delegatus extra ſibi cõmiſſa, ſecundũ Io. de Lig. vt ij.q.iij.
c.j. tenet tñ ſentẽtia eius, ſecundùm Rich. in iiij. lata poſt
reuocationẽ cõmiſſiõis, antequã tamẽ reuocatio ad eũ ve
nire potuerit: qa adhuc remanet penes eũ cõmiſſa pote-
ſtas. de procur. auditis. ĩ gl. quod quidã probabiliter limi-
tãt verũ, niſi is, qui reuocat, intẽdat, & exprimat quòd to-
tũ ſit irritũ & inane, qđ extũc per delegatũ fuerit attẽtatũ.
Quod etiã Pan. in c. audita. de reſti. ſpo. ſentit dicẽs: ꝙ ſi
Papa in ſecũdis literis clarè exprimit, irritũ & inane eſſe
quicqd actũ eſt poſt datã ſecundarũ literarũ, indubiè pro
ceſſus nõ valet iuſtus vel iniuſtus: vt in c.j. de cõceſ. prȩb.
lib. vj. Si autẽ iuriſdictionẽ reuocat ſimpliciter, valet ꝓceſ
ſus agitatus per primos tam inter partes quàm contra ter
tios impedientes iuriſdictionẽ. Et de hoc eſt caſus in c. au-
dita. qa non videtur, papã voluiſſe cũ graui præiudicio ir
ritare proceſſum factũ ignorãter. quod intellige qñ ex re
uocatione præiudiciũ generatur tertio; aliàs nõ valet actꝰ
licet ignorãter geſtus: vt in d.c.j. vnde nõ valet excõicatio
lata ab ordinario, licet ignorãter, cõtra habẽtẽ priuilegiũ,
quòd ab eo excõicari non poſsit: vt in d. cap. j. Sed ſi verba
eſſent ambigua & generalia, vt in d.c. audita. vbi mandaba
tur reuocari quicquid eſſet immutatũ in cauſa à tempore
miſsionis nuntij, nõ tenet reuocatio proceſſus legitimè fa
cti. Ratio, qa cùm factum ſit odioſum, & alteri parti præiu
dicatiuum, debet fieri interpretatio ſtricta. & ſic debet in
telligi de mutatione facta per violentiã, ſeu quãlibet præ
ſumptionem. Nec ſimiliter excõicare põt alienus epiſco-
pus, ſ. non ſubditum ſuũ, modò ratione delicti vel cõtra-
ctus, ſeu rei, de qua agitur, non ſit effectus de eius iuriſdi-
ctione, vt no. in c.j. de priuil. lib. vj. imò nec ſentẽtia ab eo
lata põt ratificari per epiſcopum propriũ: etiã ſi ſit lata in
eius territorio: quia ab initio fuit nulla: ſecundũ Inno. &
Barth. Brix. Nec laicus, niſi ex delegatione ſummi pontifi
cis: qa tunc põt. xxxij. diſt. §. verũ. Nec epiſcopus extra ſuã
diœceſim, nec alij prælati extra territoriũ ſuæ iuriſdictio-
nis, ſecundũ Hoſt. qa cùm nullus ſit excõicandus ſine cau-
ſæ cognitione. xj.q.iij. nemo. requiritur locus ad ſedendũ
pro tribunali, quẽ epiſcopus nõ habet ĩ aliena diœceſi ad
hoc aut ad aliqđ contẽtioſe diſponendũ. ix.q.ij. epiſcopũ.
niſi epiſcopus ſit expulſus: vel cõſentiat is, qui iuriſdictio
nẽ habet in loco eo modo quo dictũ eſt ſ. Abſolutio. j. §.
iij. licet quidã dicant, epiſcopũ extra ſuã diœceſim poſſe
excõicare. quod de notorijs concedi poteſt: qa nec illa re
quirunt examinationẽ cauſæ. ix.q.iij. §. fina. Nec prælatus
habẽs iuriſdictionẽ temporalẽ tantùm, ſecundũ Hoſt. ar.
de offi. ord. dilectus. & hoc niſi habeat iſtud ex priuilegio
ſpeciali, vel ex cõſuetudine, quæ etiam dat iuriſdictionẽ.
Nec is qui in cõmuni opinione hominũ non credebatur
excõicatus, & tamen erat. iij.q.vij. c. infamis. §. tria. in glo.
quia nec excõicatus, nec interdictus, nec ſchiſmaticus, nec
hereticus, nec intruſus, nec ſuſpẽſus à iuriſdictione: ſecus
ſi ſolùm ab officio, põt excõicare. xxiiij.q.j. audiuimus. &
c. ſi. de conceſ. præb. Nec violans interdictum, ſecundùm
Hoſt. extrà, de exce. præla. c. fin. ſi tamen fuiſſet abſolutus
7 tali violatione, teneret ſentẽtia. ¶ Sciẽdũ* eſt tertiò quã-
tum ad cauſam excõmunicationis materialẽ, qua eſt excõ
municãdus, & culpa eius, ꝙ excõicari non poteſt mortuꝰ
à canone vel à iudice: quia non eſt homo. de ſum. tri. & fi.
ca. c.j. Item excõmunicatio canonis nõ fertur, niſi propter
crimen: mortuus autẽ delinquere nõ põt: excõicatio verò
iudicis requirit monitionẽ, quæ mortuo nõ cõpetit. Inde
quibuſdam tamẽ ſpecialibus caſibus mortuus excõicatur:
& hoc ad terrorem: & potius ratione præcedẽtis vinculi,
quàm pręſentis, propter quod ſit negatio ſepulturę, cõmu
nis orationis, & huiuſmodi: vt in decedẽte in crimine no-
torio. Ioan. de Lig. Nec Iudæus vel paganus: qa nullꝰ põt
perdere quod nõ habet re aut ſpe: quod verũ eſt de cõmu
nione intrinſeca ſacramentorũ extra quã ſunt prædicti: &
circa quã nihil ad nos de his quæ foris ſunt. ij.qõ.j. multi.
Sed loquẽdo de extrinſeca fideliũ cõmunione, inquantũ
ſunt animalia ciuilia & ſocialia: vt in commercijs, & alijs
actibꝰ humanis, nõ poſſunt excludi directe, ita ꝙ excluſio
terminetur in eos, qa nõ ſunt ſubditi: per indirectũ tamen
poſſunt, ſcilicet interdicẽdo fidelibus taliũ communionẽ.
Ioan. de Lig. Quomodo tamen ſint ſubditi, vide ĩ. in ver-
8 bo, Papa. §. vij. & viij. Nec* papa ſimiliter excõicari poteſt
niſi pro hæreſi, pro qua & iudicari, & deponi põt. xl. diſt.
c. ſi papa. nec ab homine, qa eſt omnibus ſuperior. diſt. xxj.
ĩferior. nec à canone: qa à canone ſolutꝰ eſt: quãuis deceat
eũ ſecundũ canones viuere: nec etiã minori excõmunicã-
do cum excõicatis: vt in c. nulli. de ſen. exc. in gl. excõica-
ri põt excõicatione ſeparante à Deo per mortale. Ioan. de
Lig. Nec epiſcopus ſimiliter, aut eius metropolitanus per
ſtatutũ ipſius contrafaciẽdo intra territoriũ ipſius ſuffra-
ganei, ſecundũ Lau. Io. And. Io. Cal. Pau. & Hoſt. q in Sum
ma dicit, certo certius eſſe tenẽdũ, nec ſuperiorẽ, nec ꝓfe
rentẽ ſentẽtiã fulminatoriã ligari. xxj. diſt. inferior. & de
ma. & obe. cum inferior. Idẽ S. Tho. in iiij. diſt. xviij. q.ij.
ar. iij. cuius ratio eſt irrefragabilis, qa, inquit, per iuriſdi-
ctionẽ eſt quis ſuperior eo, in quẽ illã habet, cùm ſit iudex
eius: vnde nullus in ſe vel ęqualem aut ſuperiorem habet
iuriſdictionẽ. Et hanc opin. ſequitur Sum. Piſ. contrarium
tenuit Hug. Arc. & Petr. de Bel. & Dir. lib. iij. & Bart. Brix.
Qui Hugo dicit hoc caſu ipſum non ligari ſentẽtia infe-
9 rioris, ſed iuris. Gof.* etiam dicit ꝙ illa regula, ꝙ inferior
ſuperiorẽ ligare nõ põt, fallit, cũ maior delinquit in iuriſ
dictione minoris. vj.q.iij. placuit. nec datur ſentẽtia puri
hominis, ſed canonis, cũ incidat in factũ dãnatũ: & epiſco
pꝰ authoritate apoſtolica generalẽ habeat authoritatẽ cõ
dendi canonẽ, à quo nullus excluditur: vnde talis ſentẽtia
dicitur papę. vnde & Arch. dicit, ꝙ ipſe epiſcopꝰ cõditor
cõtra faciẽdo incidit: nec põt diſpẽſare cõtra ꝓpriã cõſti
tutionẽ, nec gñalem conſuetudinẽ: ex qbus iam alijs ius
eſt acquiſitũ. Sed ſi vult nõ ligari, deſtruat ipſa ſtatuta. Ioã.
And. verò, & Io. de Lig. in tract. de eccleſiaſtica cenſu. co-
natur facere concordiã ꝙ nõ incidũt faciẽtes contra, vt ar
chiepiſcopꝰ. veluti ſi ſtatutũ erat, ꝙ nullus exerceret iuriſ
dictionẽ in tali loco: & iſti ibi celebrant in põtificali. ſecꝰ
ſi contraueniũt vt perſonę priuatæ: vt ſi ſtatutũ erat de nõ
furãdo, vel ludẽdo ad azarum, & ludũt. Et hanc concordiã
ſequitur Sum. Ang. Sed quia plures & ſolenniores docto.
tenẽt ſimpliciter opinionẽ primã: ipſa videt̃ magis tenẽ-
da. diſt. xix. in canonicis. Vnde dico, ꝙ iſta cõcordia nihil
eſt: quia virtus excõicationis ex voluntate pendet ferẽtis
& ſuperioris: neuter autẽ iſtorum habet volũtatem, quòd
liget

licet eos: quia à re volita quilibet vellet omne malũ abeſ-
ſe. Vnde peccator vellet ſine offenſa Dei peccare, ſi poſ-
ſet. nec dictã cõcordiã Ioã. de Lig. aſſertiuè tenet: ſed pri-
mã opi. nec dicta Sũma bene recitat: qa quod iſte dat pro
exẽplis, illa recitat ꝓ mẽbris diuiſionis, vt patet intuenti.
Dico igitur ꝙ prima opinio videt̃ cõis, ſecundũ Pan. in c.
j. de rap. Ad motiua aliorũ ſoluo. Nã fallẽtia Gof. nõ habe
tur in illo c. qa ibi nõ plus habet̃, niſi ꝙ ſubditũ viuꝰ epi-
ſcopi alius põt excõicare. ſi tñ ibi haberetur, intelligeret̃
qñ maior delinquit in iuriſdictione minoris cõtra legem
ſuperioris vtriuſq;, puta Papæ, vel Dei: nõ autẽ cõtra legẽ
inferioris. Nõ etiã ligat̃ ſentẽtia Papæ: qa epiſcopꝰ nõ ha
bet licentiã à Papa cõdendi canonẽ, quo liget ſe & maio-
res, ſed minores tantũ ſubditos, & aliquãdo nõ ſubditos.
Nec verũ ẽ, ſed falſũ, ſcđm Inn. ĩ c. cũ ad monaſteriũ. đ ſta.
mo. ꝙ nõ liceat epiſcopo diſpẽſare cõtra ſuã cõſtitutionẽ:
ſed eã põt tollere, & in ea diſpẽſare ſecundũ Io. An. in re-
gula, generali. & hoc dicit ſeruare vniuerſum. Et addo qđ
mirabile eſt, ſi põt ſecundũ aduerſarios ſuã conſtitutionẽ
ſine præiudicio alterius auferre ex toto, ſed nõ in parte, ſi
ue in caſu, qđ eſt diſpẽſare. Sicut tamen dicit do. Ant. hoc
limitatur, niſi cõſtitutio trãſierit in priuilegiũ, vel cõtra-
ctũ: vel niſi eſſet iurata: qa ea ſtãte nõ poſſet diſpẽſare: ſi-
cut nec ſe à iuramẽto abſoluere. Excõicari etiã nõ põt col
legiũ, vel cõitas ſiue vniuerſitas: qa hoc de ſen. exc. Roma.
lib. vj. §. vniuerſitatẽ. prohibetur fieri penitꝰ. Et ratio aſsi
gnatur: qa cõtingeret innoxios irretiri. Itẽ qa, vt dicit Sã.
Th. in iiij. actus ſunt ſingulariũ: & ſi aliqñ actus ſit multi-
tudinis, vt cũ multi trahũt nauẽ, tamẽ non eſt ꝓbabile, ꝙ
tota aliqua multitudo ſic in malo conſentiat, vt nulli ſint
10 diſſentiẽtes. Itẽ* quia, vt dicit Gemi. collegiũ nõ eſt pſona
vera, ſed repræſentata. ff. de fideiuſ. l. mortuo. nec habet
baptiſmũ. Sentẽtia aũt excõicationis ligat ſolùm verã pſo
nã. de offi. deleg. P. & G. & baptizatã. xj.q.iij. omnis Chri-
5 pacta facta nomine eccleſiæ, & huiuſmodi. ¶* Secundum eſt, vtrum excōicatus minore peccet ſolùm percipiendo ſacramēta? Et dico, ꝙ ſecundū Inno. peccat etiā ea conferēdo: licet ſubditi ab eo recipere non prohibeantur. Hoſtienſis verò dicit, ꝙ conferēdo non participat, id eſt, partem capit: quia nō ad ſuam, ſed aliorū vtilitatem confert. quod non ſic eſt intelligendū, quaſi Hoſt. velit dicere, ꝙ non peccet: quia text. eſſet expreſſe in contrariū, in d. c. ſi celebrat. Sed vult dicere, ꝙ illud participiū, non eſt illud quod eccleſia prohibuit, ſed illud, quo ꝑcipitur aliquod ſacramentū. quod etiā Ioā. de Lig. clarius exprimit dicēs, ꝙ eſt ſeparatus à participatione ſacramentorum paſsiua tantùm: ita ꝙ recipere non poteſt ſacramenta. quod etiā dictum non ſic eſt intelligendum, quaſi non ſit prohibita participatio actiua, id eſt, collatio ſacramentorum: ſed quia non eſt ei prohibita in ordine ad alios, quaſi non habeant omnē ſuum effectū. quod eſt eſſe ſeparatū, quo ad Deū, non quo ad eccleſiā. Gul. aūt ſeparationē à participatione paſsiua extēdit vſq; ad oſculū pacis in miſſa, quod eſt loco cōionis. Sed hoc Pet. de Pal. in di. xviij. iiij. rōnabiliter improbat: qa eſt, inquit, ſeparatus à participatiōe ſacramētorū, nō aūt diuinorū. Vnde pōt eccleſiā officiare, & audire miſſam, & ad oſculum venire: quod oſculum

lū eſt benedicti panis datio: ideo ſucceſſerūt loco cōionis, vt ad iſtā nō admitterētur indigni. Et intēdit Petr⁹. ꝙ indigni ſacramēto admittūtur ad iſta q̄ pro eis excogitata ſunt, tanq̄ minori. ¶ Tertiū* eſt, vtrum talis eccleſiam

6 poſsit intrare? Et dico, ꝙ circa hoc multi doct. ſcrupuloſe ſcripſerūt Canoniſtarū more tutiorē viam cōſulentes: qa Ray. dicit, ꝙ eccleſiā poteſt intrare ad orandū, præſertim nō cōſecratā, & videtur nō peccare: licet tutius agat non intrando, & forſitan etiā ad horas dicēdas cū alijs, dum tamen nō ad miſſam: aut ſi ad miſſam, non ad oſculū, quod eſt quaſi loco cōmunionis. Et idē Goſ. dicēs, ꝙ audire poteſt diuina preter miſſam: ſed ſecurius facit abſtinens ex deuotiōe. Multi etiā alij ſimilia ſcripſerūt, ſed veritas eſt quā docet Pet. de Pa. dicēs, ꝙ eſt ſeparatus à ſacramētis, nō à diuinis: vnde intrare pōt eccleſiā, & ad miſſam audiēdā, & horas cū alijs dicēdas. quod Gul. concedit, & ad oſculū pacis, quod Gul. negat. vnde & glo. Ray. dicit, ꝙ etiā miſſæ poterit intereſſe, modò ibi nō cōicet. Poteſt ergo iſte cum alijs participare in diuinis, & à fortiori in ciuilibus.

RVRSVS DE EXCOMMVNICATIONE quintò, id eſt, de participatione cum excommunicatis.

1 Excommunicatio minori cōmunicans aut participās, nullā ſententiam, aut peccatum incurrit. Ea enim in tertiā nō permeat perſonā. ſecus ſi maior. Et quid ſi maiori excōmunicatus parti ſatisfecerit, aut cū illa alter cōuenerit, nōdū tamē abſolutiōe accepta. Et qd dū ad curiā abſolutionis petēdæ cauſa proficiſcit.

2 Vitari nū debeāt hi, de quibus excōmunicatine ſint, à doctoribus dubitari ſolet. Et quando. Item quæ excommunicatis denegentur, uſq; ad nu. 4.

3 Sacerdos ſi miſſa incœpta occultum excommunicatū in eccleſiā ingreſſū deprehēdat: an miſſam dimittere debeat. Et quid ſi ſit publicus, quid tum ſacerdos efficere debeat.

4 Participatio, & cōmunicatio cū excōmunicatis, num aliquādo licita ſit, & quibus caſib⁹. Et ibi, ꝙ quinq; caſibus, hoc uerſ. cōtētis: utile, lex, hūile, res ignorata, neceſſe. q hic fuiſſe explicant.

5 Cōmunicatio omnis cum excommunicato quæ ſit pro damno cōmunicātis uitando, cōmunicantem excuſat. Et an excōmunicatis humanitatis gratia aliquid dandum ſit.

6 Cōmunicatio reſpectu eorū, quæ ſupra dicuntur: Os, orare, uale, &c. quot caſibus illicita ſit: & in quid incurrant cōicantes.

7 Excōicati nō denūtiati, an hodie uitari debeāt. Et in hoc refertur cōcilij Cōſtātiēſis cōſtitutio, quæ gratioſa et miſericors eſt.

8 Ciuitas uel collegiū, an excōmunicari debeat. Et tum qualis publicatio eſſe debeat. Et qualis reſpectu interdicti & ſuſpenſionis aduerſus communitatem.

9 Interdictum eccleſiaſticum non publicatū, an quis obſeruare teneatur. Et quid ſi ciuitas ſit interdicta. Item quid ſentētia generaliter lata.

10 Papa aliúsue prælatus, num excommunicato à ſe, ſuíſue inferioribus cōmunicātes, excōmunicationem incurrant. Et an omnia quæ in Apoſtoli doctrina ſunt propriè ac ſtrictè de iure diuino ſint. Et in quibus Papa diſpenſare nequeat, & in quibus ſic.

11 Delegatus num maiori excōmunicatione eos excommunicare queat, qui à ſe excommunicato participant.

12 Vendēdo, aut emēdo, num quis cū excōmunicati ſeruo cōtrahere poſſit: & an ab uxore, uel familia excōmunicati aliquid accipere. nu. ſeq.

14 Prædicatores nū paſſim cū excommunicatis participare queāt: & ab his aliquid accipere: & id quibus ex cauſis.

15 Legatū ab excōmunicato, an licitè accipiatur. Et quid de mortuarijs ab huiuſmodi datis.

16 Fratres, num eo caſu, de quo hic, eleemoſynas rectè accipiant.

17 Patres ac domini, ſi filijs ac ſeruis excōmunicatis participent, nū excuſentur. Et in qbus licitè cōmunicēt eis, ac participēt. 11.

18 Vaſalli dominis excommunicatis cōmunicantes, num aliquam excuſationem promereantur.

19 Iudicibus, ac rectoribus excōmunicatis in iudicio conſiſtendo, an quis licitè communicet. Et ibidem, quòd quandoq; requirere non modò licet, ſed & neceſſe eſt: quāquā in certis caſibus communicatio licita non ſit.

20 Epiſcopus ſi excommunicato à ſe in crimine damnato, uel criminoſo communicet, num eandem ſententiam incurrat.

21 Qui iuramēto adſtrictus eſt certo termino ſoluere: an ſi ille cui adſtrictus eſt, interim excōicetur, eidē ſoluere teneatur.

22 Participando ac cōmunicādo in diuinis, excōmunicatis, an ſemper eadem ſentētia, aut etiā maior incurratur. Et quid ſi in his cōmunicatio per metū fiat. nu. ſeq. Et ibidē an prælatis mortē, aut uerbera ſubire præcipientibus, obedire ſubditus neceſſe habeat. nu. ſeq.

24 Sacerdos, cui iudex aliquem excommunicatum denuntiare mādat, nū mox uiſis literis, eundem uitare teneatur. Et excommunicatus qualiter uitandus ſit. nu ſeq. Et quem ſemel excōmunicatum ſciuero, num is ſemper & ubiq; uitandus ſit. nu. 26.

27 Excōmunicati domo, nū mihi uti liceat. Et aliquem excōmunicatū eſſe, quomodo credere debeā, ut exinde eūdē deuitē. nu. ſe.

29 Participationis cū excommunicatis prohibitio, an ad mortuos quoq; extendatur.

1 EXCOMMVNICATIO* quintò, quo ad participationem cum excōicato, vt plenius innoteſcat, ſciendum eſt primò, ꝙ excommunicato excōicatione minori participās, nullā ſententiā incurrit, vel peccatū: & hoc eſt quod cōmuniter dicitur, ꝙ excōmunicatio, ſcilicet minor, non tranſit in tertiā perſonam. xj. q. iij. quoniā multos. ſed excōmunicato excōicatione maiori nō licet participare, vel cōmunicare cū alijs fidelibus, vt dictū eſt, Excōicatio. iij. nec etiā licet alijs cōmunicare cum eo: quia, ſicut dicit Fabianus papa, apoſtoli ſtatuerunt dicētes cū excōicatis participandū non eſſe. xj. q. iij. ſicut. & idem habetur in duobus c. ſequētibus. & contrafaciens, ſtatim eſt excōicatus ipſo facto, vt ibi ī c. cū excōicato. & hoc aliquādo maiore, aliquādo verò minore: vt j. Et hoc participādo ante eius abſolutionē, etiā ſi cōpoſuiſſet cū aduerſario, vel ſatisfeciſſet pro iniuria: etiā ſi vadit pro abſolutione, aut nō ſit adhuc denūtiatus. extrà eo. cū deſideres. ſecūdū Ray. Sed intellige iuxta diceda j. §. iiij. Imò etiā ſi iā iuraſſet ſtare mādato alicui⁹ epiſcopi ante abſolutionē participās, etiā ſi eſſet ipſe epiſcopus q excōicauit, incidit: quia nec participare illi pōt ipſe, nec participādi licētiā dare. extrà eod. nuper. xj. q. iij. excōicatos. Eūti tū ad curiā ꝓ abſolutione vendi pōt, & pretiū recipi, & cōicari in pertinētibus ad vi-

2 tā, ſecūdū Piſa. Adde* tū ex S. Thom. in quoli. iiij. ꝙ hi, de quibus dubitatur à doctoribus an ſint excōicati, vitari nō debēt, niſi poſt ſentētiā nō ſuſpēſam appellatiōe. Sūt aūt, ſecūdū S. Tho. in iiij. diſt. xviij. & ſecūdū alios Theolo. & Canon. ea, in quibus participatio aliàs licita, nō tenet, quę his verſibus cōtinētur, Si ꝓ delictis anathema qs efficiatur, Os, orare, vale, cōio, mēſa negatur. ¶ Os, inq̄, negatur primo, id eſt, oſculū, ſecūdū S. Tho. & conſequēter locutio, ſecūdū alios: quæ ſolet eſſe inter amicos: ſub qua cōprehenduntur, ſecūdū Gul. & Hugo. in c. quoniā multos. xj. q. iij. etiā literæ receptæ, vel miſſę, & nuntij, & munera, quæ, vt idē Gul. dicit, qui ab excōicato recipit, reddere nō tenetur: ſed ex cōſilio ſunt dāda pauperibus, vel remittenda ad ruborē excōmunicati. ¶ Et ſecundò, orare, ſcilicet cum eo negatur, vel prohibetur. Et per orare, intelli-

ge nō ſolū participare in diuinis & ſacramentis,ſed etiam
audire orationes,vel diuina: vnde ſi eccleſiā ingreſſus ibi
ſe firmat,alij tenētur aut exire,aut exitum eius procurare,
ſi eſt excōicatꝰ publicè,ſecūdū Ray.xj.q.iij.ſicut apoſtoli.
& intellige ſi intrat cauſa orādi vel audiēdi diuina. Si ve-
rò occultè, quia ſcilicet à paucis ſcitur, & non cōiter:qui
hoc ſciūt,exibūt ſecretè & cautè ſi poſſunt,vt eiꝰ manife
ſtatio nō ſequatur:aliàs nō exibūt.vj.q.ij.ſi tantū. quæ ta-
men ſecundū Inn.nō ſunt intelligēda,ſi in eccleſia ſit non
cauſa orādi,ſed pro alio negotio:qa tūc, inquit,nō video
quare orare nō poſsim in eadē eccleſia:licet contrariū te
neat Ho.Nō intelligūtur etiam prædicta de prælato hoc
ſciēte ſecūdū aliquos,quia debet eū ſecretò monere: & ſi
nō audit,publice increpet quādo hoc poteſt ꝓbare : quia
iſte videtur eſſe ordo in correctione fraterna inſtitutus à
3 Domino.Circa miſſam* tamē ſecundū Rayn.nota,ꝙ ſi ea
incœpta intrat,& eſt occultus:ſacerdos miſſam dimittere
nō debet.vij.q.j.nihil.Si verò eſt publicus,moneat eū pu
blicè:& ſi nō vult exire,nec cōmodè pōt expelli, & cano-
nē ſacerdos nō īchoauit,anteq̃ illū viderit,miſſa dimittat.
ar.xxiiij.q.j.oīs.& canonē dico incipere à Te igitur:ſecū-
dū Arch.de cōſ.di.ij.de hymnis.licet ſecūdū aliquos Ho.
& Inn.teneāt ꝙ à cōſecratiōe.Si verò iā canonē inchoaue
rit ſacerdos,procedat in officio ſimul cū ſibi aſsiſtēte,alijs
oībus exeuntibus.Et finito canone ac ſumpto ſacramento
anteq̃ dicatur poſtcōio,moneat eū vt exeat:de cōſe.di. ij.
relatū.& cōcordāt Hoſt.& Gof.Quòd ſi nō vult exire,pōt
eijcere eū,etiā ſi ſit clericus.Sed limita,ſi hoc pōt ſine ſan
guinis effuſione.ar.extrà eo. veniēs. Aliter recurrere pōt
ad brachiū ſeculare,ſecūdū Supp.etiā ſi videat futurā ſan-
guinis effuſionē.ar.extrà,de homi.poſtulatio. ſecundùm
Hoſt.Sed hoc Sum.Angel.eiuſdē ordi.negat,& Roſ.non
tenet,& valde rōnabiliter:qa ſi nō debeo exponere ſan-
guinē meū pro nō participādo in diuinis,vt dicetur: mul
to minus licet fundere alienū,& violare locū ſacratū.Et ſi
eijci nō poteſt,in ſacriſtiā rediens dicat orationē & poſt-
cōionem,& quæ reſtabāt,ſecundū Hoſt.& Gofr. ¶ Et ter-
tio aue,id eſt,ſalutatio,ſub qua ſecundū Sanct.Thom.vi-
detur includi locutio:& ſecundùm alios etiam reſalutatio
prius ſalutātis includitur.Imò ſi ei licitè ſcribatur in caſi-
bus,de quibus j.nō eſt ſalutādus,ſed loco ſalutationis ſcri
batur,ſpiritū cōſilij ſanioris.ſecūdū Archid.Si quis tamen
ab eo ſalutatur,reſpōdere poteſt:Deus vos emēdet,vel hu
iuſmodi,ſecundū Arch. Si aūt ſalutanti quis aſſurgat, vel
exhibet reuerētiā, aut inclinat, aut mouet labia,quaſi re-
ſalutās,nihil tamē dicēs,ſecūdū Gul.nō incidit: quia pœ-
næ ſunt reſtringēdæ.de pœn.di.j.§.pœnæ.& in reg.odia.
lib.vj.Et ita determinat Sum.Ang.Sed Dire.libr.iij.tenet
ꝙ per hæc incurratur excōicatio minor:& in effectu idem
tenet Gul.de mon.Laudu.& Zenze.& Steph.& Cardi.&
Imo.clemē.fin.de ſen.exc.Et ita determinat Sum Roſ.Et
hoc eſt verius:qa iſtaꝰ ſunt quædā ſalutatio,non verbo,ſed
opere: & cōmunicatio quædam, quæ generaliter prohi-
betur,etiā tacēdo,vt in oratiōe vel cibo.xj.q.iij. excōica-
tus.& c.qui cōicauerit.& c.ſicut apoſtoli.Et quod dicitur
de motione labiorū,eſt ridiculū:qa eccleſia nō intēdit ꝓ
hibere ſalutationē interiorem,quæ in charitate interiori
conſiſtit:ſed exteriorē ad punitionē rei,& terrorē aliorū.
¶ Et quartò cōio,ne ſcilicet quis ei cōicet.puta cooperan
do in aliquo exercitio:vel habitando in domo cū excōica
to.Si tamē ego & ille ſumus in vna domo vel camera pro
diuerſis negotijs:nō participo,ſecūdū Inn.in c. nuper.eo.
titul. ſecus pro eo.Et idē eſt in alijs actibus conuerſatio-
nis habēde,præcipuè legitimis:vnde nullus cōtrahere de
bet cū eo:licet teneāt aliqui cōtractus,iuxta dicta ſ. Excō
municatio. iij. §.xxij. Et ſi quis iuraſſet alicui ſoluere in
certo termino,& interim excōicatur:non debere,ſecūdū
Ray.ante abſolutionē ei ſoluere,ſed debitū in æde ſacra
deponere.Inno.tamē cōſulit ꝙ ſoluat.Sed de hoc j.§.iiij.
dub.xij.Si etiā quis accipiat ab eo mutuū,vel ab eo cōdu
cat aliqd pro pretio reddēdo tēpore excōicationis,ipſum
pretium vel mutuū,quo ad ciuilē obligationē, ex qua na
ſcitur actio,& poteſt repeti,non redditur niſi poſt abſolu
tionē: tamē obligatur ei quo ad naturalē obligationem.
Hoſt.quod dictū non impugnat Inno. ſed exponit : quia
hoc eſt dicere,ꝙ talis reddere tenetur:ſed excōicatus age
re non pōt ad redditionem.Si etiā presbyter ſuas operas
alicui domino locauit tēpore quo erat excōicatꝰ,locatio
nō valuit:ſecus ſi ante:ſed nō poterit ei ſeruire in diuinis
permanenti in excōicatione.Hoſti.In prædictis, ſecundū
Gul.non excuſāt in caſu nō conceſſo familiaritas, niſi il-
la,de qua in c.quoniā multos.xj.q.iij.nec pudor, vel ſcan
dali timor:ſed ſemper quis peccat venialiter aut mortali-
ter:& excōicationem incurrit maiorē vel minorem. ¶ Et
quintò menſa,id eſt,comeſtio in mēſa eadem:ſub qua in-
telligitur etiā quies in eodē lecto:vnde ſi ſuperueniat mē
ſæ,in qua manduco,etiā in alieno domò, teneor ſurgere,
ſecundū Gul.ſi eſt publicè excōicatus.& ſimiliter ſi occul
tè,& ſine eius nota poſſum declinare, non aūt cum nota
eius,ſecundū Arch.Nō teneor tamen exire domū, etſi ſit
publicꝰ,imò poſſum adire hoſpitiū,in quo mādu cat: mo
dò poſsim ei ꝓpter loci capacitatē non cōicare:imò ſecū
dùm Inn.poſſum cum eo in eadē camera , etſi nō in eadē
menſa,comedere.Si tamen inuitatus ad conuiuiū aūt fe-
ſtum inuenio excōicatum publicè,nō poſſum ibi epulari,
etiā in menſa alia:quia ſecundū Gul. omnes ſic conueniē
tes dicuntur cōicare.Similiter incidit qui relinquit cla-
uem & domū ei venienti ad domū comedere: vel permit
tit eū in alia menſa comedere, faciens hoc in fraudē pro-
pter eius fauorē acquirendū,vel ne illū offendat: nō autē
ſi facit hoc quia timet ne vim ſibi inferat,vel cauſā huma
nitatis:quia putat eū hoſpitio vel alimētis indigere.& de
4 hoc facit proteſtationē Gul. ¶ Sciendū* eſt ſecūdò,ꝙ nō
obſtātibus prædictis participatio cū excōicato in prædi-
ctis aliquādo eſt licita:quia Greg.in c.quoniā multos. xj.
q.iij. ſubtrahit à minori excōicatione multos participan-
tes excōicato maiore, qui in iſto verſu cōprehenduntur:
Vtile,lex,humile,res ignorata,neceſſe: Hæc anathema fa
ciunt ne poſsit obeſſe.Vnde excuſat primò vtilitas,id eſt,
participās vtiliter,id eſt, ꝓpter vtilitatē, quæ ſcilicet eſſe
poteſt ex parte ipſius participātis in tēporalibus. vt cū ab
eo petit ad quod ille tenetur ei:extrà eo.ſi verò. Vnde po
teſt illū in iudicio cōuenire.aliàs ex ſuo delicto cōmodū
reportaret.de iudi. intelleximus.& ſimiliter in ſpūalibus,
vt loquēdo de ſalute aiæ ſuæ,petēdo cōſiliū,ſi eſt neceſsi-
tas,& ad aliū recurrere nō pōt.Gul.imò ſecūdū eūdē,cōſi-
liū petere pōt in neceſsitate,etiā de tēporalibus:quę tamē
neceſsitas arbitrio boni viri limitabit.Sed tamē ſecundū
Ray.in hoc habenę laxādæ nō ſunt,ſed diſcretè,& ſolū cū
intētione vtilitatis cōſequēdæ.Poteſt etiam eſſe ex parte
excōicati,vt loquēdo de ſpectātibus ad abſolutionē eius,
& ſalutē animę:licet alia incidenter interponātur, ſecun-
dùm S. Tho.vt magis proficiat.xj.q.iij.cū excōicato.& fa-
cit c.cū voluntate.eo. tit. Vnde & ad prædicationem po-
teſt admitti:de conſe.di.j.epiſcopus.extrà eo.reſponſ. Per
quem modum licet prædicatoribus ab excommunicatis
eleemoſy-

eleemoſynas accipere,qū apud eos in prædicatiōibus,&
cōfeſsionibus cōuerſantes,quaſi gerūt cauſas expoliato-
rū, preſertim ſi ī locis illis ſuſtētationē habere nō valeāt:
extrà eo.cū volūtate.& ſecūdū Hoſt.etiā extra caſum ne-
ceſsitatis,dū ſperāt ꝓbabiliter de ꝓficiēdo eis : ſed tū ꝓ
eorū ſalute tādiu participare pn̄t, quādiu correctionē ſpe
rāt ꝓbabiliter,& nō plꝰ. ¶ Secūdò excuſat lex,ſ.matrimo
nialis, qū ſcilicet de matrimonio conſtat.xj.q.iij.quoniā
multos.Sed tamē diſtinguendū eſt:quia ſi ſentētia eſt la-
ta in alterū cōiugū propter matrimoniū illicitè cōtractū:
neuter pōt participare cū reliquo. Si verò lata eſt ꝓpter
aliud delictū:vterq; excuſatur, quo ad redditionē debiti.
Hoſt.Gof.Ray.Imò etiā quātùm ad eū,q nō eſt excōica-
tus, quo ad petitionē debiti matrimonialis, & cuiuſlibet
alterīꝰ:cū ab excōicato debitū peti poſsit.X.de iudi.intel
leximus.In alijs verò, ſecūdū oēs, excuſatur vxor ſi cōmu
nicet marito:nō aūt,ſecūdū Veruec. ſi cōmunicet ex-
cōicato,cui cōmunicat maritus,vocādo eū ad mēſam: po
terit tamē in eadē domo in alia mēſa comedere,ita remo
tè,ꝙ nō dicātur ſimul comedere.Vtrū autem,& vir ſi cō-
municet vxori excōmunicatæ? dicit Sum. Ang.ꝙ,ſecūdū
aliquos,non excuſatur.Sed tu,inquit,tene ꝙ ſic: quia vir
& vxor ad imparia nō iudicātur. extrà, de diuor. gaude-
mus.Sed limitat, qū eā corrigere nō poteſt, & ſuſcipit ab
ea neceſſaria:ſi tamē cū ſit caput eius,xxxiij.q.v.eā ad ab-
ſolutionē non inducit,vt tenetur, peccat mortaliter.ij.q.
vij.negligere,& incidit in minorē.Sed Hoſt.Gof.& Ray.
& Sū.Piſ. & Sum. Roſ. eiuſdē ordinis tenent contrariū,
& dicūt virū nō excuſari:& ſimiliter Io.Mo.extrà,eo.ſta-
tuimus.lib.vj.& Dir. Nec obſt. ꝙ nō iudicētur ad īparia:
qa ſecūdùm Dir.eſt verū quātū ad debitū carnale, & non
quantū ad alia.vel ſecundū S.Th.iiij. diſt.xxxv. ar.iiij eſt
verū in cauſa diuortij, & alijs fiēdis per iudiciū : imò d.c.
gaudemus.clarè ſe limitat dicēs,cū nō ad imparia iudicē-
tur circa matrimoniū.& glo.dicit,aliās pene famula vxor
eſt.xxxiij.q.v.hæc imago.Nō obſt.etiā,ꝙ eā corrigere ali
quādo nō poſsit: tū qa hoc raro accidit: lex autē reſpicit,
quod eſt in pluribus,ſecūdū S.T.ij.ij.q.cxx. vnde eo caſu
ſaltē deberet interpretationē, vl' diſpēſationē petere à ſu
periore: tū qa nō debet dici nō poſſe eā corrigere, quā-
diu ſe ab illa nō ſeparauit:ſed & ſi ꝓbaſſet,participare nō 5
debet ratiōe dicta,niſi in debitis.i. in his, quæ ipſa tenet:
vt in copula,& in ordinādo de regimine domus: nō autē
in comeſtiōe,aut familiari collogo,& huiuſmodi. ¶ Ter-
tiò,excuſat humile,vel humilitas.i. quę ſunt ī humilitate
ſubiectionis, aut ſeruitutis: vt ſunt filij ſub poteſtate pr̄is
exiſtētes,vel emācipati cōmēſales patris,& ab eo recipiē
tes neceſſaria,dūmodo in crimine nō participēt:alij vō ſi
lij nō excuſantur,ſecūdùm Veruec. Et ſimiliter monachi
participantes abbati excōicato,ſecūdùm eundē Gul.quia
ſunt quaſi de familia eius. Et ſimiliter clerici participātes
ſuo pōtifici,qū ſunt eius officio deputati, ſicut & alij ſer-
uientes:nō aūt alij clerici.xciij. diſt.miratus.extrà,de ex-
ceſ.prela.c.ſi.Hoſ.Et ſerui ac ancillę.i.ſeruilis cōditionis:
ruſtici quoq; ſeruiētes:& alij ſubiecti.ſ. de familia, q non
ſunt adeò curiales, vt eorū cōſilio ſcelera ꝑpetrētur.xj.q.
iij.quoniā multos. cū diſtinctione tū ſecundū Veruec.qa
ſi ante ſententiā adſtrictæ erāt tales perſonæ ad familiare
obſequium,etiā nūc tenētur, & excuſantur participantes:
extrà eo. inter alia. quod ſecūdùm eundē intelligitur,qū
ante ſententiā obligarūt ſe ad ſeruiendū,& ſeruitiū intra
uerunt.ſed ſi intrauerūt poſt ſententiā, diſtingue: quia ſi
ignorauerūt,& poſtea ſciūt, diſcedere nō tenētur cū ſuo
damno:ſi verò principio ſciuerūt,tenētur diſcedere, niſi
eos neceſsitas cōpuliſſet fieri de familia eius. Hæc tamē
dicta nō intelligo quātū ad eos, q ſunt de familia tātùm:
qa extrà eo.inter alia habetur,ꝙ inter perſonas exēptas à
Greg.qui ante ſententiā erāt obnoxij,vt vxor,filij, & ſer-
ui, etiā poſt ſententiā ſunt obnoxij, & cōmunicare tenē-
tur:qui verò non erāt,etiā nūc nō ſunt, ſed tū poſſunt cō
municare,quādo,& prout fuerit neceſſe.Et quod dicitur
de ruſticis,ſecūdùm Verue.de colētibus terras intelligit:
&,vt dicit,etiā ad eos extēditur,qui dicuntur mediatarij:
qa cōicare poſſunt quantū exigit cultura, & huiuſmodi.
Et idē ſecūdū Hoſt.intelligēdū eſt de nutricibus,& ſimi-
libus, q cōtraxerūt ſocietatē,vel alio modo erāt obligati
per cōtractū.quod Hoſt. & Ber.limitāt, qū ſine incōmo-
do nō poſſunt abſtinere , vt qa nō haberēt vnde viuerēt.
arg. extrà eo.ſi verò. vbi excuſantur etiā, qui cū excōica-
tis nautis cōueniūt,trāsfretādo cōtra Saracenos.Et idē ſe
cundū Verue.intelligitur de armigero,& ſeruiēte militi:
quia poteſt dn̄o excōicato cōmunicare:licet nō cū excō-
municatis,quibus participat dn̄s ſuus.vtrū aūt vaſalli poſ
ſint participare dominis,vel domini ſeruis, & patres filijs,
j.§.vl.dub.ix. ¶ Quartò,excuſat res ignorata.i.ignoran-
tia facti probabilis,ſecūdū Verue.extrà,de cle.excom.mi.
apoſtolicæ.extrà eo.ſignificauit.non aūt excuſat ignorā-
tia iuris,niſi eos,quibꝰ licet ignorare: vt ſunt pueri nōdū
capaces doli. Dicitur aūt quis ignorare factū,quādo non
conſtat ei, ꝙ quis tale quid fecerit : puta, ꝙ verberauerit
clericū.ſ.nec vidit,nec eſt fama ita publica,vt credere de-
beat omnino: nā ſi ab aduerſario audit, vel leui fama,nō
debet ſibi de hoc cōfirmare conſciētiā.xj.q.iij.nō ſolùm.
Si verò eſt publica fama,vel auditur à fide dignis, ꝙ quis
ſit publicè excōicatꝰ, vel aliquid notoriè fecerit propter
quod ſit excōmunicatus,ibi debet euitare illū in occulto
& publico,& interim quærere veritatē,ſecūdùm Ray.Di
citur verò quis ignorare ius , qū qs ignorabat:verbi grā,
ꝙ percutiēs clericū,aut eccleſiā ſuccēdēs,eſſet excōicatꝰ.
¶ Quintò,excuſat neceſsitas, tā excōmunicati,quàm par
ticipantis:vnde orator.i.vadēs cauſa orationis,ſiue pere-
grini,aut viatores,& ſimiles in neceſsitate cōſtituti,licitè
recipiūt ab excōicatis,ſecūdùm Inno. & Hoſ.xj.q.iij.quo
niā multos. quādo aliter habere nequeūt.* Et dico gene-
raliter,ꝙ omnis cōmunicatio,quę eſt pro dāno cōmuni-
cantis vitādo excuſat, niſi ſit in crimine,vel in diuinis:qa
ſi poſſum ab eo petere debita , à fortiori repellere dāna:
ar.etiā ex no. in c. nos ſanctorū.xv.q.vj. Quanta aūt eſſe
debeat neceſsitas excuſans.gl.Ray.dicit,ꝙ nō eſt expectā
da extrema:ſed ſufficit indigere,& non poſſe faciliter,&
commodè habere aliūde.Sed Dir.addit in lib.iij.ꝙ aliqd
ſuſtinendū eſt,vt eccleſiaſtica iuſtitia ſeruetur.diſt.xix.in
memoriā. Hæc tamen videtur iudicio ſuperioris arbitrā
da:argu.extrà,de offi.dele. de cauſis. & ſi res dilationem
nō capit,vel ſuperiorē difficile eſt audire,quiſq; ſuo iudi
cio relinquitur.xj.q.iij.quod prædeceſſor.Intellige tamē
ſecūdùm Hoſt.quòd in his, & ſimilibꝰ caſibus ſunt excō-
municati. quantū bono modo fieri pōt,euitādi, vt patet
ex mente dicti c.quoniā multos.& eo.ti.ſi verò.in fi. Et ſi
militer excōmunicatis aliquid dari pōt cauſa humanita-
tis,ſecūdùm Verue.in ſuſtentationē,quādo ſcilicet indi-
gent:nec eſt expectāda neceſsitas vltima:nec tenetur ho-
ſpes, ſi ab eo petatur hoſpitiū ab excommunicato, expe-
ctare,ꝙ ab alijs oībus expellatur.Sed intellige de neceſ-
ſarijs vitæ:nō aūt ſi peteret vtēſilia:puta,foſſoriū,vl' ſecu
rim.xj.q.iij.qm̄ multos. niſi & iſta vitæ eſſent neceſſaria.

 Scien

6 ¶ Sciendum* eſt tertiò, ꝙ participatio cum excōicatis in
prædictis, ſcilicet os, orare, &c. eſt etiā in multis caſibꝰ il-
licita. ¶ Primò, qñ excommunicato participatur in crimi
ne, propter quod eſt excōicatus, ſiue in crimine dānato,
ſcilicet dādo conſiliū, auxiliū, vel fauorē: & talis incurrit
eandē ſententiā, extrà eo. ſi cōcubinæ. & c. nuper. & gl. ibi.
ſed de hoc J. Excōicatio viij. §. ij. dub. j. & iij. & Excom-
municatio vlt. dub. iiij. ¶ Secundò, participando quidē in
crimine mortali, ſed nō in dānato: & tūc licet peccet mor
taliter, non tamē incurrit maiorē, ſed minorē tantū excō
municationē, ſecūdū Inno. in d. c. nup. ¶ Tertiò, partici-
pando in diuinis. ſ. recipiēdo eū ad officia diuina, vel ec-
cleſiæ ſacramēta, aut ad ſepulturā eccleſiaſticā. Talis enī
peccat mortaliter, ſi ſciēter agit: etiā ſi ius ignoret: nō ta-
men eſt excōicatꝰ maiore, ſed minore: nec eſt irregularis,
ſed irregularitati vicinus: qa interdictus eſt ei ingreſſus
eccleſiæ ſi excōicatio erat publica, donec ſatisfecerit cō-
petēter ad arbitriū eius, cuius ſententiā contēpſit. extrà,
de priui. c. epiſcoporū. lib. vj. Et ſi poſt illud interdictū in-
gerat ſe diuinis in ſuo officio, irregularis efficitur: & ſic
interdictus decedēs nō ſepelitur in cœmeterio. extrà eo.
l. is cui. lib. vj. Sed tū aduertēdū eſt, ꝙ illud c. epiſcoporū.
habet locū in ſentētia hominis, ſecundū Arch. argu. quia
dicit, ad arbitriū. Sed melius Gem. ſentit, ꝙ etiā habeat lo
cum in ſentētia iuris: & quod dicitur, ad arbitriū, ſi ſentē-
tia eſt hominis, intelligitur de illo: ſi verò iuris, intelligitur
de cōditore. quod intelligo in caſu, quē ſibi cōditor re-
ſeruauit. Videtur etiā, ꝙ iſtud interdictū locū non habeat
in laicos ſecundū aliquos. Fallit tamē quod dictū eſt pri-
mò, in ſepeliente publicè excōicatum, ſecundò, in ſepe-
liente hæreticū: qa primꝰ incidit in maiorē: vt in cle. eos.
de ſepul. & ſimiliter ſecūdus: extrà, de hęreti. quicūq;. lib.
vj. Fallit etiā tertiò, ſi excōicatū à Papa iudicialiter, cleri-
cus ſciēter & ſpōte ſuſcepit ad diuina. x. eo. c. ſignificauit.
quo caſu clericus incurrit maiorē, laicus verò minorē tā-
tùm. arg. c. ſignificāte. eo. ti. ſecūdū cōmunē opinionem
doc. in c. ſacris. qđ met. cauſa. ¶ Quartò, participādo non
in crimine dānato, vel mortali, vel in diuinis: ſed in alijs
actibus humanæ vitæ in caſu illicito: & tūc ſecundū Ray.
participās mortaliter peccat. quod Arch. putat verum, qñ
participatur contra ꝓhibitionē hominis, ſed nō canonis:
quia mitius agitur cū lege, quàm cū legis miniſtro. ff. de
arbi. l. Celſus. Sed S. Tho. in iiij. diſt. xviij. dicit, ꝙ videtur
valde graue, ꝙ homo pro verbo leui mortaliter peccet.
Vnde probabilius alij dicunt eſſe mortale ſolùm in qua-
tuor caſibꝰ. ſ. primò participādo in crimine, intelligo da-
mnato, vel etiā mortali, non autē veniali: puta, loquendo
verbū leue. Secūdò, in diuinis. Tertiò, in contemptū ec-
cleſiaſticæ diſciplinæ. Et nō videtur hic ſumi cōtēptus ſe-
cundū quod qs ideò præciſè agit cōtra legē, quia ei ſub-
ijci nō vult: ſed etiā quia ipſam cenſurā quis nō æſtimat,
ſed habet vt truffam: ſecūdū Arch. & Hoſt. extrà eo. quod
in dubijs. & idē videtur ſentire S. Bona. q videtur velle, ꝙ
ſolùm excuſatur, qui participat cū timore, & cū reuerētia
ſentētiæ. Quartò, pertinaciter, id eſt, cōtra prohibitionē
ſuperioris præceptoriā. & intellige generaliter, vel ſpe-
cialiter factā: imò hodie requiritur monitio facta nomi-
natim. extrà eo. conſtitutionē. lib. vj. Et de hoc S. Tho. in
quoli. xj. art. ix. facit queſtionē. Et conſentit Pet. & Abbas,
& Io. And. & Io. de Lig. & Ric. in iiij. & S. Bona. addēs, ꝙ
eſt mortale etiā qñ quis probabiliter credit ex tali cōmu-
nione ſententiam venturam in contemptum. Sed hoc ad
tertium caſum reducitur. & Panor. in c. ſacris. quod met.
cau. addens quintū caſum, quando ſcilicet quis eſt excōi-
catus cum participantibus. ſed hoc non eſt mortale ratio
ne participationis, ſed ratione præcepti incluſi in ſentē-
tia: vnde reducitur ad quintū. Addit & ſextum, ſcilicet qñ
communio eſt nimis frequens: ſed iſte reducitur ad ter-
tium. Addit autem Sanc. Tho. ꝙ Iuriſtæ oppoſitum ſen-
tientes, nimis fauent iuri poſitiuo. Sed contra hoc videtur
eſſe c. ſacris. extrà, quod met. cau. vbi videtur dici, ꝙ ſit mor
tale. Sed illud cap. loquitur, quādo participatio eſt in his,
quæ ſunt ſecundùm ſe pctā: vt poteſt colligi ex S. Tho. in
7 quolib. ſiue in crimine crimino ſo. ¶ Sciendū* eſt quartò,
ꝙ licet ſecundū iura communia excommunicati, etiam
non denuntiati deberent euitari, vt dictū eſt: illud tamen
eſt modificatū per conſtitutionē Conſtantiæ factā, & Ba-
ſileæ ante ſciſſurā renouatā, ſcilicet ꝙ fideles, & tales non
teneātur euitare in diuinis, vel extra, niſi fuerint publicè
denūtiati: excepto percuſſore clerici ita notorio, ꝙ non
poſsit aliqua tergiuerſatione celari. quæ quidē conſtitu-
tio, licet olim fuerit dubia, non tamē modò, vt probat Ar
chi. in cēſuris, de excōmunicationibus. in ſi. & in iij. parte.
tit. xxv. in fi. Sed quia pōt habere multiplicē ſenſum, eam
recito formaliter. ¶ Inſuper ad euitanda ſcādala, & multa
pericula, q̃ cōſciētijs timoratis cōtingere poſſent, Chri-
ſti fidelibus tenore præſentium miſericorditer indulge-
mus, ꝙ nemo deinceps à communione alicuius in ſacra-
mentorum adminiſtratione, vel receptione, aut alijs q-
buſcūq; diuinis, intus, vel extra prætextu cuiuſcūq; ſentē
tiæ, vel cēſuræ eccleſiaſticæ à iure, vel ab homine genera
liter ꝓmulgatæ teneatur abſtinere, vel aliquē vitare, aut
interdictū eccleſiaſticū obſeruare: niſi cēſura, vel ſentētia
huiuſmodi fuerint in, vel cōtra pſonā, vel collegiū, vniuer
ſitatem, eccleſiā, cōmunitatē, vel locū certum, vel certā à
iudice publicata, vel denuntiata ſpecialiter, & expreſſe:
cōſtitutionibus apoſtolicis, & alijs in cōtrariū faciētibus
non obſtātibus quibuſcūq;. Saluo ſi quē pro ſacrilega ma
nuum iniectione in clericum ſententiam latam à canone
adeò notoriè cōſtiterit incidiſſe, ꝙ factū nō poſsit aliqua
tergiuerſatiōe celari, nec aliquo iuris ſuffragio excuſari.
Nam à cōmunione illius, licet denūtiatus nō fuerit, volu
mus abſtineri iuxta canonicas ſanctiones. In cōcilio Cō-
8 ſtātienſi ſub Martino v.* Ex quibus videtur primò, cū ex-
communicari nō debeat cōmunitas, vel collegiū, ſed ſin-
gulares perſonæ, ꝙ loquēdo de excōmunicatione, dicta
publicatio ſpecifica, & expreſſa intelligitur facta nomina
tim: licet quo ad interdictū, & ſuſpēſionē ſufficiat denun
tiatio ſpecialis cōtra communitatem. Et ita etiā ſentiunt
quidā Summiſtarū. Quod verum puto, niſi vbi quis no-
toriè eſt membrū alicuius multitudinis denūtiatæ in ſpe
cie: puta eorū, qui incenderūt, vel rapuerūt. Et hunc ſen-
ſum tene: qa cōſtitutio eſt gratioſa, & miſericors, ideoq;
amplianda, iuxta regulam iuris, odia. lib. vj. Vnde & dicit
Aſten. lib. vij. ꝙ ſi Papa interdicat, vel excommunicet N.
cum ſuis fautoribus, & participantibus ſibi, vitandus eſt
N. quia nominatim interdictus, vel excommunicatus eſt:
non autē alij, quouſq; nominatim ſpecificentur, & deter-
minentur facta fide de fauore, vel participatione. Adde,
9 vel niſi notoriè cōſtet de hoc.* Et ſecūdò, ꝙ nullus tenetur
ſeruare interdictū eccleſiaſticū, niſi ſit publicatū ab homi-
ne contra aliquā vniuerſitatē, vel perſonā, aut locū ſpeci
ficè: puta, contra tale regnū, aut talē ciuitatē, aut tale ca-
ſtrum, vel tale collegiū. Vnde licet ſit īterdicta ciuitas, cu
ius vniuerſitas exigit pedagia, vel gabellas à clericis: nullꝰ
tamē tenetur obſeruare niſi facta tali publicatione. Qui-
dam autem idem putant de ſententia excōicationis gene
raliter lata: ſcilicet ꝙ nullꝰ eam ſeruare teneatur, niſi poſt
publicationē factam nominatim. Sed hoc non habetur ex
textu. & Arch. dicit, ꝙ hæc conſtitutio non ſuffragatur ex
cōmunicato, quin ipſe alios euitare teneatur. Quod etiā
hic patet: quia eſt facta in fauorem timoratarū conſciētia
rum. Et non eſt ſimile ſicut de interdicto, quod quis pōt
incurrere ſine culpa, & facto proprio. quod etiā ipſa verba
oſtendunt. Et ſi obijciatur, quia ex hoc ſequitur quòd quis
poſsit abſoluere excōicatum miniſtrando ei ſacramentū
pœnitētiæ per illud verbum, ſacramentorū adminiſtra-
tione, dico hoc non ſequi: quia aliud eſt dare licentiā com
municandi his, quos aliquo humano reſpectu difficulter
vitamus: aliud, ingerendi ſe ad illa, quæ quis ſponte facit.
Vnde per illud verbū, adminiſtratione, datur licentia con
ferendi ſacramēta corā excōicatis & ligatis: imò & dandi
ea excōicatis occultè, & quando ſe publice ingerunt cum
alijs. Sed in hoc notandum eſt, ꝙ alium textum huius con
ſtitutionis dicit Supple. Clericus. iij. in fi. ſe accopiaſſe de
libro proprio domini Iuliani Cardinalis, qui præfuit con
cilio Baſilienſi: per quem textum excipitur non ſolùm no
torius percuſſor clerici: ſed generaliter omnis notorio fa
cto excōicatus, ita ꝙ nulla poſsit tergiuerſatione celari,
aut iuris remedio excuſari. quod intellige etiā ſi nō ſit in
genere vel ſpecie denūtiatus, ſecundùm hunc textum. Et
additur ꝙ per hęc papa excōicatos, & ſuſpenſos, & interdi
ctos, ſeu prohibitos nō intēdit in aliquo releuare, nec eis
quomodolibet ſuffragari. Et ita etiā refert Pan. in clemē.
ij. de ſen. excom. ibi, fuiſſe ſtatutum. Et ita etiam dicitur
eſſe in vero regiſtro eius. Et idem concludit do. Feli. in c.
Rodulphus. de reſcriptis. Cauſa verò diuerſarū copiarum
potuit eſſe diuerſitas conciliorū, in quibus de ea mētio fa
cta eſt, & aliquid mutatum. Vnde conciliū Baſilienſe ali-
qualiter conſtitutionem Conſtancienſis alterauit. Et huic
literæ videtur ſtandum, vt etiam dicit Feli. ita tamen, ꝙ il
lud quod dicitur de remedio iuris, nō intelligatur ſolùm
de remedio vero, quia ſic conciliū nihil cōcederet: ſed in
telligatur etiā de remedio apparēti, & diſputatione ſuſtē
10 tabili, licet falſo. ¶* Sed circa prædicta, dubia infinita cō-
ſurgunt. ¶ Primum eſt, vtrum ſit excōicatus papa vel alius
prælatus cōmunicando excōicato à ſe, vel à ſuo inferiori?
Et dico, ꝙ papa diſpenſare poteſt in participando cùm ex
cōmunicatis: quia eccleſia in ordinando pertinentia ad ſa
lutē errare nō poteſt, cùm regatur à Spiritu ſancto: vt ha-
betur diſtin. viij. qui cōtempta. ipſa autem in hoc diſpen-
ſauit, et patuit per decretū Conſtantienſe, & quotidie diſ
penſat ad ſcandala tollenda, quæ multum caueri debent.
diſtinct. l. vt conſtitueretur. Nec obſtat, ꝙ excōicatis non
cōmunicare ſit de doctrina apoſtolorum. xj. q. iij. ſicut. &
patet j. Cor. v. & in ſecūda canonica Ioan. c. vnico. quia, vt
dicit S. Tho. in iiij. non omnia quæ ſunt in doctrina apo-
ſtolorum, ſunt propriè & ſtrictè de iure diuino, ſcilicet ſu
mendo illud pro his quæ ſunt pertinentia ad fidem & ſub
ſtantiam ſacramentorū, & moralia ad ſalutē neceſſaria, in
quibus ſolus Deus diſpenſat: ſed quædam ſunt pertinētia
ad ritus, & decentiā Chriſtianæ religionis, quæ ſunt puræ
ordinationes apoſtolorū, non Dei, ſeu diuini iuris: & in
his papa tollere poteſt & ſuſpendere ordinationes, cū vi-
derit expedire: cùm eccleſia habeat illā authoritatē, quam
tūc papa ſuccedēte Petro, qui præfuit omnibus apoſtolis.
Vnde cum bigamo diſpenſat. diſt. xxxiiij. lector. quod eſt
cōtra tex. apoſtoli j. Timo. iij. Igitur dico, quantū attinet
ad papam, ꝙ non incidit in minorē, ſecūdū glo. in c. nulli.
eo. ti. quia hoc vinculum contrahitur à iure poſitiuo, quo
papa nō ligatur: vt in c. propoſuit. de cōceſ. præben. Pan. ta
men in c. cum deſideres. eo. ti. addit ꝙ peccat quando non
ſubeſt cauſa participandi: quia tūc facit cōtra ius diuinum
illud, quo in Euangelio cauetur, ꝙ qui ſe non vult corri-
gere, excōicetur, & ſit vt ethnicus & publicanus. Vñ papa
non habendo eum vt ethnicū, peccat cōtra ius diuinū, cui
ſubijcitur. xxv. q. j. ſunt quidam. nō tamen incidit in mino
rem: quilibet autem inferior papa in eam incidit partici-
pando: vt idem ibidem dicit: etiā ſi talem vellet haberi ꝓ
11 abſoluto: quia non poteſt illo modo abſoluere. ¶* Secun
dum eſt, vtrum delegatus excōicare poſsit excōmunicatio
ne maiori eos, qui participāt excōicato à ſe? Et dico, quòd
ſic: & illi tenentur abſolutionē petere ab eo vel à delegā-
te. extrà, de off. deleg. præterea. & c. ſignificaſti. & c. prudē
tiam. quod tamen intelligendū eſt ſolùm cum illa ſolēni-
tate, de qua dictū eſt ſuprà, Excōicatio. ij. in princ. caſu ix.
12 ¶* Tertiū eſt, vtrū poſsit quis vendendo vel emendo con
trahere cum ſeruitore excōicati? Et dico ꝙ ſic, ſecundùm
Verue. ſi agat ſuo nomine, & nō in fraudem. Si verò agat
nomine excōicati, non eſt cum eo contrahēdum, ſicut nec
cum excōicato. quod intelligo, niſi eo caſu quo iſta cum
excōicato licēt: puta in vitæ neceſſarijs. Si tamē video ali
quos afferentes venalia de mercato publicè excōicato, ſci
licet quantū ad omnes ibi contrahentes, ſecundū eundē,
non teneor propter hoc eos vitare, niſi mihi aliter innote
ſcat, ꝙ ea ibi emerūt: de rebus autem ibi emptis comedere
poteſt quilibet, maximè ſi nō fuit in culpa emēdi, vt nota
13 tur in Sum. Con. li. iij. tit. xxxiij. q. cxciij. ¶* Quartum eſt,
vtrū ab vxore vel familia excōicati poſsimus aliqd accipe
re? Et dico ſecundū Verue. ꝙ ſic, ſi ſua & ſuo nomine de-
derint. ſecꝰ ſi nomine excōicati & ſuo ſimul, vel excōicati
ſolùm. Itē ſecus ſi dederint de cōibus bonis aut proprijs
excōicati: niſi fortè ille conceſsiſſet ꝙ ſuo proprio nomi
ne poſſent dare. Et intelligo niſi hoc cōceſſerit in fraudē,
puta quia ſciebat ꝙ aliter talia acceptata non fuiſſent. Et ſi
dubitatur quæ vel quo nomine dētur: tenēdum eſt certū,
ſecundū eundem Verue. niſi ſcilicet eſſet tanta neceſsitas
in accipiēte, quòd excuſaret: vt in Sum. Cō. eo. ti. q. cxlvj.
14 ¶* Quintū eſt, vtrū prędicatores poſsint excōicatis parti
cipare paſsim? Et dico ſecundū Verue. ꝙ eleemoſynas poſ
ſunt accipere tēpore & occaſione pdicationis ac cōfeſsio
nis, vt dictū eſt, etiā ſi aliunde poſſent ſibi prouidere, ſecū
dùm quoſdā: quia, vt dicit Hoſt. illa cōſtitutio. extrà eo. cū
volūtate. propter prædicatores ſpecialiter facta eſt, qui. ſ.
alio iure tēpore neceſsitatis poterāt accipere. xj. q. iij. quo
niam multos. Vnde aut iſta cōſtitutio nihil eis cōtulit: aut
accipere tūc poſſunt etiā ſine caſu neceſsitatis. licet In. in
d. c. cū volūtate. dicat oppoſitū eſſe tutiꝰ. quod verū puto,
niſi refutatio impediret fructū prædicationis, gratia cuius
etiā verba impertinētia poſſunt interponi, vt ibi dicitur.
Sed præter has cauſas. ſ. prędicationis ac cōfeſsionis & ne
ceſsitatis non debent accipere ab excōicatis & ſimilibꝰ. i.
oppreſſoribus pauperū & deſinentibus. diſt. xc. obligatio
nes. & c. eorum. xvij. q. iiij. miror. & cōſentit Bern. & Sum.
Con. li. iij. ti. xxxiij. q. clxvij. Ad eādē quoq; mēſurā ſede-
re nō debēt ſecūdū vtroſq;. ſ. ſi aliàs poſſunt ſibi ꝓuidere,
ſecūdū gl. Ray. Quod prędicatores nō ꝓficiāt: quādiu tū
ꝓbabiliter ſperāt ꝓfectū, recipere poſſunt. ff. de neg. ge. l.
15 ſed an vltro. aliàs aūt nō, ſecūdū gl. Ray. & Hoſt. ¶* Sextū
eſt, vtrū legatū accipi poſsit ab excōicato? Et dico ſecundū
Inn. in d. c. cū volūtate, ꝙ ſic: niſi ſit factū ad hoc, vt oretur
pro anima eius. Et dicit ꝙ licet mortuaria, quę dantur pro

anima,non ſint ab excõicato recipienda,cùm pro eo non
ſit orandũ tamen,ſi nõ pro anima,ſed ſicut alteri priuato
excõicatus aliquid leget eccleſiæ,illud recipere põt:quia
ille nec teſtari prohibetur.& conſentit Petr.de Sapſona.
Hoſt.tamen contrariũ ſentit,vt no.in Sum.Conf.eo.ti.q.
cxlvj.Sed primũ dictũ videtur verius:quia in morte ceſſat
potiſsima ratio prohibẽdi participationẽ:ſcilicet vt excõi
catus reſipiſcat. extrà eo.cùm medicinalis.li.vj. Et ſi verũ
eſt primum dictũ,addo ꝙ etiã ſi fiat legatũ vt oretur pro
anima illa,eodẽ modo quo licet orare,iuxta dicta ſ.eo.ti.
in prin.põt recipi:tum quia hic ceſſat ratio Inn.ſcilicet,ꝙ
pro eo nõ ſit orandum:tum etiã quia iſta participatio eſt
pro bono animæ eius:cũ ordinetur ad orationẽ priuatã.
16 ¶*Septimũ eſt, vtrũ fratres recipe.poſsint eleemoſynas
in hoc caſu,ſcilicet quãdo Petrus,qui cõſueuit eis dare ſin
gulis ſeptimanis certã ſummam,vidit ſe in breui excõican
dum:ideoq; ordinauit amico vt dictam ſummã daret eis
donec reuocaretur mandatũ vel ſententia,ſpondens ſe ſa
tiſfacturũ?Et dico ſecundũ gl.Ray. & Sum.Conf.eo.tit.q.
clix.ꝙ ſic: ſi fratres hoc nõ procurarunt:nec peccabũt ſic
recipiẽtes ab amico dãte nomine ſuo:nec excõicatus,qui
proprio motu ſibi prouidit in futurũ,& pia intẽtiõe,ſciẽs
ꝙ fratres ab eo excõicato nõ reciperẽt. Secus verò ſi fra-
tres hoc procurarũt:quia canoni facerẽt fraudẽ, licet ille
ſuo nomine daret.fit enim fraus canoni vel legi , quando
ſalua literæ ſuperficie, per adinuentionẽ aliquã dolo ma-
lo contra mentem eius venitur.ff.de legi.l.contra legem.
17 ¶*Octauũ eſt,vtrũ excuſentur patres & domini ſi partici
pant filijs & ſeruis excõicatis,ſicut econuerſo?Et dico ſe-
cundùm Ray.& Verue.ꝙ ſecundùm aliquos excuſantur.
Sed tutius eſt dicere ꝙ nõ:quia ſuos minores corrigere te
nebãtur ne inciderẽt.ar.xxvij.q.j.de filia.& cõſentit Gof.
& Hoſt.& videtur verũ,quãdo ipſi fuerũt cauſa, ꝙ incide
rent vel eſſent in mora petendæ abſolutionis,ſecũdũ Ar-
chi.Aliter,inquit,locũ habet quod S.Th.dicit in iiij.diſt.
xviij.ꝙ ad minus debẽt eis cõicare in his,ad quæ ſunt ob-
ligati:quia ſicut inferiores ſuperioribus ad obſequiũ , ita
ſuperiores inferioribus ad prouidentiã obligantur.Vnde
intelligo ꝙ tantum licitè cõicãt,quantũ requirit paterna
lis,aut dominatiua gubernatio.quod intelligo,etiã ſi fue
runt in cauſa:quia per hoc nõ tollitur obligatio eorũ . Et
adde ꝙ quando parentes à filijs alimẽta recipiũt,licitè eis
cõicant:vt in Sum.Con.lib.iij.titu.xxxiij.q.cxxxj. Sed in-
tellige quòd licitè participãt in petendo & accipiẽdo ali-
menta tanquam debita,ſi ea filij debent:non autem cõue
niendo,ſi aliter facere poſſunt:quia eo caſu nõ ideo excu
ſantur, quia debeant filio,ſicut ſubditi ſuo ſuperiori: ſed
quia fili⁹ debet eis ſicut debitor creditori.Et eodẽ modo
dicendum videtur de ſeruis excõicatis,qui ſeruiũt domi
no:& de mercenarijs,quibus licitè cõicãt cõductores,vbi
ſine magno incõmodo eos vitare non poſſent. Et idẽ de
ſocijs habentibus aliquid cõe.Hoſt.Ber.& Sum.Conf.ibi
q.cxxxij.& in c.ſi verè.eo.ti.vbi Pan.notat iſta eſſe vera,ſi
ſocietas erat cõtracta ante excõicationẽ,& etiam ſi poſt:
& ego non contraxi,ſed in ius ſucceſsi alterius:quia non
ſum in culpa:& ſocietas originem habuit ante excõicatio
nem.Secus ſi ego contraxi:quia peccaui contrahendo.hęc
ille,recitans Hoſt.& videtur dicere repugnãtia.Sed intel
ligo ꝙ dicat ſocietatem contractam poſt excõicationem
non ſimpliciter,ſed in ordine ad me,qui ſucceſsi in ius al
terius,qui ante ſententiã contraxerat.Et intellige,ſecun-
dùm eundem,quãdo ex abſtinẽtia ſocietatis damnũ immi
net mihi:nõ autem quando imminet excõicato:quia non
teneor illi cõmunicare in ſuum fauorem . Intellige etiam
argu.d.c.ſi verè.ꝙ ſemper participari poteſt ad euitandũ
dammum emergẽs,arg.etiã dictorum ſuprà notabili ij. in
prin.ſed eo caſu volũtariæ cõmunicationes ſunt vitandę.
18 ¶*Nonum, an excuſentur vaſalli dominis cõicantes?Et
dico circa hoc eſſe triplicẽ opinionẽ.& prima eſt Rich.in
iiij.diſt.xviij.ꝙ non:quia abſoluti ſunt durante ſententia:
vt in c.nos ſanctorũ.xv.q.vj.& cõſentit Hug.& Sum.Ro.
Secunda eſt Inn.& Hoſt.in c.veritatis.de do.& cont.quia
loquuntur ambiguè,nec audent diffinire:ſed recitant cõ-
trarias opiniones.& cõſequenter,ſecundũ eos eligẽda eſt
tutior,id eſt præcedens.Tertia verò eſt diſtinguẽtium,vt
diſtinguit Verue.dicens, ꝙ eos vitare tenentur cũ ſenten
tia cõtra dominũ aggrauatur:& pręcipitur vaſallis ne obe
diant illi.& ſic intelligitur d.c.nos ſanctorũ.& Supple. di
cens ꝙ nõ excuſantur quãdo poſſunt cõmodè dominũ vi
tare:aliàs neceſsitas excuſat. Sed veritas eſt iuxta ea quæ
determinata ſunt ſuprà.§.iiij.& viij. ꝙ dominus agere nõ
poteſt:ipſi tamen debita reddere tenẽtur: & in hoc licitè
cõicant,etiã ſoluẽdo in propria perſona,vt in Sum. Cõf.
eo.tit.q.cxxxvj.& nõ aliter.Nec obſtat ca.nos ſanctorum.
quia nõ abſoluit vaſallos à debitis,ſed à iuramẽto fidelita
tis,quod eſt magna ſeruitus vltra debitum:vt infrà, Vaſal-
lus.hoc patet ibi per gl.& tex.Si tamen dubium eſt vtrum
princeps ſit excõicatus nécne, vaſalli obedire tenentur in
omnibus vt prius:quia in dubijs ſuperioribus obediendũ
19 eſt,ſecundũ Doct.vt xxiij.q.j.quid culpatur. ¶*Decimum
eſt,vtrum poſsit quis iudicibus vel rectoribus excõicatis
cõicare in iudicio ſtando coram eis?Et dico ſecundũ Ver
ue.ꝙ ſic,ſi eſt de iuriſdictione illorũ,& vocatur : quia eſt
caſus neceſsitatis.& ſimiliter ſi corã eis conuenit ſuos in-
iuriatores:quia etiam in hoc non ſolùm eſt neceſsitas,ſed
etiã cõicatur tali in ſpectantibus ad ſalutẽ animæ,ſcilicet
reddere cuiq; ſuũ:aliter pararetur via raptoribus.Itẽ quia
ſi licitè cõuenio excõicatum ratione debiti:pari ratiõe &
coram excõicato.Licet etiam iudicẽ excõicatum require
re,vt iuuet inquiſitores cõtra hæreticos: nec ĩquirẽtes in
cidunt in minorẽ.extrà,de hæreti.c.præſidẽtes.li. vj.Imò
in eadẽ cauſa hereſis recipi poteſt teſtis excõicatus.extrà,
de hære.c.in fidei.lib.vj.in alijs tamẽ caſibus nõ licet præ
dictis cõicare:puta comedendo vel huiuſmodi: quia non
ſunt de perſonis exemptis,ſecundũ Verue.& Sum. Conf.
20 eo.tit.q.cxxxvij. ¶*Vndecimũ eſt, epiſcopus ſi cõicet ex-
cõicato à ſe in crimine damnato vel criminoſo,id eſt,pro
pter quod illud excõicauit,vtrũ incurrat eãdem ſententiã?
Et dico ꝙ non,ſecundũ Ber.& Gof.ſed incurrit minorem
tantummodo: aliter ſua ſentẽtia ligaretur.quod fieri nõ
poteſt:cùm nemo poſsit ſua ſentẽtia ligari.ar.ff. de arbi.l.
pe.& de iud.l.Iulianus.Sed Ray.Inno.& Hoſt.ſentiunt,ꝙ
incurrat eandẽ:& nõ ſua,ſed iuris ſentẽtia ligatur,licet oc
caſione ſuę:extrà eo.nuper.& ꝙ à ſuperiori oportet illum
abſolui.& ſic intelligitur c.ſicut apoſtoli.xj.q.iij.cũ tribus
ſequentibus.& extrã eo.ſi cõcubinæ.& cõſentit Io.Mo.&
Archi.& addit Hoſt.ꝙ incurrit etiã minorem.Exemplum
verò horũ eſt,ſi epiſcopus cognoſcat illã quã pro fornica-
tione damnauit. vel ſi cõſanguineum, vel amicũ dãnauit
pro rapina facta ſuo inimico, & raptori fauet occultè, &
cũ eo participat.Si tñ epiſcopus vel alius excõicaſſet ali-
quem cũ omnibus auxiliãtibus:& ipſe excõicator fuerit
vnus ex illis,non ligatur: quia cũ non ligetur à iure, liga-
retur à ſe,quod eſſe nõ poteſt: cum nemo ſe poſsit vel ab
ſoluere vel dãnare: ſed tantũ ſuperior.diſt.xxj. inferior.
extrà,de maio.& obe.cũ inferior. Sed Inno . extrà eodẽ.
quod.

quod in dubijs ſecundùm Archi.extrà eo. ſtatuimus.li.vj.
21 ¶*Duodecimũ eſt,vtrum ſi quis tenetur iuramẽto ſolue
re alicui in certo termino, ſoluere teneatur ſi ille excõice
tur interim?Et dico in hoc eſſe varias doctorũ ſentẽtias.
Nam Hoſt.& Ray.tenẽt,quòd ſoluere nõ debet: ſed ſum
mã in ſacra æde deponere donec abſoluatur.xv.q.vj.nos
ſanctorũ.vt citius reſipiſcat,ſi tamen eccleſia me abſoluit
durante ſententia à iuramẽto exigente cõtumacia rei,qđ
facere poteſt,vt xv.q.vj.iuratos.& extrà,de iureiur. veniẽ
tes.& de pœn.c.ſi.eo caſu depoſitionem fieri nõ oportet,
ſecundũ Hoſtien. & idem tenet gl.in c.iuratos.xv.q.vj. &
idem Supple.& Sum.Roſ.& Ang.gloſ.verò Ray.dicit,ꝙ
ſi iſte ſolutionem differat ex auaritia,nõ ex zelo iuſtitiæ,
peccat Deo:licet ab eccleſia nõ puniatur.Inn.verò conſu-
lit tali quòd ſoluat: quia & ſeruiẽs tenetur ſeruire ei vt ꝓ
miſit.xj.q.iij.quoniam multos.Et hanc opinionem Sum.
Piſ.cum Arch.dicit veriorẽ,& ſequitur, & ſine dubio iſta
eſt mens S.Tho.in iiij.vbi probat patrem & dominũ poſ
ſe communicare filio & ſeruo excommunicato,ſaltem in
his ad quæ tenentur, vbi virtualiter habet iſtam maximã,
ꝙ obligatus excõmunicato ante ſentẽtiã, eſt obligatus ẽt
poſt,niſi abſoluatur,vt vaſallus quo ad iuramentũ fidelita
tis.Et hoc eſſe verũ,patet etiã ex dictis Hoſt. tenentis opi
nionẽ cõtrariã,quia ipſe fatetur,ꝙ debens aliquid excõi-
cato ex cõtractu,tenetur quo ad obligationẽ naturalem,
etiam ſi nõ interuenerit iuramentũ, vt dictum eſt ſ.iij. §.
xxiij.Obijcit autem Supple.quòd illud c. quoniam.non lo
quitur niſi de obligatione procedẽte ex cõuerſatione do
meſtica.Sed dico primò hoc eſſe falſum, qa extẽdit illud
c.etiam ad colonos.vt iuſtum eſt,& data veritate huius,di
co ſecundò, ꝙ ſicut illa obligatio ad conuerſandũ dome-
ſtice excuſat communicationẽ domeſticam,ita minor ob-
ligatio,quæ eſt ex cõtractu,excuſat minorẽ,quæ eſt in red
dẽdo debitum.Obijcit etiam Roſel.alle.Pan.in c.inter a-
lia.eo.titu.qui tenet aliam opinionem per locum à ſpecia
li:quaſi ſpeciale eſt in filijs, & mercenarijs,& ſimilibus,de
quibus in d.c. quoniam.ergo in alijs erit cõtrariũ, qa nõ
debeo incurrere periculum animę ex facto communicati.
Sed dico primò, ꝙ eſt ſpeciale in prædictis quantum ad
cõmunicationem domeſticã vel magnam, non quantum
ad paruã,quæ eſt in reddendo.hoc tamen dato, dico ſecũ
do,ꝙ ĩ alijs erit cõtrariũ, vbi eſt ratio minor vel etiã par,
nõ extendendo ius priuilegiatũ: ſec⁹ vbi eſt ratio maior,
vt in debitore,qui iã accepit quod reddat: ſicut mercena-
rius exhibet id gratia cuius accipiat. Nec incurritur peri-
culũ animæ faciẽdo id ad quod obligat lex naturæ, id eſt,
ſoluẽdo debitũ:ſed potius non ſoluẽdo,qñ qs nõ eſt abſo
lutus ab obligatione. Et ſi dicatur, ꝙ abſoluit eccleſia eo
ipſo,ꝙ prohibet tali cõicare,nõ valet:quia nunquã eſt in-
telligendũ, ꝙ inferiorẽ aliquid agere velit aduerſus legẽ
ſuperioris,etiam in caſu à ſuperiore conceſſo, niſi ſpecia
liter exprimat:ſicut ſpecialiter exprimitur de iuramẽto fi
22 delitatis in vaſallo.¶*Decimumtertiũ eſt,vtrũ participã-
do in diuinis ſemp incurratur ſententia eadẽ ſiue maior.
Et dico,ꝙ vt ex dictis colligi poteſt,ſi excõicatus eſt quis
à papa ſententialiter & nominatim,ex tali participatione
clericus incurrit eandẽ:vt ĩ.Excõmunicatio.vij. §.vj.laic⁹
verò minorem:vterq; tamẽ mortaliter peccat.Si verò eſt
excõicatus à quocunq; iudice papa inferiore, & denuntia
tus nominatim ſit clericus,incurrit minorẽ, & interdictũ
ingreſſus eccleſiæ:vt ĩ.Suſpenſio. §.vj.laicus verò mino-
rẽ tantùm,ſecũdũ aliquos: vterq; tñ mortaliter peccat.Si
verò eſt excõmunicat⁹ generaliter à iure vel ab homine,
etiam ſi ſit papa:nec clericus nec laicus tenetur eũ vitare,
etiam in diuinis,niſi ſit notori⁹ clerici percuſſor: vt patet
ex decreto Cõſtãtiẽſi.Adde ſecundũ limitationem cõci
lij Baſiliẽſis,ante ſciſſurã,vel niſi aliàs ſit excõicat⁹ ita no
toriè,ꝙ nõ poſsit aliqua tergiuerſatione celari, etiã ſi nõ
ſit denuntiatus:quia,vt probat Feli.in c.Rodulphus.de re
ſcript.notorius excõmunicatus nõ eſt neceſſariò denun-
23 tiandus.¶*Decimumquartum eſt, vtrũ participatio in di
uinis vel in alijs facta ꝓpter metũ,vt qa tyrãnus cogit ſub
cõminatione mortis aut verberũ,excuſetur?Et dico ſecũ-
dùm Hoſt.ꝙ beatus eſſet ſacerdos ſi ſe ad martyriũ ꝓpa-
ret:quia metus & ſic culpã attenuet. nõ tamẽ ſimpliciter
excuſat.xxxij.q.v.ita ne.Sed in iſta opinione ipſe eſt ſin-
gularis, & nõ tenetur.Hug.aũt & Veruec. & Sum.Cõf.&
cõiter omnes,dicunt,ꝙ excuſat metus cadẽs in virũ cõſtã
tem,de quo ĩ.Metus.ſic,ꝙ nec peccatũ nec ſententia,etiã
minor,incurritur:quia in talibus excuſat caſus neceſsita-
tis,vel etiã vtilitatis,quod minus eſt.Itẽ quia nõ tenet᷑ qs
obedire prælatis præcipientibus ſubire mortẽ aut verbe-
ctos:niſi ſe ad alios extēdant,nec ſunt excōmunicati, nec
piratæ:quia Io.And.Ioā.de Lig.& Pan. diſtinguunt inter
ſpoliātes vectos nauigio maritimo, & piratas: qa illi ſunt
excōicandi, iſti excōmunicati:& ter in anno ab ore papæ,
vt dicit Io.And.Vnde piratæ ſunt, qui vulgariter dicuntur
curſarij.i.qui ſine bello intēdūt ſpoliationi maritimæ in-
56 differēter vel quaſi.Vnde*tria faciūt piratā.Primò indif-
ferentia ſpoliādorū:quia ſcilicet nō intendūt ſpoliationē
determinatæ nationis.Secundò intentio principalis exer
cendi huius:vnde ſi Genuēſis intēdat ſpoliare omnes Ve-
netos,ſed nō pricipaliter,ſed vacare ſuijs negotijs, nō eſt
pirata. Tertiò hæc facere nō bānito bello:qa ſi habet bel-
57 lum etiā iniuſtū,nō eſt pirata. ¶ Secūdò*dubitatur , vtrū
iſte canon ſit latæ ſentētiæ?Et dico,ꝙ ſic quātum ad pira
tas:quia per curię proceſſum excōicati ſunt ipſi & omnes
latrūculi marini:quæ duo circūloquūtur idem & recepto
res eorū.Sed iſtis omiſsis dico, ꝙ quantū ad primā partē
ſecundùm

ſecundùm Hoſt.eſt canon latæ ſentẽtiæ,ſecundũ Io.And.
& Io.de Lig.& cõmunẽ opinionẽ, eſt ſentẽtia ſententiæ:
quantũ verò ad ſecundũ,ſecundũ Hoſt.eſt canon ſentẽtiæ
ferendæ:ſed ſecundũ Inno.Vinc.Gofr. & Io.Andr. eſt ca-
nõ latæ ſentẽtiæ,ita tamẽ ꝙ monitio pręcedat,vt dicit Io.
And.& hoc probat vis verborũ.& ratio diuerſitatis patet.
Vnde illi ſi ſtatim reſtituãt, ſecũdũ Io.And.& Pet. de An-
cha.nõ ſunt excõicati.Et hoc no.Pan.in d.c.ex gloſſ. vlti.
iuncto textu,ꝙ vbi pœna ponitᷣ negatiuè:vt, q nõ reſidet,
ſit excõicatus ipſo iure:pœna non intelligitur inflicta,niſi
monitio præcedat.Et pro hoc facit Theorica Inn. in c.ex
tirpãdæ. §.qui verò.de præb.ſcilicet ꝙ vbi pœna ponitur
negatiuè ſine appoſitione tẽporis,requiritᷣ monitio:vt in
dicto exẽplo reſidẽtiæ:quia nobis eſt occultũ an habuerit
iuſtã cauſam nõ reſidendi:ſed per monitionem conuinci
tur.Quãdo verò pœna ponitur affirmatiuè:vt,quicũq; ta
li hora eccleſiã intrauerit,ſit excõicatus.nõ requiritur mo
nitio:quia licet negata lateant,tamen facta patent.Et licet
Pan.non ſit ſecutus iſtam Theoricã in illo §.qui verò.&
dicat pœnã eſſe commiſſam ipſo facto,ꝙ quis eſt in mora:
quia quo ad Deũ ceſſat ratio Inn.cũ Deum lateat nihil:&
quicquid eſt certũ naturæ,eſt certũ legi:tamen tene,vt ſu
prà,de pœna inflicta ab eccleſia:quia opinio Inn.eſt cõmu
nis.Et hanc tenuit etiã ipſe Hoſt.in Sum.dicẽs ꝙ tales nõ
ſunt excõmunicati,niſi poſt competentẽ monitionẽ. Vbi
tamen canõ imponit pœnã ex facto negatiuo cũ certo tẽ
pore, vt niſi reſtituat intra annũ,monitio nõ requiritur:ſẽ
cundũ Gemi.in c.vnico.de vita & hon.cler.¶ Tertiò,vtrũ
abſolutio ab iſta ſentẽtia ſit reſeruata papæ?Et dico quòd
quo ad piratas eſt idẽ iudiciũ,ſicut de alijs ſentẽtijs,quę in
dicto ꝓceſſu cõtinetur:& ſimiliter ſi expoliati ſint Romi
petę: vt j.Excõmunicatione xxix.quia iſta continentur in
proceſſu:quantũ ad alios autẽ hîc nominatos nullibi repe
58 rio ꝙ ſit papalis.¶*Viceſimaprima eſt in proceſſu curiæ:
& extrà,de Iudæ.& Sarace.in c.ita quorũdã.in c. excõmu
nicantur.mulctãtur rebus,& capientiũ ſerui fiunt, omnes
Chriſtiani ferẽtes Saracenis arma,ferrũ,lignanima galea
rum,& neceſſaria ad impugnandum Chriſtianos:& qui in
piratis Saracenorũ nauibꝰ regimen, & curã gubernatio-
nis exercent: & præcipitur vt per eccleſias maritimarũ vr
bium crebra & ſolennis in eos excõicatio proferatur.hæc
ibi.quæ omnia repetuntur paulò poſt in c.ad liberandã.&
additur ꝙ excõicati ſunt vẽdẽtes eis galeas aũt naues, vel
machinis aut quibuſlibet alijs aliquod impẽdunt conſiliũ
vel auxilium in diſpendiũ terræ ſanctę:& ꝙ dicta ſentẽtia
in dictis vrbibus publicè innouetᷣ diebus dominicis & fe
ſtiuis:& ꝙ talibꝰ nõ aperiatur gremiũ eccleſiæ, niſi totũ,
quod ex tã dãnato cõmercio perceperint,& tantundẽ de
ſuo in ſubſidiũ terræ ſanctę tranſmiſerint: & ſi ſoluendo
non fuerint,aliàs reatus eorũ caſtigetur.hæc ibi. Et ſic in
telliguntur prohibita omnia cõferentia ad bellum imme
diatè.In eodem etiam titulo in c.quod olim.prorogatur,
id eſt,extenditur dicta pœna ad aliũ caſum,quàm in dictis
duobus capitulis cõtineatur,ſcilicet ad quęcũq; mercimo
nia vel rerũ ſubſidia durãte guerra delata.Hæc ibi.Et ſub
nomine guerrę intellige etiã treugam:quia per eam guer
ra non tollitur, ſed intermittitur: & abſolutio ſecundùm
gl.in d.c.qđ olim.cõpetit epiſcopo,ex quo papa ſibi non
reſeruat.quod verũ fuit olim,ſed nõ modò propter extra
uagantes & curię proceſſum.Nicolaus etiã iiij.in extraua
ganti,quæ incipit,olim.excõicauit deferentes & mittẽtes,
& de ſuis portubus extrahi permittentes,vt deferantur ar-
ma,ferrum,equi,lignamina,victualia, & quæcunq; merci
monia in Alexandriã,vel alia loca terræ Saracenorum Ae
gypti,& eis aliàs auxiliũ vel fauorẽ præſtare præſumẽtes:
& idem ſtatuit de omnibus terris Soldano ſubiectis: nec
abſolui poſſunt,niſi tãtũ de bonis ſuis in terrę ſanctæ ſub
ſidium conuertendum,exoluerint, quantum ad dictas par
tes detulerint,aut miſerint,aut deferri,vel de ipſorũ por-
tubus deferendũ extrahi permiſerint. Quæ extrauagãs,li
cet videatᷣ reuocata per procœmiũ Sexti,tamẽ pòſt inno-
uata eſt per Bonifaciũ & Clementẽ v.qui abſolutionẽ ab
huiuſmodi ſentẽtia,ꝓterquã in mortis articulo,ſedi Apo
ſtolicę reſeruauit:vt patet in extrauagãte,quę incipit,mul
ta mentis.Et huic hodie ſtatur ſecundũ Archie. quod etiã
ex proceſſu patebit. Super hoc tamẽ Genuẽſes habẽt ali-
qualẽ licentiam durantẽ:ſimiliter ſuper hoc etiam Vene-
ti licentiã habent à Martino v.ſecundùm Arch.per annos
plures quantũ ad victualia & mercimonia:ſed audiui à fi-
de dignis,ꝙ iam diu tẽpus illud ſit elapſum.Et licet Sũma
Ang.dicat extrauagantes Nicolai,Bonifacij & Clementis
circa prædicta vacare:tamen non eſt verum:quia ſtãt illæ
quæ ſunt Nicolai, vt patuit: & illę quæ Bonifacij octaui,
quia fuit author ſexti libri,& poſt cõpilationẽ eius in ex-
trauagãte incipiẽte,cõtra.innouauit antiquas in hac mate
ria.& ſimiliter poſt eã Clemens quintus in extrauag.quæ
incipit,multa.Et ita declarat Frãc.dePlat.in tracta. reſti-
tutionum.& Archie.in ſecũda tertiæ.& Sum. Roſ. Abſo-
lutio.j.§.lxxxvij.& Io. And.& Car & But. Pan.& Io. de
Ana.in c.quod olim.de Iudęis.Ex his omnibus collige,ꝙ
excõicati ſunt primò quo ad terras quorũcũq; Saraceno-
rũ deferunt aut mittũt,vel de ſuis portibus mittenda ex-
trahi permittũt arma,ferrũ,equos,lignamina,galeas,& na
ues, & generaliter omnia faciẽtia ad belli apparatũ dire-
ctè & immediatè quocũq; tpe & loco:& ſecũdò victualia
& quæcunq; mercimonia tempore guerræ, & etiã pacis,
quo ad loca Soldani dũtaxat:& excõicatio eſt papalis per
proceſſum quo ad prohibita omni tẽpore. Et quo ad hæc
& reliqua per dictam extrauagantẽ:ſed tamẽ ſummus pœ
nitentiarius videtur poſſe abſoluere,ſecundũ Arch. Simi
liter ſunt excõmunicati tertiò, qui in piraticis Saraceno-
rum nauibus regimẽ & curã gubernationis exercent: ſed
eſt excõicatio epiſcopalis:quia iura nõ reſeruãt iſtã papę.
proceſſus autem extrauagantes nõ faciunt de hac mentio
59 nem.¶*Primò tamen ſciendũ eſt,ꝙ nomine armorum,vt
not.in l.ij.C.quæ res expor.nõ deb.veniũt loricæ,ſcuta,ar
cus,ſagittæ,ſpatæ,gladij,tela:& ſecundùm gloſſ.in d.c.ita
quorundã.etiam fuſtes,& lapides machinarum: non autẽ
ædificiorum.Vel dic,ꝙ arma dicũtur quæ veniunt ſolùm
vel principaliter in vſum offenſionis aut defenſionis: qui
bus autẽ etiam in alijs vtimur, intellige principaliter, nõ
dicuntur arma,niſi ex intentione:vt not.in clemen.ne in
agro.de ſtatu mona.Vnde gladius ad incidendum panem
non venit armorum nomine,ſecundùm Pa.in c.clerici.el
j.de vita & hone.cler.vt patet per illum textum:quia dicit
quòd clerici arma portantes debent excõmunicari: & cõ
ſequenter mortaliter peccant: & tamen non prohibentur
ferre gladios ad panem incidendũ. ¶Et ſecũdò,quòd no-
mine ferri venit ferrum factũ & infectum,id eſt,vena fer-
ri: vt in d.l.ij.quod tamen limitatur per rationem ibi ex-
preſſam de ferro,quod poſſet cõferre ad offenſionẽ vel de
fenſionem:ſecus de alio,vt ſunt claui paruuli, gladioli, &
huiuſmodi,niſi dolo vel fortè etiam lata in conſideratio-
ne deferrentur in tanta copia & tali tempore,quòd timeri
poſſet probabiliter ne conuerterentur in arma. ¶Et ter-
tio,quòd nomine lignaminum veniunt omnia ligna,qui-
bus

bus fieri poſſunt naues,galeæ, & machinæ offenſiuæ, aut
defenſiuæ:quia iſta eſt ratio prohibẽdi:nõ autẽ ligna non
apta ad huiuſmodi,ſed ſolùm ad comburendum.Et quar-
tò,quòd nomine Saracenorũ habentiũ guerram cũ Chri-
ſtianis intelliguntur omnes Saraceni habentes guerrã cũ
quocũq; principe Chriſtiano,vel terra,vel dominio,ſecũ
dũ communem doctrinã,& ſimiliter omnes Saraceni qui
fauent habentibus guerrã.& comprehendit, ſecũdùm Pa.
in c.ſignificauit.de Iudę. & Sara. tẽpus guerræ etiã tẽpus
60 treugæ,vt dictũ eſt. ¶Et* quintò,ꝙ prohibita in iſta ma-
teria ſunt duplicia:quia quædã ſunt ꝓhibita omni tẽpore
& loco,ſiue quo ad omnes Saracenos:vt arma, ferrũ, eq,
lignamina,naues,galeæ:vt in dicto c.ad liberãdã. & in ca.
ita.per quæ intelliguntur omnia cõferẽtia directè,& ĩme
diatè ad vſum belli offenſiuè, aut defenſiuè. Et iſta ſunt,
quæ à doctoribꝰ appellãtur ꝓhibita.Quædã verò, quo ad
omnẽ locũ,ſiue quo ad omnes Saracenos prohibẽtur ali
quo tempore,ſcilicet belli tãtùm:vt victualia & mercimo
nia,& omne cõſiliũ ac ſubſidiũ:vt in eo.tit.in ca.cũ olim.
& eadẽ prohibẽtur quo ad omne tempus ſecundũ aliquẽ
locũ,ſcilicet ſolùm quo ad loca Soldani,ad quæ nullo tẽ-
pore licitè mittũtur:vt patet in dicta extrauagãte,olim.in
qua de bello,vel pace mentio nõ fit:& tempore pacis lici
tè mittũtur ad alios Saracenos:quia hoc nullibi legitur,ꝓ
hibitum:niſi fieret in diſpendium Chriſtianorũ:puta quia
Saraceni his ſe muniunt ad pugnã:quia generaliter prohi
bentur ſubſidia belli,inquãtũ talia. Quod dico,quia eadẽ
res cõferre poteſt ad bellum & pacem,vt copia frumento
rum.Et iſta quæ non ſunt ſemper prohibita,niſi in aliquo
loco,nec vbiq;,niſi in aliquo tẽpore, à doctoribꝰ appellẽ
tur nõ prohibita.Ex his autem patet corolariè,qđ nõ ſuffi
cienter determinãt Sum.Ang.& Roſ.ꝙ victualia & mer-
ces tempore pacis licitè deferũtur: quia hoc nõ eſt indi-
ſtinctè verũ,ſed ſolũ quo ad loca nõ ſubiecta Soldano,cũ
quo videtur eccleſia habere perpetuũ bellum,& qui ſpe-
cialiter ſolus occupat terrã ſanctã:vt per dictã extrauagã-
tem,olim patet.& per aliã Clemẽtis,q incipit,multa men
tis.Sed contrà,quia Greg.ix.in quadã extrauagante, vt al
legat Sum.Roſ.declarauit quòd nõ incidebãt portãtes ſtu
pam,canapam,picem, fila & clauos:niſi contra Chriſtia-
nos,vel in diſpẽdiũ terræ ſanctæ:nec valet dici iſta reuoca
ta eſſe per procœmium Sexti:quia iſta nõ ſunt dicta ſtatuẽ
do,ſed declarando ius,quod ſcilicet nõ eſt reuocatũ. Ad
hoc dico,ꝙ Greg.loquebatur declarãdo ius cõmune:ſecũ
dũ quod iſta licebant:ſed poſt Greg.ix. longo tẽpore fuit
61 Nicolaus v.qui ſtatuit noua. ¶ Sextò*dubitari ſolet, vtrũ
tempore belli aliquo caſu liceat deferre prohibita,id eſt,
conferentia bello.Et dico,ꝙ ſic,ſecundùm Inno. & Hoſt.
in d.c.ſignificauit.pro redemptione captiuorũ. ar.l. ſanci
mus.C.de ſacroſan.eccl.& in c.j.de pign. quia vaſa, quæ
prohibentur alio tempore vendi,diſtrahi poſſent pro re-
demptione captiuorum.xij.q.ij.aurum.Excipit Innocent.
quando huiuſmodi arma venderentur cõtra Chriſtianos,
vel in articulo quo exercentur cõtra Chriſtianos, quia in
ciderent.Cõtrarium tenet gl.in d.c.ſignificauit.Io.Andr.
dicit,quòd poſt factum conſulendum eſt,ſecũdũ illos,ſed
ſecundũ gl.ante factum: quia aliter, ſi hoc perpenderent
infideles,poſſent pro captiuis velle ſolùm prohibita:item
paratum eſſe velamen volenti fraudem cõmittere:qa di-
ceret ſemper ſe feciſſe pro redimendis captiuis. Panormi
tanus verò tenet opinionẽ gloſſæ indiſtinctè durãte bel-
lo:quia,inquit, ex illis armis veniunt impugnandi Chri-
ſtiani:ſed tẽpore pacis procedit opinio Io.And. Sed quia
etiam Innocentius ipſe videtur tenere,quòd tẽpore actua
lis belli iſta nõ liceant:vt patet in exceptione ſua: ideò vi
detur malè reprobatus.Vnde dic,ꝙ tẽpore pacis ſi deferũ
tur arma,& huiuſmodi,pro redimẽdo captiuos,quãdo ali
ter redimi non poſſunt,poſt factum condemnare nõ debe
mus:maximè,quia in eodem c.dicitur, ꝙ deferentes ꝓhi
bita poſt treugam cauſa lucrandi incidũt. Ex quo videtur
innui quòd non incidãt deferentes non cauſa lucrãdi,ſed
redimendi:nec ante factum conſulere.Et iſta eſt mẽs Inn.
Ioan.And.& Pan.ſed tẽpore belli indiſtinctè ante factum
& poſt,ſunt condemnandi tales:vt tenet d.glo.& ſequitur
Card.& Pan.& Ioã.de Ana. & Sum.Roſ.contra Angel. &
cõmunis opinio.de alijs verò mercibus non faciẽtibus ad
bellum,nõ videtur dubium inter doct.quin deferri poſsit
62 ea de cauſa etiam tempore belli. ¶ Septimò,*an tempore
pacis liceat deferri huiuſmodi prohibita.Et dico,ꝙ iſta o-
mni tẽpore & loco ſunt prohibita,vt viſum eſt.Pan. autẽ
in c.quod olim.de Iudæ.dicit,ꝙ ſemper ſtat horũ prohi-
bitio,etiam tempore pacis:licet aliud ſenſerit gl.in d.c.ſi
gnificauit.quia poſſent infideles facere pacẽ fraudulẽter,
& ſic fulci huiuſmodi armis. Et iſta opinio benignior eſt
ante factũ:ſed poſt,forſitan poſſet excuſari à pœna.quia il
lud c.ita quorundã.dicit, ꝙ deferebãt ad impugnandum
Chriſtianos.Hæc Pan.cuius dicta licet iure communi lo-
quendo poſſent ſuſtineri diſputatiuè,& ad hominem,ta-
mẽ veritas eſt,quòd nũquam eſt licitum:nec eſt excuſatio
poſt factum,niſi in cauſa captiuorum: quia iura loquũtur
indiſtinctè:nec ſcimus quãdo hi,qui fidem non habẽt, fi-
dem ſint ſeruaturi,vt pacem obſeruẽt.Vnde idẽ Pan.in e.
tit.in c.ita.tenet,quòd iſta deferentes tẽpore pacis,& non
ea intẽtione vt impugnẽtur Chriſtiani, nihilominus inci
dunt.& cõſentit Ioã.Andr.& do.Ant.& tex. exponitur ad
impugnandum Chriſtianos,id eſt,ex quibus poſſunt im-
63 pugnari Chriſtiani,ſecũdũ Pan. ¶ Octauò* vtrũ tempore
belli licitè deferantur non prohibita,id eſt,nõ pertinẽtia
ad vſum belli:vt victualia & merces?Et dico, quòd tẽpore
belli iſta deferentes incidunt:& omnes dantes quodcũq;
ſubſidium rebus,vel conſilio:vt patet in d.c.cũ olim.& cõ
ſentit ibi Panor.& Innoc.& Goſ.tenẽs, quòd durãte bel-
lo durat prohibitio generaliter:ſed eo ceſſante non durat
canon latæ ſentẽtiæ,niſi in prohibitis. Sed hoc vltimũ in
tellige de iure,& quo ad aliquos Saracenos:ſecus ꝑ extra
uagantẽ,olim.& quo ad loca Soldani: ad quæ nullo tẽpo
re iſta licitè deferuntur,niſi pro redemptione captiuorũ
64 tẽpore. ¶ Nonò*dubitatur,qui incidunt in hanc pœnã,&
qui nõ,ex his de quibus doctores dubitãt. Et dico primò,
ꝙ incidunt,ſecundùm aliquos,vt dicit Antonius de Butr.
in c.ad liberandam.Chriſtiani exercẽtes gubernationẽ in
piraticis nauibus Saracenorum, licet non cõtra Chriſtia-
nos,ſed cõtra alios infideles:quia docẽt eos in arte pirati
ca,qua deinde poſſunt Chriſtianos impugnare.Et hoc te-
ne,licet nõ placeat Innocẽtio:qa caput illud,& caput, ita
quorundã. loquũtur indiſtinctè, & hoc factũ æquipollet
armis delatis in pace, quibus Chriſtiani nõ impugnãtur,
ſed impugnari poſſunt.Secus tamẽ ſi quis nõ eſſet guber
nator,ſed merus executor,quia de iſto nullibi legitur ꝓ-
hibitũ.Et ſecũdò qui deferũt arma ad ſui tuitionẽ tãtùm:
& deinde occaſione pecuniæ vendũt ea Saracenis, qa hîc
habet locum ratio huius ſententiæ,cũ nõ ſit prohibita de
latio,niſi gratia vẽditionis aut donationis, vel cuiuſcũq;
traditionis.Et tertiò incidunt,qui tẽpore pacis dant chor-
dam,vel anchorã,vel aliquid huiuſmodi:qa ſicut eſt illici
tũ eis vẽdere naues,ita & huiuſmodi,ſine qbꝰ naues forẽt
inu

inutiles.Et quartò qui ꝑmutãt arma in arma,vt gladiũ in
arcum:licet Sum.Roſ.teneat cõtrariũ: quia nõ differt ad
impugnandũ Chriſtianos qualiter eis arma tradamus,ſcili
cet venditione,aut cõmutatiõe.Et quintò,qui portãt pro
hibita ignorãtes eſſe prohibita,vel ſe ideo eſſe excõmuni
catos:quia hæc ignorare nõ licet:cũ ſint valde publica.vn
de abſoluãtur ad cautelã.Et ſextò,qui portauerũt prohibi
ta,& vnã partẽ vendiderunt,non aliam,etiam ignorãter,
etiam ſi partem venditam ſtatim recuperarent.vnde ſi pœ
niteãt interim,vel cõtingat eos abſolui, reportent nõ vẽ
dita:alioquin reincidũt.Et ſeptimò,qui eſt marinarius in
naue deferẽte prohibita,etiã ſi in alia lucrari nõ poſſet:qa
cooperatur portantibus,vel mittẽtibus . Non incidũt ṽò
primò,qui nõ pertinẽtia ad vſum belli deferũt tẽpore pa
cis ad loca quę nõ ſunt in Aegypto nec ſubiecta Soldano:
niſi deferãtur ad impugnãdũ Chriſtianos,vel in diſpẽdiũ
terræ ſanctæ.& hæc patent ex dictis.Nec ſecũdò,portãtes
ferrũ,vel arma,& huiuſmodi de vna terra Saracenorũ ad
aliam,ſecundũ declarationem Greg.ix.Nec tertiò,ſecun-
dùm eundem,portãtes Saracenos cũ armis ſuis.Nec quar
tò,qui prohibita ignorãter portant,& quàm citò ſciũt,an
65 tequam quicquam vẽdant,ea reportant. ¶ Decimò* dubi
tatur,vtrũ ſi abſoluãtur prędicti facta ſatisfactiõe, de qua
§.teneat abſolutio?Et dico,ſecundũ Panor.cle.j. de ſepul.
ꝙ non tenet abſolutio facta non præcedẽte ſatisfactione:
quia fit contra prohibitionem,& formã mãdati.arg.de re
ſcrip.cum dilecta.idem Arch.in c.quoniam.de immu.ec-
cle.lib.vj.vbi concludit,quòd non valet abſolutio facta cõ
tra prohibitionem.Sed Ge.in d.c.quoniam.diſtinguit:qa
quando poteſtas datur aliàs nõ habenti:ſi nõ ſeruetur for
ma,actus non valet:vt no.gl.ſingularis in cle.j.de iure pa-
tro.quando verò habenti poteſtatem à lege abſoluendi fit
prohibitio:licet non ſeruetur forma, valet ipſo iure abſo
lutio:vt de ſen.excom.venerabilibus.§.vbi.lib.vj. Et hãc
diſt.ponit glo.d.cle.& approbat Pan.in c.dilectus.el ij.de
præb.Vnde cùm ordinarij habeant poteſtatem abſoluẽdi
à ſentẽtia canonis non reſeruantis,vt in cap.nuper. de ſen
ten.excomm.valet abſolutio.& ita tenet Ioã. And. & Petr.
de Anch.& Arch.ſed ſecũdũ Aegi.niſi hoc faciãt,reducẽ-
di ſunt in priſtinã ſentẽtiã.Sed prædicta intellige,niſi ap-
ponatur clauſula irritatiua actus:qa tũc nihil faceret ordi
narius abſoluẽdo,vel quicũq; alius aliàs habẽs poteſtatẽ,
66 niſi act⁹ forma ſeruetur. ¶ Vndecimò* dubitatur,quomõ
iſti qui puniũtur ĩ bonis per cõfiſcationẽ,poſſunt puniri,
vt mittãt prędicta in ſubſidium terræ ſanctæ?Et dico,ſecũ
dùm prædictos,quòd ante confiſcationẽ,intellige per iu-
dicẽ factã imponitur hæc pœna:vel ſoluitur de bonis quę
ſitis poſt cõfiſcationẽ, vel dic ſecũdùm Archid.quòd pœ-
na cõfiſcatiõis,vt dicit Pet.de Anch.imponitur à iudice ſe
culari,nõ aũt ipſo iure:reliqua verò pœna imponit̃ ab ec
67 cleſiaſtico. ¶ Duodecimò* dubitatur cui debeat dari dicta
pœna imponẽda per iudicẽ eccleſiaſticũ,quãdo nõ mitti-
tur in ſubſidiũ terræ ſanctæ,quia ſcilicet neſcitur cui dari
debeat?Et dico ſecũdũ Arch.quòd in hac pœna ſolus papa
diſpenſare poteſt,vel habẽs cõmiſsionẽ ab eo,vt ſummus
pœnitentiarius:& eo caſu applicabitur cameræ apoſtoli-
cæ:vnde qui inciderũt,conſueuerũt cum ea cõponere, vt
dicit̃.& hoc quando ſoluere poſſunt:aliàs fiat vt in fine di
68 ctæ decretalis,ad liberandã. ¶ Viceſimaſecunda* eſt in ꝓ-
ceſſu curię cõtra impediẽtes ſeu inuadẽtes eos qui victua
lia,aut alia neceſſar.a ad vſũ curię Romanę adducũt: ſeu
impediẽtes & perturbãtes ne ad ipſam adducãtur, vel fe-
rantur,& cõtra defenſores faciẽtiũ talia. ¶ Viceſimatertia
eſt in eodem cõtra omnes,qui veniẽtes ad ſedem apoſtoli
cam,aut ab ea recedentes,temeritate propria capiunt,ſpo
liant,& detinent,aut ex propoſito deliberato verberare,
mutilare,vel interficere præſumunt:& cõtra omnes talia
69 fieri faciẽtes ſeu mãdãtes . ¶ Viceſimaquarta* eſt in eodẽ
cõtra eos,qui iuriſdictionẽ ordinariã,vel delegatã nõ ha-
bẽtes,in eadẽ curia morantes,temeritate propria capiũt,
ſpoliãt,& detinẽt,aut à propoſito deliberato ṽberare,mu
tilare,vel interficere pręſumunt,& qui talia fieri faciunt,
70 ſeu mãdãt. ¶ Viceſimaquinta* eſt in eodẽ cõtra eos,q per
ſe,vel ꝑ alios,ſeu alias quaſcũq; ꝑſonas ſeculares vel eccle
ſiaſticas recurrentes ad curiã Romanã ſuper eorũ cauſis,
& negotijs,illaq; in eadem proſequẽtes aut procurãtes,vł
procuratores ipſorũ,vel aduocatos ſeu iudices ſuꝑ dictis
cauſis deputatos,occaſione cauſarũ,vel negotiorũ huiuſ-
modi verberãt,mutilant,vel occidũt, aut bonis ſpoliãt,&
contra dantes auxilium,cõſilium,vel fauorẽ in prędictis.
71 ¶ Viceſimaſexta* eſt in eodem cõtra omnes,qui ne pareãt
literis,aut mãdatis apoſtolicis & legatorũ,& nuntiorum,
& iudicũ delegatorũ,eorundem gratiam vel iuſtitiã con-
cernẽtibus,decretiſq; ſuper eis,& re iudicata,ſeu proceſsi
bus executorialibns,nõ habito prius eorũ beneplacito &
aſſenſu,néue tabelliones,& notarij ſuper hmõi literis , &
proceſsibus executorialibus,inſtrumẽta ſeu acta cõficere,
aut cõfecta parti,cui⁹ intereſt,tradere,ſub grauiſsimis pœ
nis ꝓhibere,ſtatuere,ſeu mãdare pręſumũt,& cõtra dãtes
72 auxiliũ,cõſiliũ,vel fauorẽ. ¶ Viceſimaſeptima* eſt ĩ eodẽ
contra omnes,qui ſe ab obediẽtia Romani pontificis per
tinaciter ſubtrahere,vel quomodolibet recedere ꝑ̃ſumũt:
& contra dantes auxilium,conſilium,vel fauorem prædi-
73 ctis. ¶ Viceſimaoctaua* eſt in eodẽ cõtra omnes q iuriſdi
ctionẽ ad eccleſiaſticas perſonas pertinẽtẽ per ſe vel per
alium ſeu alios vſurpant directè,vel indirectè:aut in eiſdẽ
74 cõſiliũ,auxiliũ,vel fauorẽ pręſtare. ¶ Viceſimanona* eſt
in eodẽ cõtra omnes mutilãtes, vulnerãtes , interficiẽtes,
ſeu capientes,& detinẽtes,deprædãtes Romipetas, & pe-
regrinos ad Ieruſalẽ cauſa peregrinatiõis,& deuotiõis ac
cedẽtes,& in ea morãtes,vel recedẽtes ab ea:& cõtra oẽs
75 his dãtes cõſiliũ,auxilium,vel fauorem. ¶ Triceſima* eſt
in eodem cõtra omnes qui per ſe vel per aliũ directè , vel
indirectè ſub quocũq; titulo vel colore occupãt,detinẽt,
vel hoſtiliter diſcurrũt:ſeu inuadũt in totũ vel in partẽ al
mã vrbem,aut alias ciuitates,vel terras,& loca, & iura ad
eccleſiã Romanã ſpectãtia, cum adhærentibus,fautoribus
& defenſoribus eorum,ſeu dantibus cõſilium,auxiliũ,vel
fauorẽ in eiſdẽ.Et intellige ſpectantia,id eſt,ſubiecta me
diatè,vel immediatè:vt dicit Xyſtus ĩ extrauagãte quę in
cipit,& ſi Dominici. intellige etiã de his qui dicta deꝑdãt
tur.vt ibi patet.Iſtæ aũt terræ vt in ꝓceſſu Martini v. ſunt
vrbs alma.regna Siciliæ,Trinacriæ inſulæ,Sardinię,Corſi
cæ terrę,citra Farũ,patrimoniũ beati Petri ĩ Thuſcia,duca
tus Spoletanus ,comitatus Venaiſini,Sabinę,marchię An
chonitanę, Maſſæ Trabariæ,Romãdiolæ,ac maritimæ ꝓ
uinciæ,ac terræ ſpecialis cõmiſsionis,& Arnulphorũ: ciui
tates quoq; Bononia,Ferraria,Beneuentũ,Peruſiũ , Aui-
nio,ciuitas Caſtelli, Tudertina , & aliæ ciuitates,terræ &
76 loca vel iura ad eccleſiã ꝑtinẽtia. ¶ Triceſimaprima* eſt ĩ
eodem contra quoſcunque præſumẽtes abſoluere quemli
bet per dictũ proceſſum excõmunicatum,cuiuſmodi ſunt
omnes prædicti,& etiam hęretici cũ ſuis fautoribus, đfen
ſoribus & receptatoribus.Et idem intellige de cõtẽtis in
§.ſeq. vt ibi dicet̃,niſi in articulo mortis:& tũc niſi præſti
ta pri⁹ de ſtãdo ſanctę matris eccleſię mãdatis, ſatisfactiõe
vel

vel ſufficienti cautione etiã prętexta cuiuſcunq; priuile-
gij vel conceſsionis apoſtolicę nõ faciẽtis plenã & expreſ
ſam de prædicta prohibitione mentionẽ:nec abſolutio ali
ter impẽſa valet:& reſeruatur quo ad omnia iſta Romano
pontifici. Prædicta omnia recitata de proceſſu curiæ etiã
hodie tenẽt:quia Martinus ſtatuit ea ad perpetuã rei me-
moriam, & in fine ſuum proceſſum appellãt cõſtitutionẽ,
nec aliter leguntur reuocata. Quædam tamẽ ſunt in eo cõ
tra ſectatores aut fautores Petri de Luna, & contra dantes
fauorẽ Vicleuiſtis & Huſsiſtis hæreticis:quæ hodie nõ vi-
dentur habere locũ.Paulus verò ſecundus in ſuo proceſſu
77 ſuperaddidit multa. ¶* Trigeſima ſecũda ergo, in qua in
cluduntur octo,eſt in proceſſu curiæ Pauli ſecundi contra
offendentes eccleſiæ libertatẽ,& violãtes interdictum ab
apoſtolica ſede impoſitũ, & cõſpirantes in ſtatum aut per
ſonam Romani pontificis,& presbytericidas:& per Xyſtũ
hoc extenditur etiã ad occidentes, vel mutilantes aliquẽ
exiſtẽtẽ in ſacris,offendẽtes epiſcopos vel alios prælatos,
in perſona imponẽtes noua onera,realia vel perſonalia ec
cleſijs vel eccleſiaſticis perſonis: ſimoniacos ſuper ordini
bus vel beneficijs aſſecutis ĩ curia Romanã vel extra. Nec
poſſunt iſti citra Papam abſolui:ſed in omni conceſsione
per ipſum facta aut tunc fienda intelliguntur excepti,vt in
quadã eius conſtitutione patet,quæ incipit,& ſi dominici.
Summa tamen Ange. dicit ſe omittere caſus reſeruatos à
Paulo:quia Xyſtus ſe reſtrinxit ad reſeruatos à Martino:
quaſi velit dicere ꝙ relaxauerit reſeruatos per Paulũ. Sed
hoc nõ videtur verum.Primò,quia Sum Roſ.ponit dictos
conſpiratores excõicatos cõiter ſecundũ curiæ proceſſus.
Secundò,quia Xyſtus in extrauaganti quę incipit,& ſi do
minici gregis.enumerat omnes prædictos caſus Pauli : &
addit crimẽ hæreſis,poſtquam fuerint aliqui, qui ſentẽtia
liter condemnati,delati,ſeu publice diffamati , occiſionis
vel mutilationis cuiuſcunq; in ſacris conſtituti , prohibi-
tionis,delationis cauſarũ ad dictã curiã:& dicit ſe nolle ꝙ
aliquis poſsit prędictos abſoluere,etiã vigore facultatũ à
ſe conceſſarũ verbo aut literis,etiã cum clauſula, ꝙ ſola ſi
gnatura ſufficiat:etiã in fauorẽ fidei & cruciatæ : & abſol-
uentes anathematizat & excõicat, reſeruãs abſolutionem
Romano põtifici:quòd nõ eſſet,ſi iſta reuocaſſet: veritas
aũt eſt,ꝙ caſus in hoc §.enumerati nõ cõtinẽtur in bulla
cœnę Domini:quia Xyſtus reduxit proceſſum Pauli præ-
ciſe ad ea, quę cõtinebãtur in proceſſu Martini : vt patet
per breue ad ducẽ Mediolani Galeaciũ ſub anno domini
M.ccccLxxix. xix. Nouembris: eſt tamen prohibitum ſub
pœna excõicationis,ne quis ab eis abſoluat prætextu con
feſsionaliũ ab eo cõceſſorũ:vt patet ĩ d.extraua.& ſi domi
nici.ſub anno domini M.ccccLxxix.Vnde iſti caſus rema-
nent in diſpoſitione iuris cõis, ac ſi de eis mentio habita
nõ fuiſſet:& ab eis abſoluere põt,cui de iure cõpeteret re
78 mota bulla cœnæ domini. ¶ Quadrageſima eſt* in eadẽ
extrauagante Xyſti cõtra omnes diſpẽſantes in voto vl-
tramarino,ſanctorũ Petri & Pauli, ſancti Iacobi in Com-
poſtella,& caſtitatis,ac religionis. & abſoluẽtes à caſibus
§.prioris, & quacũque cõceſsione ab ipſo habita : niſi in
ipſa cõceſsiõe mẽtio fiat de ipſa extrauagãte de verbo ad
79 verbũ. ¶ Quadrageſimaprima* eſt, in quadã extrauagãti
Bonif.ij.ſub rubrica,de ſepulturis.quæ incipit,deteſtãdũ.
vbi excõicantur omnes,etiam põtifices exenterantes,vel
in fruſta concidentes corpora mortuorum : aut in aquis
coquẽtes, vt carnẽ ab oſsibus euellant, vt alibi tumulãda
ferãt:& abſolutio reſeruatur Papæ. Sed nota,ꝙ iſta cõſti-
tutio non habet locum: primò ſi fiant viuo: nec ſecũdò ſi
fiant mortuo,nõ eo fine,vt alibi ſepeliãtur: ſed odio etiã
comedẽdo carnes, vt faciunt Partiales: vel ſuperſtitione:
vel etiã propter chirurgiã: quia pœnæ vltra proprios ca-
ſus nõ ſunt extẽdẽdæ:vt de pœn.diſt.j. §.pœna. Tertiò,ſi
mortuus eſſet quis in terris infideliũ,vt in eadem extraua
80 gante patet. ¶ Quadrageſimaſecunda,* in extrauagantẽ
Martini quinti ſub rubrica,de ſimonia,quæ incipit,dãna
bile.& rurſus in alia Pauli ſecũdi,quę incipit,cum deteſta
bile, cõtra omnes , etiã quacunque dignitate præditos ſe
culari,vel eccleſiaſtica,etiã cardinalatus,qui ſimoniam in
ordine,vel bñficio cõtraxerũt in curia,vel extra, publicè
vel occultè:& cõtra omnes mediatores , & procuratores
in ea: & abſolutio reſeruatur pontifici Romano: alij autẽ
ſimoniaci nõ leguntur excõmunicati:ita tamen,ꝙ ſub no
mine beneficij intelligantur electiones,poſtulationes,cõ
firmationes , & quæuis prouiſiones eccleſiarũ, monaſte
riorum,dignitatum,perſonatuum, & officiorum: quia in
his tam dantes, quàm accipiẽtes per dictas extrauagantes
ſunt excommunicati. Excipe tamen vt infrà,Excommuni
81 catione xliiij. ¶ Quadrageſimatertia* eſt,in eadem extra-
uagãte Martini quinti,& Pauli ſecundi,cõtra omnes etiã
quacũq; dignitate eccleſiaſtica,vel ſeculari pollentes:qui
mediatores, vel procuratores ſimoniæ ſummò pontifici,
aut cui ille cõmiſerit, quãtocyus nõ reuelãt : qui etiã ab-
ſolui nõ poſſunt, niſi iſta reuelẽt. Sed hæc ſententia non
tenet hodie:quia,vt dictum eſt ſuprà, Conſuetudo. §.vij.
ſtatutũ quod nõ eſt ſuſceptum, nec ſeruatum ſcienter, &
nõ reclamante ſuperiore, tollitur per vſum contrarium,
maximè præſcriptũ annis decem : & ita eſt in propoſito:
imò iam iſte cõtrarius vſus eſt præſcriptus annis iã plus,
quàm xl. Vñ ſecũdũ Arch.hęc extrauagãs vacat.Sed nota,
ꝙ iſta ſentẽtia Martini nõ ligauit , niſi exiſtẽtes in curia:
& idẽ videtur de Paulo, q videtur innouare ſtatuta prio-
rum põtificũ: aliter valdè irratiõabilis cõſtitutio fuiſſet,
vt vellet pauperes ab extremis terrę adire curiã pro de-
fendenda ſimonia. ¶ Quadrageſimaquarta eſt, in quadã
extrauagãte Vrbani quinti,quę incipit,ſanè: ſeu, ne in vi
nea.cõtra omnes dãtes, aut recipientes aliquod tempora
le pro ingreſſu monaſteriorũ,ſeu religionis.& ſedi apo-
ſtolicæ reſeruatur abſolutio. Sed Archiepiſcop⁹ dicit ſe à
fide dignis audiuiſſe,quòd Martinus quintus dixerit nol
le hãc ſentẽtiã extẽdi ad moniales. infrà, Simonia. §.xv.
82 ¶ Quadrageſimaquinta*, ponitur in quadã extrauagãte
Martini quinti , ſub rubrica de regularibus , quæ incipit,
viam ambitioſe. cõtra omnes religioſos mẽdicantes,eũ-
tes ad ordines,ſeu monaſteria nõ mendicantiũ,vt ibi ſint
fratres:etiã ſub prætextu cuiuſuis licẽtiæ,etiã apoſtolicæ
generalis, & cõtra recipiẽtes eos: ſed tamẽ hæc pœna nõ
extẽditur ad ordinem Carthuſienſium:& ſedi apoſtolicæ
reſeruatur abſolutio. ¶ Quadrageſimaſexta eſt in quadã
extrauagãte Bonifacij octaui, ſub rubrica, de ſen.excom.
quę incipit,excõmunicamus: cõtra omnes facientes pro-
miſsionem,vel pactũ temporaliũ pro aliqua gratia,vel iu
ſtitia obtinẽda in curia Romana:& cõtra dãtes,& recipiẽ
tes ex dicta promiſsione,vel pacto.& Papæ reſeruatur ab
ſolutio.Hanc decretalem allegat Ioan.And.in lectura, de
ſimon.nemo.& Dir.& Anto.de But.qui dicit eam durare:
ſed Ioan.de Lig.& Ioan.Calderinus ibidem, & Pet.de Pa
lu.in iiij.dicunt eam reuocatam per Clementem quintũ.
& hoc tene ꝑ regulã logicalẽ: qua locus ab autoritate di-
citur tenere affirmatiuè: non autem negatiuè:ex qua ha-
betur, ꝙ in hac controuerſia ſtandum non eſt dicentibus
eam durare:quia ſcilicet nõ legerunt eam reuocatã: quia
non

non ſequitur,nõ legi ꝙ ſit reuocata: ergo non eſt reuoca
ta:ſed ſtandum eſt alijs,qui non dixerint eam reuocatam,
83 niſi hoc ſcirent. ¶ Quadrageſimaſeptima* eſt in quadam
extrauagante Pauli ſecũdi, quę incipit, cum omnibus, in
qua ſic dicitur: Si quis autem commiſſarius,aut delegat*,
ſcilicet ad cognoſcẽdum, an rei eccleſiaſticæ alienatio ce
dat in euidentem vtilitatem eccleſię cõſcientiæ ſuæ prõ-
digus in grauamen, aut detrimẽtum eccleſiæ per gratiã,
timorem,vel ſordes alienationi conſenſerit, aut decretũ,
vel autoritatem interpoſuerit:inferior quidem epiſcopo
ſententiam excõmunicationis incurrat &c.Et infrà:Is ve-
rò,qui dolo,vel fraude, aut ſcienter in detrimẽtum eccle
ſiarum alienationẽ fieri procurauerit, aut per ſordes, vel
impulſionẽ alienationis decretũ extorſerit,ſimilem ſen-
tentiam excõmunicationis incurrat, à qua niſi per Roma
num pontificẽ nõ poſsit abſolui. Ad reſtitutionẽ nihilo-
minus rerũ alienatarũ quandocũq; de præmiſsis conſtite
rit,condemnatus.Summa etiã Ang. refert quandã extra-
uagantem Pauli,cuius principiũ nõ ponit:vbi,inquit,ex-
communicãtur alienãtes res eccleſiaſticas, ſiue facientes
pactum,per quod ipſorum dominiũ trãſfertur: ac omnes
cõcedentes,hypothecãtes, infeudantes,vel in emphyteu
ſim cõcedentes,aut locantes,niſi in caſibus à iure conceſ-
ſis,exceptis fructibus & bonis, quæ ſeruando ſeruari non
poſſunt:itẽ excõmunicantur qui taliter alienata recipiũt.
& incipit,ambitioſe. ſed in aliquibus locis non eſt appro
84 bata moribus vtentium,nec ſeruatur. ¶* Quadrageſima-
octaua eſt in quodam priuilegio Alex. iiij. quod incipit,
ex alto.& in alio incipiente,non ſine multa.cõtra omnes
qui libellos famoſos,vel cantilenas,aut rhythmos faciũt,
detinent,vel publicant in infamiam ſtatus ordinum præ-
dicatorum,& minorum:& abſolutio reſeruatur apoſtoli-
85 cæ ſedi. ¶ Quadrageſimanona* eſt in eiſdem priuilegijs
cõtra omnes prædicãtes, docentes,vel defenſantes,quòd
præfatorũ ordinum fratres nõ ſunt in ſtatu perfectionis:
nec licet eis de eleemoſynis viuere: aut quòd nõ poſſent
prædicare,vel audire cõfeſsiones de licẽtia Romani pon
tificis,vel aliorum prælatorũ,ſeu etiam curatorum:& ab-
86 ſolutio reſeruatur apoſtolicæ ſedi. ¶ * Quinquageſima
eſt ibidem cõtra omnes facientes violentiã damnabilem
in locis ordinũ prædictorum:& abſolutio reſeruatur apo
ſtolicæ ſedi,vel conſeruatoribus dictorum ordinum.
87 ¶ Quinquageſimaprima* eſt in quodam priuilegio ordi
ni prædicatorũ cõceſſo,quod Arch.refert ſe vidiſſe,con-
tra omnes intrantes monaſteria monialium ordinis Præ-
dicatorum,vel ſanctę Claræ ordinis Minorum in caſu nõ
conceſſo in regula,vel cõſtitutionibus earũ:vel ſine licẽ-
tia magiſtri,aut miniſtri generalis,vel alterius ab eo habẽ
tis poteſtatẽ: & abſolutio reſeruatur Papæ , aut magiſtro
ſiue miniſtro generali, vel habẽti ſuper hoc licẽtiã ſpecia
lem ab aliquo predictorũ.Sed nota ſecundũ Archi.ꝙ vbi
ſententiæ huiuſmodi nũ quã,vel quaſi nun quã, promulgã
tur,ſi quis ignoranter, & ſine mala intentiõe intraret, nõ
incideret,cùm ignorãtia ſit quaſi inuincibilis: & hoc tra-
hi poteſt ex dictis Anto.de But. & S. Tho. Sed intrans ad
male faciendum , quamuis ignorans ſententiã, & habens
iuſtam cauſam ignorandi illa, nõ excuſatur,ſecũdùm Pet.
88 de Pal. ¶ Quinquageſimaſecũda* eſt in priuilegio Boni-
fac.quod incipit,virtute.cõtra omnes detinentes apoſta-
tas ordinis p̃dicatorũ in ſuis monaſterijs,vel eccleſijs:niſi
eos eiecerint , poſtquàm fratres eiuſdem ordinis denũtia
89 uerint eis ne detineant eos. ¶ Quinquageſimatertia* eſt
in literis inhibitorijs Clemẽtis ad minores,quę incipiũt,
qui vos. vbi ipſi excommunicãtur ſi præſumant recipere
profeſſos ordinis Predicatorũ ſine licẽtia Papæ faciente
expreſſam de hoc indulto mentionem,vel niſi prius prio
rum ſuorũ licẽtia petita fuerit & obtenta. Idem de eremi
tanis Alex.ad eremitas,Veſtram. Sed no.ꝙ in hoc caſu, &
priori nõ vidi originalia: ſed ab Archie. accepi, qui non
recitat, cui reſeruetur abſolutio: videtur tamen ꝙ Papæ:
quia ordo noſter, in cuius fauorẽ iſta ſunt, exemptus eſt.
90 ¶ Quinquageſimaquarta* eſt in priuilegio Alexan.inci
piente,ex alto,contra rectores,magiſtros,& ſcholares ar-
tiſtarum ſtudij Peruſini : qui excludere moliũtur publicè
vel occultè fratres Prædicatores,vel minores à conſortio
vniuerſitatis eiuſdem ſtudij:& apoſtolicæ ſedi reſeruatur
91 abſolutio. ¶ Quinquageſimaquinta* eſt, vt refert ſe vidiſ
ſe Arch.in lib. pœnitentiariæ ſummi põtificis contra oẽs
accedentes ad ſepulcrum domini cauſa deuotionis, ſine
licentia ſummi pontificis : & abſolutio eidẽ , vel ſummo
92 pœnitẽtiario reſeruatur. ¶ Quinquageſimaſexta* eſt, quã
fecit Xyſtus in extrauagãte de materia cõceptiõis beatæ
Virginis,quę incipit,graue nimis.vbi excõicantur omnes
qui auſi fuerint in ſermonib⁹ ad populũ,vel aliàs quomo
dolibet affirmare, ꝙ tenẽtes glorioſam virginẽ Mariã eẽ
ſine originali peccato cõceptã,peccẽt mortaliter, vel eſſe
hæreticos : & ſimiliter qui aſſeruerint idẽ de tenentibus
contrariã opinionẽ, ſcilicet ꝙ ſit in originali concepta:
cũ nondũ,inquit,ſit à Romana eccleſia,& apoſtolica ſede
deciſum:ſed ſecunda excõicatio ſuperfluit:quia nõ eſt ti-
mendum, ꝙ appellẽtur hæretici,qui tenent,quod omnes
93 ſancti doctores tenuerũt. ¶ Quinquageſimaſeptima* eſt
Iulij ij . poſt Pium ſecundũ contra omnes appellantes à
ſummo põtifice ad futurũ conciliũ : & eſt ad perpetuam
rei memoriam,& extenditur etiã vltra mõtes,& cõtra re-
ges,& Cardinales,& cõmunitates,ac collegia,& parlamẽ
ta,& contra omnes ad hoc præſtantes conſiliũ, auxilium,
vel fauorem,etiã indirectè: & omnes prædicti ibi mandã
tur haberi,vt ſchiſmatici,& de fide malè ſentiẽtes.Multę
ſunt aliæ excõicationes Papales:ſed eas pertrãſeo, vel qa
ſunt temporales vel propter ea,quę dicam infrà,Excom-
municatio nonò,& Excommunicatio vltimò,per totum.

RVRSVS DE EXCOMMVNICATIONE
octauò,ſcilicet de reſeruata epiſcopo
ſemper vel interdum.

1 *Excommunicatio iuris,quot caſibus epiſcopo reſeruetur.*
2 *Excõmunicatio quandoq; Papæ, quandoq; epiſcopo, quandoq; nulli reſeruatur.Item quis de iure excommunicatum abſoluere poßit.Et abſolut⁹ quomodo ſatisfacere debeat.Et ſub hæc,quo modo clauſula hæc,quàm citò,cõmodè poterit.3.4.& 5.Et quo modo uerbum contempſerint.nu.6.Et quid de clauſula, à quibuſuis ſententijs.nume ſeq.*
8 *Iniunctio de ſe præſentando, cùm facta eſt, an per procuratorem ſe præſentare poßit.*
9 *Mortis periculũ dum ſubeſt, num ab alio excõmunicatus abſolui poteſt,quàm ab eo, ad quem de iure communi pertineat.*
10 *Excommunicatio nonnunquã Papæ,nonnunquã epiſcopo,quãdoq; nulli reſeruatur. Et excõmmunicatio, de qua hic diſſerit, an contrahatur per participationem cum excommunicato præcedentem excommunicationem,uel ſequẽtem. Et ibidem quotuplex participatio.*
11 *Participatione cum excõmunicato ab homine in crimine,an qs hominis ſententia uel iuris ligetur.*
12 *Conſilium,auxiliũ, fauorem excõmunicato dare, qualiter quis intelligitur,ut ex hoc ligetur.Et an cõſilium pœnæ,de qua hic, aliquid adijciat, & quotupliciter.*

1 EXCOMMVNICATIO* octauò quantum ad excõmu
nicationes epiſcopo reſeruatas. vt autẽ ſciatur quę ex
cõmunicatio ſit papalis, vide tit.priore,in prin.Epiſcopa-
les autẽ ſunt paucę & in hoc tit.faciles ad inueniendũ. Vn
de ſciendũ eſt primò, ꝙ in duobus caſibus tãtùm excõmu
nicatio iuris reſeruatur epiſcopo:primò quãdo ipſe tulit
eam per ſuum vel ſynodale ſtatutũ, & abſolutionẽ ſibi re
ſeruauit.ſecũdò quãdo abſolutio eſt reſeruata papæ,& in
caſu eã epiſcopo ratione dignitatis concedit:quia eo caſu
nullus inferior ſe poteſt intromittere,ſicut dictũ eſt ſuprà
Abſolutio.iij. §.iij.& alibi, ꝙ eo caſu quo epiſcopus cleri-
cum poteſt abſoluere,nullus inferior hoc facere põt, niſi
ei cõcedatur,vel à iure,vt abbati:vel ex priuilegio, vt præ
latis mẽdicãtiũ:vel ex cõmiſsione papæ,aut etiã epiſcopi,
ſicut ſimplici ſacerdoti:vide ſuprà,Caſus. §.ij.iij.iiij. & v.
2 ¶ Sciendũ* eſt ſecundò, ꝙ excõicatio quędã aliquãdo pa
pæ,aliquãdo epiſcopo,aliquãdo nulli reſeruatur, quæ eſt
in c.eos.de ſen.exc.li.vj. vbi dicitur, ꝙ illi qui à ſententia
canonis vel hominis propter mortis periculũ vł aliud im
pedimẽtũ fuerũt abſoluti ab alio, quàm ab eo à quo de iu
re fuerãt abſoluẽdi:ſi liberati à tali impedimẽto quàm ci
tò cõmodè poterũt, cõtempſerint ſe præſentare illi qui le
gitimẽ debebat eos abſoluere & ſatisfacere prout eis in-
iũgetur ab eodẽ,ipſo facto ſententiã excõicationis incur-
runt:& ab eo ſolo poterũt abſolui, à quo abſoluẽdi erãt à
prima excõicatione.De iuſtis etiã impedimentis dictũ eſt
s. Abſolutio.iij.in fin.Et idẽ eſt de his,qui cũ abſoluuntur
à papa vel eius legatis à quibuſuis ſentẽtijs, iniũgitur eis
vt ſe ordinarijs aut alijs quibuſcunq; repræſentent pro ſu
ſceptione pœnitẽtię vel ſatisfactione implẽda his quibus
iniuriã fecerũt:qa ſi nõ faciũt quàm primũ cõmodè pote
3 runt,eandẽ ſententiã ipſo facto incurrunt. ¶ Primò* verò
quęritur,quis ſit ille qui de iure abſoluere debet excõica
tum?Et dicit Pet.de Ancha. ſuper ipſo ca. ꝙ à ſententia ca
nonis abſoluit is,cui canon reſeruauit:aliàs ſi nemini re-
ſeruauit,abſoluit ordinarius. à ſẽtẽtia verò hominis ab-
ſoluit ille q tulit:ſed in eius defectu vel negligentia ſi eſt
delegatus,aditur delegãs:ſi eſt ordinari⁹,aditur ſuperior.
Hoc probatur de off.dele.prudentiã.& de off.ord.ad re-
primendã.Dic tamen vt s.Abſolutio.ij.in prin. ¶ Secũdò,
4 *quõ abſolutus debeat ſatisfacere? Et dicit idẽ eſſe intelli
gendũ ꝙ iuxta ꝓprias facultates.Et per hoc infert Arch.fa
cultates eccleſię,quas habet ad vſum,ad hoc nõ teneri.xvj.
5 q.vj. §.vl.pro quo facit cle.nolẽtes.de hæ. ¶ Tertiò*, quõ
intelligendũ ſit illud,quàm citò cõmodè poterit?Et dico,
ꝙ multa ſuper hoc recitat Archi.in cen.c.j. ſed ſumma in
hoc ſtat, ꝙ ſecundũ Hoſt.intelligitur ſublato impedimen
to,& aliquo modico tp̃e indulto,quo ſibi de neceſſarijs va
leat prouidere.Et non creditur circa hoc abſoluto:ſed iu-
dex hoc arbitrabitur.aliàs friuolis excuſatiõibus frigoris
& caloris & ſimilibus cõſtitutionẽ eluderet.in foro tamẽ
pœnitẽtiali ſibi credẽdũ eſt: vnde ex quo ſciẽtiã habet de
mora,ſcire ſe debet excõicatũ:ſed iudex hoc nõ denũtia-
bit,donec eo vocato per cõiecturas viderit illũ moroſum.
Arbitrabitur aũt iudex tẽpus itineris benignè.ad quod fa
cit c.cõſuluit.de off.deleg.Sufficit autẽ ſecundũ hanc lite
6 ram, ꝙ non ſit in negligentia vel fraude . ¶ Quartò* quõ
intelligendum ſit illud verbum , contempſerint? Et dicit
Arch.illud exponens, ꝙ dicitur quis cõtemnere hoc ipſo,
ꝙ iuſta cauſa ceſſante,ſed nõ p̃ſentat illi à quo fuerat ab-
ſoluendus,vt no.ij.q.ij.metropolitanum.& conſentit Ioã.
7 Andr. ¶ Quintò,* quomodo intelligitur illud, à quibuſ-
uis ſententijs?Et Petr.de Anch.ibi notat, ꝙ papa & legatus
abſoluunt à quibuſcunque ſentẽtijs excommunicationis.
quod Ioã.Mo.intelligit de ſententijs iuris,non autem de
ſententijs hominis,à quibus,inquit,nõ abſoluũt papa vel
legat⁹. de ſtylo curiæ,ſed remittũt:niſi in caſu quo delega
tus non poſſet,vel eſſet mortuus, & alius in legatione nõ
ſucceſsit:vel ſucceſsit quidẽ,ſed nõ eſt ſpes de feſtina pro
uiſione. ¶ Sextò , vtrum reincidat ipſo iure abſolutus in
prędictis caſibus delegatorũ,ſi nõ pareat?Et putat Io. Mo.
ꝙ non.& conſentit Dire. dicẽs, ꝙ ſi excommunicatus ab
homine iurauit parere mandatis excõicatoris, quãdo fuit
abſolutus in caſibus ſupradictis,ſi nõ pareat,nõ incidit in
eandem ſententiã:ſed eſt reducendus per ſententiã homi
nis.Sed oppoſitum eſt dicendũ,ſi latè accipiam⁹ literã, vt
verbum ſonat,quibuſuis: & in principio c.quod etiam lo
quitur generaliter de vtriſq; ſentẽtijs.& hoc tenet Io.An.
ſcilicet, ꝙ in quibuſcunq; ſententijs iuris & hominis locũ
habeat quod hic dicitur,ſcilicet ꝙ reincidit ipſo iure,niſi
pareat,& cõpareat poſt abſolutionẽ.vt hic dicitur.Sum.au
tem Ang.imponit dominis de Rota, ꝙ teneat opinionem
Io.An,quam ipſa ſequitur.Sum.verò Roſ. imponit eis op
poſitum,ſcilicet ꝙ teneant opinionem Mo. quam ipſa ſe-
quitur,dicens ꝙ dicti domini de Rota dicũt, ꝙ ſi auditor
excommunicatum ab homine abſoluit præſtita cautione
de ſtando iuri:ſi non paret,non eſt ipſo iure excommuni
catus,ſed excõmunicandus,per dictum Ioan.Mo,Sed ſine
dubio opinio prima eſt ſecurior, vt p ſe patet:eſt etiã ve-
rior:imò nõ videtur dubitabilis:quia tex.in prin. loquẽs
de abſolutis ab inferioribus, quibus iniungitur vt ſe præ
ſentent ſuperioribus,apertè loquitur de vtriſque ſenten-
tijs,iuris ſcilicet & hominis:deinde locuturus de abſolu-
tis à ſuperioribus,quibus iniungitur vt ſe præſentẽt infe-
rioribus,dicit,idem ſtatuimus de his,quib⁹ cũ à ſede apo-
ſtolica vel legatis ipſius abſolutiõis beneficiũ à quibuſuis
ſentẽtijs conſequũtur,iniungitur vt,&c. Nec obſtat ſi di-
catur ꝙ nõ incideret ſic abſolutus in eandẽ:cùm prius poſ
ſet eſſe ligatus ſentẽtia hominis,deinde ſentẽtia iuris lata
in iſto capitulo:quia dicitur quis incidere in eandẽ, qa ve
8 nit abſoluẽdus ab eodẽ. ¶ Septimò,* an poſsit is, cui prędi
cta iniunctio ſit ſe pręſentãdi,hoc facere per procuratorẽ?
Et dico ſecũdùm Hoſt. ꝙ qui tenetur perſonaliter ſe præ
ſentare abſolutori pro abſolutione obtinẽda,ceſſante im
pedimento acceſſus ad eum nõ poteſt talem abſolutionẽ
per procuratorẽ petere.Et idem ſentit Inn.ſed tamen con
cedit, ꝙ ſi ſubeſt iuſta cauſa,abſolutio peti põt per ꝓcura-
torẽ,etiã in abſentia.videtur ẽt eſſe tex.in c.quod de his.
eo.ti.ibi:Romanã eccleſiã in propria perſona debeãt vi-
ſitare.Sed Arc.in iſto c.remittit ad notata per Spe.in titu.
de proc. §.j. vbi dicitur, ꝙ ꝓcurator cõſtitutus ſpecialiter
pro petẽdi abſolutione,ſufficit:& ita curia ſeruat.vt ibi di
citur.Et facit ad hoc,quia quis ſe reprę ſentat aut in ꝓpria
perſona,aut per procuratorem idoneũ.diſt.xviij.in c.epi-
ſcopus.Pet.autẽ de Anch.dicit, ꝙ à ſententia interdicti &
ſuſpenſionis peti poteſt abſolutio per procuratorẽ:qa nec
ſolennitatem formę,nec abſolutionẽ deſiderat.Idem aũt
dico ego de abſolutione ab excommunicatione,quæ non
determinatam formã,nec contritionem,nec pręſentiã exi
git abſoluendi.Secus de abſolutione à peccatis:quia cùm
requirat contritionẽ, requirit etiã præſentiã abſoluendi:
aliter ſciri nõ poſſet an perſeueraret in contritione, ſine
qua abſolui non debet. Ad caput aũt,quod de his.dico ꝙ
loquitur ſumptis viribus,& opportunitate cõceſſa. Vnde
9 loquitur, quando non ſubeſt cauſa iuſta. ¶ Octauò,* an
propter periculum mortis vel aliud periculum abſolui de

beat excōicatus ab alio, quàm ab eo ad quē de iure pertinet abſolutio, ſi non haberi poteſt copia eius, vel recurſus ad eum? Et Archi. ac Pe. de Pal. dicunt ꝙ non: & idem dicitur in Dir. lib. iij. titu. iiij. de abſolutione ab excōicatione iuris, vbi & ſubditur, ꝙ quādo aliquod iſtorū fieri nō poteſt, tunc abſolui debet, & poteſt: & ſemper requirendus eſt epiſcopus, ſi haberi poteſt: aliter ſufficit ſimplex ſacerdos, vt not. Inn. in c. nuper. de ſen. excom. Et eſt ei iniungendū, ꝙ temporali impedimēto ſublato ſe præſentet, vt dictum eſt, quod ſecundùm Arch. nō eſt iniungendū, vbi impedimentum eſt perpetuum: ſed ſine tali iniunctione abſolui debet, niſi in caſibus, in qbus nullus abſoluere poteſt, niſi in caſu mortis: vt in falſarijs literarum papę, & in inſequētibus hoſtiliter Cardinales: & in banniente vel temere percutiente epiſcopū: & in religioſis vel clericis ſecularibus inducētibus ad vouendū electionē ſepulturę: & inquiſitoribus qui odio, gratia &c. & in exēterātibus &c. & in intrantibus monaſteria monialiū ordinis Prædicatorum, vel ſanctę Clarę. Item in inquiſitoribus & commiſſarijs eorū ac epiſcoporum, qui extorquent, &c. Itē in omnibus caſibus huiuſmodi, qui ponuntur in curiæ proceſſu.

10 ¶ Sciendū* eſt tertiò, ꝙ alia eſt etiā excōicatio: quæ aliquando papæ, aliquādo epiſcopo, aliquādo nulli reſeruatur, in c. nuper. & in c. ſi cōcubinæ. de ſen. exc. cōtra cōmunicātes cum excōmunicatis nominatim ſcienter in crimine crimino ſo, dando auxiliū, conſiliū, vel fauorē: quæ excommunicatio licet, ſecundùm Sum. Roſ. ſit epiſcopalis: verius tamen dicit Summa Ange. quòd aliquando eſt papalis: vt ſi per crimē, in quo quis participat, incurratur excommunicatio papalis, puta ſi participat cōſpirantibus in perſonā ſummi pōtificis, ſecundū aliquos: quia dicit text. ꝙ talis abſoluēdus eſt ab eo qui dānauit, aut ab eius ſuperiore. ¶ Primò verò dubitatur, an iſta ſententia incurratur per participationē cū excōicato præcedētē excōicationē vel ſequentē? Et dicit Pan. in d. c. nuper. ꝙ hoc intelligitur quādo poſt excōmunicationē cōmunico ſibi in crimine damnato: vt puta ſi Titius fuit excōmunicatus: quia detinebat adulterā, & tu circa illā detentionem impendis conſilium, auxiliū, vel fauorē: tunc cōmunicas excommunicato in crimine dānato: nec ſufficit cōmunicare in illo actu, per quē incurritur excōmunicatio: ſed oportet ꝙ ille per prius incurrerit excōmunicationem: vt not. in c. cōtingit. de ſen. excom. Poſſet tamen dici, ꝙ ex alio capite quis incurrat excōmunicationē iuris: vt ſi conſulo, vel auxilium impendo circa verberationē clerici: quia facientē & conſentientē par pœna cōſtringere debet: vt in c. mulieres. de ſen. exc. Sic ergo triplex eſt participatio: vna ante actum, quo alius excōicatione ligatur: vt cùm quis actū illū mandat aut cōſulit. alio in ipſo actu: vt cū laicus accipit euchariſtiā à religioſo, qui eā ſine licētia tradit. tertia verò poſt actum, vt in prędicta detētione mulieris. Ex prima incidit quis in eandē ſententiam nō ratione participationis cum excōicato, cùm nondū ſit excōicatus: ſed quia agētes & cōſentientes &c. Ex ſecunda verò aliquādo quis ligatur non ratione participij cū excōicato: ſed quia aliquando talis actus vtriq; interdicitur: vt cùm duo affines cōtrahunt. Ex tertia verò ligatur quis propriè ratione dicti participij.

11 ¶ Secundò,* an per cōmunicationē cum excōicato ab homine in crimine ligetur quis ſentētia iuris vel hominis? Et dicit gl. in d. c. nuper. ꝙ ligatur ſentētia hominis, & nō canonis. Et mouetur: qa abſolutio ab hac excōicatione fieri non pōt, niſi per excōicatorē aut ſuperiorē: vt dicitur in textu. Sed Pet. de Anch. Inn. & Io. An. dicūt, ꝙ eſt ſentētia iuris, quæ tamen executionem trahit, ſecundū Pet. de Ancha. à ſentētia iudicis. ſ. cùm quis participat in crimine criminoſo, propter quod ille eſt excōicatus ab homine. Et Pan. dicit ibi doctores cōmuniter tenere, ꝙ eſt ſentētia iuris. & hoc probat, inquit, tex. in verbo, quāuis enim. & tūc quia vult, ꝙ ex ſolo participio extra crimē cōtrahatur excomunicatio minor iuris: & ponit dictionē implicatiuā, ſcilicet ly &, per quā innuit, ꝙ etiā in præcedenti caſu cōtrahatur excōicatio iuris, & nō hominis. Et ex hoc ſequūtur multa. Primò, ꝙ participās ligatur, ſiue ſit in territorio excōicantis, ſiue extra, ſiue ſubditus, ſiue non: qa iuris authoritate ligatur. Secūdò, ꝙ ligatur etiā ipſe excōicator ſi cōmunicet: qa nō ſua, ſed iuris authoritate ligatur. Ad motiuū gl. dicit Pan. ibi, ꝙ ideo eſt, qa papa reſeruauit ipſi excōmunicatori abſolutionē: qa iſte cōmunicās in crimine, videt directè in pſonā excōicatoris deliquiſſe. ¶ Tertiò,

12 * quō intelligitur quis dare cōſiliū, auxiliū, vel fauorē excōicato taliter, vt ligetur? Et dicit Pe. de Anc. concluſionē eſſe doctorū, ꝙ ligent cōſules, etiā ſi ille aliàs erat factur⁹. quod Abbas dicit certū, ſi conſiliū datū eſt directè ad crimē quod excōicationē inducit, puta verberandū clericū. & ſimiliter Inn. ac Ant. de But. ſentire videtur nō eſſe diſtinguendū in iſtis omnibus an excōicatus aliàs eſſet facturus necne: glo. tn̄, cū qua ſentit Rich, tenet oppoſitū. ſ. ꝙ nō tenetur quis de cōſilio, niſi ille aliàs nō fuiſſet facturus, vel niſi fuiſſet cōſiliū fraudulentū. Sed dicit ibi Pan. ꝙ neutrū dictū gl. pcedit. qđ verū eſt niſi loquamur de cōſilio nudo, qđ nihil adijcit ad malū. Vnde tripliciter conſiliū adijcit huic pœnę. Primò, ſi ſine eo nō erat facturus. Secūdò, ſi nō tantū vel taliter. Tertiò, ſi fuit fraudulētū, ſecūdū gl. ſed de hoc j. Excōicatio vl. dub. iiij. ¶ Quantū ad auxiliū tamē, ſecūdū Inn. intelligitur de participatione directa: ſec⁹ de indirecta: vt ſi qs excōicatus eſt, qa facit guerrā cōtra eccleſiā vel clericū: poſtea ego illi guerrā facio: & tu illū iuuas cōtra me: tu nō ligaris p hoc, qa ille meli⁹ guerrā faciet: qa hoc nō intēdis. Intelligitur etiā de auxilio dato, non de accepto. Vnde ſecundū Hoſt. dn̄s inuocare pōt auxilium vaſalli excōicati propter fidelitatis debitū quod remanet. Et ſecundū Inn. liceret tibi cōtra inimicū tuum inuocare auxiliū excōmunicati propter guerrā, ita ꝙ ſibi etiā in ſua guerra præſtes auxiliū. quod tn̄ Hoſt. reprehendit. Fauor aūt impeditur in laudationē facti, ſecūdū Abb.

RVRSVS DE EXCOMMVNICATIONE ix. ſcilicet de ea quæ nulli de iure reſeruatur.

1 *Excommunicatio, quæ nulli de iure reſeruatur, à quolibet ordinario ſolui poteſt.*
2 *Excōicationē in c. licet. de elect. notatā, quis incurrere dicatur.*
3 *Papa eligere ſucceſſorem nunquid poſſit.*
4 *Cardinalium numerus determinatus eſt, & quid poſſint ïdē.*
5 *Electio papæ an ualeat ſolo conſenſu in eum, qui pro ſuo papa gerebat. & nume. 6.*
7 *Excommunicationi per c. quoniam. de offi. or. quinam ſupponi dicantur. & nume. 8.*
9 *Magiſtrorum ac ſcholarium nomine qui ueniant.*
10 *Pœnam cōſtitutionis pœnalis quādo nō incurrere quis dicatur.*
11 *Sententia de qua hic, ad quos extendatur.*
12 *Cōnſtitutione c. non minus. de im mu. eccle. qui ligentur.*
13 *Clerici ad quæ onera teneantur.*
14 *Clericus an poſſit fratres a collectis defendere, cum quibus habet bona communia.*
15 *Poſſeſſiones ad clericos deuenietes an poſſint collectis grauari.*
16 *Rector ciuitatis in præſentem incidens conſtitutionem, qualiter abſoluatur. & nume. ſeq.*

Menſis

19 *Menſis ſucceſſori rectoris datus, an detur ei, cui ipſe ſucceſſit. & nume. 20. & 21.*
22 *Conſtitutioni c. non magno. ne cler. uel mona. qui ſint obnoxij.*
23 *Tempus duorum menſium, de quo hic, quādo currere incipiat,*
24 *Religioſus monaſterium egreſſus, an incidat in excōmunicationem, ſi canones, uel Theologiam audiat. & nu 25. & 26.*
27 *Religioſus an incidat in excommunicationē, ſi amicitiæ cauſa amicum leges legentem audiat.*
28 *Conſtitutio c. clericis. ne cle. uel mo. quos illigare dicatur.*
29 *Pœnam cōſtit. c. nulli fas. diſt. xix. quinam incurrere dicātur.*
30 *Conſtitutione c. excommunicationi. de rapt. quinam teneātur.*
31 *Cōſtitutione c. nouerit. diſt. xix. eos teneri. qui ſtatuta, ac cōſuetudines cōtra eccleſiæ libertatem ſeruari faciunt.*
32 *Cōſtitutio prædicta, quādo trāgreſſores ligare dicatur.*
33 *Statutum factum per principales de uniuerſitate, an uniuerſitatem excommunicationis pœna liget.*
34 *Pœna cōſtitutionis c. ubi periculū. de elect. lib. vj. qui illigētur, & obnoxij ſint. & nu. 35.*
36 *Cardinales præſentes ad Papæ electionē an abſentes expectare teneantur.*
37 *Cardinalis ſi ratione infirmitatis incluſus pro electione Papæ perſtare noluerit, ob idq; uoci ſuæ renuntiet: an ſi redierit, admittendus ſit.*
38 *Pœna c. ſciant cuncti. de elect lib. vj. quinam ſe adſtringant.*
39 *Conſtitutio pœnalis, ſi eccleſiæ fauorem cōcernat, an ad aliū caſum, quàm expreſſum, extendenda ſit.*
40 *Conſtitutione c. generali. de elect. lib. vj. qui teneri dicātur.*
41 *Vſurpantes aduerſus prædictam conſtitu. ut ſententiam incurrant, quot requirantur.*
42 *Pœna c. indemnitatibus. de elect. lib. vj. quos tenere dicatur.*
43 *Conſtitutionis pœnam c. hac conſtitutione. de offi. deleg. lib. vj. quinam incurrant.*
44 *Conſtitutio c. mulieres. de iniur. lib. vj. quos liget, & quos cōſtitutio c. hoc conſultiſſimo. nu ſeq.*
45 *Cōſtitutio c. unici. de religio. domib. in quos feratur. Et qui ab ea excipiātur. Et in quos c. quāquam. de cenſib. lib. vj nu. 46.*
47 *Quæ in hac conſtit. de pedagijs dicuntur, an etiā in gabellis, & datijs, locum habeant.*
48 *Coloni prædia eccleſiaſtica ad medium, uel affictum colētes, gabellam, & collectam per iudicem ſecularem impoſitam ſuper parte fructuum illos contingente, an ſoluere debeant.*
49 *Excommunicationē c. quoniam. de immu eccle. lib. vj. qui incurrant. Et quid de pœna c. eos. eo. tit. & lib. nu. 50.*
51 *Pœna conſtitu. c. ut periculoſa. ne cle. uel mo. lib. vj. quinam irretiri cenſeantur. & nu. 52.*
53 *Religioſus profeſſus ſi habitū ad horam, nō ad tēpus notabile, cum alterius aſſumptione dimittat, an peccet.*
54 *Religioſus an ſemper habitum deferre teneatur. Et ad hoc, ut pœna incurratur, quot requirantur.*
55 *Religioſi ad quæuis literarū ſtudia accedētes citra prælati, & maioris partis ſui cōuentus facultatem cōceſſam, quam excommunicationem incurrant. & nu. 56.*
57 *Monachus ſi iuxta ſcholas domū habeat, unde lectionē audire poſſit: an doctor id ſciens, & legēs ſit excommunicatus.*
58 *Conſtitutioni c. quæcūq; de hæret. lib. vj. & c. ut inquiſitionis. eo. tit. ac lib. quinam ſe alligent.*
59 *Conſtitutio c. unici. de ſchiſm. lib. vj an hodie locum habeat.*
60 *Conſtitutioni c. j. de uſur. lib. vj. qui ſe alligare dicantur.*
61 *Pœnæ, de quibus hac cōſtitutione, num in uſurarijs Iudæis locū habeant.*
62 *Pœnam conſtit. c. unici. de iniur. lib. vj. quinam incurrant.*
63 *Pœnæ item eidem num locus ſit, ſi intra menſem, quo reuocatio mandatur, ſi eccleſiaſticam perſonam pignorādo ad actū procedatur.*
64 *Conſtitutionis c. felicis. de pœ. lib. vj. pœna remiſſiuè docetur. & numero 65.*
66 *Conſtitutionem Clem. j. de ſepul. quinam uiolare dicantur.*
67 *Sepelientes excommunicatū publicè iuris publicitate, num in pœnam conſtit. de qua hic, incidere dicantur.*
68 *Interdictus, ſed nō nominatim, an poſſit in cœmeterio ſepeliri.*
69 *In prædicta conſtitutione, cur hæc dicantur: in caſibus ſcilicet non conceſſis à iure.*
70 *Portātes ad ſepulcrum, & comitātes, itē & alij, de quib⁹ hic, an prædicta conſtitutione ligentur.*
71 *Contritionis ſigna in uſurario manifeſto, ſi appareāt, ac de uſuris ſatisfieri iubeat, an ad ſepulturam admittendus ſit, & cautio ualeat.*
72 *Conſtitutionis Clem j. de decim. quinam pœna irretiantur.*
73 *Conſtitutio Clem. j de ſtatu mona. quos liget.*
74 *Pœnam conſtitu. Clem. attendentes. de ſtatu monacho. quinam incurrant.*
75 *Excommunicationem à Cle. j. de religio. domib. inductam quinam incurere cenſendi ſint.*
76 *Pœna conſti. Cle j. de conſan. & affi. quinā alligari dicantur.*
77 *Contrahētes cū habēte maritū Iudæa, & alijs, de quibus hic, num huius conſtit. pœnam incurrant.*
78 *Contrahens matrimonium coactè, num in hanc pœnā incidat.*
79 *Sacerdos proferens uerba matrimonij inter eos, de qb⁹ hic, itē & omnes cooperātes, & conſentiētes, an hac conſtit. ligentur.*
80 *Contrahētibus cum monialibus excōmunicatis, cur ipſæ quoq; per ſe excommunicentur.*
81 *Conſtitutio Cle. nolentes. de hære. quos illigare dicatur.*
82 *Conſtitutio Cle. unicæ, de uſur. cōtra quos inducta eſſe dicatur.*
83 *Statuentes, ut ſubditi pro uſuris recipere nō poſſint quotannis ultra ſolidos duos in quanque librā. Item quid de ſtatut. Bergomenſium. nu. 84.*
85 *Conſtitutio Clem. cupiētes. de pœn. in quos illata ſit. & nu. 86.*
87 *Augentes datia, an noua imponere dicātur.*
88 *Religioſi, qui inter prædicādū ea dicūt, quibus audiētes à decimarum ſolutione retrahātur, qua cōſtitutiōe ligētur. & nu 89.*
90 *Interdictum autoritate ſedis apoſtolicæ impoſitum religioſi nō ſeruantes, qua conſtitutione, & pœna teneantur.*
91 *Matrix eccleſia quænam dicatur.*
92 *Perſona ſingularis, an ex cōſuetudine iuriſdictionem ordinariā habere poſſit.*
93 *Interdicta prouincia, uel diœceſi, ſi in aliquib⁹ ciuitatib⁹ aut caſtris matrix eccleſia ſeruet interdictū, & ī alijb⁹ neutiquā, an loc⁹ erit pœnæ, de qua hic, in illis locis, in quibus ſeruatur.*
94 *Eccleſia metropolitana reſpectu iterdicti prouinciæ, an dici poſſit matrix in hoc, ut ipſa dictū interdictū ſeruāte, religioſi prouinciæ ſcienter non ſeruantes, pœna de qua hic ligentur.*
95 *Literas electi in Papam, etiam ante coronationē impugnātes, qua conſtitutione, ac pœna teneantur.*
96 *Clemen. exiui de parad. qui aliter in ſcholis exponūt, quàm litera ſonet, qua conſtitutione, & pœna dicantur.*

1 EXCOMMVNICATIO* nonò, quantum ad eas, quæ nulli de iure reſeruantur, ſed ab eis abſoluere poteſt quilibet ordinarius: ſciendum eſt, ꝙ ipſæ ſunt multæ. Ad ſciēdum autem citò, quæ excommunicatio ſit Papalis, & quę epiſcopalis: requiratur ſuprà, Excōmunicatio vij. in princi. tabulæ excommunicationū Papalium. Et idem facito ad ſciēdum quæ ſint, quæ nulli iure reſeruantur. de quibus hic agitur. ¶ Prima ergo eſt in c. adminiſtratores. xxiij. q. v. vbi excōmunicātur omnes principes, & officiales, q tertiò admoniti ab epiſcopis, vel eccleſiaſticis plātis recuſant eis ſuper eorū cauſis facere iuſtitiam.

2 ¶* Secunda

cunda eſt in c.licet.de elect.vbi excõicatur ille, qui elect⁹
à paucioribus, quàm à duabus partib⁹ Cardinaliũ in ſum
mum pontificem, aſſentit electioni de ſe factę:& ſimiliter
omnes talẽ recipiẽtes pro ſummo põtifice: electus autem
& receptus à duabus partibus, etiã tertia cõtradicẽte ſine
exceptione Papa eſt: in alijs autem electionibus valet, qđ
fit à maiori parte, dũ tamẽ ſeruent vnã de formis. extrà, de
elect. quia propter. Iſtam tamẽ excõicationẽ Supple. dicit
hodie eſſe Papalẽ propter curiæ proceſſum: ſed illã in eo
nõ inuenio etiã virtualiter. Vide ĩ. Schiſma. §.v. ¶Primò
verò notandum eſt, ꝙ olim in electione Papæ admittebať
Imperator, vel nũtius eius. lxiij. diſt. c. quia ſancta. §. verũ.
hodie verò ſoli Cardinales, non oẽs, ſed præſentes tantũ
vbi debet electio fieri. vel adeò vicini, & cõmodè vocari
poſſent:& ſi duo tantùm fuerint præſentes, alijs legitimo
tẽpore expectatis, ipſi eligẽt: & vnus eligere poterit aliũ:
& alter debet tacere, & valet: & ſi vn⁹ ſolus adeſſet, adhuc
eligeret ſolus. de iure patr. per noſtras. omnibus verò defi
cientibus, ſecũdũ aliquos, eligit conſiliũ generale. l. diſt.
c.j. & cõuocabitur per clerũ populũq; Romanũ. ea diſt. ſi
fortè. per Imperatores ac Reges motos ab his: ſed ſecũdũ
alios, eliget clerus Romanus. xxiij. diſt. c.j. & hoc ſecundũ
Hoſt. eſt leuius, ꝑpter periculũ morę. extrà eo. ne pro de-
fectu. licet, inquit, primũ ſit iuſtus: credo tamẽ, ꝙ iuſti⁹ ſit
ſecũdũ. Vnde in primitiua eccleſia ante Cardinales elige
batur põtifex à clero, & populo Romano ſecundũ Ange.
Ancho. & patet diſt. lxiij. ego Ludouicus. Sed de his ſ. Ele
3 ctio iij, §. j. ij. & iij. diffuſè. ¶Et* ſecundò, ꝙ Papa non põt
ſibi eligere ſuceſſorẽ, ſecundũ do. Ant. Et ratio eſt ſecun-
dùm Pan. in d.c. licet. qa effectus huius electionis refertur
ad tempus, quo nõ eſt futurus Papa. cõſtitutio tamen quã
facit ſuper electionẽ admittitur: quia prouidet ſcãdalis fu
turis, quibus nullus alius ꝓuidere poteſt: põt tamẽ alicui
prælato dare poteſtatẽ eligẽdi ſibi ſucceſſorẽ. vij. q. j. peti
4 ſti. & valet tunc electio autoritate Papæ. ¶Et* tertiò, ꝙ nu
merus Cardinaliũ eſt determinatus, ſecundũ Matth. & di
cit Zaba. in Clem. ne Romani. de elect. ſ. ad inſtar numeri
diſcipulorũ. de quibus xxj. diſt. in nouo. Sed tamen refert
idem Matth. ꝙ aliquãdo fuerũt ccxxxvj. ſ. tempore Pon-
tiani Papæ: qui nõ ponitur in catalogo põtificũ, vt habeť
in chronica. ¶Et quartò, ꝙ valet electio Papæ, ſi Cardina
les vnanimiter dent duobus, vel tribus poteſtatẽ nominã
di Papam ſecundũ Aſten. & Hoſt. Vnde dicit do. Anto. ꝙ
duę partes collegij nõ ſunt neceſſarię, ſi Cardinales aliter
ordinarent: vt ſi ordinarẽt, ꝙ elect⁹ à maiori parte ſit ele
ctus: quia videbitur electus ab omnibus, ſicut & electus ꝑ
cõpromiſſum, electus videť à toto capitulo. extrà, de elec.
quia propter. Vnde & glo dicit, ꝙ Cardinales tollere poſ
ſent iſtã cõſtitutionẽ: & ordinare pñt, ꝙ valeat electio, ſi
neceſsitas ſit in cauſa. Dicit tamen idem dom. Ant. ꝙ vno
cõtradicente cõpromiſſum fieri nõ poteſt: licet poſsit ſta
tui, ꝙ vno de duobus cõtradicẽtibus electus à maiori par
te ſit electus. ¶Et quintò notandũ eſt, ꝙ vtrũ in numero
duarũ partium cõputetur electus nécne: do. Ant. dicit, ꝙ
quando quis eligetur ad eccleſiam, in qua nõ habet vocẽ,
planũ eſt, ꝙ nõ cõputatur eius vox: quãdo autem ad eam
eligitur, in qua vocẽ habet, ſi eligitur ꝑ formam ſcrutinij,
requiritur vox cũ certo, & determinato tẽpore: & electus
cõſentit demũ poſt ſcrutiniũ: ideo vox eius nõ auget. Si
verò eligitur per formã cõpromiſsi, temporis determina
tio nõ requiritur: ideò vox ſubſequens auget: & ſecũdùm
hoc vox electi cõputari deberet in numero Cardinalium.
Sed Pan. in d.c. licet. melius diſtinguit, dicens, ꝙ ſi nõ eſt
de collegio is, qui eligitur, eiux vox nõ cõputatur in nu-
mero eligentiũ: nec ſimiliter ſi eſt quidẽ de collegio, &
aliũ eligit: nec ſimiliter ſi eligit ſeipſum, vbi proceditur
per ſcrutinium ſecretum: quia cùm ignoret ſe electum ab
alijs, repellitur vt ambitioſus: ſecus ſi per ſcrutinium pu-
blicum: ita ꝙ quilibet palàm exprimit vocem ſuam: quia
computatur, ſecũdũ doct. quod intellige ſi prius fuit ele-
ctus ab alijs, & ipſe cõſentit. Nec poteſt dici ambitioſus,
cùm nõ oriatur à ſe, ſed vocetur ab alijs. Putat tamen ſpe-
ciale in Papa, ꝙ etiã ſi conſenſiſſet in alium ſcrutinio pu-
blico, vel priuato, poteſt variare, & accedere ad electionẽ
de ſe factã. quod intelligo, etiam ſi electio nõ ſit perfecta,
ſed ꝑficiatur voce electi. de quo in c. cũ in iure. de elect.
5 ¶Et* ſextò, ꝙ ſi Cardinales cõſentiũt in eum, qui ſe geſſe-
rat pro Papa non electus à duabus partibus: quidã, vt Ho
ſtien. & Pan. in Sum. Roſel. vltimo in excommunicatiõe
x. §. xv. dicunt electionem nõ valere: quia cõſentire non
poſſunt in excommunicatum: imò omnes conſentientes
ſunt excommunicati: & hoc niſi ille abſolutus fuiſſet per
Cardinales, qui nõ adhæſerunt ei. Sed cõtrarium tenuit
eadem Summa primò ibi, in §. iij. qa inquit, in hoc caſu
videntur illi cõſtitutioni renuntiare, & derogare. cũ prin
ceps agens cõtra legẽ, in dubio videatur diſpenſare: vt ſ.
Diſpenſatio. §. iij. & hoc eſt verũ: primò quia electus nõ
repellitur hic, etiã ſi eſſet ſimoniacus. diſt. lxxix. ſi quis pe
cuniam. & tamẽ aliquãdo ſimoniacus eſt excõmunicatus.
6 idem patet per dicẽda in ſequẽti particula. ¶* Septimò,
ꝙ cùm tex. dicit, ſine omni exceptione: videtur approba-
to cõſilio abſtuliſſe omne impedimentum iuris poſitiui.
Vnde ſecũdũ doct. excipi nõ poteſt, ſi apponit contra eũ
ꝙ nõ ſit de Cardinalium collegio, vel ꝙ ſit bigamus, illi-
teratus, vel laicus, vel vxoratus: in alijs autẽ quantũcunq;
præciſe, etiã ſi ipſe Papa ſcribat, legitima exceptio admit-
tenda eſt. de reſcri. c. ſi quãdo. & de offi. deleg. c. ex parte.
Opponi tamen, vel excipi poteſt de quibuſdam pertinẽ-
tibus ad ius diuinum vel naturale, ſicut ſi ſit primò hæreti
cus, admittitur exceptio, ſecũdùm do. Ant. per gl. xl. diſt.
ſi Papa. quia ſecũdùm doct. in hoc caſu deſinit eſſe caput
eccleſiæ: & ſufficerẽt duo teſtes, ſi negatur eſſe Papa pro-
pter hæreſim, in qua erat tẽpore electionis, vt in d.c. ſi qs.
Inno. tamẽ, & Compo. & Io. And. tenẽt, ꝙ excipi de hære-
ſi nõ poſsit: licet de ea poſsit Papa accuſari: quia text. re-
mouet omnẽ exceptionẽ: & ex electione cõſequitur ple-
num ius. vnde hic exceptio nõ eſt proportionalis: qa ex-
ceptio opponitur cõtra petentem, cùm ſit actionis exclu-
ſio: electus autẽ Papa nihil petet, cùm habeat plenum ius.
Pan. autẽ in d.c. licet. dicit, ꝙ antequã adipiſcatur poſſeſ-
ſionem, obſtat exceptio: nam poſtea nõ poſſet excipi, ſed
deberet accuſari. Et ſimiliter excipitur ſecũdò, ſi ſit mu-
lier: quia nõ eſt capax ordinis. Tertiò ſi ſit infans, niſi ele-
ctio eſſet facta à Spiritu ſancto: quia nõ eſt capax ordinis.
Et quartò, ſecũdũ aliquos, ſi eſſet vxoratus. hoc tamẽ non
eſt verum: quia vxor non eſt contra ſubſtantiã Papatus, cũ
beatus Pet. eam habuerit: poterit tamen vxor eum repete
re, ſecundũ glo. in d.c. ſi quis. niſi ad cõtinentiam induca-
tur, vnde vxori poterit debitũ reddere, ſecũdũ gl. ¶Octa
uò, ꝙ ſi Papa nõ ſit electus canonicè, ſecundũ do. Anto. ſi
hoc ſit occultũ, eccleſia nõ iudicat. de ſimo. ſicut. excuſat
tñ probabilis ignorãtia, licet nõ craſſa. de elect. ex apoſto
licæ. Si aũt inthronizetur ꝑ ſeditionẽ, pręſumptionẽ, vel
aliud ingeniũ, ſecũdũ do. Ant. eſt excõicatus. ¶Nonò, ꝙ
elect⁹ ſecũdũ doc. ex ſola electiõe cõſequitur Papatũ: nec
ad eius exercitiũ ĩdiget cõfirmatiõe, cõſecratiõe, vel in-
thronizã

thronizatiõe, vt probat apertè textus ibi, electus. Et licet
addatur, & receptus: tamen, &, ſumitur pro id eſt, ſecundũ
doct. vel dicitur receptus habito reſpectu ad cõſuetudinẽ,
qa electus inthronizať. vel hoc verificatur per acceſſum
eorũ, qui eũ non elegerunt primò, ſed tamen conſentiũt,
& ſic recipiũt illum, de quo in particula ſequenti. ¶Deci
mò, ꝙ durãte ſcrutinio papæ quantũcũq; publico, poſſunt
alij Cardinales accedere ad electũ per alios, & reſilire ab
electione quã fecerant: vt ſic habeatur duarum partiũ cõ-
curſus. Vnde ſi quis ſit ab vno ſolo electus, nullo electo à
duabus partib⁹: poſſunt Cardinales ad iſtũ accedere, & au
gere numerũ eligentium. Non tamẽ poſſunt ab electione
quã fecerũt reſilire ſimpliciter, etiã ſi quis ab vno ſolò ſit
electus: ſed bene poſſunt variare, id eſt, accedere ad electũ
per alios. Quod Pan. extendit ad hoc vt quis poſsit acce-
dere ad electionẽ de ſe factã, recedendo ad ea quã ipſe de
alio fecerat: quod quidẽ, ſecundũ aliquos, poteſt eſſe verũ
ſecundũ ambitiones quas hodie videmus, tamen ſecundũ
Deum verũ eſt, qđ apoſtolus Hebræo. v. dicit, Nemo aſſũ
mit ſibi hũc honorẽ, niſi qui vocatur à Deo, tanquã Aarõ.
Vnde talis peccaret mortaliter, etiã ſi non moueretur in-
tentione præeſſendi, ſed proficiẽdi. ſed vide ſ. Electio. ij.
§. xvij. Multa alia pulchra de iſta materia dicit Pan. in d.c.
7 licet. vide etiã ĩ. excõicatione xij. ¶* Tertia eſt in c. quo-
niam. de offi. or. vbi habetur, ꝙ vbi in ciuitate vel diœceſi
vna populi ſint linguarũ diuerſarũ & rituum, pontifex lo-
ci pro neceſsitate vrgente poteſt præſulem ſibi vicariũ in
ſtituere illis conformẽ, ſibi per omnia ſubiectũ & obediẽ
tem: qui autem aliter ſe ingerit, ipſo iure eſt excõicatus.
8 ¶* Quarta eſt in c. j. de loca. vbi excõicantur magiſtri &
ſcholares Bononiæ cõuenientes hoſpitẽ pro conducẽdo
hoſpitio aliorũ magiſtrorũ & ſcholariũ in læſionẽ vel im
pedimentum inhabitantiũ, niſi prius tẽpus conductionis
ſit elapſum: vel niſi de cõſenſu ipſorũ magiſtrorũ & ſcho-
9 larium inquilinorũ ¶* Primò verò dubitatur, qui veniãt
nominibus horũ? Et dico, ꝙ nomine magiſtrorũ veniunt
doctores ſecundũ omnes: nomine autem ſcholariũ ſecun
dùm Lau. & Inn. veniũt omnes gaudẽtes priuilegio ſcho
laſtico, & gratia ſcholarium ibi exiſtentes: cuiuſmodi ſunt
ſcriptores, vt no. in authẽ. habita. C. ne ſi. pro pat. tamẽ ve-
rius dominus Ant. tenet ꝙ hæc ſentẽtia nõ extenditur ad
ſcriptores cũ ſit pœnalis: quia eadẽ ratiõe extẽderetur ad
chartarios & raſores chartarũ: & cõſentit Ber. & Io. Andr.
& Pan. ¶Secundò, quid ſit conuenire? Et dico, ꝙ ſecundũ
gl. eſt alloqui, vel de habitatione tractare. vnde iſtã pœnã
non incurrũt conducentes ſolùm, ſed etiã de cõductione
tractantes: niſi primò ſit elapſum tempus cõductionis, ſci-
licet fiendæ. ſecundũ Io. And. Sed verius Pan. tenet tutius
eſſe ꝙ expectetur tẽpus locationis eſſe completũ: vel niſi
10 conſentiant inquilini. ¶* Ex quo elicit Pan. ꝙ non inci-
dit quis in pœnã cõſtitutionis pœnalis factæ in fauorem
11 alicuius, ſi ille cõſentit. ¶* Tertiò, vtrũ iſta ſentẽtia ſit ge
neralis ſe extendens ad omnia ſtudia quę ſunt in terris? Et
dico ꝙ ſic, ſecundũ Hoſt. & glo. in l. ne cui. C. loca. Et hanc
opi. tenuit Sum. Ang. dicẽs ꝙ eſt tutior. Sed verius oppo-
ſitum tenuit Sum. Roſ. dicẽs, ꝙ eſt localis tantùm, habens
locũ Bononiæ ſolùm. Et hoc tenuit Inn. Gofr. Albe. Pe. de
Peru. & Io. Andr. & eſt cõis opinio. ¶Quartò, vtrum hac
pœna ligentur domorũ locatores? Et dico ꝙ ſic ſecundũ
aliquos, ſcilicet do. Ant. & Ge. in c. ij. de cõſe. & in c. cupiẽ
tes. de elect. lib. vj. & Bar. in l. fi. de acce. ſecũdũ alios verò
non ligantur ſecundũ gl. Pa. verò ibi pro hoc caſu & ſimi-
libus quærit, vtrũ pœna poſita in vno ex correlatiuis extẽ
datur ad reliquũ. Et diſtinguit: quia aut non per omnia eſt
eadem ratio in correlatiuis: & ſic nõ extẽditur, vt patet ex
notatis in c. ſuper eo. de vſu. quia pœna appoſita mutuãti,
non intelligitur repetita in accipiente: quia nõ eſt eadem
ratio. Et hoc voluit Bart. in l. vlt. C. de iudi. vi. tol. Si verò
eadem ratio ſit: puta imponitur pœna vendenti frumentũ
forenſi ne extra ciuitatẽ extrahatur: vtrũ intelligatur repe
tita in emptore. Eſt dubiũ ſatis probabile, & credit extẽdi
diſpoſitionẽ ſtatuti, ſed non pœnã: ſicut in ſimili dicit Io.
And. in c. diſpendia. de reſcri. lib. vj. ꝙ ex identitate ratio-
nis extendi debet cõſtitutio, ſed non pœna conſtitutiõis.
In caſu autem noſtro ratio nõ eſt eadem: quia ſcholares
inter ſe debent humanius tractare, & certant de lucro ca-
ptando: etiã quando in alterius odium hoſpitiũ conducũt
ante tempus: locator verò nõ ita eſt ſcholaribus adſtrict⁹
vt illi inter ſe: & certat de damno vitando, volens rem ſuã
locare tempore habili. nec facit in odiũ alicuius. Hoſt. ta-
men tenet locatores ligari ex alio reſpectu, quia ſcilicet
cõicant in crimine criminoſo. quod licet Pan. non appro-
bet, quia ſcilicet cõicans in ipſo actu, quo quis incidit, nõ
incidit: cùm adhuc ille nõ ſit excõicatus: ſed prius oportet
actum perfici. Tamen dictũ Hoſt. poteſt eſſe verũ, vt dicit
idem Pan. quãdo locator venit ad actũ locationis: quia ex
cõicatio hic infligitur ex ſolo tractatu de conducẽdo. Sed
intellige ſi venit ad actũ alio tempore: quia ſi in eodẽ, to-
12 tum eſſet vnus actus. ¶* Quinta eſt in c. nõ minus. iuncto
c. aduerſus. de immu. eccle. vbi excõicantur primò omnes
rectores & cõſules ciuitatũ, & alij officiales laici quorum
cunq; locorũ, qui angarias & exactiones indebitas, id eſt,
onera perſonarũ, aut rerũ eccleſijs aut eccleſiaſticis perſo
nis imponunt, & eorum fautores. Et ſecundò excõicãtur
prædicti, qui iuriſdictionẽ prælatorũ & authoritatẽ, quã
habent in ſuis hominibus, euacuãt: quia tã iſti quàm illi, ſi
moniti non deſiſtãt, ipſo facto tã ipſi quàm fautores eorũ
ſunt excõicati: nec abſolui debẽt, donec ſatisfecerint cõ-
petenter. Et tertiò excõicantur ſucceſſores prædictorum
officialiũ, niſi intra mẽſem exceſſum ſuorũ prædeceſſorũ
purgauerint & ſatisfecerint. Quomodo autẽ differant ex
actiones, tallię, gabellæ, pedagia, tributa, vectigalia, cẽſus,
& huiuſmodi, vide ĩ. Gabella. ¶Primò verò dubitatur de
intellectu aliquorũ verborũ, & dico, ꝙ dicitur iuriſdictio
nem, ſcilicet etiã ſpiritualẽ interdum, ſecundũ Ioan. And.
licet loquatur tex. de temporali. dicitur etiã, moniti: ſed ſe
cundùm Hoſt. ſufficit monitio vna cum dilatione compe
tenti: quia ea nõ eſt in fauorẽ eccleſiarum & odium tyran
norum: quorũ aliqui ſunt adeò terribiles, ꝙ eos tertio ad
monere nõ eſt facile. Excluditur autem appellatio, quia à
correctione canonis nõ appellatur. Dicitur etiã, intra mẽ
ſem, ſcilicet à tempore ſui regiminis computandum: & in
terim ſi cõſentit his, propter quæ incidit prædeceſſor, in
cidit in eandẽ, cùm participet in crimine damnato: nec po
teſt hoc tempus minui quo ad ſentẽtiã huius canonis: or-
dinarius tamẽ poſſet eũ ſua ſentẽtia ligare illud abbreuiã
do. Io. And. ſecũdũ Ho. tamẽ menſis iſte, ſiue præſumptio,
quæ ex lapſu ſumitur, nõ extenditur ad alios caſus. Nec ta
men delictũ prædeceſſoris ſucceſſori præiudicat. ſed iam
eſt eius propriũ, ſi illud non emendat: quia cõſentit, vt di
13 cit glo. Ber. ¶* Secũdò dubitatur, an clerici ad aliqua one
ra teneantur, & ad quæ? Et dico primò, ꝙ perſonæ eccleſia
ſticæ grauari non debẽt angarijs, vel perangarijs, vt ad foſ
ſata facienda, & huiuſmodi: vt in d.c. nõ minus. nec ad col
lectas vel tallias, ſiue quaſcunque exactiones: vt in d.c. ad-
uerſus. nec pro domibus, prædijs, vel quibuſcunque poſ-

feſsionibus ab eccleſijs vel eccleſiaſticis perſonis legitimè
acquiſitis hactenus, vel acquirendis in poſterũ: vt in c.j. de
immu.eccle.lib. vj. Et ſecundò dico, ꝙ poſſeſsio collata ec
cleſiæ vel clericis, ſecundũ Pan. in c.fi. de vi. & ho.cle. ſi ha
bebat onus perpetuũ & inuariabile annexũ, tranſit cũ ſuis
oneribus. facit cle.j. de cẽſibus. Si autem onus nõ erat per
petuum & inuariabile, ſicut iſtæ deſcriptiones, quę hodię
fiunt æſtimando bona alicuius vt ſoluatur plus vel minus
ſecundũ impoſitionẽ collectæ: ad huiuſmodi onera nõ te
nentur clerici vel eccleſiæ: quia nõ dicũtur annexa poſſeſ
ſionibus. & cõſentit Ioã. de Lig. & Io. And. poſt Archid. &
do. Ant. Et tertiò dico, ꝙ Pan. in vj. cõſilio incipiẽte, caſus
ſuper quo cõcludit. ex c.fi. de vi. & ho.cle. & gl. ibi, ꝙ ſicut
clericus nihil tenetur ſoluere pro facultatibus eccleſiæ, ita
nec proprijs: quia res clericorũ & eccleſiarũ eodem priui
legio gaudent. xij. qõ. ij. eccleſiarũ ſeruos. Ex quo infertur
ꝙ gabellas & pedagia de patrimonio proprio ſoluere nõ
debet. facit cle. prę̃ſenti. de cenſibus. & c. quanquam. eo. ti.
libr. vj. Nec tenetur ſoluere certũ quid pro libra, ſecundũ
quorundã locorũ ſtatuta, ſi aliquid donatur vel relinqui-
tur eccleſiæ. Et idẽ eſt ſi donatio fieret clerico. & ar. eſt bo
num in d.c.fi. Et ſic in ſumma habes quatuor, quæ quo ad
exẽptionẽ gabellarũ gaudent eodẽ priuilegio, ſcilicet bo
na eccleſiarũ, bona patrimonialia clericorũ, relicta eccle-
ſijs, & relicta clericis. An autẽ teneatur ad aliquid quando
vendit fructus ſuos: vide ĩ. Excõmunicatione xxj. parti. iij.
14 ¶* Tertiò dubitatur, vtrũ clericus habens bona cõia cum
fratribus poſsit ea defendere à collectis? Et dico, ꝙ Pa. vbi
ſuprà, refert Spe. in titu. de cõiu. tenere ꝙ nõ: quia ſub ob-
tentu priuilegij nõ debet reſpub. vacillare. l. ij. C. dę priui.
ſchola. li. xij. Vnde iudex coget ad diuiſionẽ vel ſolutionẽ
pro rata. Et idem dicit ſi frater clerici donet partẽ ſuã cle-
rico in fraudem collectarũ: quæ fraus præſumitur quando
poſsidet poſt donationem ſicut prius: & ſimiliter ſi omnia
ſua bona vł partẽ maiorẽ donauit. l. omnes. §. Luci[a]. ff. de
his quę in frau. cre. ¶ Quartò, vtrũ imminente neceſsitate
Reipublicæ, cui ſtatim oportet prouideri, vt ſubitum bel-
lum, grauari poſsit eccleſia ſine cõſultatiõe papę? Et reſpõ
det Pet. de Anch. in c.j. de immu. eccl. ꝙ ſic, ſecundũ Oldr.
ſi mora periculũ allatura eſſet. Nec obſtat c. reprehẽſibile.
xxiij. q. viij. vbi dicitur ꝙ clerici non tenentur ad cuſtodiã
ciuitatis: quia cũ ſint milites Chriſti, debẽt Chriſto in di-
uinis officijs deſeruire: quia ſecundũ Pa. in c. peruenit. de
immu. ecc. clerici ad cuſtodiã ciuitatis, & huiuſmodi, non
tenẽtur regulariter. Et ſic intelligitur illud c. reprehẽſibi-
le. Secus propter inopinatũ & improuiſum caſum, propter
quẽ papa nõ vult eos excuſari à cuſtodia ciuitatis: vt ĩ d.c.
15 peruenit. ¶* Quintò, vtrũ teneri poſsit aliquis modus vt
poſſeſsiones deueniẽtes ad clericos poſsint grauari colle
ctis? Et dico, ꝙ Bar. in l. reſcripto. de mune. & hono. ponit
ſalua correctione eccleſiæ vnũ modũ, quo ad poſſeſsiões,
quæ nondũ venerũt ad clericos: vt ſi fiat ſtatutũ, ꝙ omnia
prædia intelligantur tributaria cõis, & obligata pro colle
ctis: quia tũc cũ onere tranſirẽt ad clericũ. Et recitat aliũ,
quẽ tenuerunt Eugubini donantes omnes fundos cõi, &
deinde recipiẽtes illos ab ipſo cõi ſub cẽſu & tributo col-
lectarum. Sed Pan. vbi ſuprà, dicit hæc ſibi nõ placere, ma
ximè propter fraudẽ: quia indirectè venitur cõtra priuile-
giũ cõceſſum eccleſię per Imperatorẽ, in l.j. C. de ſac. ſanc.
eccl. per quod quiſq; habet liberã facultatẽ donandi eccle
ſijs: quæ facultas per hoc tollitur. Vide ĩ. Immunitas. ij. §.
16 vj. in fi. ¶* Sextò dubitatur pro quo talis rector vel ſucceſ
ſor ſatisfacere tenetur, antequã abſoluatur? Et dico, ꝙ ſe-
cundùm dom. Anto. & Ioã. Andr. tenetur de omni damno
contingẽti eccleſiæ ex eius exactione. Si verò de collecta
dedit conſilium, etiã ad eius reſtitutionẽ tenetur. Si autẽ
nõ dedit, fortè ad eam emendandam nõ tenetur, ſed emẽ
dabit intereſſe obueniẽs eccleſiæ ex regimine eius: & for
tè eum ſpiritualẽ pœnitentiã, & etiã pecuniariã, ſecũdùm
quod bon[9] iudex arbitrabitur, ſubire oportebit. Quæ qui
dem tantũ habẽt locũ ſecundũ Inno. quãdo quis ſuccedit
in regimine eius, qui excõicatus eſt ex dictis cauſis, vel ali
ter qualitercũq; propter libertatẽ eccleſię violatã, ſi fouet
factũ damnatũ prædeceſſoris, puta quia nõ dimittit cleri
cũ, quẽ ille incarcerauit, vel huiuſmodi. c. ſi concubinę. de
ſent. excõ. Secus ſi ex alia cauſa eſſet Poteſtas excõicatus,
vel conſiliarij, vel vniuerſitas, ſeu ciuitas interdicta: quia
tũc ſucceſſor nõ eſſet excõicatus, ſecundũ Inn. Pan. autem
in d.c. aduerſus. dicit ꝙ non eſt excõicatus ſucceſſor, niſi
prædeceſſor deliquerit prętextu offi. cij ad cõmodũ ipſius
officij, vel vniuerſitatis: ſecus ſi ad propriũ commodũ vel
libidinẽ: quia tũc ſolus reus teneretur, & ipſe vel eius hæ
redes cõueniri debent, iuxta lecta & no. in l.j. & ij. ff. ad l.
Iul. repe. in c.j. de ſolu. Et hoc intellige, etiã ſi prędeceſſor
violaſſet eccleſiaſticã libertatẽ. ¶ Septimò, vtrũ dict[9] offi
cialis teneatur ſatisfacere de ſuo? Et dico ſecundũ Pan. in
d.c. aduerſus. ꝙ ſic, quãdo ſatisfacere nõ vult cõitas, in cu-
ius vtilitatẽ ceſsit extortũ, etiam ſi ipſe inde nihil habuit,
per arg. prędicti c. & nota. per Inn. in c. ſicut dignũ. de ho-
mi. tenetur tamen ſecundũ Gofre. ipſa cõitas, ſi ex hoc eſt
effecta locupletior. & facit l. Iulianus. ff. de action. empti.
17 ¶* Octauò vtrũ ſit excõicatus officialis vel rector, qui nõ
conſenſit, ſed reſtitit, quantũ potuit? Et dico ꝙ ſic, ſi nõ di
mittit officiũ, ſecundũ Inn. in c. nouerit. de ſentẽ. excõ. &
Ioan. And. in d.c. aduerſus. & videntur cõiter doct. hoc te
nere. Pan. tamen in d.c. aduerſus. dicit hanc opinionẽ eſſe
valde rigoroſam, & contrarium poſſe teneri. quod Sũma
Ang. verũ dicit poſt factũ. Mihi videtur, ꝙ licet cõſtitutio
fauorabilis debeat extendi, nõ tamẽ vſquequaq;, maximè
in præiudiciũ alterius, ſed ſolùm in dubio: vnde cũ textus
loquatur cõtra officiales huiuſmodi onera imponẽtes, de
bet extendi ad conſentiẽtes impoſitioni, non autem ad re
ſiſtentes fide bona. Vnde officio reſignare licet ſit tutũ: ta
men nõ tenẽtur, niſi quãdo illud exercere nõ poſſunt, niſi
ſe de talibus intromittant imponẽdis vel exequendis. De
ſucceſſore autem ſimiliter dicit Ioan. And. ꝙ officio reſi-
gnare tenetur, ſi obtinere nõ poteſt ſatisfactionẽ reſiſtẽte
communitate. Sed tamen dicendũ mihi videtur, vt de re-
ctore primo. & re vera iſta eſt mens Pan. ſi diligenter tru-
tinetur. Eſt autem idem iudiciũ quo ad ſucceſſorem, ſi vni
uerſitas exceſsit in prædictis contra expreſſam inhibitio-
18 nem antiqui rectoris. ¶* Nonò, vtrũ dantes conſilium in
prædictis, ſiue omnes conſiliarij talis vniuerſitatis tenean
tur? Et dico ſecundùm Pan. in d.c. aduerſus. ꝙ ſi dederint
conſilium ad hæc imponẽda, indubiè ſunt excõmunicati:
in d.c. aduerſus. & in c. nouerit. de ſentẽ. excom. & tenetur
quilibet inſolidum ad ſatisfaciendum, ſecundùm Inno. in
c. ſicut dignum. de homi. Si autẽ contradixerunt expreſſe,
ſed officium non dimiſerunt: Inno. in d.c. nouerit. recitat
contrarias opiniones. Sed ſecundùm Pa. teneri poteſt, ꝙ
non teneantur, vt patet per not. per Inn. in c.j. de his quæ
fiunt à ma. par. cap. Si verò tacuerunt, inuoluuntur pœna
cũ expreſſe cõſentiẽtibus, vt notat Inn. in d.c.j. & quia ex
quo vocãtur vt cõſulant, ſi tacent, ſunt in culpa. arg. in l. de
ætate. §. qui tacuit. ff. de interr. act. & in c. ſi poſt præſtitũ.
de cõfeſ. li. vj. ſ. Cõſenſus. §. iij. Item Electio. ij. §. xij. in fi.
Decimò,

19 ¶* Decimò vtrum menſis datus ſucceſſori ad ſatisfacien
dum antequã incidat, detur etiã pręde ceſſori, q̃ erat tẽpo
re grauaminis. Et dico ſecũdùm Hoſ. & cõmuniter Doct.
quòd ſic: ſed Pan. in d.ca. aduerſus. diſtinguit: tamen mihi
10 magis placet primum. ¶* Vndecimò, vtrum excommuni
cati ſint clerici ſoluentes aut exhibentes onera huiuſmo-
di. Et dico, quòd ſic olim per Bonifacium in vj. de immu.
eccle. ſed non hodie: quia illa ſentẽtia reuocatur in cl. vni
ca. eo. tit. vt dictũ eſt ſ. & ibi pręcipitur vt reſeruentur ea,
q̃ in iſtis duobus capitulis dicũtur, vbi dicitur, ꝙ epi cum
clericis poſsint prædicta præſtare, vbi laicorum non ſup-
petunt facultates: ſed tamen propter imprudẽtiã quorun
dã ſcilicet prælatorum, qui ſine iuſta cauſa hoc faciebãt,
Romanus pontifex conſulatur. Sed hoc intelligo, niſi pe
21 riculũ eſſet in mora. ¶* Duodecimò, vtrũ iudex ſecularis
compellens clericum vel etiam ſecularem perſonam aliàs
exiſtẽtem de foro eccleſiaſtico, etiam ſine diſtinctione ꝑ
ſonæ, ſit excommunicat[9]. Et dicit Pan. in d.c aduerſus. ꝙ
ſi monitus nõ deſiſtat, excõmunicatus eſt ipſo facto: quia
turbat iuriſdictionem eccleſiaſticam. & eſt tex. in d.c. non
minus. & tenet Hoſt. & Ioã. And. imò hodie per ꝓceſſum
curiæ excommunicatus eſt excommunicatione papali, vt
ſuprà Excommunicatio. vij. Excommunicatione xxviij.
Perſonæ autẽ quæ à ſeculari iudice non poſſunt iudicari,
ſunt multæ. Primò omnes gaudentes priuilegio canonis,
ſi quis ſuadente. de quibus ſuprà Excõmunicatio. vj. exce
ptis clericis coniugatis, de quibus dic, vt ſ. Cleric[9]. j. §. vj.
Secundò, omnes perſonæ adſtrictæ eccleſię perpetuo ſer
uitio vel gaudẽtibus dicto priuilegio: vt no. Pan. in c. nul
lus. de fo. cõpe ſecus ſi nõ ſunt perpetuò obligati. Et ſic li
mita glo. in c. clericũ. el j. xj. q. j. Tertiò, oẽs de familia epi
ſecũdùm cõmunem opinionem: vt no. Pan. in d.c. nullus.
Quartò, vxor clerici deferẽtis tonſuram & habitum, ſi nõ
eſt bigamus. tex. eſt in l. fi. C. de incol. Mulieres, inq̃t text.
honore maritorũ cingimus, & genere nobilitamus, & fo
rũ ex eorũ perſona ſtatuim[9]. Quintò, rectores hoſpitaliũ
& piorũ locorũ, ſi ſunt perpetuo obligati, ſecundũ eundẽ
Pan. in d.c. null[9]. aliàs nõ. Sextò, fratres tertij ordinis bea
ti Dominici & Frãciſci: vt patet ex priuilegio Xiſti quar-
ti, quod dicitur bulla aurea. Ieſuati aũt & Eremitæ, ſecun
dũ aliquos, nõ pertinent ad forũ eccleſiaſticũ. Sed vide ſ.
22 Eccleſia. §. v. Item Excõmunicatio vj. §. ij. ¶* Sexta eſt in
c. nõ magno. ne cler. vel mo. cõtra quoſcũq; religioſos ta
citè vel expreſſe profeſſos audiẽtes leges vel phyſicã, ni
ſi intra ſpatiũ duorũ menſiũ redierint ad clauſtrũ, in c. au
tem. ſup ſpecu. ne cle. vel mo. hoc extẽditur ad archidiaco
nos, plebanos, ꝓpoſitos, cãtores, & alios clericos habẽtes
perſonatũ, & oẽs ſacerdotes, niſi intra ſpatiũ duorũ men-
ſium deſtiterint audire. Ex quibus colligit Pet. de Peru. ꝙ
triplex eſt horũ prohibitio: quia aliquibus prohibetur ra
tione ꝓfeſsionis, id eſt, tacitè vel expreſsè ꝓfeſsis, q̃ clau
ſtrũ exire nõ poſſunt ad hæc audiẽda vel legẽda. Quibuſ
dã ratione ordinis, ſcilicet ſacerdotibus, nõ aũt cõſtitutis
in alijs ordinibus: quibuſdã aũt ratione beneficij, ſcilicet
cõſtitutis in dignitate curata vel nõ curata. Vnde q̃ habet
eccleſiã parochialem, & nõ eſt ſacerdos, nõ prohibet̃ hæc
audire, niſi talis eccleſia habeat ſub ſe capellã vł capellas,
vt not. in c. ſtatutum. ne cler. vel mon. lib. vj. iuncta gl. Col
ligitur etiam ex Pan. quòd ad hoc quòd prædicti ligẽtur,
tria requiruntur. Primò quòd exeant religioſi quidẽ mo-
naſteria, reliqui verò proprios lares. Secũdò, quòd exeãt
hac intentione. Tertiò, quòd currat ſpatiũ duorũ menſiũ
ab exitu. Vnde ſi ĩ ꝓprijs monaſterijs aut domib[9] audiũt
aut legunt, non incidunt, ſecũdũ eum, & Inn. & do. Anto.
imò ĩ iſtis ſtudẽdo, vt dicit, nõ peccãt, ſi hoc faciũt ad me-
lius intelligẽdũ canones. Sec[9] ſi principaliter ꝓpter ipſam
ſciẽtiã ciuilem. & idem ĩtellige de phyſica, vt ĩtelligatur
philoſophia. Et ſimiliter, vt dicit, nõ incidunt, ſi exeũt alia
cauſa, & tamen audiũt ſtante illa cauſa etiã vltra duos mẽ-
ſes, niſi mutato animo ſtarẽt extrà prĩcipaliter vt audirẽt
per duos mẽſes: quia tẽpus duorũ mẽſium inciperet à die
ceſsionis cauſæ propter quam quis exiuit. Et adde, ꝙ etiã
non incidunt de mẽte eius ſi exeũt etiam hac intentione,
ſed intra duos mẽſes reſipiſcũt: quia tria requirunt̃. & hoc
tenet Gof. & Vinc. & Io. And. licet Hoſti. & Archi. dicant,
ꝙ ſi ſemel audiãt intra duos menſes incidũt: ſed tene pri-
23 mũ, quia conſtitutio eſt pœnalis. ¶* Primò verò dubitat̃,
qñ incipiat currere temp[9] illud duorũ mẽſium. Et dico ſe
cundũ gl. ꝙ à die publicationis cõſtitutionis huiuſmodi:
vnde hodie ſtudẽtes, ipſo facto ĩcidũt. Sed hoc cõiter nõ
tenetur: quia conſtitutionẽ pœnalẽ ampliat, nec textui cõ
ſonat. alij verò, ꝙ à die, qua incipiunt iſti audirę prædicta,
quod Arc. videt̃ tenere. Sed mihi magis placet quod alij
dicũt, illud incipere ab egreſſu monaſterij hac intentio-
ne quo ad religioſos, & ab incœptione auditus ſiue ab e-
greſſu ꝓpriorũ lariũ effectu auditionis quo ad alios. q̃ o-
pinio eſt Io. And. & dñi Car. & Pet. de Anch. & mẽs Inno.
Gof. Vin. & Pan. Et præter rationes, quas tangit Pan. dico
ideo eſſe: q̃a qñ principiũ tẽporis nõ limitat̃ aliter, vide-
tur eſſe illud, in quo trãſgreſsio ꝓhibita incipit: quod eſt:
quantũ ad religioſos in ipſo exitu de monaſterio ad ha-
bitãdũ alibi ſine legitima cauſa & licẽtia: quantũ verò ad
laicos nõ eſt in ipſo exitu de quacũq; ſua domo: ſed de ea
quã cõduxerũt in iſto loco ſtudij: quia eis non eſt illicitũ
exire ſuã domũ, & aliã in loco ſtudij conducere: niſi ex in
tẽtione quã eccleſia nõ punit. Vnde principiũ huius tp̃is
in iſtis eſt in exitu cum effectu auditionis, id eſt, aditiõis
24 ſcholarũ ad audiẽdũ. ¶* Secũdò, vtrũ incidat religioſus,
ſi poſt exitũ hac de cã mutato propoſito audiat Theolo-
giam vel canones. Et dico ſecũdũ Inn. & Vinc. ꝙ ſic, niſi ſa
tisfaciẽdo iſti conſtitutioni redeat ad clauſtrũ: vel abbas
ſignificet ei, ꝙ audiat Theologiã: quo caſu cenſet̃ reuer-
ſus ad clauſtrũ. ff. de in ius vo. l. quãuis. Sed Pan. contrariũ
verius tenuit: q̃a tũc ceſſat ratio huius cõſtitutionis, ſcili-
cet ne viri ſpirituales mundanis rurſus actibus inuoluant̃.
Ad textũ aũt, q̃ regreſſum req̃rit ĩtra duos mẽſes, dicẽdũ
eſt, ꝙ habuit reſpectũ ad effectũ ipſum audiẽdi, vel ad pſe
uerantiã propoſiti prioris, quæ erãt cã ſtãdi extra mona-
25 ſterium. ¶* Tertiò, vtrũ incidat religioſus audiẽs aut le-
gens p̃dicta in clauſtro? Et dico, ꝙ ſic, ſecundùm Hoſt. quã
tũ ad mentẽ, etſi nõ verba. & cõſentit Arch. Sed veri[9] ſen
ſit Inn. ꝙ non: quia tex. diſponit ſup exeuntes. & conſen-
tit d. Anto. q̃a pœnæ tanquam odioſæ reſtringendæ ſunt.
& ſeq̃tur Pan. Nec obſtat quod dicũt aliq̃ horũ, tales ſciẽ-
tias religioſis nõ congruere, ſicut nec earũ exercitiũ: & ꝙ
hæc cauſa nunquã ceſſare poſſet: & cõſequẽter nec ei[9] ef
fectus: quia hoc eſt omnino falſum: cũ religioſis maximè
cõferãt leges ad intellectũ canonũ, & phyſica ad intelle-
ctum philoſophiæ, & cõſequẽter Theologiæ: licet iſta ſe
cundũ ſe præciſe eis nõ cõgruãt. Et tñ ſunt ꝓhibita ſecũ-
dùm Hoſt. quia ſine principali ſtudio & auditu legũ, ſuffi
ciens notitia haberi poteſt de materia legũ contenta ĩ ca
nonibus per ea, quæ in libris canonicis apponunt̃. & q̃ du
bitat, quærat: q̃a nõ eſt prohibitũ certiorari de dubijs: vñ
ſecundùm Pan. ad hunc finem licet ſtudium cameræ, & ha
bere libros iuris ciuilis. Non obſtat, etiam ſi dicatur, eãdẽ

eſſe rationem in nõ exeuntibus: quia hoc eſt falſum: quia
magis delinqt exiẽs cæteris parib⁹, cũ ſit laudabilius eſſe
26 in clauſtro ꝓpter multa. ¶* Quartò, vtrum ĩcidat aliquis
prædictorũ legens aliqbus prædicta in camera priuatim,
id eſt, docens. Et dico ſecundùm Hoſtiẽ. ꝙ ſic: quia ſtudiũ
prohibetur & lectio: cùm lex nõ debeat poſita eſſe in ver-
bis, ſed in rebus. de elect. commiſſa. li. vj. Sed verius ſenſit
Pan. quòd non: quia ſi licet religioſis his vacare in mona
ſterio, vt dictum eſt: licet etiã eis ſe mutuò docere. & idẽ
eſt de alijs prædictis. Imò Pan. ſentire videtur, quòd nõ li-
getur religioſus hęc docens extra monaſterium: quia nõ
inuoluitur actionibus mũdanis: nec hoc facit vt inuolua-
tur, ſicut ille qui addiſcit. Nec obſtat, quia prohibet́ lege
re: quia nõ ſumitur pro docere, ſed ꝓ ſtudere. Sed hoc eſt
mihi dubium, & ſecũdũ Archie. videtur falſum, & contra
27 intentionẽ legis, quicquid ſit de verbis. ¶ Quintò,* vtrũ
incidat religioſus volẽs honorare amicũ ſuũ in ſuo prin-
cipio lecturę, in legibus, aut ĩ medicina, & eũ audiens. Et
dico, ꝙ Hoſt. dicit eſſe nõ tuum hoc interpretari, cũ dãne
tur lectio & auditus, quantum ad verba: putat tamen papã
reſponſurũ quòd non ligatur. Sed Pan. verius dicit, quòd
non ligatur, etiam quantũ ad verba: quia tex. diſponit de
exeunte cauſa audiẽdi, vt ſcilicet principaliter ſtudeat in
legibus, vt pertractet eccleſiaſtica negotia: vel in phyſica,
ꝓpter fratres languẽtes: quę omnia hic ceſſant. Adde etiã
quòd nõ incidit ſemel audiẽs, vt dictum eſt: ſed requirun
tur duo mẽſes. Adde etiã quòd non incidit ſemel audiẽs
principaliter vt videat modum docẽdi Legiſtarũ, vel alia
curioſitate ductus, vt patet ex dictis. ¶ Sextò, vtrũ incidat,
qui amicum ſuum habentẽ paucos diſcipulos vult hono-
rare cõtinuò audiẽdo. Et dico, quòd ſic, ſecundùm Hoſti.
Sed verius dicit Pan. hoc eſſe verum, ſi faceret in fraudẽ,
& cum hoc per duos mẽſes: ſecus ſine fraude, vt ſatis patet
ex dictis. & ſatis hoc videtur de mẽte Hoſti. Fraus autem
ex coniecturis poterit deprehẽdi. ¶ Septimò, vtrum oẽs
pœnæ inflictæ religioſis ob hoc, habeant locum in cleri-
cis ſecularibus ibi prohibitis? Et dico, ꝙ ſic, ſecundũ gl. &
Pan. in d. c. ſuper. qui dicit hanc opi. ſequi Doct. cõmuni-
ter. ¶ Octauò, vtrũ incidant Doctores admittẽtes religio
ſos ad lectiones ſuas ſciẽter? Et dico, ꝙ ſic, etiam ſi habitũ
non dimittant, & de licẽtia ſui prælati audiãt phyſicã, aut
leges, ſecũdùm Archiep. & Lap. qui etiam dicit, ꝙ ligatur
religioſus exiẽs audire ſciẽtias licitas, ſi vadit ſine licẽtia:
aut ſi cũ licẽtia, ſed habitũ dimittit: & ſimiliter ligatur do
ctor huncadmittens ſciẽter. Abbati autem non exempto
volenti audire licita, licentiã dabit diœceſanus habito cõ
ſilio illius monaſterij. Si tamẽ ſine licentia eius exit, non
videtur ligari, ſecundùm Archiep. vide ĩ. Excommunica
28 tione xxv. & xxvj. ¶* Septima eſt in clericis. ne cleric. vel
mona. vbi primò excommunicantur omnes ſacerdotes, q
poſt monitionem officium vicecomitis aut præpoſiti ſe-
cularis habuerint. & ſecundùm glo. ibi eſt canon latæ ſen
tentiæ poſt monitionẽ. Ibi etiam ſecundò clericus exiſtẽs
in ſacris iudicium ſanguinis exercens per mutilationẽ ꝑ
ſe vel aliũ, honore & loco mandatur priuari. ¶ Primò ve
rò not. eſt, ꝙ nomine ſacerdotis, ſecundùm Hoſ. venit lar
ge ſacerdos actu, vel fiendus, id eſt, clericus. de cohab. cle.
c. ij. cum qua expoſitione tranſeunt cõmuniter Doct. Sed
Pan. putat quòd hoc nomine non veniant clerici cõſtitu-
ti in minoribus ſiue bñficio. pro quo facit, quòd verbũ,
ſacerdos, non poteſt ad iſtos congruè adaptari. Vnde tex.
intelligit de conſtitutis in ſacris, qui largè poſſunt appel
lari ſacerdotes. in d. c. ij. Et licet conſtitutio videat́ pœna
lis, & conſequenter reſtringenda: tamen habito reſpectu,
ꝙ excõmunicatio nõ infligitur ipſo facto, ſecus videt́ di-
cendum. Quod verò dicitur ibi de exiſtẽte in ſacris: ſecũ-
dùm Inno. idem eſt de exiſtẽte in minoribus: licet Hoſti.
dicat, ꝙ exiſtentibus in ſacris magis immineat periculũ:
quia nec contrahere poſſent, & ſunt irregulares. Pan. au-
tem approbat primũ: vt ſcilicet illa pars capit. habeat locũ
in minoribus. qui in ſumma vult, ꝙ clericus iudiciũ ſan-
guinis exercẽs ab officio & beneficio deponatur, quia ir
regularitatẽ per hoc incurrit: qua ratione deponi debet
ita cõſtitutus in minoribus ſicut in maioribus: vt not. in c.
cũ nõ ab homine. de iudi. Vel dico, ꝙ habet locũ ſolùm ĩ
exiſtentibus in ſacris: quia alij cũ poſsint ad ſeculũ redire
de apo. tuæ. in gl. de vita & hon. cler. c. ſi. de cler. coniuga.
Ioannes. exercendo iſta ſeipſos deponunt renũtiãdo im-
plicitè clericatui. ¶ Secũdò no. eſt, quod Pan. ex his no. ꝙ
clericus nõ poteſt tenere vices principis in ſeculari iuriſ
dictione exercenda: licet nõ infligat pœnã mortis, vel trũ
cationem membrorum. quod intellige quando hoc vult
facere tanquam officialis principis ſecularis: ſecus ſi iuriſ
dictio tpalis annexa eſſet ſuæ dignitati: quia tunc poteſt
exercere per ſe, dũmodo dictas pœnas nõ inferat. Et idẽ
eſt ſi iuriſdictionem habet iure ꝓprio: puta ratione patri
monij. quod videtur ꝓcedere etiã in prælato religioſo, vt
in d. c. dilectus. de offi. ordi. & c. auditis. de reſcrip. & c. in-
ter dilectos. de fide inſtru. Elicit etiã, quòd p̃lati poſſent
eſſe conſiliarij principis ſecularis: licet eſſe nõ debeãt of-
29 ficiales exercẽdæ iuſtitiæ. ¶* Octaua eſt in c. nulli fas. di.
xix. cõtra omnes ſchiſmaticos. & in c. j. de ſchiſma. vbi ex-
communicantur omnes, qui innitũtur ordinationibus &
alienationibus factis à ſchiſmaticis: quam ſententiam ſe-
cundùm Pan. ibi quis tribus caſibus incurrit. Primò, quan
do rem eccleſiaſticam emit, vel aliter acquirit à ſchiſmati
co: & ſic not. caſus, in quo emens rem eccleſiaſticã eſt ipo
facto excõmunicatus: aliàs aũt regulariter etiã occupans
rem eccleſiaſticã non eſt excõmunicatus, ſed excõmuni-
candus: vt in c. cõqueſtus. de foro cõpe. Secũdò quãdo qs
tenet beneficium à ſchiſmatico. Tertiò quãdo quis inniti
tur ordinationi factæ per eũ. quod ſecundũ glo. & eũdem
Pan. ĩtellige quo ad executionẽ, ſi ſciẽter ordines recipiã
tur: ſi aũt ignorãter, ſecundùm Inn. etiã executio cõfert́.
qđ ſecundũ Hoſt. verũ eſt quandiu eſt occultus: ſed poſt-
quam fuerit patefactus, requiritur diſpẽſatio. & hoc eſt tu
tius, & cõſentit Pan. ¶ Primò verò no. ꝙ nihilomin⁹ tenet
cõtractus alienationis factus in vtilitatẽ eccleſiæ. ſecũdũ
gl. ibi. aliàs nõ: qa quãdiu eccleſia habet paſtorẽ hęreticũ,
vel ſchiſmaticũ, intelligitur vacare. Vnde nõ valẽt, q̃ fiunt
à tali prælato ĩ præiudiciũ eccleſiæ. Si tñ acquirit, tenet:
& nõ caſſabitur, ſecũdũ Bar. Et ſecũdo, ꝙ quis ſit ſchiſma
ticus, & vtrũ ſit excõmunicatus cum fautoribus: & ſimili-
ter qui dicit eccleſiã Romanã nõ eſſe caput eccleſiarũ: &
30 multa ad hoc ꝑtinẽtia, habentur ĩ. Schiſma. §. v. ¶* Nona
eſt in c. excõicationi. de rap. vbi excõmunicãtur omnes q
Chriſtianos naufragiũ patiẽtes dãnata cupiditate ſpoliãt
rebus ſuis: niſi ablata reſtituãt quàm primũ poterũt, ſecũ-
dùm Pan. ibi. quod etiã gl. tenere videtur. Sed Io. And. di
cit, ꝙ requiritur monitio antequã nõ erant excõmunica-
ti. quod Sum. Ange. nõ placet: & tamẽ eſt verũ, vt patuit ſ.
31 Excõicatio. vij. excõicatione xx. ¶ *Decima eſt in cap, nõ
uerit. de ſen. exc. vbi excõmunicãtur primò omnes faciẽ-
tes ſeruari ſtatuta vł cõſuetudines, q̃ ſunt cõtra eccleſiaſti
cã libertatẽ: ſecũdò oẽs q dicta ſtatuta deleri nõ fecerint
de capitularib⁹ ſuis ĩtra duos mẽſes à publicatione huius
ſent

ſentẽtiæ: tertiò, ipſi ſtatutarij & ſcriptores ſtatutorũ: quar
tò, Poteſtas, cõſules, rectores, & cõſiliarij locorum, vel hu
iuſmodi cõſuetudines, & ſtatuta edita fuerint, & ſeruata:
quintò, omnes iudicantes ſecundũ hęc: & ſextò, omnes re
digentes in publicam formã iudicatã. Nec vitant iſtã ſen-
tentiam ſecundũ Pan. vbi prædicti licet in fine ſtatuorum
ponant ſtatutũ, ꝙ ſi qua ſunt ſtatuta contra eccleſiaſticã li
bertatem, habeantur pro nõ ſcriptis: ſicut cõmuniter fieri
ſolet: quia per hoc non eſt ſatisfactũ dictæ conſtitutioni:
ſed exiguntur iſta ſtatuta deleri de libris. Et ita not. Bart.
in auth. caſſa. C. de ſacroſan. ec. ¶ Primò verò dubitatur,
quæ ſtatuta, vel cõſuetudines dicãtur cõtra eccleſiæ liber-
tatẽ? Et dico ſecundũ Pan. in d. c. nouerit. de mente Innoc.
& eſt cõmunis opin. doct. ꝙ ſunt ea quæ veniũt cõtra pri-
uilegium cõceſſum eccleſiæ vniuerſali à Deo, vel papa, vł
Imperatore. de quo habes ĩ. Immunitas. Secus aũt ſi con-
ceſſum eſſet eccleſiæ particulari. Huiuſmodi autẽ ſtatutũ
eſt ſecũdũ quoſdã, vt recitat Arch. & ſecundũ veritatem il
lud quo cauetur vt nullus offerat, niſi in magnis feſtiuita-
tibus, vel niſi tantùm: vel ꝙ ſuper mortuo non ſit niſi talis
pannus, vel tot cerei, vel huiuſmodi. Sed tamen iſta verba
intelligit Sum. Roſ. qñ fiũt in odiũ & iniuriã clericorum:
non autẽ, qñ fiunt ad reſtringẽdũ põpas indiſcretas & im
moderatas ciuium, ſe inuicẽ aut ſuperare aut ęquare irra
tionabiliter ſatagentiũ. quod Pan. tenuit in ſimili in quo-
dam cõſilio incip. ſtante quadã conſtitutione. in qua dice
batur, ꝙ mater de bonis mobilibus poterat diſponere ad
pias cauſas de tertia parte: reſiduũ autẽ filijs relinquere te
nebatur. quæ cõſtitutio videbatur auferre libertatẽ donã
di eccleſijs. Sed ipſe cõcludit, ꝙ nõ directè, vł nõ ĩdirectè:
quia nõ eſt in odiũ eccleſię: nec prohibet homines gene-
raliter dare eccleſiæ: ſed auget portionẽ debitã filio: & in
tali portione ſic aucta prohibet teſtari. Secus aũt vbi quis
ſimpliciter ꝓhiberetur alienare in eccleſiã directè, vel in
directè: eò, ꝙ bona deferantur alijs. & ſic procedit quęſtio
Io. And. quã habes ĩ. Excõicatione xxiij. §. ij. de quo etiã
Pan. in alio cõſilio incip. præſens dubiũ. Sed de hoc ĩ. Im-
munitas. j. & ij. & ſpecialius ĩ. Statutũ. ij. §. vlt. Eſt etiã ſecũ
dùm Bar. in auth. caſſa. C. de ſac. ſan. eccl. hmõi ſtatutum il
lud quo clerici timidiores & laici audaciores ſunt ad no-
cẽdũ: ſicut, verbi gratia, ſi ſtatuatur, ꝙ occidẽs laicũ punia
tur grauiter: occidẽs verò clericũ ſoluat decem florenos.
lit.qui ſimpliciter dicunt ipſum non prohiberi alia inſtru
6 menta conficere propter hoc.¶ Quintò* quæritur, vtrum
inſtrumẽtum factum à notario nõ damnato , quod habet
capitula diuerſa,ſit falſum totum ſi falſitatem habet in ca.
vno? & Barto.in l.ſi ex falſis.C.de tranſact.diſtinguit.Nam
aut falſitas prouenit ex vitio notarij : & tunc corruit totũ
inſtrumentum.Et hoc etiam tenet Innocentius, & Panor.
placet vbi ſuprà, ſicut etiam in totum reprobatur dictũ te
ſtis,ſi quam falſitatem adijciat in teſtimonio ſuo:quia re-
peritur periurus.Et hoc verũ eſt ſi falſitas ſit circa ſubſtã-
tialia inſtrumenti:puta,quia in indictione,aut die:vel cir
ca ſubſtãtiale negotij,aut eius circũſtãtias:vt quia debeat
ſcribere x.& ſcripſit xx.Si autem ſit circa alia accidẽtalia,
vel extrinſeca:vt quia ſcripſit contrahentes eſſe cõſangui
neos,vel aliquid aliud quod non facit ad negotium, licet
hoc ſit falſum:non tamen reprobatur inſtrumentum pro-
pter hoc:quia non pertinet ad officiũ notarij.& idem in
teſte. Aut falſitas non prouenit ex vitio notarij : & tunc ſi
concernit ſubſtantialia inſtrumenti:vt quia omiſſa eſt in-
dictio & dies,totum corruit,vt in cap.inter.de fide inſtru
men.Si verò cõcernit ſubſtantialia negotij,diſtinguendũ
eſt.Nam ſi capitula ſint connexa,non corruit totum,ſecũ
dùm Panorm.vt ei imponit Sum.Roſ.Si verò nõ ſunt cõ-
nexa,totum corruit:vt d.l.ſi ex falſis. Secũdùm verò Sũ.
Ang.Pan.dicit totum oppoſitum : quia primo caſu totum
corruit,non ſecũdo.Sed re vera Summ.Roſ.bene allegat
verba Panor.in exemplari corrupto.Sum.verò Ang.bene
allegat verba & ſenſum.quod patet,primò quia Panorm̃.
refert ſe ad diſtinctionẽ iam in eodem capite recitatam,
quæ ita habet.Secundò,quia allegat l.ſi ex falſis. quæ idẽ
innuit.Tertiò,quia ratio id aſtruit:quia aliquo ruẽte nõ
eſt conſequens,quòd aliqua ruant,niſi ſe contingãt.¶ Se-
7 xtò* quæritur,vtrum monetã falſificãs ſit falſarius,& mor-
taliter peccet? Et dico, quòd monetam cudere non licet
ſine cõſenſu Principis ſeu Imperatoris,vt in l.ſecũda et iij.
ff.de falſ.monet.ſecundùm Bartolum & Cyn.ibi.quod li-
mita niſi ciuitas,vel princeps inferior hoc præſcripſiſſet
tanto tempore,de cuius initio memoria non exiſtat:vt in
capite,ſuper quibuſdam.de verborum ſignificatione. vel
niſi eſſet talis q præſcripſiſſet iura Imperij,vt Hiſpanię re
ges,qui,vt dicit gloſſ.diſtinct.ſexageſimatertia.cap . Valẽ
tinian-

t[illegible]mianus.nō ſubiacent Imperio:quia de hoſtiū faucib⁹ re
gnū eruerūt.Igitur falſans monetas mortaliter peccat,ſe-
cundùm Hoſt.Io.Mo.Pet.& Io.de Imo.in c.quanto.de iu
reiu.& patet p tex.ibi,vbi dicitur,quòd ſeruās falſam mo
netam,agit iniquè:& conſequēter à fortiori falſans: patet
etiam per extrauagantem Ioā.xxij.qui excommunicat o-
mnes tales in regno Frācorum.tenetur autē ad omne dā-
num datum communitati,vel perſonæ: vt notant prædi-
cti vbi ſ.Et ſi ſpecialis neſcitur pſona,tenetur pauperib⁹.
arg.eorū quæ no.in c.cum tu.de vſur.& in regu. peccatū.
de re.iu.lib.vj.pro quo etiam vide Hoſt.in Sum.ti.de cēſ.
8 §.ex quibus.ver.quid ſi moneta.¶ Idē* dic ſecūdū Girar.
Obdo.de eo qui falſam ignoranter recipit,& ſcienter pro
bona exponit.quod ſemper intellige ſi ſit alicuius notabi
lis valoris:ſecus autē in obolo.Vnde ſciēter expēdēs fal-
ſam monetā,ſecūdū Pan.in d.c.quāto.videtur teneri pœ-
na leg.Cor.de fal. quæ regulariter ē deportatio,& omniū
bonorū publicatio:ſeruus verò vltimo ſupplicio punitur.
quod Bar.dicit verum quando quis expendit numos ſtan
neos,vel plumbeos:quia de illis tantùm mentionē facit il
la lex:aliàs punitur pœna extraordinaria,ſecūdū eundem
Pan.ſecundū Arch.tamē qui pecunias diminuti ponderis
vbi minus valent,emit iuſto pretio, & defert ad locū vbi
indifferēter ſicut integrę expēdūtur,nō videt peccare:qa
nulli damnum infert,& ſibi induſtria & labore lucrū quæ
rit,ſicut eſt de alijs mercimonijs,per regulam,ſcienti.lib.
9 vj.¶ Septimò*quæritur,quomodo falſificatur moneta?Et
dico,ꝙ trib⁹ modis,ſecūdū communiter doct.in d.c. quā
to.Primò in forma,quando ſcilicet imponitur ſignū illius
qui eā cudi non facit:vt in l.falſi nominis.& in l. quæ no-
mine.ff.de fal.& in d.c.quāto.Vnde nouiter cudēs mone-
tā principis,cōburit.l.ij.ff.de fal. mo. cudēs verò monetā
ciuitatis vel inferioris à principe,capite punitur.C.eo.l.j.
hoc tamē caſu ſi moneta eſſet in bona materia & pōdere,
puto,ꝙ nulli teneret de dāno,niſi pecunia bāniretur: ſed
tantùm teneretur de iniuria ei cuius ſignū violauit. Secū
dò ex materia metallica,qn̄ ſcilicet fit de ære,vel ſtāno,vł
liga nō debita:vt in l.Paulus.ff.de ſolu.ſecūdū Bar. vel cū
realis materia immiſcetur vbi nō debet:vt in l. q numos.
& in l.Cornelia.ff.de fal.la j.& generaliter vbi materia eſt
minus pretioſa quàm debet.Tertiò ex pondere: quia iſta
tria requiruntur de ſubſtātia monetę:vt in l.j.§.j.ff.de cō
trahen.emp.Quod autem pōdus debeat habere moneta,
gl.in d.l.j.& Bar.in l.ij.§.j.ff.ſi cer.pet.dicunt,ꝙ tantus de
bet eſſe valor,& tantū pōdus quantū prius erat in materia
non deductis expēſis,& labore cudendi,quę de iure debēt
fieri de publico:ſed ſecūdū Inn. quē communiter ſequun
tur doct.& ex cōſuetudine ſic ſeruatur,tantū debet eſſe in
pōdere,quātū erat in materia deductis expenſis & labore,
qa nemo ſuis expēſis eā facere tenetur.ff.qui.ex cau.ma.l.
j.& c.qui ſentit.de re. iur.libr.vj.Imò plus credit Inn. ꝙ ſi
princeps indiget,poteſt inde ſentire aliquid lucri:& ſic à
dicto pondere minuere aliquid modicū:non aūt multum
ſine cōſenſu populi.quod Pan.in d.c.quāto . limitat verū
niſi ſpargatur extra regnū:quia cum dāno ſibi nō ſubdito
rum nō poteſt.& hoc tene.Credit etiam Inno.ꝙ princeps
cum populi conſenſu minuere poſſit pondus monetæ: vt
tamen ſic expendatur intra regnum ac ſi eſſet ponderis iu
ſti:quia quilibet poteſt renuntiare iuri ſuo.vij.q.j. quā pe
riculoſum.& dicit ſufficere conſenſum maioris partis ma
gnatum regni:quia negotiū regni reputatur negotiū vni
uerſitatis.arg.in l.ij.§.ſanctiſſimus.C.de iure i.propter ca
lum.Sed de hoc Pano.vbi ſ.dubitat,cùm tractetur de præ
iudicio ſingulorū:arg.eorū quæ no.in c.omnes.de cōſti.
& C.quæ ſit longa cōſue.in rub.& Sum.Ang. tenet requi
ri conſenſum ſingulorū.Sed ego teneo dictūm Inn.qa im
10 poſſibile,aut pdifficile eſt oēs aſſentire.¶ Octauò*quę-
ritur,qui ſunt falſarij monetarū,ſecundū prædicta?Et di-
co,ꝙ multi.Primò,falſificātes ſignū.Secundò, falſificātes
materiā.Tertiò,diminuētes pōd⁹ ſine principis & populi
cōſenſu.Quartò,princeps quādo valentem ſeu bonam re
probat,& minus valentē acceptat,vt bono foro nanciſcat
bonam,& illā faciat cōflari,& cudi:vt tenet Hoſt. & reci-
tat Pan.ibi ſ.& facit tex.in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.
de pig.act.Et ratio eſt,quia peccat cōtra materiam,vel pō
dus directè circa malam,& indirectè circa bonā.Quintò,
attondētes pecuniam,vel per fortē aquā ſubtiliātes,ſecū-
dū glo.in d.c.quāto.& tenentur ad reſtitutionem damni
ficatis:vel ſi illos ignorāt,pauperibus neceſſario . de iniu.
c.ſi. Sextò,cudentes monetam,qui aliquos numos minus
iuſto pōdere cudūt,quia aliquos plus cuderūt: vt colligit
ex Hoſt.Io.An.Pet.de Anch.& Inn.vbi ſ.Et ratio,quia qd
abundat in vno numo , non ſupplet ei quod in alio deeſt
apud illum qui ſolùm minus valentes recepit. Qui tamē
omnes numos faciunt iuſti pōderis,ſed exuberantes alios
attonſant,nō ſunt falſarij,ſecūdūm Sum.Ang.indiſtinctè
cōtra Roſ.& verū eſt ſiue attonſent ſiue conflent,ſi hoc fa
ciunt publica authoritate.ſimiliter etiam ſi priuata , mo-
dò iuſtum pondus ſeruetur:quia cùm dicitur,ꝙ attonſo-
res monetarū ſunt falſarij:intelligit de iuſtis monetis,q̄ in
de remanēt leuiores:tenētur tamē principi,vel cōitati de
materia quā inde auferūt: quia illa per errorē fuit numis
appoſita.Credit tamen Sum Ang.ꝙ ſi abſtinere nō velint,
non ſint extra ſtatum ſalutis.quod tamen falſum eſt: quia
fures ſunt,& irrogant iniuriam principi,vel communita-
11 ti,quorū monetę eos ex bonitate laudant.¶ Nonò*quæri
tur,quid de falſante mēſuras & pondera?Et dico , ꝙ vltra
mortale tenetur ad omne damnum.de empt. & vend.c.ij.
vbi & tenetur xxx.diebus ī pane & aqua ieiunare,quod ſe
cūdùm Arch.fortè verum eſt in foro cōtētioſo eccleſiaſti
co:ſed in foro animę hodie hæc pœnitentia eſt arbitraria.
Et idē de vtēte falſatis ſciēter.Imo iure ciuili falſans men-
ſuras,tenetur pœna l.Cor.de fal.ff.de extraordi.cri.l.anno
nam. quæ pœna eſt publicationis omniū bonorū cū dpor
tatiōe,ſi liber eſt:ſi ſeruus eſt,vltimū ſuppliciū. l.j.ff.d fal.
Vtens verò falſis,puniri poteſt in duplū,& relegari in īſu
lam.ff.eod.l.pen.Tenetur autem falſans,ſecundū Archi.
ad remediandū,inquantū poteſt ſine periculo ſuæ pſonæ
vel maioris ſcandali: vt ſcilicet auferantur de medio dictę
mēſurę,vel pōdera,aut æquētur.De falſarijs literarū apo
ſtolicarum,quomodo ſint excōmunicati,ſuprà Excommu
nicatio.vij.§.viij.Quomodo autem bulla vel inſtrumētū
aut alia ſcriptura dicatur falſa,vide ī.Tabellio.§.x.

DE FAMA, ET RVMORE.

1 *Fama à fando dicta,an idem ſit quod communis opinio:& quo tuplex ſit.Et quid ſit in genere ſumpta.*
2 *Fama,ut uerè dicatur,& ſit,quot requirātur.Itē ad eam pro bendam quot teſtes ſufficiant.Et an amittatur in contrarium probatio.*
3 *Fama de homine bona quid ſit.Et quid de fama facti, uel nego tij alicuius.*
4 *Rumor quid ſit,& quid à fama differat.Itē quid iudiciū . Et an indicia credulitatē inducere poſſint . Et an in criminalibus aliquo caſu ad ferendam ſententiam ſufficere poſſint.*
5 *Famam pro poſſe,an aliquando mortaliter peccet, qui nō defen dit.Et qd de his,qui in perfectiōis ſtatu ſunt,maximè reſpectu iniuriarum perſonalium. Et quid ſi tales ſtatum ſuum impu gnari uideant,an reſiſtere debeant.*

1 FAMA,* rumor, ſecretum,occultum, manifeſtum,no-
torium,& publicum, inuicem conueniūt: ſed de alijs
à duobus primis vide ſuo loco. ¶ Primò igitur ſciendum
eſt,quòd ſecūdùm Bart. fama dicitur à fando.vnde niſi ſit
locutio, nō eſt fama , quantum ad totam ſuam rationem:
ſed ſolùm quātum ad primum , quod eſt de ratione eius,
id eſt,quantum ad opinionem,ſeu credulitatem:quomo-
do intelligēdum eſt,quod dicit glo.in l. cognitionem. §.
æſtimatio.ff.de var.& extraor. & Tho. de Piparata,ꝙ fa-
ma,cōmunis opinio, cōmunis æſtimatio ſunt idem,ſcili-
cet quantum ad primum, quod eſt de ratione famæ : ſunt
etiam ſynonyma ſecūdùm d.glo. ſed intellige quādo illa
extra vocem manifeſtātur. ¶ Secundò, ſciēdum eſt,quòd
ſecūdùm Pan.in c.veſtra.de coha.cle.& mul.fama eſt du-
plex,ſcilicet bona & mala: quia ita ſe habere poteſt ad bo
num ſicut ad malum:cùm dicatur famoſus latro.l. capita-
lium.§.famoſos.C.de pœn. Et intellige de ea, quæ eſt de
aliquo homine in genere virtutis aut vitij:vt ꝙ eſt bonus
vel malus.Quædā verò eſt de aliquo facto particulari:vt
quòd tale quid,ſit vel nō ſit,ſecūdùm Bar. ¶ Tertiò,ſciē-
dum,ꝙ ſecūdùm Pan.in d.c.veſtra. fama in genere,id eſt,
cōmuniter,ad bonam & malam eſt communis locutio ex
veriſimilibus cōiecturis conſurgens : vnde fama eſt pro-
priè quādo tota ciuitas, aut vicinia, vel maior pars aliqd
clamat ex cōiecturis veriſimilibus : aliàs autem nō eſt fa-
ma,quo ad iuris effectum: ſed ſunt vanæ populi voces:vt
de accu.p gl.& doct.in c.inquiſitionis. quę nō ſunt audiē
dæ,per gl.in c.ij.de elect.& Bar.in l.de minore.§.tormē-
ta.ff.de quęſt.& tex.in l.iij.ff. de teſti. Sed intellige,ꝙ eſt
communis locutio preſupponēs opinionem, ſiue creduli
tatem: vt patet ex diffinitione Barto. dicentis,ꝙ fama eſt
cōmunis opinio voce manifeſta ex ſuſpicione.& intelli-
ge probabili veniens.quod ideo dicitur:quia quādo ali-
quid eſt certū,aut viſum à populo, nō eſt fama, ſed mani-
2 feſtum aut notoriū. ¶ Igitur* ad famā quatuor requirun-
tur.Primò,ꝙ ſit opinio communis.Secūdò,ꝙ ſit ex ſuſpi
cione probabili.Tertiò,ꝙ voce manifeſtetur. Quartò,ꝙ
manifeſtetur ab omnibus,vel maiori parte:in quo differt
à rumore,vt patebit.Vnde dicta paucorū nō infamant ſe-
cundùm Panorm.in c.cum in tua.de ſpō.Vbi etiam no.ꝙ
vbi dicitur pars,nulla additione facta,intelligitur medie-
tas.de deci.c.ij.lib.vj.& in l.nomē.§.portionis.ff. de ver.
ſignifi.Quādo verò additur ly aliqua,vt dicēdo,pars ali-
qua,verificatur in qualibet minima particula. ¶ Quartò,
ſciendum,ꝙ licet ad famam faciendam requiratur maior
pars, tamen ad famam probādam ſufficiunt duo teſtes: vt
nota.in d.c.tormēta.& in l.iij.ff. de teſti. cōtra huiuſmo-
di tamen probationem admittitur probatio cōtraria:quę
ſecūda probatio,ſi clarior ſit, obfuſcatur effect⁹ primę:&
eo caſu,quo fama ſufficeret ad torturā , & ſi per partē rei
bona fama probatur,tollitur præſumptio prima.argu. de
ſpon.cum in tua.& quod no.in l.ſi.C.de quæſt. An autem
fama faciat plenam probationem,infrà,Inquiſitio j.§.xj.
3 ¶ Quintò,*ſciēdum, ꝙ fama bona de homine aliquo eſt
ſecundùm Spe.illæſæ dignitatis ſtatus,legibus & morib⁹
cōprobatus in nullo diminutus. qd etiā patet ff. de var.&
extraor.l.cognitionē. §.æſtimatio.& in gl. ī d.c.veſtra.&
C.ex qui.ca.infa.irro.l.j. fama autem mala eſt cōtraria ad
bonam,vt patet per gl.vbi ſuprà. Dicit autē Azo,ꝙ in di-
cta deſcriptione nomē dignitatis nō ponitur pro honore
publico, ſed pro potentia natura cunctis attributa. ¶ Vel
breuiter fama hominis eſt cōmunis opinio ex ſuſpiciōe
probabili cū locutione de illo homine : & ſi ſit de malo,
eſt mala:ſi de bono,bona.Fama verò de aliquo negotio,
vel facto eſt cōis opinio ex ſuſpicione probabili cū locu-
tione de illo negotio. & ſic cōmunis diffinitio deſcendit
in membra:nec oportet addere, ex incerto autore proue
niens:quia quandoque ex certo, quādoque ex incerto au
4 tore prouenit,ſecūdùm gl.& Pan.in d.c.veſtra.¶* Sextò,
ſciēdum,ꝙ rumor ſecundùm Spe.eſt particularis aſſertio
vel inſinuatio ex ſola ſuſpicione, & incerto autore proue
uiens.de eo qui cog.con.vxo. ſuper eo. & idē ſentit Pan.
vbi ſuprà,excepto ꝙ nō adderet incerto autore: & bene.
Vnde rumor in hoc differt à fama, quia rumor eſt quādo
pars aliqua viciniæ clamat : fama verò quādo pars maior,
ſecūdùm mētem Pan.in c.bonæ memoriæ.el j.de elect.&
gloſſ.in d.c.ſuper eo.Vnde ſecūdùm Pan. rumor ſe habet
in minus, quod intellige quantū ad partē requiſitam, nō
quo ad prædicationē:ſed eſt econuerſo,quia omnis fama
eſt rumor : non econtra. ¶ Septimò, ſciendum eſt, quòd
indicium, quod ſcilicet idem videtur cōiectura probabi-
lis,eſt mediū intellectuale veritatis eliciēdæ,ex aliqua ſin
gulari circunſtantia inſurgens.C. & ff. de rei vendi.l.in-
dicia.vel ſecūdùm Pan.in d.c.veſtra. propriè eſt notabile
ſignum dictæ rei,ſeu facti, quod ſubijcitur neceſſitati p-
bandæ: & largo modo argumētum dici poteſt indicium.
Vide in c.forus.de verb.ſig.Et tot,inquit,poſſent eſſe in-
dicia,& tam vrgentia, ꝙ inducerēt iudicem ad credulita-
tem, & ſufficerēt ad ſententiā ferēdam,etiam in crimina
libus:vt C.de rei vend.l.indicia.C.de proba.l.ſciant cun-
cti. & de præſumpt. afferte. & refert ſe ad dicta in c.iij.de
5 proba.vide infrà,Indiciū. ¶ Octauò,* ſciendum eſt,ꝙ ſe-
cundū gl.in c.ſenti.xj.q.iij. ſi ſumus inter tales,qui parati
ſunt imitari , mortaliter peccat, qui ſuam famā pro poſſe
nō defendit.& ſic intellige c. nō ſunt audiendi.ea. quæſt.
& xij.q.j.nolo. & de cōſecra. diſt.j.iubemus. Si autem ſu-
mus inter tales,qui ſolùm parati ſunt reprehendere, non
imitari:ſic ſufficit nobis cōſcientia noſtra:nec defendere
tenemur.& ſic intellige c.quid obeſt.cum quinque ſequē
tibus.xj.q.iij.S.Tho.autē in v. quolib.artic.xxvj. dicit,ꝙ
viros præfectos, intellige exiſtētes in ſtatu perfectionis,
decet in perſonalib⁹ iniurijs eſſe maximè patiētes,vt ſint
etiam parati plura ſufferre,ſecūdū illud Matth.v. Si quis
percuſſerit te, &c. Statum verò ſuū impugnari pati non
debent, quantum reſiſtere poſſunt: quia hoc vergeret in
iniuriā Dei. Sed in quolib.x. ar.xij. etiā quātum ad iniu-
rias perſonales videtur diſtinguere,& dicere,ac probare,
ꝙ illi, qbus imminet ex officio, vel ſtatu pfectiōis aliorū
ſaluti prouidere , peccant, niſi infamiam propriam iuxta
poſſe repellāt.Alij verò,quibus magis cuſtodia ſuæ pro-
priæ ſalutis imminet,poſſent ſuę humilitati prouidentes
famam vel infamiam cōtemnere.Vtrum fama probet,in-
frà,Inquiſitio j. §.xj. Quomodo fama lædatur,ac reſtitua
tur,ſuprà,Detractio. Quomodo verò ab aliquibus ppter
eam ſit abſtinendum,vide infrà, Scandulum.

DE FAMILIA ET FAMVLIS.

1 *Familiæ (quæ à femore dicta eſt) appellatione, qui cōtineātur. Et ſeruus unus huius nomine,an cōtineri dicatur. Item nū duo familiam conſtituant.*
2 *Familiam triplicem eſſe.Et quid unaquæque ſpecies.*
3 *Paterfamilias ad quid teneatur.*
4 *Dominus tempore infirmitatis,nū famulo,qui operas ſuas loca rat,de neceſſarijs,& ſalario teneatur.Et quid in poteſtate fa mulos,ac iudices,quibus ſalarium præſtari debet,habente.*

5 *Obligatus familiam aliquã procurare, utpote, furnarius exco
ctionem alicui, & eius familiæ ex obligatione debẽs: an excre-
ſcente familiá, toti quoque familiæ teneatur.*
6 *Famulus, qui de ſalario cum domino nõ cõuenit, an ipſum pete
re poßit. Et quid ſi per annum ruri ſeruire promiſit, exactis au
tem ſex menſibus hyemalibus abire uult.*
7 *Famulus, cui dominus debitam mercedẽ dare non uult, an ſibi
clàm per ſe ſatisfacere poßit.*
8 *Familia, aut aliquis ex ea, nũ requiſitus per ſuperioris obedien
tiam, delictum domini ſui reuelare teneatur. Et an iuramentũ
ſeruare debeat famulus, qui iurauit ſe domino nuntiaturũ, ſi re
ſciuerit quenquã ipſius bona ſubripuiße. Et quid de teſtibus ſy
nodalibus.*

1 FAMILIA* dicta eſt à femore, quæ eſt pars hominis
genitiua. C. de verbo. ſign. Et ſecundùm Azo. in Sum.
ſuo nomine comprehẽdit omnes, qui ſunt in ſeruitio ali
cuius, etiam liberos homines ſeruiẽtes illi bona fide, vel
etiã alienos, & ſeruos, qui ſunt in eius poteſtate: ſimiliter
oẽs propinquos, libertos, & patronos: & ſic generaliter
ſumitur C. de verb. ſign. d. l. fi. Vnicus verò ſeruus familię
nomine nõ cõtinetur, nec duo faciunt familiam, ibidem.
2 Sed* Archi. in c. licet. de priuil. lib. vj. dicit, ꝙ triplex eſt fa
milia. Quædã perpetua, & religioſa, vt religioſi, clerici,
& ſimiles: & hi gaudẽt priuilegio cõuentus, vel collegij.
de ſtat. monacho. recolẽtes. C. loca. l. milites. aliter dupli-
ci iure tenerẽtur: contra c. cognouimus. xij. q. ij. Et de hac
loquitur c. cum olim. de arbi. Eſt & alia, quæ ſcilicet non
eccleſiaſticos tantùm compræhendit, ſed etiã laicos: ſicut
ſunt vxor, filij, nepotes, ſerui, famuli, q in eius domo, eius
ſumptibus viuunt cõtinuè: de qua intelligitur ff. de pub.
l. j. §. familiæ. C. ad legẽ Cornel. de ſica. l. ſi fortè. quæ po-
nitur de pœn. diſt. j. de hæreti. c. filij. lib. vj. in fi. de teſt. in
literis. vbi de hoc. & iij. q. v. c. j. Et de hac intelligitur, qđ
dicitur in d. c. licet. de quo vide infrà, Interdictũ. vj. §. vij.
Eſt & alia, quæ nec ꝑpetua eſt, nec mercenaria: ſicut cleri
ci, & religioſi, & alij eccleſiaſtici dicũtur de familia eccle
ſiæ: de qbus xvj. q. vj. de lapſis. Eſt & alia, de qua in l. fi. C.
de verb. ſig. vbi nomẽ familiæ cõpræhendit parẽtes, libe
ros, omneſq; propinquos, & ſubſtantiam, & libertos etiã,
& patronos, necnõ & ſeruos: & hæc ſignificatio habet lo-
3 cum in fideicommiſsis, vt ibi patet. ¶ Primò* verò quęri-
tur, ad quid teneatur paterfamilias? Et dico, ꝙ ad duo de
ꝑcepto principaliter, ſcilicet ad neceſſariorũ vitæ admi-
niſtrationem, & ad diſciplinam, tam verbo, quàm morum
exẽplo: vt colligitur prima ad Timotheũ v. & ad Epheſ.
iij. & no. in §. neceſſe. xlvij. diſtin. aliter de ſui natura eſt
mortale in re notabili: niſi excuſet aliqua circunſtãtia, pu
ta neceſsitas, & huiuſmodi: vł niſi omiſsio correctiõis ſit
circa ea, quę nõ ſunt ad ſalutem neceſſaria. & ſic intellige
xxiij. q. iiij. duo iſta. & q. v. c. non putes. An aũt correctio-
nis gratia poſsit clericos verberare, ſuprà, Excõicatio vj.
§. iiij. caſu viij. Si autẽ aliquos de familia, nec verbis, nec
verberibus poteſt emẽdare, tenetur eos expellere, vel eis
negare neceſſaria, ſi credit probabiliter eos ꝑ hoc poſſe
emẽdari: ſicut patet in vxore fornicaria: arg. eorũ q̃ no. in
c. non omnis. v. q. v. Si verò probabiliter credit per hoc
eos licẽtius peccare, per ſuam autẽ curã, & timorẽ videt
eos à multis, etſi nõ ab omnib⁹, malis ſe tẽperare, ſi faciat
quantum poteſt, excuſatur, nec ei imputatur peruerſitas
filiorum: vt patet in c. quantumlibet. & c. ſeq. diſtin. xlvij.
4 ¶ Secũdò* quęritur, an dominus tẽpore infirmitatis te-
neatur famulo, q locauerat operas ſuas, de neceſſarijs, &
ſalario? Et dicit Bart. in l. ſi cũ dotem. §. ſui autem. ff. ſolu.
matrimo. & in l. in rebus. ff. commo. ꝙ ad expenſas ma-
gnas nõ tenetur. qđ intellige ratione famulatus: ſed alia
ratione, vt quia proxim⁹, & ille nõ habet vnde ſibi ſubue
niat, tenetur: & ille poteſt officium iudicis implorare cõ
tra eum, vt ſibi ſubueniat ſi eſt ſoluẽdo: & idem facere po
teſt pauper cum quocũq; diuite, de quo vide tex. cũ glo.
notabili in c. ſicut. xlvij. diſt. Quantum verò ad ſalarium,
Ioan. Andr. do. Anto. Ioan. de Imol. & Panormi. in c. j. de
cle. ægro. & communiter doct. tenent quòd non: quia ca-
ſus cõtingens in perſona eius, qui locauit operas, liberat
cõductorem à præſtatione mercedis. l. ſi vno. §. item cũ
quidã. & quod ibi no. ff. loca. & quod no. in l. in rebus. ff.
cõmo. & gl. in l. fi. §. idem iuris. el ij. ff. ad legem Rho. de
ia. quod Panor. vbi ſuprà limitat, quãdo ſalarium debetur
ſolùm ratione perſonæ: ſec⁹ ſi daretur ratiõe aliorũ etiã.
Vnde poteſtas, qui habet famulos & iudices, qbus habet
ſoluere, licet infirmetur, aut moriat̃, petere poteſt: & de-
bitores ei tenentur. tex. eſt in l. pecuniã. ff. de condict. ob
cau. & facit quod no. in l. diẽ functo. ff. de offi. aſſe. Inno.
autem tenere videtur, quòd ſalarium debeatur in capit.
propter ſterilitatem. de loca. & facit c. j. de cleri. nõ reſid.
lib. vj. & ibi Gemin. per illum textum dicit, ꝙ doctori, vel
famulo ſubtrahi non debet ſalariũ propter infirmitatem,
allegans quod habetur in Spe. de cle. nõ reſi. §. poſtquã.
verſi. quid ſi mercẽnarius. Et iſtud tenet Sal. in l. licet. C.
loca. & pulchrè Ang. in diſputatiõe, exorta guerra. & facit
l. quæſitum. ff. de re iudi. Et hoc procedit vbi cõſuetudo
ſic eſt, ꝙ ſcilicet debeatur: quia illud videtur actũ, quod
eſt cõſuetũ. l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua. ff. de ædil. edic.
Vbi autem non eſt cõſuetudo, nõ debetur, niſi vt dictum
eſt, & in caſu ſpeciali: vt C. de aduo. di. iudi. l. poſt duos.
vbi aduocato debet̃ ſalariũ ex publico cõſtitutũ, licet mo
riatur intra annum: ſecus autem de ſalario promiſſo à par
te: quia nõ debet niſi pro rata tẽporis: ſecundũ Bart. in d.
l. diẽ functo. *Similiter in l. cũ hæres. §. Stichus.* ff. de ſta.
lib. vbi quãdo per ſeruum nõ ſtat, quin ſeruiat: nihilomi-
nus libertatẽ propter hoc legatã cõſequitur fauore liber
tatis. de quo infrã, Locatio. §. xij. vbi ager̃ de iſta materia
5 diffuſè. ¶ Tertiò* quæritur, vtrũ obligatus procurare ali
quam familiam, vt qui accepit furnũ cum obligatione co
quẽdi alicui & eius familiæ, teneatur excreſcẽte familia?
Et dico ſecundùm Panormitanum ꝙ non, ſi familia ha-
beat numerum certum & determinatũ: ſi autem indeter-
minatum, vt ſunt fratres alicuius cõuentus, ſic tenetur. &
facit c. quãto. de cenſi. vbi etiã dicit Panormitanus, quòd
ex quo iſte poteſt ſe habere ad lucra, ſcilicet familia dimi
nuta, aut aucta tenetur, vt cõtrariorum eadem ſit diſcipli-
na, niſi ſpeciem mutaſſet: puta, ſi effectus eſt epiſcopus vł
capitaneus: & ſic tenet familiam multam. Si tamen nimis
6 grauaretur, per iudicis officiũ ſibi prouidebit̃. ¶* Quar-
tò quæritur, an petere poſsit ſalarium famulus, qui cũ do
mino de ſalario nõ conuenit? Et dicit Fede. cõſilio xviij.
quòd ſi famulus cõſueuit locare operas, & dominus con-
ducere, tenetur dominus ſoluere ſaltem vſq; ad illã ſum-
mam, qua alios fuiſſet cõducturus. arg. l. ſi non ſortem. §.
libertus. de condi. inde. not. per Archi. j. q. j. ſunt nõnulli.
Si verò fuit conductus ſub mercede taxanda ad arbitriũ
domini, ſic iudicio boni viri taxabitur: vt patet ſuprà, Ar
biter. §. xij. & xvj. ¶ Quintò, q d ſi promiſit ſeruire ꝑ an-
num in rure, & exactis ſex mẽſibus hyemis vult diſcede-
re? Dico, ꝙ nõ habebit medium ſalarium, ſecundùm Bar.
in l. diuortio. §. quod in anno. ff. ſolu. mat. ſed computabi
tur craſſum cũ macro. Et ſi aliquo tẽpore dicti anni fue-
rit

rit infirmus, non tenebitur ſupplere illud tempus. gloſ. in
cap. ſi pro tua. de reſcri. lib. vj. vt l. cum hæres. §. Stich⁹. ff.
de ſta. lib. ex quo tamen non ſequitur, ꝙ debeat habere ſti
pendium totum. ¶ Sextò* quæritur an famulus, cui domi
7 nus dare non vult debitam mercedem poſsit occultè ſatiſ
facere ſibi? Et dicit Ric. in iiij. diſt. xv. ꝙ licet tales peccẽt
in modo accipiendi, tamen ad reſtitutionem nõ tenẽtur.
8 Sed de hoc dic vt j. Furtum. §. xiij. & xv. ¶ Septimò,* vtrũ
familia, vel aliquis de familia teneatur reuelare delictum
domini ſui, requiſitus per obedientiam ſuperioris? Et
dico, ꝙ nõ, ſi criminaliter vult ꝓcedere. iiij. q. iij. l. Iulia. el
ij. Secus ſi ciuiliter procedat, vt ſuprà, Correctio. §. ix. & x.
quod intellige vbi ex hoc nullum ſibi malum immineret:
quia nullus tenetur ſuo malo procurare bonum proximi
temporale. ¶ Octauò quæritur, vtrũ teneatur ſeruare iu-
ramentum famulus qui iurauit domino ſe denuntiaturũ,
ſi quem ſciuerit eius bona ſurripuiſſe? Et dicit Duran. ꝙ
non, ſi dominus eſt truculentus: quia illicitum fuit iura-
mentum: ſed ſi eſt manſuetus, & probabiliter creditur ra-
tionabiliter proceſſurus, diſtinguẽdũ eſt: quia ſi res ſubla
ta erat ſub eius cuſtodia: ſicut poſſet proſequi aſportantẽ,
ſic & domino reuelare. Si verò nõ erat deputata ad eius
cuſtodiam, tenetur nihilominus dicere, ſi poteſt ꝓbare: ſi
verò probare non poteſt, reuelare non debet, niſi tali, cui
poſsit prodeſſe, & non obeſſe. & ſi alio modo iurauit, nõ
fuit licitũ iuramentũ nec obligatorium. idem dicit Hug.
de teſtibus ſynodalibus, ſcilicet quòd non tenentur denũ
tiare epiſcopo, licet iurauerint: niſi crimina quæ probare
poſſent. xxiij. q. iiij. quiſquis. aliàs eſſet proditor criminis.
ij. q. j. ſi peccauerit. niſi hoc faciat ſecretè epiſcopo vł alij,
qui habet corrigere paternaliter. ar. xxij. q. v. hoc videtur.
& de hoc ſuprà, Denuntiatio. §. v. Quis autem teneatur
pro delicto familiæ. infrà, Nauta. §. v.

DE FAMILIARI.

1 *Familiares quinam dicantur & qui domeſtici.*
2 *Domeſtici dicuntur, quibus ob patriam aut dominicam potes
ſtatem licitè imperatur.*

1 FAMILIARIS* quis dicatur, gloſſ. iij. q. v. in ſum. di-
cit, ꝙ large familiares dicuntur omnes, qui cohabitãt
cum aliquo, vt in c. inſinuante. de offic. dele. & in c. in lite
ris. de teſti. vbi dicit glo. ꝙ familiares appellantur conſan
guinei, colonus adſcriptitius, mercenarius, filius in pote-
2 ſtate, libert⁹ ſeruus, & omnes habitãtes in domo.* Dome
ſtici verò ſunt quibus ratione patriæ poteſtatis, vel domi
nicæ imperari poteſt. Pro quo vide glo. in l. præſenti. §.
ſanè. C. de his qui ad eccle. confu. & familiares domeſtici
intelliguntur omnes, qui in expenſis alicuius cõmẽſales
continuè exiſtũt, etiã ſi aliquãdo abeſſe pro eius negotijs
gerendis cõtingat: vt no. in c. fi. de verb. ſig. li. vj.

¶ FAVORABILE. vide infrà Odioſum.

¶ FAVTOR quis dicatur. j. Hęreticus. §. vij. & x.

DE FOEMINA.

1 *Fœminæ appellatio, quàm latè pateat. Et ibidẽ quòd ſexus mu-
liebris debilior ſit, ob idq; citius perficiatur.*
2 *Fœmina uirili habitu utẽs, an mortaliter peccet. Et quid de fœ
mina ſe attondente. cum ſeq.*
4 *Fœminæ prohibita quæ dicantur, & à quibus actibus exercen
dis arceatur.*

1 FOEMINA* nomen eſt generale, cõmuniter omnem
fœmellam in omni animantium genere cõplectens:
vſitatius autem in genere humano, in quo citius homine
pubeſcit: vł quia mala herba citò creſcit: ſicut ludẽs, vt cre
do, dicit glo. in l. ij. C. de his qui ve. ęta. impe. vel ſecundũ
commũniter doct. in cap. literas. de deſponſ. impuber. ſe-
2 xus muliebris eſt debilior, citiuſq; deficiẽs, & cõſequẽter
citius perficitur, ſicut in alijs videmus. ¶ Primò* verò quę
ritur, vtrum fœmina peccet mortaliter vtẽdo habitu viri
li, vel cõtra? Et dicunt aliqui quòd ſic: quia xxx. diſt. in c. ſi
qua mulier. dicitur, ſi qua mulier ſuo propoſito vtile iudi
cans vt virili veſte vtatur, & propter hoc virilem habitum
imitetur, anathema ſit. Sed hoc dico de ſe non eſſe peca-
tũ, quia aliquãdo licitè fit: ſicut beat⁹ Amb. in ij. de virg.
narrat de quadam ſancta virgine Antiochena, ꝙ ab idola
tris proſtituta in lupanari ad preces viri ſub ſpecie turpitu
dinis intrãtis mutauit habitũ & exiuit, nõ vt vitaret mar
tyrium, ſed cõtagium. Vnde non poteſt eſſe peccatũ, *niſi*
ex circunſtantia vel intentione: & cõſequenter ſi iſta fiant
ex animi leuitate ſine intẽtione corrupta vel ſcãdalo gra
ui, non eſt mortale. Sed contrà, quia dicit̃ in d. c. ſi qua mu
lier. xxx. di. ꝙ ſi qua mulier ſuo ꝓpoſito vtile iudicãs vt vi
rili veſte vtatur, & propter hoc *virilẽ habitũ* imitetur, ana
thema ſit. Ad hoc dico, ꝙ loquit̃ quãdo mulier hoc facit
malo propoſito, id eſt, intentione facilius meretricãdi: vt
patet per gloſſ. & Archi. ibi. Contrà etiã, quia non vtetur
mulier veſte virili. Deutero. xxij. Sed dico hoc prohibe-
ri. Primò ex ſuperſtitione idolatrię: ne Iudæi in *ſacris* imi
tarẽtur gẽtiles idolatras. Secundò, vt reſtringeret̃ libido:
ne. ſ. mulier licentius ingrederetur ad viros. Tertiò dico,
hoc prohiberi eo modo quo & quædã de ſe licita ad mini
ſteriũ, ſicut prohibet̃ arari in boue & aſino, ĩ lege Moyſi:
vel eo modo quo venialia, puta mẽdacia, vł otioſa verba.
3 ¶ Secundò* quæritur, vtrum peccet fœmina ſe attondẽs?
Et dico, ꝙ fœmina tonſurari non debet, etiam cauſa reli-
gionis, de conuerſi. coniu. vxoratus. Et intellige non ſolũ
de tõſura quæ dicitur clerica, ſed etiã de raſura, quę fit per
abſciſsionem capillorum vſq; ad aures. & facit diſtin. xxx.
quæcunq; mulier. & xx. q. ij. c. j. & cle. attendentes. de ſta-
tu regu. Sed tamen hoc intelligitur ſecundũ gloſſ. in d. cle.
de fœmina, quæ vult in ſeculo remanere: qua etiam excu-
ſat conſuetudo contraria. Adde etiã neceſsitas, puta infir-
mitatis, vł huiuſmodi. Si autem id ſine neceſsitate faciat,
Summa Ang. dicit eam peccare mortaliter, cùm ſit excom
municanda: vt dicto ca. quæcunque mulier. Sed Sum. Roſ.
tenet contrarium, dicens non eſſe mortale, ſi hoc faciat ex
leuitate aut fatuitate. & hoc tene per dicta in priore §. di
ctum autem ca. quæcunque. loquitur quando hoc facit ex
ſuperſtitione, & ad facilius meretricandum: & in contem
ptum ſignificationis comæ, id eſt, ſubiectionis ad virum.
quod Archi. ibi no. vbi dicitur, reſoluens ius ſubiectionis.
4 ¶ Tertiò* quæritur, quæ ſint illa quæ prohibent̃ mulieri?
Et dico, ꝙ ſunt multa. Nõ enim poteſt prædicare, nec pu-
blicè docere, quamuis ſancta & docta. xxxiij. diſt. mulier.
ſcilicet in eccleſia & publicè. ſecus in capitulo ſuo & clau
ſtro, ſecundũ gl. Ray. Nec cõfeſsiones audire, nec alijs be
nedicere, aut actũ alicuius ordinis exercere. de pœ. & re.
noua. de exceſ. præla. c. tanta. Sed intellige de bñdictione
publica, non de priuata, eo modo quo mater filiũ bñdicit.
Nec tãgere ſacra vaſa aut ſacrãtas pallas, id eſt, corporalia,
ſecundùm gloſſ. nec incenſum circa altare deferre. xxxiij.
diſtin. c. ſacrãtas. Et idem eſt de veſtibus, quibus Deo mi-
niſtratur, ſcilicet actu. de conſe. di. j. veſtita. de quo tamen
ſuprà, in verbo, Corporalia. §. j. Nec eſſe arbitrix, niſi eſſet
in dignitate habente iuriſdictionem: licet poſsit eſſe ar-
bitratrix. de quo ſuprà, Arbiter. §. ſecũdo, & decimoſexto.
Nec iudicis aut magiſtratus officium gerere, niſi in caſi-
bus, de quibus in gloſ. decimaquinta. q. iij. §. j. Intellige in

ſpiritualibus, quia in temporalibus iudicare poteſt, vbi eſt
conſuetudo. de arbi. dilecti. Nec poſtulare aut procurare
niſi in cauſa propria, & ſuorū: vt no. in l. fœmina. ff. de reg.
iur. & iij. q. vij. & §. tria. d. §. j. Nec teſtis eſſe, de quo dic vt
j. Teſtis. §. j. Nec perſonaliter ad iudiciū trahi cauſa feren
di teſtimonium, aut qualibet alia cauſa, quæ non exprima
tur in iure contra eius voluntatem: & ſi eſſet religioſa, tra
hi non poſſet, etiam ſi vellet, quauis de cauſa: de iudi. mu-
lieres. lib. vj. Nec accuſare, niſi in certis caſibus, de quibus
xv. q. iij. §. j. in tex. & in gl. Nec ſe ſeu propriam ſubſtan-
tiam obligare pro debito viri, niſi creditum ſit cōuerſum
in ſuam vtilitatem: vt in authentico, vt nul. iud. §. & illud
no. col. ix. Nec debet incarcerari vel detrudi ꝓ aliquo de
bito, vt ibi, vide ſuprà, Abbatiſſa.

DE FOENORE.

FOENVS licet cōmuniter pro vſura ponatur, vt in l. in
proba. C. ex quib. cau. infa. irro. tamen propriè ſecūdū
grāmaticos in hoc ab ea differt: quia vſura eſt lucrū de ca-
pitali, fœnus verò eſt lucrū de vſura. Itē quia fœnus exhi-
bet mutuū vſq; ad præfixum tēpus: vſura ſine præfixione.

¶ FERIAE. vide ſuprà, Dies feſtus.

DE FEVDO.

1 *Feudi definitio. Et ibidem, an contractus feudalis dicatur, cùm ita feudum datur, ut inde ſeruitium aliquod præſtetur. Et quid ubi quid emitur, num huiuſmodi contractui feudi natura ineſſe poſſit.*

2 *Feudi natura quænam ſit. Et ibidem quòd ſedecim requirantur: de quibus hîc ſigillatim.*

3 *Feudum multiplex eſſe: & ibidem de ſingulis membris.*

4 *Feudo dari quænam res nequeāt. Et quid ſi eccleſia feudum de manibus potentum recuperare non poſſit.*

5 *Feudo res dare, aut recipere quiſnam poſſit. Item feudū quomodo acquiratur. nu. ſe. Et quis ad feudi ſucceſſionē admittatur. Et quot modis filia in feudo ſuccedere queat. num. 7.*

8 *Feudo Titio pro ſe & deſcendentibus filijs maſculis & filiabus conceſſo, an filia cum maſculo ſuperſtite in eo ſuccedere poſſit. Et cùm filia ad id non admittatur, an ſaltem defuncto maſculo eidem in feudo ſuccedet.*

9 *Clericus feudo ſuccedere num potis ſit. Et quid ſi feudatarius religioſus efficiatur, quis ei ſuccedet. num. ſeq.*

11 *Feudum ſi pater pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque obtinuit, an ad extraneum, legatarium, uel clericum permeare poſſit.*

12 *Feudatario de nouo beneficio inueſtito, ſine liberis decedēti, an frater, filiúſue fratris in feudo ſuccedat. Et qualiter intelligendum ſit, quòd deficientibus liberis ad feudum uocentur agnati.*

13 *Feudatarius an iuramentū præſtare habeat, & quando ac quale. Et ibidē ipſius iuramēti forma: & quòd ad ſex regulariter.*

14 *Feudatarius quanquā pro alijs aduerſus dominū cōſiſtere non debeat, pro ſe tamen & hominibus ſuis poteſt: quinimo & ius ſuum petere ac defendere. Et ibidem, qui uiciſſim dominus fideli reddere debeat.*

15 *Feudi domino defuncto, pluribus hæredibus relictis, an uaſallus omnibus iuramentum præſtare debeat. Et quid contra ſi pluribus relictis, uaſallus decedat.*

16 *Vaſallus num per alium inſeruire domino poſſit. Et an uaſalli mei uaſallus, meus quoque uaſallus ſit.*

17 *Feudum ex cauſis decem amittitur. Et cùm propter fidem non cuſtoditā amittitur, an ipſo iure perdi dicatur. Et quando ipſo iure amittatur. nu. ſeq. Et quid ſi citra domini conſenſum alienetur, ſiue in totum, ſiue in partem. num. 19.*

20 *Vaſallus pro anima nū feudum alienare queat. Et quid de cōmoditatibus ſuis, num illas ad longiſſimū tēpus alienare poſſit. Et an feudum pignori dare. Et num in dotem. Item num ex filijs uni totum ius feudi prælegare poſſit. uſque ad num. 25.*

25 *Feudum, ſi eo priuetur uaſallus, ad quē reuertatur. & utrum filio patris delictū noceat. Et quid ſi uaſallus læſæ maieſtatis contra principē crimē admiſerit, cuius occaſione bona publicationi omnia ſint obnoxia, nū ad Principē feudalia perueniāt. nu. ſeq.*

27 *Feudatario uno deficiēte, num alteri feudū accreſcet. Et ſub hæc num filius paterna reiecta hæreditate feudū retinere poſſit. Et ibidem agnati quínam dicantur.*

28 *Vaſallus inuito domino, an feudum refutare queat.*

29 *Feudum eccleſia, num in pignus recipere, & fructꝰ ſuos ſine uſura facere poſſit. Et quid in fructibus emphyteuſeos. nu. ſeq.*

30 *Lex feudalis ubicunq; contra iuris naturalis, aut ciuilis rationē non eſt, locū in emphyteuſi habet, alioqui ſecus. Et ſub hæc, quibus cōcurrētibus fructus pignoris in feudo, ac emphyteuſi licitè non cōputentur. Et quid ſi uſufructuarius uſumfructum proprietario obliget, an fructus in ſortem computentur. nume. ſeq.*

1 FEVDVM, *ſecundùm Gof. eſt conceſſio rei immobi
lis facta pro homagio. extrà, de ſimo. cap. ex diligenti.
& concor. diffinitio Hoſt. & Azo. dicentium ꝙ eſt benefi
cium alicuius rei, inueſtitura interueniente, ſic conceſſæ
ſeu datæ alij, vt dominiū penes cōcedētē remaneat: cuius
occaſione recipiēs, & ſucceſſor eius, concedente domino
ad id ſeruitiū, de quo & vſq; quò conuenit, aut feudi natu
ra requirit, tenetur directo domino, vtile aūt ad feudata-
riū trāſit. ar. eorum quæ no. de emphyteuta. ff. ſi ager veç.
pe. l. vnica. §. qui me. Tamē ex §. ſequenti melius patebit
natura feudi. Ex his autē patet, ꝙ quādo feudum datur, vt
inde præſtetur ſeruitium reale, non eſt propriè feudū, ſed
contractus innominatus, ſecundū Cy. in authen. ingreſſi.
C. de ſac. ſan. ec. ſicut dicit Bald. in lib. de conſue. feu. ꝙ in
quibuſdā partibus Lōbardiæ pro feudis eccleſiæ ſoluitur
par caponū, vel ſpatula porci, & huiuſmodi, ſecundū eum
æquiparatur emphyteuſi. Similiter ſi eſſet quid emptum,
non habet naturā feudi, ſecundū Bald. vbi ſ. de feu. da. c. j.
& in l. qui ſe. C. vnde libe. Sed quādo imponitur onus per
ſonale, vt ire ad parlamentū regis, vel huiuſmodi, & abeſt
venditio: tūc proprie eſt feudū: & regulatur lege feudorū.
2 ¶ Primò* verò quæritur, quæ ſit natura feudi: & quæ diffe-
rētia eius ad emphyteuſim? Et dico patere reſponſionem
ex verbis Petri Heliæ in tractatu ſuo de feudis, dicentis.
¶ De natura huius contractus eſt primò, quod dominus
retineat ſibi directum dominium ac proprietatem: vt in
lib. feu. ti. in qui. cau. feu. amit. ca. vnico. ¶ Secundò, quòd
vtile dominium tranſeat in vaſallum. quod patet: quia va-
ſallus poteſt quaſi vendicare: vt in lib. feu. titu. de inue. de
re. alie. fa. capit. vnico. & conſequenter eſt quaſi dominus:
aliàs non vendicaret. ff. de auro & argen. lega. l. Quintus.
¶ Tertiò, ꝙ dominus habeat ciuilem poſſeſſionem, & va
ſallus naturalē: quia vaſallꝰ appellatur vſufructuarius, qui
naturaliter poſſidet: vt ff. de acqui. poſſ. l. naturaliter. Dico
tamen, ꝙ ius vaſalli cùm poſſidet ciuiliter & naturaliter:
quia preſcribit. quod nō faceret, niſi ciuiliter poſſideret.
¶ Quartò, ꝙ conſiſtat in rebus immobilibus. ¶ Quintò,
ꝙ ſi vaſallus domino conſtitutum ſeruitium non præſtite
rit, à feudo repellitur. ¶ Sextò, quia ſine domini volun-
tate feudum alienari non poteſt. ¶ Septimò, quia feudata
rio fit regulariter in perpetuū. ¶ Octauò, ꝙ dominus ha-
beat mittere vaſallū in poſſeſſionem. ¶ Nonò, ꝙ ſi ſit cō
trouerſia inter vaſallos, dominus cognoſcit. ſecus in em-
phyteuta: quia hic dominus habet vaſallū obligatū perſo-
naliter mediāte iuramēto, & cōſequēter habet iuriſdictio
nē in perſonā, & multo fortiꝰ in rem. in emphyteuſi verò
dominus habet emphyteutam obligatum ratiōe rei: nec
habet ius quadiu pēſio ſoluitur: vñ recognoſcere nō po-
teſt. ¶ Decimò, ꝙ vaſallus nō poteſt ſine domini volūtate
feudū impignorare: emphyteuta verò poteſt: qa hic pate
retur dominus, nō ibi: eo ꝙ hic tenetur vaſallus domino
ſeruire de fructibus, quos creditor interim ꝑcipiet: ibi au
tem tenetur ſoluere pēſionē in pecunia cōſiſtentē. ¶ Vn-
decimò, ꝙ vaſallꝰ feudū ſine domini volūtate dare nō po
teſt: quod emphyteuta poteſt: quia magis obligatur vaſal
lus, cū perſonā eius dominꝰ elegerit. Vnde aliū inuito do
mino ſubrogare nō poteſt, quod emphyteutæ permittit
ꝓpter liberalitatē. ¶ Duodecimò, ꝙ in feudo fœmina ſuc
cedere nō poteſt, niſi fuerit conuentū: ſecus iure emphy-
teutico: quia feudū datur propter ſeruitiū: mulier aūt ſer-
uire nō poteſt æquè bene vt vir: emphyteuſis aūt fit pro-
pter meliorationē, quā æquè bene facere poteſt mulier vt
vir. Aſtē. tñ dicit, ꝙ hoc fallit in duobus caſibus. Primò, ſi
ſit feudū fœmineū, vel fœminæ cōceſſum: quia tūc defi-
ciētibus maſculis ad fœminas pertinebit: vt in ti. de bñfi.
fœmi. Secūdò, ſi ſit tali pacto acquiſitū, vt deficiētibus ma
ſculis ad fœminas deuoluatur: quia quod fuit actū, eſt ſer
uandū: vt in tit. de ſuc. feu. §. filia. ¶ Decimotertiò, ꝙ va-
ſallus nō poteſt aliū vaſallū facere ſine domini volūtate.
quod emphyteuta poteſt: qa emphyteuſis propter melio
rationē, feudū propter ſeruitiū fit: æquè bene aūt poteſt
meliorare ſecūdus vt primus: & tamē nō poteſt æquè be-
ne ſeruire: ideo hîc requiritur domini cōſenſus, non ibi.
¶ Decimoquartò, ꝙ pēſio nō præſtetur vt in emphyteuſi:
ſed ſeruitiū certū, vel incertū, prout fuerit cōuētum: item
ꝙ nihil preſtetur pro introitu. ¶ Decimoquintò, ꝙ vaſal-
lus nō teneatur ſeruitiū præſtare domino, niſi requiſitus.
ſecus in emphyteuta: qa vaſallus nō tenetur, niſi ſciat do-
minū indigere: emphyteuta verò tenetur ad certā pēſio
nem certa die: dies autē pro domino interpellat. ¶ Deci-
moſextò, ꝙ vaſallus poſſit feudū dimittere ſine domini
volūtate: nō aūt emphyteuta: quia feudū datur amore va
ſalli, & vt aliquā vtilitatē cōſequat: vnde ſine domini vo-
lūtate poteſt renūtiare: ſed emphyteutica res traditur ad
3 vtilitatē domini. i. vt melioretur: vnde ſecus. ¶* Secūdò
quæritur, quotuplex ſit feudū? Et dico ſecūdū Bal. in pro-
log. d. libri. ꝙ multiplex. Aliud enim eſt habēs propriè na
turā feudi, aliud impropriè: aliud regale, aliud nō regale:
aliud ſimplex, aliud cōditionatū: nō quidē ſub cōditione
datū, ſed ſub qualificatione: vel cōditionatū. i. datū ad cer
tū ſeruitiū ſeu cōditionē, quā ſi vaſallus negauerit, feudū
amittit. Aliud antiquū ſeu paternū, ſcilicet qđ fuit illius,
qui fuit cōmunis parēs agnationis, ſiue quod à patre, vel
quocūq; de ſuperioribꝰ acquiſitū eſt. Aliud maternū, ſci-
licet acqſitū ꝑ fœminā: cuius natura aſpicit primò maſcu
los, deinde fœminas. Aliud reale, quod trāſit ad hæredē:
aliud perſonale, quod ſolū ad vitā vnius cōceditur. Aliud
ligiū, vbi mutatur fidelitas cōtra omnē hominē: aliud nō
ligiū, in quo prior dominus excipitur. Aliud francū, ſcili-
cet à ſeruitijs, & operibus exhibēdis: aliud nō francum.
Aliud annale, & eſt feudū guardię, & caſtaldis, & pro mer
cede alicuius rei: aliud nō annale. Sūt enim quędā incor-
poralia, quę quādoq; dantur loco feudi: vt guardia, & ca-
ſtaldia: & iſta nō habēt propriè naturā feudi, ſecūdū Hoſ.
Aliud nobile, qđ nobilitat poſſeſſorē: aliud burgēſe, ſci-
licet quod nō nobilitat. Aliud eſt etiā eccleſiaſticū: & hoc
eſt triplex. Primū, quod datur eccleſię. Secūdū, quod reci
pitur ab eadē. Tertiū, quod datur, vel recipitur à clerico.
Et qñ quis inueſtitur de ducatu dicitur dux, de comitatu
4 comes, de marchionatu marchio. ¶ Tertiò* quęritur, quę
nō poſſint dari in feudū? Et dico, ꝙ res īmobiles eccleſię
de nouo in feudū dari nō poſſunt: quia & prælati hoc iu
rant: ſed res, q̃ priꝰ erāt feudales, poſſunt iterū infeudari.
puta, ſi vaſallus propter aliquā cauſam feudū perdidit, vel
mortuꝰ eſt, poterit prelatus cōcedere filio eius, vel alteri.
de feu. ex parte. Et hoc poteſt prelatus etiā ſine ſolēnitate
nō obſtāte licētia, vel iuramēto de nō alienādo, cū modi
ficatione tamē, de qua ſ. Emphyteuſis. §. x. nō autē nouū
feudū. de feu. c. ſi. Adde predictis, qđ no. Pan. de feu. c. vlt.
ꝙ eccleſia nō valēs recuperare feudū de manibus poten
tum, pōt illud potentiori cōcedere, vt illud recuperet, &
ipſe habeat illud: ſed tñ res eccleſiæ nō feudales ſic inua-
ſæ prælatus in feudū cōcedere nō pōt: maximè ſi iurauit
nō alienare. Et idē Io. And. & ratio eorū, qa faciliter præ-
latus permitteret res inuadi à cōſanguineis, vt eis infeuda
5 ret. ¶* Quartò quęritur, qs poſſit dare in feudū vl' recipe
re? Et dico ſecūdū Bal. de his q feu. da. poſ. §. abbatiſſa. ꝙ
dare pōt qlibet, tā maſculꝰ, quàm fœmina, tam nobilis, q̃
ruſticus, modò habeat legitimam ſuorū bonorū admini-
ſtrationem: vt in c. j. j. noui. per quos ſi. inue. imò ſecundū
Hoſt. etiā minor xxv. an. ſi feudū ſit vetus. Si verò ſit no-
uum, fieri nō pōt à minore, niſi ſit pubes, & iurauerit nō
cōtrauenire. Recipere aūt feudū, ſeu inueſtiri, ſecundùm
Hoſt. pōt quilibet tā per ſe, quàm ꝑ ꝓcuratorē, etiā ſeruꝰ,
6 modò ſciente dño faciat. ¶ Quintò* quæritur, quomodo
acquiritur feudū? Et dicit Hoſt. ꝙ quatuor modis. ¶ Pri-
mò, per inueſtiturā: puta, cū dñs tradit alicui poſſeſſionē
rei immobilis corporaliter: vt cū haſta vel baculo, aut ali-
quo tali dicēdo ſe per hoc illū inueſtire. ¶ Secūdò, per id
quod habetur loco inueſtituræ: vt cū dñs alicui dicit, Va-
de ī poſſeſſionē illius feudi, & teneas ꝓ feudo. ¶ Tertiò,
præſcriptione: vt ſi xxx. an. tenuit feudū, & dño ſeruiuit, li
cet nō fuerit inueſtitus. ¶ Quartò, ſucceſſione nō ex teſta
mēto, ſed ab inteſtato: quia nō valet ordinatio defuncti
7 facta in feudo. ¶ Sextò* quæritur, qs ſuccedet in feudū? Et
dicit Bal. de his q feu. da. poſ. §. & qa hic. reperiri tale capi
tulū: Fideli abſq; liberis ex ſe deſcēdētibꝰ, & in feudū ſuc
cedētibus, ſi qdē feudū fuit cōis parētis, fratres defuncti
cū filijs ꝑmortuorū fratrū in ſtirpē ſuccedāt: his verò non
extātibus, ad agnatos ꝓximiores id volumꝰ pertinere: &
ſi quidē in pari gradu ſunt, pariter admittūtur. Si verò ex
vno eſt vnus, & ex alio plures, nō ī ſtirpē, ſed in capita ſuc
cedere debere ordinamus. hæc ibi. Hoſt. tñ dicit hāc eſſe
ſucceſſiōis huius naturā, vt in feudo nō ſuccedāt aſcendē
tes: puta, pater filio: deſcēdētes verò ſuccedūt: & primò q
dē filius patri, & nō filia: itē nepos filio, & nō neptis: & ſic
vſq; in infimū gradū: poſtea verò ſuccedūt collaterales:
q tamē de imperij cōſuetudine nō ſuccedūt. ſed filius ſo-
lus: quo deficiēte, reuertitur feudū ad Imperatorē: & ille
dat cui voluerit. Filia aūt nō ſuccedit ſecūdùm Hoſt. &
Bal. in d. §. quia. niſi in tribus caſibꝰ. Primò, qñ nominata
eſt in inueſtitura, ſeu de pacto, vel cōditione feudi. Secū
dò, quādo feudū redemit à domino. Tertiò, quādo domi
nus ei dedit propter ſeruitiū patris. in qbꝰ caſibus ab ali-
quo ex parētibus nō eſt inquietāda: vt in c. ſi qs ſine filio
maſculo. quę ad. feu. ad fil. perue. Quartò, adde ſi feudū ſit
datū ad nullū ſeruitiū: quia maſculis nō extātibus fœmi-
na ſuccedit, ſecundùm Bal. ibi. Quintò, quādo feudū erat
quæſitū iure emptionis, ſecūdū Odof. in Sū. & hoc potiꝰ
ex natura cōtractꝰ, quàm feudi. ¶ Sextò, ſi feudū ſit fœmi
8 neum: vt dictū eſt. ¶ Septimò* quæritur, vtrū feudo Ti-
tio cōceſſo pro ſe, & deſcēdētibus filijs maſculis, & fœmi

nis filiabꝰ, filia ſimul cũ maſculo ſuperſtite admittatur? Et
dicit Bal. in rub. Epiſcopũ vel Abb. feu. da. nõ poſ. ꝙ non,
ſed maſculus ſolus: qa natura feudi eſt, vt maſculus præfe
ratur. Et ſi poſtea filius decedit ſine filio, non admitteret
fœmina ſoror præmortui fratris: quia ſemel excluſa fuit ꝑ
maſculũ, ideoq; reuertitur ad dominũ. quod verum eſt in
feudo ſimplici & recto: ſecus in cõceſſo ad certũ ſeruitiũ,
quod fœmina poſſit explicare per ſe, vel per aliũ: quia tũc
admitteretur cũ maſculo ſimul. ff. de vſuf. accr. l. ſi qs Ti-
tio. & l. ſi mulieri. ſecũdũ Ia. de Bel. qui dicit, ꝙ fuit in fa-
cto in regno Apuliæ. Ex quo infert Bal. ꝙ ſi ſtatutũ exclu-
dit fœminã extãte maſculo ſemel excluſam nõ ampliꝰ ſuc
cedere, niſi vt fratri habet ſuccedere, nõ vt patri mortuo
9 ſine maſculo. ¶ Octauò* quæritur, vtrũ clericꝰ ſuccedat ĩ
feudo? Et opiniões cõcordãdo dico, ꝙ aut feudũ erat ſibi
apertũ: & tũc ſi ad ſacros ordines promoueatur, renũtiare
videtur trãſeundo ad ſtatũ incõpaſſibilem ſeruitio infeu
dali: arg. de præbẽ. de multa. & cler. gratia. de reſcrip. nec
poterit iſto caſu ſeruire per ſubſtitutũ, niſi eſſet feudũ, ex
quo præſtaretur ſolũ reale ſeruitiũ, quod non eſt propriè
feudum: vel ex quo præſtaretur ſeruitium perſonale non
repugnãs ordini eius, quo caſu ſuccedet: quia per clerica-
tum nõ perduntur iura ſucceſſionis. xij. q. iij. c. j. cũ ſimili.
Si verò promoueat̃ ſolùm ad ordines minores, ſuccedat:
quia poteſt ſeruire per ſubſtitutũ, vt vult glo. in c. j. de be-
nefi. fœmi. Aut feudũ nõ erat ſibi apertũ: puta, quia erant
tres fratres, & primogenitus poſſidebat feudũ, & ipſe exi
ſtens vltimus effectꝰ eſt Cardinalis, & poſtea mortui ſunt
alij fratres ſine hærede: & tũc ſuccedit: quia dici nõ poteſt
habuiſſe animũ renũtiãdi, nec etiã facultatẽ: & de æquita
te iuris admittetur quòd ſeruire poſſit ꝑ ſubſtitutũ: licet
ſecus de iuris rigore, niſi tale eſſet ſeruitiũ, qđ de ſui natu
ra poſſet per quẽlibet explicari: quia tunc etiã iuris rigo-
re ſuccedit. arg. l. continuus. §. ſi ab eo. ff. de verb. obli. Et
hæc eſt determinatio Bal. in l. quiſqs. C. de epiſc. & cleri.
10 ¶ Nonò* quæritur, ſi quis efficitur religioſus quis ſucce-
det? Et dicit Old. in aut. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccle. ꝙ
feudũ trãſit ad monaſteriũ eo modo, quo erat penes in-
greſſum. l. ſi qs presbyter. C. de epiſ. & cle. quod Inno. in c.
in præſentia. de proba. limitat verũ, ſi ſeruitiũ ad qđ tene
tur, præſtari põt ab eccleſia: aliàs ad dominũ reuertetur.
C. de cadu. tol. l. vnica. §. ne autem. Albe. autẽ in d. auth. te
net, ꝙ ſecundùm ius conſuetudinis feudorum reuertitur
ad dominum indiſtinctè: vt eſt caſus, ſi de feu. controuer.
fue. c. qui clericus. & de vac. mi. qui bel. arma depo. c. j.
11 ¶ Decimò* quæritur, quid ſi pater obtinuit pro ſe, & ſuis
hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcũq;, tranſibitne ad ex
traneũ, vel legatariũ, aut clericũ? Et reſpõdet Bal. in l. j. ff.
de re. di. & ſequitur Ludo. de Ro. in l. id tempus. §. j. ff. de
vſur. ꝙ ſic. ſed ipſe Bald. in c. j. §. donare. tit. qualiter olim
id eſt, papa nõ poteſt errare. Adde ſecũdò, ꝙ etiam ſecun-
dùm S. Th. errare nõ pot in ſpectãtibus ad bonos mores,
cõdendo ſcilicet decreta & cõſtitutiones. & intellige fina
liter, non prima fronte: & ſic errauit conciliũ, vt dictũ eſt.
Errare aũt poteſt etiā finaliter in particularibus factis ho-
10 minũ & iudicijs. Vñ etiā ſuprà Canonizatio. §. iij. ¶* Se-
ptimò quęritur, ad quē ſpectat editio ſymboli, & determi
natio dubiorum in fide? Et dico vtrunq; pertinere primò
& principaliter ad papā, & nõ ad conciliũ. quòd aũt ad eũ
ſolum pertineat editio ſymboli, ꝓbat Archi. iiij. parte. tit.
viij. quia hæc editio fit cõcilio, quod ſola authoritate pa-
pæ cõgregari põt: vt patet diſ. xvij. per totũ. & ſimiliter S.
T. ij. ij. q. j. qa, īquit, noua editio ſymboli neceſſaria eſt ad
vitandũ inſurgētes errores: & cõſequēter ad illius autho-
ritatē pertinet, ad quē pertinet ſentētialiter determinare
ea, q̄ ſunt fidei, vt omnibus incõcuſſa fide teneãtur. i. ſum-
mi pontificis: ad quē maiores & difficiliores eccleſiæ quę
ſtiones referũtur: vt dicitur diſt. xiij. Vnde & Lucæ xxij. di
cit dñs Petro, quē ſummũ pontificē cõſtituit, Ego pro te
rogaui &c. Et ratio eſt: quia vna fides debet eſſe in eccle-
ſia: qđ eſſe nõ poſſet, niſi quæſtio de fide exorta determi-
naretur p eũ, q toti eccleſiæ præeſt: cuius etiā authoritate
cõgregatur ſynod⁹, & eius ſñia cõfirmatur. hæc ex illo. Ex
11 qbus* patet, ꝙ ſentētia cõcilij robur accipit à cõfirmatio-
ne papæ: & ꝙ declaratio dubiorũ in fide ptinet ſolùm ad
eũ: vt ext. de bap. maiores. Vñ ſi cõſiliũ & papa diſſentirēt
in dubio fidei, qđ poſsibile eſt prima fronte, nõ finaliter,
cũ neutra pars errare poſsit finaliter: tādē ſtādũ eſſet ſen-
tentiæ papæ, ſi p impoſsibile conciliũ finaliter erraret: qa
remota authoritate papæ cõciliũ eſt cõciliabulũ, vt patet
diſt. xvij. per totũ. Vñ S. T. dicit ij. ij. q ij. art. iij. ꝙ authori-
tas vniuerſalis eccleſiæ in determinãdo de fide, principa
liter reſidet in ſummo pontifice. & de po. q. x. art. iiij. dicit
ꝙ papa põt interpretari & explanare ſymbolũ aliquo ad-
dito etiā nõ vocato cõcilio: & cõtra īpug. reli. dicit, ꝙ ſan
cti patres in cõcilio congregati nihil ſtatuere potuiſſent,
niſi authoritate ſummi põtificis interueniēte, ſine quo ēt
cõciliũ cõgregari nõ põt. Et ſi dicat̃ cõtra hęc, ꝙ cõſiliũ a-
liquãdo errauit, vt ī matrimonio raptoris & raptæ: ad hoc
12 dictũ eſt s̃. Cõſiliũ. §. ij. Si* etiā dicatur, ꝙ papa errare po
teſt: tũ quia põt effici hæreticus, ſicut Anaſtaſius. diſtī. xix.
Anaſtaſius. tũ quia de facto errauit Nicolaus in cõſtitutio
ne illa, exijt. de verb. ſig. li. vj. vbi dicitur, ꝙ Chriſtus & A-
poſtoli nihil habuerint in cõi quantũ ad dñium, q̄ reuoca
ta eſt per extrauagantē Io. xxij. q̄ incipit, ꝙ nõnunquã di-
co, ꝙ papa vt papa ſiue caput. i. vt ſuorũ mēbrorũ auxilio
vtēs per cõſilia & orationes, & faciēdo quod in ſe eſt, er-
rare non põt, ſicut nec eccleſia. vt s̃. Canonizatio. §. iij. &
s̃. Cõciliũ. §. ij. quia ſic ſequit̃ motũ Spirit⁹ ſancti. ſecus vt
ſingularis perſona ex negligētia vel ſupbia ſequendo ſuã
propriã inclinationem. Vnde effici nõ põt hæreticus, niſi
reſiſtēdo adiutorijs quæ daret Spiritus ſanctus, per inſpi-
rationes interiores, & mēbrorũ cõſilia, per q̄ Spiritus ſan
ctus, aut ad veritatē adducit illũ, aut hæreticũ cõuincit, re
ducēdo dictũ ei⁹ ad aliqd manifeſtè cõtra fidē. Ad illã aũt
decretalē dicit Arch. ij. parte. tit. xij. c. iij. ꝙ ad papã ptinet
determinare dubia exorta circa canones, ſicut & circa fi-
dē. ij. q. j. ex his oĩbus. Vnde illa decretalis non eſt quantũ
ad hoc reuocata, ſed declarata. de quo vide Archi. vbi ſu-
13 prà. Vtrum* autem liceat prece vel pretio aliquem ad fi-
dem inducere, vide J. Iudæus. §. vj. Vtrum etiam liceat di-
ſputare de fide, ſuprà Diſputatio. §. vnico.

DE FILIIS Legitimis & illegitimis pręcipuè quantum ad ſucceſsionem.

1 *Filij iuxta leges ac Canon. loquendo, in triplici ſunt differentia. Et qui ſunt, & quàm uariè in iure appellentur. Et rurſus quòd filiorum ſpecies quinque ſint, & quales dicantur.*
2 *Legitimi tantùm quomodo ſuccedant. Et quid de legitimis & ſpiritualibus.*
3 *Filij naturales tantùm, qualiter ad parentis ſucceſsionem uocētur, & quantæ portionis capaces ſint. Et quid contrà, qualiter parentes ipſis ſuccedant.*
4 *Naturales ac ſpurij, num ad parentum ſucceſsionem uocari poſſint. Et hoc ſeptem axiomatibus expedit. Et an iuxta legũ ſanctionem à parentibus alendi ſint. Et quid ſecundùm conſcientiæ iudicium. Et an ſit modus aliquis, per quem filio ſpurio pater aliquid relinquere poſsit.*
5 *Filij naturales ac legitimi, parentibus quomodo ſuccedant. Et ibidem, quòd Regum ac Comitum filij, in parentum uita, Reges ac Comites uocitentur.*
6 *Parentis malitia, & contrà, ut filio, aut patri noxia ſit. Et id qualiter, ac quatenus.*
7 *Filius naturalis tantùm, num per matrimonium ſubſequens legitimus efficiatur.*
8 *Filij ex clandeſtino matrimonio nati, an legitimi ſint.*
9 *Nati ex uiro & muliere ſimul cohabitantibus, an legitimi cenſeantur. Et ibidem quòd ex multa cohabitatione inter uirum ac mulierem matrimonium præſumatur.*
10 *Matrimonium ſequens, ut filios præcedentes legitimet, an oporteat, quòd conceptionis tempore uxor eſſe potuerit. Et an legitimatio, quæ per ſubſecutionem matrimonij ſemel contigit, per matrimonij diſsolutionem tollatur. Et quid de natis in caſu, de quo nume. ſequen. Et quid in caſu nume. 11.*
13 *Natus ex ſponſa de futuro, an legitimus ſit.*
14 *Filius num quis ex parentum tractatu conſtitui poſsit. Et quid ſi negent parentes talem tractationem, an filius eam probans parentibus negãtibus præferendus ſit. Et quid ſi probetur mulier conceptus tempore adulterium commiſiſſe.*
15 *Legitimatus per matrimonij ſubſecutionē, an legitimus ſit quo ad omnia, ut inde ſuccedere poſsit. Et ibidem quòd in materia reſtringibili, appellatione nati legitimè, ueniat legitimatus per ſubſequens matrimonium.*
16 *Naturalis legitimatus, quòd in feudis non ſuccedat, de quo legitimato intelligatur. Et ſub hac, an legitimatus per ſubſequens matrimonium Epiſcopus eſſe poſsit.*
17 *Filius per principis reſcriptum legitimatus, an cum alijs filijs ſuccedat.*
18 *Primogenitus in caſu de quo hic, an in ſucceſsione parentum ſecundo genito præferendus ſit. Et inter nobiles, melior eſt poſterius natorum diſperſio, quàm hæreditatis diuiſio.*
19 *Primogenitus in quibus locis ſuccedit: quis filiorum ſuccedet, ubi duo ſimul naſcuntur.*
20 *Filius natus in caſu de quo hic, cui ſuccedet. Et an partus de parente aſsimilatio parentem indicet, ac probet.*
21 *Filij banniti, an bannitorum ipſorum filij qualiter ſuccedere poſsint, quatuor concluſionibus decidit. Et quid de filio deportato, aut de deportati filio. nume. ſequen.*
23 *Ingratitudo, num potis cauſa ſit, legitimati ad illegitimationē reducendi.*
24 *Pater ac mater, num filios alere teneantur: & quis eorum ſi diuortium ſequatur.*

Filius

25 *Filius num patri ac matri de alimẽtis,aut alijs teneatur.Et ad*
quot de præcepto illis teneatur.
26 *Amorẽ deſcẽdere magis,quàm aſcẽdere: qualiter intelligatur.*
27 *Filiusfamilias matre uiuente emancipatus,an in maternis bo-*
nis uſumfructum acquirat.
28 *Filius num contra patrem agere poſſit,ſiue in cauſa ciuili,ſiue*
in criminali.
29 *Filiorum appellatione,quinam ueniant. Et an filius ſpurius de*
patris familia cenſendus ſit.nume.ſequen.
31 *Nomina familiæ,qualia ſint:& an in baſtardum cadãt.Et ibi*
dem quid appellatione nobilis de patrimonio: & quid,ſi dicatur,de domo,ſignificetur.
32 *Filius matri,eam illegitimum dicenti, an credere teneatur. Et*
an natus poſt parentum caſtitatis uotũ,uel ubi de religione al-
ter repetitus eſt,an ſit legitimus.Et ibidẽ nũ filia nubere ſine li
cẽtia patris poſſit,remiſſiuè.& de pleriſq; alijs quoq; remittit.

1 FILII,*legaliter & canonicè loquẽdo,triplici genere
diſtinguuntur: quia quidã ſunt legitimi.i.lege proba
ti,non aũt naturaliter generati.quidã verò ecõuerſo,ſunt
naturales,ſed nõ legitimi:quidã verò & legitimi & natu
rales.de quib⁹ j.Legitimus.Legitimi verò non naturales
ſunt duplices:quia quidam ſunt legitimi tãtùm:vt adopta
ti vel arrogati,qui ſola legis inſtitutione ſunt filij . quidã
verò legitimi & ſpirituales:vt ſuſcepti ex baptiſmo vel cõ
firmatione,& generaliter oẽs in ſpiritualib⁹ ſubditi,ſicut
omnes Chriſtiani ſunt filij papæ,& omnes de diœceſi epi
ſcopi,& omnes de parochia curati.xxx.q.j.omnes.Simili-
ter naturales nõ legitimi ſunt duplices:quia quidã ſunt na
turales tantũ,qui etiã dicũtur nothi:ſicut qui naſcũtur ex
coitu, ciuili lege nõ probato nec reprobato,ſoluti cũ vna
cõcubina ſoluta retẽta in domo,vt patet per Barto.in l.in
cõcubinatu.ff.de cõcu.& in l.cõcubinã.eo.ti.& ibi glo.di
cit,ꝙ nõ ſufficit concubinã teneri extra domũ:ſed coha-
bitatio requiritur.Et idẽ Dy.tenet dicẽs in cõcubinatu re
quiri indubitatũ affectũ ſicut in vxore,cuius affectus præ
ſumptio inducitur per cohabitationẽ.Et idẽ Io.And.ĩ ad-
di.ad Spec.titu.q fil.ſint legiti.dicẽs,ꝙ licet nati ex ſoluto
& ſoluta ex cõmuni vſu appellent̃ naturales, tñ naturales
propriè dicuntur nati ex concubina retenta in domo lo-
co vxoris.& idẽ Spe.in tit.de ſuc.ab inteſta vbi tria requi
rit.Primò,ꝙ iſti ſint nati ex ſolutis.Secũdò, ꝙ ex concubi
na.Tertiò,ꝙ ſit vnica cõcubina,quę ſcilicet ſit velut vxor.
Quidã verò ſunt naturales & ſpurij:vt qui naſcunt̃ ex coi
tu lege nõ probato ſed reprobato:puta cũ cõſanguinea,vl
adultera,vel meretrice,aut concubina, cũ qs habet plures
vel vnã nõ ex indubitato affectu,aut nõ ſic ſolutã, vt poſ-
ſet eſſe vxor:vt no.in c.tanta.qui fil.ſint leg.& not.Bar. in
l.ſi gener.ff.de his qui.vt ind.Et idẽ eſt de vulgo cõceptis,
qui patrẽ demõſtrare nõ poſſunt.ff.de ſta.ho.l.vulgò.Na
ti tñ de adulterio vel etiã de ſcorto habẽt nomina ꝓpria
vt dicãtur manzeres vel nothi.ſed authores vocabula con
fundũt plerunq;. Naturales autẽ legitimi ſimul dicunt̃,q
ſunt ex legitimo matrimonio. Igitur quinq; ſunt ſpecies
filiorũ.ſ.legitimi tãtùm, legitimi & ſpirituales, naturales
tantùm,naturales ac ſpurij,& naturales ac legitimi. de q-
bus oĩbus vide vbi ſuprà.& per Pan.in c.innotuit.de elec.
& in d.c.tanta.qui fil.ſint legi.vide etiã §.xij.Adde etiam
ꝙ naturales ac ſpurios S.Tho.in iiij.diſt.xlj.dicit nõ eſſe
naturales,ſcilicet tãtùm & præciſe, ſiue nõ eſſe natos ſecũ
2 dùm legẽ naturæ,ſed cõtra.¶*Primò verò quæritur,quo
modo ſuccedant̃ legitimi tantùm?Et dicò,ꝙ ſi nõ ſunt le-
gitimè emãcipati à patre adoptante ſuccedũt patri legiti-
mo ſimul cũ filijs legitimis naturalibus:vt not.C.de ado.
l.fi.& Inſtit.de hære. quæ ab inteſt.defe. §. itẽ adoptiuos.
& in l.ſi pater.ff.de adop.ſi verò ſunt emãcipati à patre le
gitimo,in nullo ſuccedũt.vide s.Adoptio. ¶ Secũdò q̃ri-
tur,quomodo ſuccedãt legitimi & ſpirituales ꝓpriè.i.ſu-
ſcepti de baptiſmo vel confirmatione?Et dico,ꝙ in nullo
ſuccedũt patri:ſimiliter nec ſpirituales largè.i.ſubditi:qa
inter ſpiritũ & temporalẽ hæreditatem nõ eſt colligatio.
3 ¶* Tertiò queritur quomodo ſuccedant naturales tãtùm?
Et dico duo. ¶ Primum, ꝙ ab inteſtato ſuccedunt patri in
duab⁹ vncijs.i.ſexta parte totius hæreditatis:ex quib⁹ ma
tri virilis portio debebitur ſi ſupereſt:& hoc primo ſi ſint
naturales proprie:vt in authen.quib.mod. nat.effi.leg.§.
ſi quis autem defunctus.& in c.liberi.xxij.q.iiij.Et ſecũdò
dũmodo nõ exiſtant filij legitimi,vel vxor legitima:vt in
authen.liceat piã.C.de natu.lib. quia licet vxor nõ capiat
vel ſuccedat,facit tamẽ ne naturales poſsint capere vl' ſuc
cedere.Filijs etiã legitimis exiſtẽtibus vel nepotibus,non
poteſt niſi vnã vnciã relinquere eis & matri, & non vltra.
C.vbi ſuprà.l.matre.& ſi eis nihil reliquerit, in nullo ſuc-
cedũt:licet alimentari debeãt à legitimis.Matri aũt ſucce
dunt cũ legitimis,etiã ſi ipſa ſit illuſtris.C.ad Orphi.Et p̃
dicta procedũt etiã de iure canonico,ſecundũ gl.in c.tan
ta.qui fi.ſint legi.& in c.niſi cũ pridẽ.de renũ.& ſecundũ
Hoſt.& Pan.quia in hæreditatibus ſtandũ eſt iuri ciuili,ex
quo ius canonicũ in cõtrariũ nõ diſponit:licet Goſ.fuerit
in opinione cõtraria.¶ Secundũ. Si pater nõ habet filios
legitimos vel nepotes,vel deſcẽdentes,ſed habeat aſcen-
dentes:põt tales inſtituere etiã in totũ,legitima tñ reſer-
uata parẽtibus:vt no.in d.auth.liceat patri. Si aũt nec aſcẽ
dẽtes nec deſcẽdẽtes habeat legitimos :licet eos hæredes
inſtituere in ſolidũ,ſecundũ Azon.& licet Goſ.teneat,ꝙ
non ſuccedãt,cùm hodie talis coitus ſit reprobatus : vt in
auth.de len.col.iij. & ĩ auth.ſcenicas.coll.v.& C. de cõcu.
l.vnica.tñ tenendũ videtur cũ gl.in d.c.tãta.& c. niſi cùm
pridẽ.ꝙ ſuccedat etiã de iure canonico:quia, vt dictũ eſt,
ex quo ius canonicũ non diſponit in contrariũ, recedere
nõ debemus à diſpoſitione iuris ciuilis.facit c.p venerabi
lẽ.qui fil.ſint leg.& ſequit̃ Pan.in d.c.tãta.vt dictũ eſt.Sed
iſta nõ procedũt in filijs libertorũ:vt j.Manumiſsio.iun-
cto prin.in verbo liber.¶ Tertiũ. Sicut & inquantũ & qñ
ſuccedũt filij naturales parẽtibus,ſecundũ Azo.ita & in tã
tũ & toties debẽt ſuccedere parentes naturales filijs natu
4 ralibus,vt par pietas ſeruetur in eis.¶* Quartò q̃rit̃,quo-
modo ſuccedant naturales ac ſpurij? Et dico multa. ¶ Pri-
mũ.Secũdũ gl.in c.ſi qua illuſtris.C. ad Orphi.& Bart.ibi,
& in l.ſi gener.ff.de his qui.vt indi.& Pan.in d.c.tãta.ſpu-
rij habẽtes patrẽ incertũ, vt nati ſiue quæſiti vulgo ex me-
retricali coitu,q nõ eſt dãnabilis, nec accuſatur propter vi
litatẽ vitæ,ſecũdũ Cy.in d.l.ſi qua. ſuccedũt matri æquali
ter cũ legitimis.Inſti.de ſuc.cog.§.vulgo. quod tñ fallit ĩ
matre illuſtri:vt in d.l.ſi qua.patri verò ĩ nullo ſuccedũt,
etiã nõ extãtibus liberis vel cõiuge:& ſimiliter alẽdi ſunt:
qa coit⁹ nõ eſt lege dãnabilis.& idẽ dicit Cyn.de nato ex
muliere q̃ ſeruit ĩ caupona, & intẽperãtiæ vina miniſtrat:
qa alẽdus eſt à matre:vt l.ſi ea q̃.& l.adulteriũ.C.de adult.
Pro qbus aduerte loquẽdo quo ad matrẽ, ſecũdũ Pã.ĩ d.c.
tãta.ꝙ nat⁹ ex cõcubina ſuccedit matri cũ legitimis,etiã ſi
mater ſit illuſtris. Si ṽò ſit natus ex cõcubina,ſed vulgò q̃-
ſit⁹:ſuccedit matri cũ legitimis,niſi ſit illuſtris. Si vero ſit
natus ex dãnato coitu,in nihilo ſuccedit ẽt matri.Et econ-
tra dic, ꝙ parẽtes nõ ſuccedũt filijs eo caſu quo parẽtib⁹ fi
lij nõ ſuccedũt.vi.d ibi. ¶ Scdm. Gñaliter ſpuri⁹ nat⁹ ex coi
tu dãnato ſiue reprobato, neq; pr̃i,neq; matri ſuccedit: vt
in aut.

in aut.qui.mo.na.eff.leg.§.fi.& nec à patre nec à matre ſe
cũdũ leges alẽd⁹ eſt:licet aliter ſit in cõſciẽtia:vt no.Inn.
in c.ij.de regula.& Pan.in c.cũ haberet.de eo q dux.ĩ ma.
quã pol.per adul.nec talẽ poteſt pater hæredẽ cõſtituere:
auth.licet.C.de na.lib.& c.dicat aliquis.xxxij.q.iiij. vnde
baſtardi nobiliũ ſecundũ Pan.in c.per venerabilẽ.q fi.ſint
legi.nõ dicuntur de parentela parentũ:quia ſordes nõ cõ
putãtur inter præcipuos.C.ad Orph.l.ſi qua illuſtris. nec
arma parentũ portare poſſent.Et eſt ſentẽtia Bal.in l.cũ le
gitimæ ñuptiæ.ff.de ſta.ho.& ſequitur do.Ant.in d.c. per
venerabilẽ.Hunc tamẽ poſſet mater hæredẽ cõſtituere ſe
cũdũ aliquos,id eſt,Mar.& Mon.& vt videtur gl.in d.c.tã
ta.¶ Tertiũ.Secundũ Bar.in l.ſi gener.ff.de his qbus vt in
di.eo modo quo iſti ſpurij ſuccedũt parẽtibus,ſuccedunt
& parẽtes ipſis ſpurijs:eo ṽò caſu quo ipſi nõ ſuccedũt pa
rẽtibus,nec parẽtes ſuccedũt ipſis, ſecũdũ Pa. in d.c.tãta.
¶ Quartum . Predicti ſpurij inſtitui poſſunt heredes ab
extraneis,ſecũdũ Pan.in c.cũ haberet.de eo q dux. in ma.
quã pol.per adul.quia nõ ꝓhibẽtur niſi parẽtes:vt no. gl.
in auth.qui.mo.na.effi.ſui.§.vl. omnia aũt, quæ expreſſe
ꝓhibita nõ ſunt,licẽt.Poteſt etiã eis donari ab extraneis
inter viuos,ſecũdũ gl.in auth.quibus mo.na.effi.ſui.in fi.
rõne dicta.Et per hoc dicit Pau.d Caſt.ꝙ ſi pater eſſet exe
cutor vltimarũ volũtatũ,poterit dare filio ſuo naturali,id
quod alteri pauperi daturus erat:qa nõ dicit̃ dare de ſuo,
ſed de alieno.& eadẽ ratione idẽ de ſpurio dici poteſt. Et
ſecũdùm Bar.in l.ſi is qui ex bonis.ff.de vulg.& pu.ſubſti.
nõ ꝓhibẽtur ſuccedere fratri ſuo pupillo , etiã ex iudicio
patris.& facit gl.in auth.qui.mo.na.effi.ſui.in fi.q̃ dicit,ꝙ
licet pater nõ poſsit tales vulgariter ſubſtituere:poteſt tñ
pupillariter,quaſi pupilli ſit heres.¶ Quintũ.Eſt tamẽ ali-
quis modus ſecũdũ quẽ pater relinquere poteſt filio ſpu-
rio:& vnus eſt j.Peculiũ.ij. §.xxvij. alium habes s. ſtatim
qñ ſubſtituitur fratri pupillo.Terti⁹ eſt clar⁹ ſecũdũ Bar.
in d.l.gene.per quẽ pater relinquere põt filio ſpurio, ſcili
cet ratione alimentorũ,ſic:Relinquo filio ſpurio fundum
in vita ſua ꝓ alimẽtis,& poſt mortẽ ſit filiorũ ſuorũ:quib⁹
põt relinqui,vt C.de na.lib.l.fi.& idẽ dicit in dote ſpurię:
qa dotis fauor eſt ſicut alimẽtorũ.Pro quo aduerte,ꝙ ſecũ
dũ eundẽ Bart.in auth.ex cõplexu.C.de ince.& inu.nup.
parẽtes tenẽtur filios ſpurios alere de canonica ęquitate,
ſecũdũ eorũ facultates:& tã pater,q̃ mater:tũ quia alimen
ta debentur inſtinctu naturæ, quæ ſic matrẽ ſicut patrem
obligat:vt no.Inn.in c.ij.de reg.& Pan.in d.c. cũ haberet.
tũ qa tales nõ ſunt in ptãte,nec patris nec matris.Inſtit.de
nup.§.ſunt & aliæ pſonæ.& l.vulgo cõcepti.ff.de ſta. ho.
Secus aũt eſt de iure ciuili,vt in d.auth.ex cõplexu. Vnde
dicit Bal.in l.fi.§.ſi à ſocero.ff.de his quæ ĩ frau.cre. ꝙ de
æqtate canonica põt pater donare ſpurio,vt habeat ꝓ ali-
mẽtis:& ſimiliter ꝓ alimẽtis legare.& Cy.ĩ l.nõ omni.ti.
C.de ad.tut.dicit,ꝙ etiã ſpuria dotari debet:vt no.Imo.in
l.Lucius.la ij.§.j.ff.de leg.ij.Prædicta tñ limita niſi eſſet
quãtitas nimia legata in fraudẽ.¶ Sextũ.Prædicti accipiẽ
do à patre de bonis eius cõtra prædicta,& cõtra aut.licet.
C.de na.li.tenetur reſtituere:ille ṽò,in cuius cõſciẽtia eſt
de reſtituẽdo ipſi ſpurio,ſecũdũ Bar.in d.l.ſi gene. legali
ter loquẽdo,ſalua Theologorũ rõne,debet reſtituere fi-
ſco,& nõ ſpurio.Ego ṽò dico,ꝙ ſi res obnoxia reſtitutiõi
iuſte à ſpurio tenebatur,tenetur ſpurio:aliàs verò domi-
no rei,iuxta dicẽda j.Reſtitutio.iiij. §.j.Septimũ.Filij pſ
byterorũ etiã matri ſuccedere nõ poſſunt,ſecũdũ Pa.in c.
p venerabilẽ.q fi.ſint legi.d mẽte gl.qa ſunt adulterini,&
ex dãnato coitu:& cõſequẽter ab hereditate parẽtũ repel
lũtur:vt in auth.ex cõplexu.C.de ince.nup.Et idem dic de
natis ex alijs clericis conſtitutis in ſacris:etiam ſi ſint nati
ex vna cõcubina:vt no.Bart.in l.ſi gene.ff. de his qbus vt
indig.quia cõcubinatus eſt ſpecifice dãnatus ĩ clericis: vt
extrã,de coha.cler.per totũ.De natis aũt ex clericis nõ cõ
5 ſtitutis in ſacris.j.Legitimus. §.vlti. ¶ Quintò* quęritur,
quomodo ſuccedãt filij naturales ac legitimi ? Et dico, ꝙ
ab inteſtato ſuccedũt parẽtibus,omnib⁹ alijs excluſis,ĩ au
thẽ.de hęre.quę ab inteſt.quod limita,niſi in caſu,in quo
alij ſpecialiter admittũtur:vt dictũ eſt in filijs adoptiuis:&
ſunt quaſi domini viuẽtibus parentibus,& ſolũ deeſt illis
adminiſtratio.Inſtit.de hære.qual.& diff. §. ſed ſui.Vnde
ex cõſuetudine lege iuuata filij comitũ appellãtur comi-
tes,& filij regũ reges etiã in vita parentũ:vt xxiiij.q.j.c.fi.
6 & per Bar.in l.fi.C.de dignita.¶ Sextò*queritur, vtrũ ma
litia parẽtis noceat filio,& ecõtra?Et dico,quòd non quã
tum ad Deum:ſed nocet quo ad pœnam temporalem.diſ.
lxvj.nunquam.Vnde Dir.lib.j.ti.lxxxv.dicit,quòd paren-
tum malitia in quatuor caſibus nocet filio quo ad ſucceſ-
ſionem,etiam legitimo. Primò in crimine læſæ maieſta-
tis ſpiritualis,id eſt,in crimine hæreſis.de hær. vergentis.
Secũdò,in crimine lęſæ maieſtatis temporalis:vbi filij nõ
ſuccedũt.vj.q.j.ſi quis.C.ad l.Iul.maie.l.quiſquis.Tertiò,
quando pater nõ ſeruat fidelitatem domino , à quo tenet
feudum,occidẽdo,vel mutilando,& huiuſmodi. de pœn.
in quibuſdã.vbi hoc no.Ber.& Hoſt.Quartò,ſi pater inſe
cutus fuerit Cardinalẽ,vel percuſſerit &c.quia filij nõ ha
beb ũt ex eiuſdẽ hæreditate.de pœn.felicis.lib.vj.Sunt ta
mẽ alię cauſæ exhęredãdi:vt j.Hęreditas. §.ix.¶ Septimò
7 *quæritur,vtrũ filius naturalis tantũ efficiatur legitimus
perſequẽs matrimoniũ inter patrẽ,& matrẽ eius?Et dicit
Pan.in d.c.tanta.quòd ſic,quicũq; ſit filius naturalis, ſi tẽ-
pore quo genitus fuit,poterãt eſſe legitimè vir & vxor in
matrimonio parẽtes eius.Et licet Bar.in l.pen.ff.de cõcu.
velint hoc verum eſſe ſolũ in concubina retẽta in domo,
poſtea pro vxore capta:Canoniſtæ tamẽ communiter cõ
trarium tenẽt,& verius.Secus autem eſſet,ſi tempore ge
nerationis non potuiſſet matrimoniũ eſſe inter eos:quia
licet per diſpẽſationem vel alio modo ſit poſtea cõtractũ
matrimonium inter eos:nõ tamẽ erit legitimus,ſecundũ
Io.And.in quadã apoſtilla.Bal.in lib.feu.ti.ſi de feud.fue.
cõtrouer.vult,ꝙ niſi interueniat inſtrumentum dotale,vt
volũt iura,Inſti.de nup. §.aliquãdo.& Inſti.de hære.quæ
ab inteſt.defe.poſt princ.& authen.qui.mo.na.effi.ſui.§.
fi.quãuis ſequatur matrimonium,nõ legitimatur:ſed ve-
rius contrarium tenent communiter Moderniores Cano
niſtæ,& in practica ſequũtur Legiſtæ. Imò licet tẽpore cõ
ceptus nõ potuiſſet eſſe vxor eius,ſi tamẽ tẽpore partus
cõtrahit cũ ea legitimè,fili⁹ erit legitimus,ſecũdũ cõmu-
nẽ opinionẽ in d.c.tãta.Similiter etiam non nocebit filijs
natis ex concubina quin ſint legitimi,licet pater interme
dio tempore aliam habuerit vxorẽ , & ea mortua poſtea
accepit concubinam in vxorem , ſecundùm Bartolum in
l.cùm mihi decem.ff.de ſol.& Baldus in l.penultima.ff.ſo
8 luto mat.¶ Octauò*quæritur, vtrum filij nati ex clande-
ſtino matrimonio ſint legitimi?Et dicit glo. in cap. quod
nobis.qui filij ſint legitimi.quòd ſi nullum eſt impedimẽ
tum,poſt approbationem matrimonij,erũt legitimi: ſiue
nati ſint ante approbationẽ,ſiue poſt. quod quidẽ omnes
ſequuntur.& probatur in capite ſecundo,de clandeſt. de-
ſponſat.quia approbatio retro trahitur:& perinde eſt ac ſi
à principio fuiſſet contractum in faciem eccleſię.Imò di-
cit Alanus,quòd licet clandeſtinè contrahentes non præ-
ſumant

ſumantur coniuges, vt dicit glo. in c. lator. qui filij ſint le-
gi. hoc tamen procedit reſpectu nubentium: reſpectu aũt
9 filiorum præſumuntur cõiuges. ¶ *Ex quo infert Pano. in
d. c. lator. quòd natus ex viro & muliere ſimul cohabitanti
bus, preſumitur legitimus: quia fauore legitimationis pre
ſumitur inter eos matrimonium. pro quo facit l. in liberæ
mulieris. ff. de ritu nup. quod maximè procedit, ſi ſe coniu
ges vocabãt: vt not. Inno. in c. ex parte. de reſti. ſpol. Dicit
etiã Hoſt. ꝙ ſi multo tempore ſimul tanquam cõiuges co
habitarunt, præſumendũ eſt eſſe matrimonium. ad quod
facit quod not. ipſe in c. illud. de præſumpt. ¶ Si verò erat
impedimentum, tunc ſunt opiniones: quia Io. And. & do.
Ant. tenẽt, quòd poſt approbationem matrimonij legiti-
mãtur: licet poſtea ſeparetur matrimoniũ. quod Goſ. limi
tat verũ in natis poſt approbationem tantũ. Ioã. autẽ Cal.
tenet, ꝙ nullo modo legitimantur. quod Pan. putat verũ
de rigore iuris. & facit c. ſi. §. ſi quis. de clan. deſpõ. Et hoc
tenet Sum. Ang. propter d. c. ſi. vbi dicit tex. apertum eſſe.
Sed ego dico, quòd ille tex. in quo tam ipſe quàm Pa. fun
datur, loquitur de matrimonio clandeſtino interdicto, ſci
licet propter pendentem queſtionem ſuper aliquo impe-
dimẽto: vt patet per gl. & præterea loquitur, qñ nõ ſequit̃
approbatio. Vnde teneo opinionẽ primam etiã ſine limi
tatione Godo. quia non debet magis improbari legib⁹ fi
lius nat⁹ ex putatiuo matrimonio, licet clãdeſtino, quàm
natus ex coitu fornicario cũ eadẽ: quia ſi actui, q aliàs eẽt
fornicatio, ſuperueniat cõſenſus matrimonialis, minus eſt
cõtra rationẽ. Et ſi poſt approbationẽ talis matrimonij ꝓ
batur impedimentum, & matrimonium ſeparatur. gl. in c.
quod nobis. qui fil. ſint leg. dicit, ꝙ geniti poſt approbatio
nem ſunt legitimi: ſed ante approbationem non. Et hoc ſe
10 quitur Io. Cal. quia *ad hoc, quòd matrimonium ſequens
legitimet filios precedẽtes, oportet, quòd eſſe potuerit tẽ
pore cõceptionis. quod non eſt in caſu iſto obſtãte impe-
dimento. Io. autẽ An. tenet indiſtinctè, ꝙ omnes legitimã
tur, licet ſeparetur matrimoniũ: quia matrimoniũ omnia
præcedentia purgat: vt in c. tanta. qui fil. ſint legi. Et hoc ſe
quitur etiam do. Ant. vt dictum eſt. Pan. autem dicit ſe ali
quando tenuiſſe opinionem Io. And. nũc verò tenere opi
nionem glo. propter c. ſi. §. ſi quis. de clan. deſpon. vbi di-
cit̃, ꝙ proles ſuſcepta de clãdeſtino matrimonio prorſus
eſt illegitima detecto impedimẽto. Et hoc ſequitur Sum.
Ang. & Roſ. Sed ego dico Io. And. benè & verè ſenſiſſe: qa
ante ſeparationẽ matrimonij, & poſt ei⁹ approbationẽ, tẽ
pore ĩtermedio probatũ eſt filios fuiſſe legitimos: quę le
gitimatio nõ tollitur per dictã ſeparationẽ: quia quod ſe
mel placuit. &c. de reg. iur. lib. vj. Item factum legitimè re
tractari nõ debet. ibidẽ. Itẽ in pœnis benignior eſt inter-
pretatio faciẽda, ibidẽ. Et ad motiuũ Io. de Cal. dico ſuffi-
cere, quòd matrimonium potuerit tunc eſſe ſecundũ opi
nionem hominum: cùm nullus, aut vix aliquis, poſſit eſſe
certus, quin inter ſe & ſuã vxorẽ ſit impedimẽtũ. ¶ Nonò
11 *quæritur, quid de iſto caſu? Quidã ĩ facie eccleſiæ cõtra
xit cum quadam, facta ſolenni denũtiatione, vtroq; vel al
tero ignorante parentelam ſeu impedimentũ: & poſtea ac
cuſati de parentela, & perẽptorie citati venire noluerũt:
at tãdem excommunicati in excõmunicatione tres filios
genuerũt: quibus deinde recõciliatis, & probata parẽtela,
diuortium celebratũ eſt. Quæritur igitur, an dicti filij ſint
legitimi? Et dicit Dire. & Bar. Brix. & Tancre. ꝙ omnes fi-
lij nati, vel concepti añ ſententiã ſunt legitimi. c. cũ inter.
qui fil. ſint leg. ſi cõtraxerũt in facie eccleſię cũ ſolẽni de-
nũtiatione, & vterq;, vel alter habuit bonã fidẽ tempore
12 contractus. ¶ Decimò *queritur, quid de hoc? Titius vnã
vxorẽ affidauit clãdeſtinè, vel corã teſtibus, ac cognouit:
& cũ alia hoc ignorãte in facie eccleſiæ cõtraxit: & eadem
nocte vtranq; cognouit & fœcundauit. Quis ſuccedet tã-
quam legitima proles? Et dicit Dir. ꝙ ſecundùm Hoſtien.
vtriuſq; proles Titio tanquã legitima ſuccedet. primæ q-
dem, quia non erat impedimẽtum, & matrimoniũ proba
tur per teſtes: quo caſu proles ſuccedit: vt in c. ꝑ tuas. & c.
ſeq. qui fil. ſint legi. etiam ſi fuiſſet ſpõſa ſolũ de futuro: vt
in d. c. per tuas. Et ſimiliter ſecundæ: quia ignorans fuit in
facie eccleſię deſpõſata: & ſic ꝓles ſuccedit: & veritas opi
nioni cedit. extrà eod. ex tenore. quod Dir. mirabile vide
tur. Vnde & alij dicunt, ꝙ proles primę ſolius ſuccedit: qa
illud matrimoniũ verũ fuit quo ad Deũ & eccleſiam, cùm
probari potuerit. Et hoc mihi videtur verius, & quaſi ex-
preſſe determinatum in d. c. per tuas. Si autẽ matrimoniũ
primũ fuiſſet ſine teſtibus, eſt maxima difficultas, ſecundũ
Hen. de Gan. in quolib. edictum pœnale cõtra illegitimũ
intelligitur de nato ex matrimonio per eccleſiã nõ appro
bato, quantuncũq; ſit ratum corã Deo: ex quo haberi po-
teſt, ꝙ ſuccedet ſolùm ſoboles ſecundę, non autem primę.
13 ¶ Vndecimò *queritur, vtrum natus ex ſpõſa de futuro ſit
legitimus? Et dicit Pano. in d. c. per tuas. ꝙ ſic, ſi nullum ſit
impedimentũ: aliàs ſecus. Sed tu dic iuxta dicta s̃. §. viij. &
14 j. Legitimus. in prin. ¶ Duodecimò *queritur, vtrũ ex tra
ctatu parentum quis conſtituatur filius? Et dicit Pan. vbi s̃.
ꝙ ex nominatione filij, & tractatu vt filij, cõſtituitur qs in
poſſeſſione filiationis, etiã ſi ſit natus extra domũ. Vnde
ibidẽ dicit d. Ant. quẽ ſequitur ibi Pa. & no. But. in l. qdã.
ff. de proba. ꝙ tractatus parentũ, puta quia illi tractabãt eũ
vt filium, & ipſe illos vt parẽtes, probat aliquẽ filium alte-
rius. Imò plus vult glo. in c. tranſmiſſæ. qui filij ſint legi. ꝙ
probatio huius tractat⁹ prefertur negationi parẽtũ. Imò
dicit idem do. Ant. in d. c. ꝙ etiã ſolùm fama probat filiũ,
niſi contrariũ probetur. Et ſi quæratur quid iuris, ſi probe
tur, quòd mulier tempore conceptus adulterauit? Dicit
Panor. in d. c. tranſmiſſæ. & c. per tuas. eo. ti. quòd ſi eo tẽ-
pore maritus cohabitabat vxori, reputabitur legitimus: qa
cùm poſſit eſſe filius vtriuſque, debemus fauore filiorum
preſumere, quòd ſit mariti potius, quàm adulteri. pro quo
eſt tex. in l. miles. §. defuncto. ff. de adul. & facit l. quia ſem
per. ff. de in ius vocã. Et idem dicit de filio cõcubinæ ĩ do
mo retentæ: vt ſcilicet ſemper præſumatur filius concubi
narij, vt habet gl. in c. Michael. de fi. presb. Secus ſi tãto tẽ
pore fuiſſet abſens, quòd eũ generare nõ potuiſſet. ff. de
his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. filiũ. Sufficit autẽ ſi cũ ea fuit
ante partũ per ſex mẽſes & vna die, ita quòd natus prima
die ſeptimi mẽſis cẽſebitur eius filius. ff. de ſta. ho. l. ſi ſepti
15 mo. ¶ Decimotertiò *queritur, vtrũ filius legitimatus per
ſequẽs matrimonium ſit legitim⁹ quo ad omnia, vt ſucce
dat? Et dicit Pan. in c. tanta. q fil. ſint leg. poſt gl. ꝙ ſic: etiã
vt ſuccedãt in feudo & iure patronatus. Et ſic habes infer
re, ꝙ etiam in materia reſtringibili appellatione legitimè
nati venit legitimatus per ſequens matrimoniũ: quia fin-
gitur legitimè natus, prout etiã tenet Iaco. de Bel. & Hoſ.
& cõiter doct. Nec obſtat c. naturales. in li. feu. ti. ſi de feu
16 do &c. Vbi *dicit̃, ꝙ naturalis legitimatus nõ ſuccedit in
feudis: qa intelligitur de legitimato per reſcriptũ princi-
pis: quæ legitimatio, cùm ſit ſtricti iuris, tanquã diſpoſitio
contra ius, eſt reſtringenda, vt in c. cũ dilecto. de conſ. &
affi. matrimoniũ autẽ tanquam fauorabile purgat omnia
præcedẽtia. Item ſi reſcriptum principis poteſt talẽ habili
tare ad feudum, ſi de hoc fecit ibi mentionẽ, vt notabiliter
vult

vult ibi gl. ergo à fortiori matrimoniũ ſequẽs, quod trahi
tur retro, & fingitur contractũ ante natiuitatẽ filiorũ. Et
ſic ſunt iſti habẽdi, ac ſi legitimè deſcẽdiſſent fauore ma-
trimonij. pro quo eſt bonus tex. in c. cũ in cunctis. de elec.
vbi dicitur, ꝙ promouẽdus in epiſcopũ debet eſſe legiti
mè natus, & de legitimo matrimonio: nõ tamẽ legitima-
tus ꝑ ſequẽs matrimoniũ eligi poteſt in epiſcopũ, vt not.
17 gl. & cõiter doct. in c. innotuit. de elec. ¶ *Decimoquartò
quæritur, an filius legimatus per reſcriptum principis ſuc
cedat cum alijs filijs: puta quidam habens filios naturales
tantũ, fecit eos ꝑ principẽ legitimari, & tractu tẽporis du
cta vxore ſuſcepit ex ea filios legitimos: quæritur, vtrũ le
gitimati ſuccedere debeãt cũ legitimis? Et cauſa quærẽdi
eſt: qa ceſſante cauſa priuilegij, ceſſare debet priuilegiũ.
xvj. q. j. generaliter. & hoc ſequitur Dire. Sed cõtrariũ te-
net Ray. de For. quẽ ſequit̃ Bar. in l. ex facto. ff. de vulg. &
pup. per reg. factũ legitimè. de reg. iur. lib. vj. quia ex quo
legitimatio perfecta fuit, nõ debet ex facto ſuperueniẽte
retractari. Et idẽ Pan. in c. per venerabilẽ. qui fi. ſint leg. &
18 hoc eſt verius. ¶ Decimoquintò, * quidã dimiſſã cõcubi-
na, ex qua filiũ habuit, duxit vxorẽ, ex qua etiam filios ha-
buit: qua mortua cõtraxit cũ ſua cõcubina: & ita filius le-
gitimatus eſt. Quæritur an natus ex cõcubina ſuccedet in
toto, vel in parte maiori, vbi primogenitus ſic ſuccedere
cõſueuit? Et dicit Hoſt. & Bar. Brix. ꝙ ille obtinebit, q fuit
primò legitimatus. ſ. natus de matrimonio primo: qa non
ſufficit ad hoc, ꝙ alius patri ſuccedat, ꝙ ſit primogenitus:
quoniã dũ erat illegitimus ſi pater deceſſiſſet, nõ ei ſuc-
ceſſiſſet. d. l. tãta. Et idẽ Dir. li. j. ti. lxxxv. & do. Anto. in d.
c. ꝑ venerabilẽ. Io. etiã And. in c. ſi pro te. de reſcri. lib. vj.
per illã decretalẽ, & c. quãuis. eo. ti. lib. vj. & ꝑ c. ſi apoſtoli
cæ. de præbẽ. eo. lib. dicit, ꝙ legitimat⁹ nõ prefertur, licet
fuerit primogenit⁹. Et hoc idẽ cõcludit in regula, ſine cul
pa. in mercu. & potuit Bal. in l. eũ quã. C. de fidei. & Gem.
in d. c. ſi pro te. Nã ſi iſte eſſet legitimatus per ſubſequens
matrimoniũ ſecũdo loco cõtractũ: tũc erit caſus in d. c. ſi
pro te. ꝙ nõ debet præferri ſecũdo genito, cui erat iã ius
acqſitũ ante legitimationẽ vigore cõſuetudinis. Si verò
legitimatio erat facta ꝑ modũ reſtitutionis: tũc erit caſus
in d. c. ſi apoſtolicæ. & in d. c. quãuis. Et addit Ioã. And. in
prædicta regula, ſine culpa. ꝙ nõ preiudicatur ei, cui ante
eſt ius quæſitũ, ſeu quædã ſpes. Sed intellige quando iſta
ſunt certa: quia ſi ſpes eſſet, ſed incerta, hoc attẽdi nõ de-
bet: qa hęc incerta ſpes, quã habere poſſunt, venientes ab
inteſtato, impedire nõ debet teſtatorẽ viuentẽ, ne in vita
ſua diſponat in bonis ſuis legimationẽ filij ꝑ reſcriptum
principis impetrãdã: cũ talis ſpes merè pẽdeat in caſu for
tunæ: nec de præſenti aliqua ſit ſpes in re, vel ad rem: ſec⁹
ſi ſpes nõ eſſet incerta, ſed aliqualiter certa, vel eſſet ad rẽ
vel in re de præſenti, vel futuro aliqualiter certa, cũ nõ vi
deatur tũc pẽdere ſolùm à caſu fortunæ, ſed ex aliquo iu-
re præcedẽte: vt no. Bar. in l. fin. C. de pact. Adde quod no.
Pan. in c. licet. de voto. ꝙ licet in reb⁹ priuatis fiat diuiſio
regulariter, inter filios tamen in dignitate primogenitus
alijs præfertur: & ſic alij ſine ſua cauſa priuabũtur etiã le-
gitima, caſu quo pater nõ haberet niſi dignitatẽ ſecularẽ.
Et hoc fuit inductũ propter bonũ publicũ, ne dignitas mi
nueretur: aut eſſet multitudo principatuũ, q̃ eſt noxia. &
ſecũdũ aliquos melius eſt aliorũ filiorum diſperſio inter
19 nobiles, quàm hæreditatis diuiſio. ¶ Decimoſextò * quæ-
ritur, quis filiorũ ſuccedet, vbi ſuccedit primogenitus, &
duo ſimul naſcũt̃? Et dico impoſſibile eſſe duos infantes
ſimul vno impetu de vtero materno procedere: vt eſt tex.
in l. Arethuſa. de ſta. ho. Sed caſus eſt poſſibilis in diuiſio-
ne prægnãtis mortuæ habẽtis gemellos: quo caſu dico, ꝙ
ille ſuccedet, quem princeps ordinauerit, cuius ſit tale re-
gnum, vel dignitatẽ primo cõferre: puta, perinde eſt, ac ſi
nullus eſſet, q habeat ius in dignitate, vel regno: cũ duo
ſuccedere nõ poſſint, vł nõ debeãt, & vterq; horũ æquale
ius habeat. Alij tamẽ aliter ad hoc reſpõdẽt: vt recitat Sũ.
Roſel. ti. Filius. §. xiij. Quãtũ verò ad res priuatas, vterq;
ſuccedet æqualiter: vt patet ex dictis §. priore. in fi. ¶ De-
20 cimoſeptimò *quæritur à Bar. in l. Gallus. de lib. & poſth.
in iiij. col. cui ſuccedit filius, de quo dubitatur, an ſit filius
huius, vel illius viri: & ſi mulier poſt duos dies à morte
primi viri cõtrahat cũ ſecũda, & pariat nono mẽſe: ita ꝙ
partus poſſit eſſe vtriuſq;? Et dicit Iac. de Bel. primò inſpi
ciẽdũ eſſe cui aſſimilatur. quod ſi nõ apparet, inſpiciẽdũ
eſſe, in cuius domo natus eſt: vt l. ſi vicinis. C. de pup. aliàs
nullius filius dicetur. qđ ſcilicet eſt incõueniẽs. Sed Bart.
reprobat, quod dicit de aſſimilatione: qa aſſimilatio iſta
cõtingere põt ex cogitatione mulieris tẽpore cõcept⁹: vt
l. quæret aliquis. de verb. ſig. Vnde putat prius inſpiciẽda
ſigna cõceptiõis: q̃ ſi nõ apparẽt, ſtãdũ dicit cõſuetudini
mulieris quãto tempore parere conſueuerit. quòd ſi nec
hoc apparet, ſtandũ dicit iudicio medicorũ peritorũ, vel
obſtetricũ: vt l. j. ff. de vent. inſpi. quod ſi nõ apparet, recur
rendũ dicit ad id, qđ frequẽtius accidit. Ego verò dico, ꝙ
cõiungẽda ſunt ſimul ea, quę dicit vterq; iſtorũ: nec bene
dictũ Iaco. reprobatur à Bart. quia licet illa aſſimilatio ſit
poſſibilis, nõ tamẽ probabilis: quia raro accidit. Vnde vbi
per cõiecturas proceditur, vt hic, ſufficit aſſimilatio, q̃ fa-
cit probabilitatẽ, cũ in pluribus ſit vera. Et ſi nullo ꝓbabi
li modo veniri põt in notitiã veritatis, dico, ꝙ erit eius, in
cuius domo natus eſt: vel fortè dici poſſet, ꝙ æqualiter ei
vtraq; hæreditas prouidebit ad arbitriũ principis: cũ non
appareat, quę magis obliget, & iſte nõ debeat priuari ſub
21 ſidijs. Sed primũ eſt melius. ¶ Decimooctauò *quæritur,
quomodo ſuccedũt filij, q ſunt bãniti, vel filij bannitorũ?
Et dico multa, quorũ etiã quędã ſuprà tacta ſunt in ti. Bã-
num. ¶ Primũ. Bãniti ſecũdũ Iac. de Arc. perdũt propriè
ea, quæ ſunt iuris ciuilis proprij illius ciuitatis, vnde ſunt
banniti: quia ſecundũ Bar. in l. tutelas. ff. de ca. di. Bar. in l.
ex facto. §. ex facto. ff. ad Tre. verũ dicit ſolùm in illis bã
nitis, quib⁹ ciuitas bellũ indixit, vt poſſint impunè offen
di: vt l. amiſſione. ff. de cap. di. Vnde iura cõia nõ perdũt.
¶ Secũdũ. Bar. tamen in d. l. amiſſione. dicit, ꝙ ad hoc, ꝙ
talis bãnitus perdat ea, quę ſunt talis ciuitatis, duo requi-
runtur, quę in d. l. ponũtur. Primò, ꝙ fuerit inobediens, &
aufugerit ab illius imperio cui ſubeſt: & ſic eſt bãnitus. Se
cundò, ꝙ in hoſtiũ numerũ ſe cõferat. quod eũ intelligo
facere, vbicũq; ſit, qñ ſecũdũ formã ſtatuti põt impunè of
fendi: quia tali eſt indictũ bellũ, & habetur pro hoſte: vt
in l. hoſtes. ff. de cap. ¶ Tertiũ. Ex his ſequit̃ deciſio multa
tarũ quæſtionũ, de quibus cõſueuit dubitari, an ſcilicet bã
nit⁹ poſſit facere teſtamẽtũ, aut inſtitui, aut ſuccedere ab
ĩteſtato, & huiuſmodi: qa ſi nõ põt offendi impunè, nihil
perdit: ſi verò offendi põt impunè, ſi qdẽ vellet facere te
ſtamẽtũ, vel inſtituere in teſtamẽto valido ſolùm ſecũdũ
ſtatuta illius ciuitatis, cuius ꝑdit iura, nõ valeret. Si verò
faceret de iure cõi valeret, quia iura cõia non perdidit. Et
eodẽ modo ſi hæreditas ab inteſtato delata ſit ſecũdũ for
mam illorũ ſtatutorũ, nõ capit. quod ſecus, ſi de iure cõi.
Per hoc etiã nõ ꝑdit iura cõia. dicit Bar. in d. l. ex facto. ꝙ
filij nati poſt bãnimẽtũ, faciũt deficere cõditionẽ fideicõ
miſſi, ſcilicet relicti, ſi deceſſerit ſine liberis. ¶ Quartum.

Bannitus imperij, & nõ alicuius ciuitatis, aut regni tãtũ,
ſecũdũ Bart.in d.l.amiſsione. æquiparatur deportato. de
quo in §.ſeq. & vt ibi patet, perdit ea, quæ ſunt iuris ciui
lis, ſcilicet ciuiũ Romanorũ, ſeu iuris cõis, vel ſimpliciter.
22 ¶Decimononò* quæritur, quomodo ſuccedit filius de-
portatus, aut deportati? Et dico multa. ¶Primũ. Bart.in d.
l.ex facto.dicit, ꝙ p deportationẽ.i.perpetuũ exiliũ pater
perdit ea, quę ſunt iuris ciuilis: vt l.quidã.ff.de pœ.cuiuſ-
modi eſt patria poteſtas. Inſt.de pat.po.in prin. ¶Secun-
dum. Secũdũ eundẽ ibidẽ filij ante deportationẽ cõcepti
faciũt deficere cõditionẽ fideicõmiſsi relicti, ſi deceſſe-
rit ſine liberis: ſecꝰ ſi cõcepti fuerint poſt. qđ intellige ex
pectata morte naturali deportati. Nati quoq; poſt depor-
tationẽ, ſecundũ eundẽ ibi, ſunt legitimi: quia matrimo-
niũ durat. C.de diuor.l.j.& tñ nõ ſunt in patria poteſtate:
23 quia illam perdidit, vt dictum eſt. ¶Vigeſimò* quæritur,
vtrũ ingratitudo ſit cauſa ſufficiẽs reducẽdi legitimatũ ad
illegitimationẽ? Et Bal. diſtinguit dicẽs, ꝙ ſic in legitima
tione per reſcriptũ principis, nõ aũt per ſequẽs matrimo
nium: vt in c.ſi filij nati.ſi de feu.fu.cõtro.in vſi.feu.& idẽ
24 Lud.de Ro.in ſuis ſingularibus. ¶Vigeſimoprimò* quę-
ritur, vtrũ pater & mater teneãtur alere filios: & qs eorũ,
ſi diuortiũ fiat? Et dico, ꝙ alere tenẽtur: de quo ſ. Alimẽ-
ta. §.j. Fallit tamẽ hoc in caſibus quinq;, quos not.Pan.in
c.cũ haberet.de eo qui dux.in vxo.quã pol. Primò, ſi filiꝰ
eũ accuſauit: vt l.ſi qs à liberis. §.itẽ iudex.ff.de lib.agno.
Secũdò, ſi pater ipſe eget, qa nõ tenet vltra, quàm põt.d.l.
ſi quis. §.ſed ſi filius. Tertiò, ſi filiꝰ cõmiſit crimẽ ingrati-
tudinis cõtra patrẽ.l.cũ patrẽ.C.de alen.li.ĩ gl. Quartò, ſi
filiꝰ habet artẽ, vel aliud vnde viuat.d. §.ſed ſi filius. & §.
alimẽta.ibidẽ.quod tamẽ Bar.in tract.alimẽtorũ, limitat,
niſi filiꝰ ſit nobilis, quẽ dedeceat in tali arte operari. Quĩ
tò, ex omnibꝰ cauſis, ex quibꝰ pater filiũ põt exhæredare.
de quibus infrà, Hæreditas, ſecũdò p totũ: & infrà, Ingra-
titudo. Mater tñ nõ tenetur, niſi pater, & eius aſcẽdentes
nolint, aut nequeãt alimẽtare: vt ſ. Alimẽta. §.j. Si aũt di-
uortium fiat, apud quẽ debeat filius alimẽtari, iudex æſti-
mabit pẽſatis circũſtãtijs: puta, quia minor triẽnio apud
matrẽ, & huiuſmodi: vt not.in l.vnica.C. de diuor.fac.&
apud quẽlib.edu.& in auth.ſi pater.ibidẽ poſita. vbi dicit
ꝙ ſi pater fuit cauſa diuortij, nutriet apud matrẽ expẽſis
patris. Si verò mater dedit cauſam, apud patrẽ expẽſis ma
tris locupletis, niſi pater ſit minus idoneus: quia tũc apud
matrẽ locupletẽ, niſi alter eorũ eſſet infidelis: qa apud fi-
delem alẽdi ſunt filij: vt per d.ſ. Baptiſmus.iiij. §.vj.& vij.
25 ¶Vigeſimoſecũdò* quęritur, vtrũ filius teneatur patri ac
matri de alimẽtis aut alijs? Et dico, vt colligit ex Alex. in
iiij. parte Sũmæ. tractatu de quarto præcepto, ꝙ tenetur
ad tria ex præcepto. Primò ad dilectionẽ, nõ cõem omni-
bus, ſed pręcipuã, nec retẽtã in corde, ſed oſtẽſam aliquã-
do ſignis: vnde excuſari nõ videtur à mortali, ſi amoris ſi-
gna nunquã parẽtibus oſtẽdit, ſed ſemper durè loquitur.
Secũdò, ad obedientiã circa rem familiarẽ, & multò ma-
gis in neceſſarijs ad ſalutem: ſicut ſunt ſpectãtia ab bonos
mores, in quibus ſi obedire contẽnat, eſt mortale. ſecus ſi
nõ obediat nõ ex cõtẽptu, ſed ignorãter, vel raro ſine cõ
temptu. Et per cõtemptũ intelligo hic obſtinationem, &
pertinaciã animi. Vnde eſt veniale, nõ obedire ex negli-
gẽtia, vel ſenſualitate. Tertiò ad ſubueniendũ in neceſſa-
rijs. Et magis eis, etiã infidelibꝰ, quàm extraneis fidelibꝰ:
vt no.gl.diſ.xxx.c.j.& di.xlij.qeſcamus.& di.lxxxvj.nõ ſa-
tis. Et magis patri, quàm filio in neceſsitate extrema, ſecũ
26 dùm Cy.in l.ij.C.de pa.qui fi.di.* Et cùm dicitur, ꝙ amor
magis deſcẽdit, q̃ aſcẽdit.l. iſti quidem. §.fi.ff. quod met.
cau.l.liberorũ.ff.de verb.ſig.& l.liberti.& ibi gl.ff.de in-
offi.teſta.ſecũdũ Iaco. ibidẽ: verũ eſt, quo ad ordinẽ dile
ctionis, non autem quo ad effectũ obligationis: quia per
natiuitatem filiorũ aui cõditio deterior fieri nõ debet, q
iam habet filiũ obligatũ: vide ſ. Eleemoſyna. §.viij.nõ ob
ſtante quod dicitur ſ. Charitas. §.ij. ꝙ ſcilicet parentibus
magis tenemur exhibere honorẽ, ſed filijs magis prouide
re: quia hoc verũ eſt, quantũ ad theſaurizare, ſeu prouide
re de patrimonio, nõ quo ad ſubuẽtionẽ præſentis extre
mæ neceſsitatis. Barto.tamẽ in l.ſi quis à liberis.ff.de lib.
agnoſ. poſt glo. dicit fortius eſſe vinculũ quo pater filio,
quàm quo filius patri tenetur: qa pater tenetur alere filiũ
iure naturali, ecõuerſo aũt iure gẽtiũ. Sed dico primò hoc
eſſe verũ ſolùm quo ad theſaurizare, & alere cõſtituta hę
27 reditate. ¶Vigeſimotertiò* quæritur, vtrũ filiusfamilias
matre viuẽte emancipatus acquirat vſumfructũ in bonis
maternis? Et dico, ꝙ ſic pro virili.i. pro media parte, ſi eſt
vnus filius, & pater p alia poſt mortẽ matris. Caſus eſt C.
de bo.ma.l.ſi viua matre. Idẽ dic in nepotibꝰ, & pronepo
tibus.& idẽ dic ſi ſunt plures filij: quia pro virili parte ſi-
mul cũ patre. Si aũt aliqui ſunt emãcipati, aliqui in patria
poteſtate, pro virilibus partibus venient oẽs: ſed vſusfru-
ctus nõ emãcipatorũ remanebit apud patrẽ: vt in d.l.ſi vi
ua. In alijs aũt bonis aduẽtitijs nõ erit idem, ſed ſolùm in
28 maternis: vt no.gl.in d.l.ſi viua. ¶Vigeſimoquartò* quæ-
ritur, vtrũ filius poſsit agere cõtra patrẽ? Et dicit Pan.in c.
nõ eſt.de ſpõ. ꝙ ſic, ratione peccati: aliàs nõ eſt admitten
dus: vt no.gl.in c.ſi eccleſia.xxiij.q.iiij. Sed gl.in c.quærit.
ij.q.vij.tenet ꝙ poteſt, ſecũdũ canones, cõqueri tam in ci-
uili, quàm in criminali negotio: ſecũdũ leges verò nõ ni
ſi in cauſa caſtrẽſi ciuiliter.ff.de iud.l.lis nulla.& etiã in
quaſi caſtrẽſi.ff.de fur.l.ſi quis vxori.primo reſpõſo.nõ ta
men de furto, ſed actione in factũ.C.de dol.ma.l.ſuperſti
te. Et hoc ſi nõ eſt emãcipatus: ſed emãcipatus põt agere
petita venia, & impetrata C.de ĩ ius vo.l.vl. Sed in crimi-
nali cauſa nõ auditur.ij.q.j.prohibẽtur.niſi iniuriã in epi
ſcopum cõmiſerit.C.de pa.po.l.cõgruẽtius. Poteſt etiam
implorare officium iudicis pro alimẽtis iniuſte negatis.
29 ¶Vigeſimoquintò* quæritur, vtrũ appellatione filiorũ
vel liberorũ veniãt naturales tantùm? Et dicit Pan.in c.in
præſentia.de pba. ꝙ aut apparet de tacita volũtate diſpo
nentis, ſiue ex verbis poſitis in diſpoſitione, ſiue qa eſt ea
dẽ ratio de legitimo, ſicut de naturali: & tunc veniũt etiã
naturales, ſiue tractet de pœna, ſiue de cõmodo, ſiue in le
gibꝰ, ſiue in ſtatutis, vel teſtamẽtis, & huiuſmodi. Si verò
nõ apparet de mẽte: tũc ſi tractet de cõmodo, veniũt etiã
naturales.xxxv.q.vij.c.vnico.& hoc ex benigna interpre-
tatione potius, q̃ ex ſignificatiõe ppria: qa ex propria ſi-
gnificatione nomine liberorũ, vel filiorũ veniũt ſolũmo
do naturales legitimi, nõ aũt adoptiui, vel naturales tãtũ:
vt in l.ſi ita qs. §.fi.ff. de leg.ij. Spurij aũt, & nati ex coitu
dãnato nõ veniũt, etiã vbi tractatur de cõmodo. Sed glo.
in cle.vnica. de baptiſ. cõcludit, ꝙ nomine liberorũ, ſeu
filiorũ nõ veniũt naturales. qđ Paulus dicit verũ, vbi ver-
bũ, filij, pfertur à lege: qa intelligitur de iſta ſobole: ſi aũt
ab homine, itelligũtur naturales, niſi cõiectura dignitatis
ſit in cõtrariũ: vt no.C.de inſti.& ſubſti.l.generaliter. vbi
apoſtilla Iac.de Are.dicit, ꝙ filij naturales cõprehendũtur
noĩe liberorũ, ſi naſcũtur in facie matrimonij. Si verò nõ
naſcũtur ſub velamine matrimonij, hoc eſt, ſecũdũ formã
c.cũ inhibitio.de cládeſt.deſp.nõ cõprehẽdũtur. hæc Car
di.ĩ d.cle. Sed magis placet opinio Pan. licet fortè vna ſit
gloſſanda per aliam. Addit autem gloſ.in d.cle. ꝙ appella
tione liberorũ comprehenduntur nepotes ex filijs & alij
deſcendẽtes.ff.de ver.ſig.l.liberorũ. ſecus ſi dixiſſet filij,
quia appellatio filiorũ regulariter nõ cõprehendit nepo
tes. Inſt.qui da.tut.in te.poſſ.& idẽ Pan.& Card. in d.cle.
30 ¶Viceſimoſextò* quæritur, vtrũ filius ſpurius dicatur de
familia patris? Et dicit Bar.in l.item in poteſtate. ff. de his
qui ſunt ſui vel ali.iu. ꝙ filius naturalis tantũ nõ eſt in po
teſtate patris: nec ſpurius: imò nec dicitur filius: vt in au-
then.quib.modis natu.effi.ſui. §.fi. qđ limita vt ſ. §. prio-
re. Et facit ad ſtatutũ dicens §. ꝙ ſi quis capit aliquẽ de fa
milia vel de filijs aliquorũ, habeat mille: quia capiens ba-
ſtardũ non habebit præmiũ, quia non dicitur filius. Adde
etiã quod dicit Bar.in l.tutelas.ff.de cap.di. vbi quęritur,
ſi ſtatutũ dicit, ꝙ nobilis de patrimonio delinquẽs puniа-
tur in plus quàm popularis: vtrũ baſtardus dicatur nobilis
de patrimonio? Et allegabant quidam illa iura, quæ dicũt
ꝙ baſtardus nõ dicitur de familia: vt l.pronuntiatio.ff.de
verb.ſigni.& Inſtit.de ſucceſsione cog. §.vulgo. Sed ipſe
dicit, ꝙ illæ leges nihil faciũt: quia diſponunt per nomen
iuris: vt eſt agnatio, & ſimilia. Sed ſtatutũ prædictũ diſpo
nit p nomina naturalia: quæ ita cadũt in baſtardũ, ſicut in
31 legitimum. Nomina* verò familiæ ſunt nomina ciuilia,
quę nõ cadũt in baſtardũ: vt d.l.tutelas. Et intelligitur no
bilis de patrimonio.i.de nobili patre natꝰ, in quo nõ attẽ
ditur patria poteſtas. Si aũt ſtatutũ dicit, omnes de tali do
mo: an cõtineatur baſtardus, dicit aduertẽdũ, vtrũ hæc ap
pellatio, de domo, ſiue baſtardus, ſit iuris ciuilis vel natura
lis. Et quantũ ad propoſitũ eſt iuris ciuilis: quia appellatio
naturalis apud omnes eſt vniformis: vt pater, & mater, &c.
Appellatio aũt ciuilis eſt difformis ſecundũ gentiũ & ci-
uitatũ diuerſitatem: vt in l.omnes. de iuſt. & iur. Hæc aũt
appellatio, de domo, aſſumitur diuerſimode: qa quãdoq;
domus aſſumitur pro agnatiõe: vt l.cùm vnus.ff.de ali.le.
& ſt. ad Silla.l.j. Quandoq; pro omnibus habitantibus in
eadẽ domo: vt C. ne li.po.l.j. Hoc etiã videmus hodie con
ſuetudine inductũ in quibuſdã locis, vt dicantur de eadẽ
domo omnes, qui portant eadẽ inſignia ſeu arma: & volẽ
tes diuidere domum, diuidunt inſignia ſeu arma. Eſt ergo
hæc appellatio ciuilis: & ſecundũ diuerſos modos intelli-
gendi cadere põt in baſtardũ, & nõ cadere: quia pro eadẽ
agnatione nõ cadit in eum, in quẽ tamẽ cadit, ſi ſumatur
pro omnib.deſcendentib. ex eodẽ ſanguine. Et de hoc vi
detur tex.in l.pronuntiatio.de verb. ſign. Si autẽ ſumatur
pro omnib.habitãtibus, non attẽditur an ſit vel non ſit ba
ſtardus, ſed ſolùm habitatio. Si verò ſumatur pro omnibꝰ
portãtibus eadẽ inſignia, cõprehendi põt, vt notatur per
32 leges prædictas. Vtrũ* aũt filius teneatur credere matri di
centi eum illegitimum, ſ. Adulteriũ. §.ij. Vtrũ filius natus
poſt votũ caſtitatis parentũ, vel quãdo alter repetitus eſt
de religione, ſit legitimus, ĩ. Matrimonium.vij. §. v. Vtrũ
filius aut filia poſsit nubere ſine licentia patris, ſ. Dos. §.
iiij. Vtrum filius poſsit vouere. ĩ. Votum.iiij. §. v. & vj. Et
vtrum eleemoſynas facere, ſ. Eleemoſyna. §.v.partic.iiij.
Vtrũ poſsit intrare religionem, ĩ. Religio.ij. §.x.xj. & xij.
Vtrum filij illegitimi poſsint ordinari, ĩ. Illegitimus. per
totum. Vtrum filius acquirat ſibi, & non alijs fratribus, ĩ.
Peculium.ij. §.xvij. Vide etiã de iſta materia ſ. Adulteriũ,
& Expoſitus. & ĩ. Hæreditas, & Illegitimus, & Seruus.

FILIVSFAMILIAS dicit, qui eſt in poteſtate patris
vel parentis, vt accipitur in l.filij.ff.de his qui ſunt ſui
vel alie.iur. ſicut filius emancipatus dicitur, qui extra pa-
tris eſt poteſtatem.

FISCVS eſt burſa Cæſaris vel principis. xvj. q.vij. ma-
iores. Vel hodie eſt ſaccus regius, in quẽ deducuntur
bona bãnitorum vel proſcriptorum. & ſic accipitur ff.loc.
l.ſed ædes. §.fiſcus. Vel hodie eſt ſaccus ſine cõſcientia, im
buiſans omnia male quæſita.ff.de calum.l.in hæredem. &
ff.de inoſ.teſtamen.l.Papinianus. §. meminiſſe. & turpia
lucra etiam ab hæredibus extorquet, licet crimina ſint ex
tincta.d.l.in hæredem.in princ. Vtrum autem præferatur
alijs creditoribus, infrà, Reſtitutio.vij. §.v.

¶FLAGELLA quõ ſint ſatisfactoria. ĩ. Satisfactio.

FORMA eſt, quæ dat eſſe rei, ſecundũ Innoc.in rubri.
de conſe.eccle.vel alta. quæ ſi omittatur in ſacramen
tis, nihil fit. j.q.j. qui perfectionem.in glo.

¶FORNICATIO, infrà Luxuria.

FORVS eſt exercendarũ litium locus: à fando dictus. de
verb.ſignifi.forus. quem forũ quis ſortitur eo modo,
quo gloſ.iij.q.vj.cap.j.declarat per hoc verſus,

Contractus, crimen, reus, res, religioq;,
Vir, ratio ſimilis, vel prouocat, atque recuſat,
Excedit viſus, vel ſi conſentit vterq;.

Quorum expoſitionem vide ibi cum allegationibus. Et
quantum ad crimen, ſuprà, Confeſſor.j. §.xiij.

¶FRATRES quõ diuidãt acquiſita per aliquẽ ipſorum,
ĩ. Peculiũ ij. ¶Fratrũ differẽtia duplex, Hæreditas ij. §.vj.

DE FRAVDE.

1 *Fraudem, quæ propriè in factis, ſicut & dolus in uerbis, tripli-
citer committi, nec ſine dolo eſſe poſſe.*
2 *Fraudare nemo eos uidetur, qui ſciũt, ac conſentiũt: quãquã &
is fraudem facere uideatur, qui quod facere debet, non facit.*
3 *Fraudẽ cõtra legẽ, & legi facere, quãdo qs dicatur.* Et idẽ *mul
tipliciter ac uariè cõtingere poſſe. de qb. hic.* Et *qui in his delin
quũt, legẽ præuaricari dicãtur in cõſpectu* Dei *non excuſandi.*

1 FRAVS* ſecundùm S. Thom.ij.ij.q.lv.ar.iiij.& v.pro-
priè eſt tantùm in factis, ſicut dolus, qui principaliter
eſt in verbis, fit tripliciter, corde, verbo, & opere. Vnde ſe
cũdùm Panormitanum in c.ex tenore.de reſcriptis. fraus
non poteſt eſſe ſine dolo: licet dolus poſsit eſſe ſine frau
de. Ex quo infert, quòd dolo inſit fraus, ſicut ſpecies gene
ri. Vtrunque autem horum, id eſt, fraus & dolus nemini
debet patrocinari: vt in dicto capite, ex tenore.
2 ¶Fraudare* etiam nemo videtur eos, qui ſciunt, & con-
ſentiunt.ff.de regulis iuris.l.nemo. Fraudem quoq; face-
re videtur etiam is, qui non facit quod facere debet.ff.de
his quæ in fraudem creditorum facta ſunt.l.in fraudem.
3 ¶Fit* autem contra legẽ, quando fit cõtra illud, quod per
legem ſignificatur, nulla tamen palliatione quæſita: ſed fit
fraus legi, quãdo fit cõtra ſignificatũ legis palliatione quę
ſita.ff.de legi.l.cõtra leges. Quod quidẽ contingit multi
pliciter. Aliquãdo quidẽ de perſona ad perſonã: ſicut quã
do mulier vult donare viro, aut ecõuerſo, cùm non poſsit:
de do.inter vi.& vxo.cap.vl. ſupponit aliã perſonam: puta
ꝙ ſoluat eius creditori: vt ff.de donat.inter vir.& vxor. l.
hæc ratio. §.vlti. Similiter ſi tutor, qui emere non poteſt
rem pupilli, interponit aliam perſonã quæ emat. Aliquan
do fit rei ad rẽ: ſicut cùm quis dat fructus filiofamilias, vel
ſimile, vt vendat pro eo quod pecuniã mutuò dare nõ po
teſt.l.iiij. §.j.ff.ad Macedo. quia idem eſt ac ſi mutuaret.
argu.xiiij.q.iij.plerique.j.quęſt.j.ſunt nonnulli. Aliquan-
do fit vnius contractus ad alium contractũ contrarium: vt
cũ vxor vendit viro, quod intendit donare.l.ſi ſponſus. ff.
de dona.inter virum & vxor.arg.xvj. quæ.iij. ſi ſacerdos.
Aliquando fit vnius contractus ad alium contractum ſi-
milem: vt cùm mulier, quæ fideiubere non poteſt, facit ſ:

principalẽ debitricẽ.l.quamuis. §.ſi cum eſſem.ff.ad Vel-
le.ſen.& omnes tales præuaricantur legem,& in conſpe-
ctu Dei non excuſantur.& facit quod not.in capit.intelli-
gentia.de verb.ſigni.& in c.quanto.de priuil.& in c.con-
ſtitutus.de conceſsio.præben.

DE FRIGIDITATE.

FRIGIDITAS, quomodo impediat matrimonium,
infrà,Matrimonium.viij.impedimẽto xvj.

DE FRVCTIBVS.

1 *Fructus qui dicãtur,& in quotuplici ſint differẽtia.Et in his,
qui parti naturales,partim induſtriales ſunt,uiri boni arbitriũ
uerſatur,ĩ hoc an naturaliũ,an ĩduſtrialiũ nomine cẽſendi ſint.*
2 *Poſſeſſor bonæ fidei,an fructus rei bona quoq; fide poſſeſſæ ſuos
faciat.Et quid ſi nõ faciat,de quibus fructib.ad reſtitutionẽ te
neatur.Item quid de lucro facto ex re, quæ de ſe lucroſa nõ eſt.*
3 *Poſſeſſor bonæ fidei,de quo proximè,an huiuſmodi fructus uſu
capere poſſit.Et quid de poſſeſſore malæ fidei,remiſſiuè.*
4 *Fructus alicuius rei,quinam ſint,aut dicantur.*

1 FRVCTVS*dicuntur, qui ſuperſunt deductis expẽſis
factis gratia fructuũ quærendorum, colligendorũ, &
conſeruandorũ,tam in bonæ quàm in male fidei poſſeſſo
ribus, etiã in prædonib.ff.de pet.hære.l.ſi à te. §.fruct⁹.&
l.placet.in fi.C.de fruc.& lit.expen.Et ſecundũ Bartol.in
l.ex diuerſo.ff.de rei vend.Quidam ſunt naturales: vt po
ma,& huiuſmodi,quæ natura producit, & ſicut producit,
vtimur.Alij ſunt partim naturales,partim induſtriales:vt
lac,lana,ſegetes,vinũ,& huiuſmodi:quæ ſunt naturales in
quantũ producũtur à natura:& induſtriales inquantum in
alia ſpecie ipſis vtimur ex induſtria:vt d.l.ex diuerſo. & l.
certum.C.de rei ven.Et de his cõiter dicitur relinqui arbi
trio boni viri an ſint naturales vel induſtriales : vt ſi plus
verſatur de induſtria hominũ,dicãtur ĩduſtriales:vt de vi
no,lana,caſeo,& huiuſmodi.ar.l. queritur.ff.de ſtat.ho.&
iiij.q.iij.hermaphroditus.Si verò magis de natura,dican-
tur naturales. Alij ſunt induſtriales ſolũ:ſicut qui ex artifi
cio,negotiatione,vel huiuſmodi acquirũtur, qui alio mo
do dicũtur ciuiles,eò quòd non perueniunt ex re,ſed ho
minis prouiſione percipiuntur propter rem:vt eſt penſio
domus,& huiuſmodi:vt l.ſi nauis.ff.de rei ven.& l.domũ.
C.eod.Et iſtorum quidem ſunt honeſtè percepti,quidam
inhoneſtè. vt ſi locaui domum ad exercendum quæſtum
inhoneſtum.l.ancillarum.ff.de petitione hæreditatis.
2 ¶Primò*verò quæritur, vtrũ bonæ fidei poſſeſſor fruct⁹
rei bona fide poſſeſſæ faciat ſuos?Et dico,vt colligo ex c.
grauis.de reſti.ſpo.& d.l.ex diuerſo.cum ibi not. ꝙ quia
longa eſt diſtinctio doct.quo ad forum contẽtioſum,eam
omittens,dico quantũ ad conſcientiã hoc eſſe tenendũ,
quòd omnes fructus tã naturales quàm induſtriales, ſiue
cum titulo poſsideat,ſiue ſine titulo,reſtituere tenetur,ſi
extent:ſi verò cõſumpſit,tenetur ſolùm reſtituere, inquã
tum factus eſt locupletior:puta quia in eam rem impẽdit,
in quam oportuiſſet expendere tantùm de ſuo,vel aliqua
emit,ex quibus ampliauit patrimonium ſuum. Facit d.l.
certum.& l.ſi me & Titium.ff.ſi cert.pe.Verum tamẽ di-
minuet de fructibus induſtrialibus rei lucroſæ: quantum
induſtria ſua æſtimanda eſt in dicto negotio exercitata in
vtilitatem ſeu augmentum dictorũ fructuum accipiendo
rum:quia nemo militat ſtipendijs ſuis. De lucro autem fa
cto ex re,quæ de ſe nõ eſt lucroſa:dic vt ĩ.Reſtitutio.j.§.j.
Si verò nõ eſt factus locupletior,nõ teneť de cõſumptis.
ff.de peti.hæred.l.vtrũ.ex quo dolo non deſijt poſsidere.
3 ¶Secundò*quæritur,vtrũ prælatus bonæ fidei poſſeſſor
poſsit vſucapere fructus prædictos?Et dico primò,ꝙ quid
ſit vſucapio,dicam ĩ.ſuo loco.Et ſecũdò dico ſecundùm
Panor.in dicto capi.grauis.quòd fructus naturales indu-
bitanter vſucapit per triennium, id eſt, ſpatio triennij, vt
no.in l.ſequitur. §.j.ff.de vſuc. & facit l.in bello. §.ſi quis
ſeruum.ff.de capti.Aliàs autem cùm fecerit ſuos,non po-
teſt vſucapere:quia quod meũ eſt,vſucapere non poſſum.
l.in bello.& videtur tex.in d.l.ſequitur. §.lana. Sed bene
vſucapit aduerſus iudicis officium:per quod reſtituere te
nebatur:quia poſſum preſcribere rẽ meã aduerſus actio-
nem,qua poteram cogi ad eius reſtitutionem:vt eſt text.
in d. §.ſi quis ſeruum.Et hoc voluerunt gloſſ.& Bartol.in
dicta l.ſequitur.in §.fructus.Et ſic patet, quòd in conſciẽ
tia poſt triennium bona fide tranſactum erunt ſui omnes
qualitercunque:nec reſtituere tenetur.De poſſeſſore au-
tem malæ fidei, quomodo teneatur, Reſtitutio. iij. §.ix.
4 ¶Tertiò*quæritur,qui ſint vel dicantur fructus rei alicu
ius?Et dico,vt patet ex dictis,ꝙ ſunt illi,qui ſuperſunt de-
ductis expenſis factis gratia fructuũ quærendorũ,& cõgre
gandorũ,& conſeruandorũ.ff.de peti.hære.l.ſi à domino
vel patre. §.fructus.& l.planè.in fin.& C.de fruc.& lit.ex-
pen.l.j.vbi dicitur ꝙ fructuum nomine continetur quod
iuſtis ſumptibus deductis ſupereſt,nec poteſt aliquis caſus
interuenire,qui hoc genus deductionis impediat.ff.fam.
ercif.l.fundus.ff.ſo.ma.l.fructus.Vnde fructus intelligitur
deductis neceſſarijs impẽſis.ff.de ope.ſer.l.fructus.Et hoc
non ſolũ in bonæ fidei poſſeſſoribus naturalis ratio expo
ſtulat,verùm etiã in prædonibus,vt diciť in d. §. fructus.

FVGERE.

1 *Fugere incarcerato num liceat.Et an effugiendo peccet.Et quid
de auxilium ſuppetentibus.*
2 *Fugere incarceratus,an ſi poſſit, teneatur.Et quid de prælato,
an perſecutionem aufugere poſſit.*

1 FVGERE*incarcerato licet,ſi tenetur iniuſtè,vt clarũ
eſt:ſi verò tenetur legitimè,diſtinguendũ eſt: quia ſi
tenetur non propter mortẽ aut abſciſsionẽ membri infe-
rendã:ſed propter aliud,puta ad punitionẽ,vel huiuſmo-
di:ſic non licet.Facit quod no.gloſſ.in c.ius gentiũ.diſt.j.
Si verò tenetur ad mortem vel abſciſsionẽ membri, ſecũ
dùm dom. Anto.ſi peccatum eſt manifeſtum,peccat fugiẽ
do vt in peccato perſeueret:ſi verò vt pœniteat , nõ licet:
tamẽ ſi fugit,nõ tenetur ſe reſtituere.Secus ſi occultũ: qa
põt fugere.Et hoc ſequitur Sum.Ang.ſed melius indiſtin
ctè tenet Sum.Roſ.ꝙ fugere poteſt ſiue peccatũ ſit publi
cum,ſiue occultũ,etiã poſt ſententiã datam:quia ita ſentit
S.Tho.vt patet ſ.Accuſatio. §.xvj.vbi nõ habet contradi
ctionẽ in fuga.& idẽ Alber.& Ray.& Aſten.& Pet.de An.
poſt alios in cle.paſtoralis.de re iudicata .Sed inde nõ li-
cet fugere faciendo violentiã alicui:qa tũc habereť iniu-
ſtum bellũ:nec ſimiliter ſecundũ Henricũ de Gãdauo ix.
quoli.licet infringendo carcerẽ:puta,ſi iudex damnatũ in
carcere dimittit ſine vinculis,negligẽs carcerem firmare:
abſq; omni iniuria iudicis,qui nullũ ius habet in ſubſtan
tia corporis,põt ſuũ corpus abducere: quẽadmodũ ſi quis
agrum ſuũ ſepiat,nulli licet tranſire per illũ rũpendo ſe-
pem:ſi tamen ſepes nõ fuerit,licitũ erit tranſire per agrũ.
Et,quod plus eſt,ſi precipiat iudex ne carcerẽ exeat:tamẽ
ſi nõ oportet,ꝙ vincula aut carcerem dirumpat,vel quic-
quam ſimile faciat,circa aliquid,in quo ius habeat, obedi
re non debet.Et idem dico de ſuffragãtibus:qa licet,mo-
dò faciat bono fine & ſine violẽtia alicuius,& ſcãdalo ali
cuius,maximè cuſtodis. Eodem modo fugere licet, etiã
poſt ſententiam datam ei,qui queritur vt capiatur,nõ ta-
mẽ cum violentia officialium volentiũ eum capere: quia
ipſi habent iuſtum bellum cõtra ipſum.iij. q.v. nõ putes.
xj.q.iij.qui reſiſtit. & ſic eos impugnãdo mortaliter pec-
caret:& ſimiliter auxiliãtes. Vtrum*autem fugere teneа-
2 tur,qui poteſt,S.Tho.videtur velle ꝙ ſic: eo ꝙ non fuge-
re ſit ſe occidere. Sed dici poteſt, ꝙ non tenetur fugere,
licet poſsit: quia poteſt patienter ferre, vt de ſuis exceſsi-
bus fiat ius:.& ſic ſe occidere patiendo occiſionẽ,non eſt
peccatum:ſicut etiã non ſe occiderunt martyres,qui fuge
re aliquando potuerunt. An verò poſsit prælatus fugere
perſecutionem,vide ſuprà, Epiſcopus. §.viij.parti.ij.

DE FVNERE.

FVNVS quo ad ſumptus fieri debet ſecundùm dignita
tem,aut facultatem defuncti.l.ſi quis ſepulcrũ. §.ſum
ptus.ff.de reli. & ſum.fu. & de ſuo expedit mortuũ fune-
rari. Vnde mulier de dote,quaſi de ꝓprio patrimonio fu
neretur.l.in eum.ff.de relig.& ſump.fu. & funeris impẽſa
ſemper ex hæreditate deducitur : quæ etiã omne creditũ
ſolet præcedere, cùm bona ſoluendo non ſunt.l. funeris.
cũ duabus leg.ſeq.ff.de relig.& ſump.fu. Quod limita de
ſumptibus neceſſarijs,& honeſtis,nõ de pompaticis:quia
in cõſcientia non liceret ex eo, quod alijs debetur, pom-
paticè tumulare.De iſta materia infrà,Hereditas.iij. §.vj.
& Sepultura.j. §.xiiij. & Reſtitutio.vj. §.v.

DE FVRIOSO.

FVRIOSVS nullo caſu ſe poteſt obligare. de reg.ſicut
tenor. quia nõ conſentit. Vnde nota, ꝙ etiam bene-
faciendo non præſumitur ſanæ mentis. Ex quo infero, ꝙ
licet faciendo teſtamentũ,quilibet mentis compos,nõ va
let.& idẽ videtur ſi daret bona ſua pro anima.arg. de ſuc.
ab inteſta.c.ſi.Nec quod facit imputatur illi ad culpã, aut
pœnã.arg.cle.ſi furioſus.de homi.ff.ad leg.Põp.de parri.
l.pe.ff.de offi.præſi.l.diuus.j.reſpõ.Vnde pati poteſt iniu
riam,ſed nõ facere.ff.de iniur.l.illud relatum.quæ lex po
nitur in c.illud.xv.q.j.Vnde etiam quod facit,perinde eſt
ac ſi ſine facto perſonæ accidiſſet.ff.de admi.tut.l.vl.in fi.

DE FVRTO.

1 *Furti definitio,& eiuſdem per ſingula uerba explicatio uſque
ad numerum 3.*
2 *Domino inuito,quando res cõferri dicatur.Et ibidẽ limitatio.*
3 *Furtum ſicut uariè conſiderari poteſt:ita & uariè partiri. Et
id aliquot axiomatis explicatur:ac de ſingulis partibus,ac for-
mis ſeorſum diſſeritur.*
4 *Furtum etiam in re modica, an mortale peccatum ſit.*
5 *Simonia in modico,an cõmittatur.Et ibidem,quòd actio de do
lo,nõ niſi ex re magna,& calliditate datur.Et res magna quã
do dici debeat.*
6 *Surripere minima,qui ſe de domini uoluntate credit , ac mox
de domini uoluntate cõtraria comperit , quid facere debeat,ut
ab hoc excuſari poſſit.*
7 *Furti pœna quænam ſit.& cõtra quem furti actio competat.
Et de primo uſque ad num 9.*
8 *Calices,patenas,& huiuſmodi ſacra,qui furatur, an ſit excõ-
municatus.Et fur,qui ſuſpenditur,an ſepultura priuetur.*
9 *Furtum hic cõmittens, an ab alio iudice, ad cuius diſtrictum
pertranſijt, puniri poſſit.*
10 *Furãs ex neceſſitate,an furtũ cõmittere dicatur,& mortaliter
peccet. Et an quod hoc caſu ſubreptũ eſt, ſi ad pinguiorẽ fortu
nam peruenerit,qs furat⁹ eſt,reſtituere teneat. Et ſub hæc,cur
paupertas furtũ,non adulterium,fornicationẽ,& huiuſmodi
excuſet. Et nũ homicidã defenſiõis neceſsitas excuſare debeat.*
11 *Chriſtianos ab hoſtibus captos,qui furatur & liberat,nũ fur-
tum cõmittat,& mortaliter peccet.Et an Chriſtiano à Sara-
ceno detento furari liceat.nume.ſeq.*
13 *Furtũ facere nũ cenſendus ſit,qui pinguiore re depoſita,aut ad
alium uſum commodata,utatur.*
14 *Furari,ut inde eleemoſyna fiat, an licitum ſit.*
15 *Mulier uirum ſui profunditatẽ habens,an ſi contra eius prohi-
bitionem de bonis eiuſdẽ celet,ut ſibi ac uiro, cũ neceſſe fuerit,
prouidere queat,an furtum cõmittat.Et quid de filio fami.ad
uerſus parentum uoluntatem bona ipſorum ſurripiente.*
16 *Subripere rem meam apud alium exiſtentẽ, num propria poſ-
ſim autoritate. Et quid de eo,qui debitum à debente conſequi
nequit,an poſſit ſibi de debitoris rebus furtim ſatisfacere.Et q
hoc facit,quot requirãtur ut nõ peccet.nu.ſe. Et an ad prælati
præceptum ſub excõmunicationis pœna , quòd ſic ſubtraxerit,
reuelare teneatur.nu.19.*
18 *Furtiuæ rei,aut raptæ, an contra dominum uſucapio procede-
re queat.*
20 *Fur ad reſtitutionem ablatorũ,qualiter & ad quid teneatur.*
21 *Filiusfamilias,uxor,aut religioſus,an cõtra patris, mariti,aut
ſuperioris uoluntatem ſubreptum reſtituere queat.*

1 FVRTVM*propriè ſecũdũ S.Tho.ij.ij.q.lxvj. eſt acce
ptio rei alienæ occulta.Sed ſumẽdo furtũ vt etiã ĩclu
dit rapinã,latrocinium & prædã, eſt cõtrectatio rei alie-
næ fraudulosa inuito dño,lucrifaciendi gratia, ſiue ipſius
rei,ſiue vſus rei,ſiue poſſeſsionis.ff.eo.l.j. Et intellige,ſe
cundũ Ray.& alios Sũmiſtas,rei alienæ mobilis & corpo
ralis. Notanter dicitur primò contrectatio : quia ſine ea
non eſt furtum,etiã ſi volũtas interueniat, aut verbũ quo
ad homines:vt in d.l.j. §.j.ſecus quo ad Deũ.de pœ.diſt.j.
vulgaris.& c.ſi ꝓpterea.xiiij.q.vl.c.vl. qa eſt contra illud
præceptũ,Nõ cõcupiſces.Secũdò dicitur,rei alienæ:quia
in re propria nõ poteſt eſſe furtũ , niſi alius haberet in ea
ius aliquod:puta,qa erat cõmodata,vel impignorata, aut
huiuſmodi.ff.eo.l.cũ æs pignori.& l.ſi is qui rẽ.la j.& idẽ
Sã.Tho.ij.ij.q.lxxj.quo ad Deũ tamẽ cõmittitur in re ꝓ-
pria,quæ creditur aliena: & nõ committitur in re aliena,
ſi probabiliter creditur propria. Inſt.vi bo.rap. §.quia ta
men.Tertiò,mobilis & corporalis:quia in immobilibus,
vt eſt ager:& incorporalibus,vt ſunt actiones,& ſeruitu-
tes:nõ cõmittitur furtũ.ff. eo.l.verũ.la j. qa talia nequeũt
attrectari.Quartò,fraudulosa:quia ſine animo furandi:vt
quia putauit rẽ eſſe ſuã:vel poſſe accipere ab eo,q habe-
bat ibi ius,nõ cõmittit furtũ,licet aliàs teneaĩ, ſcilicet qa
perdit ius,quod habebat in re:& ſi nõ habebat,cõdẽnatur
ad reſtitutionẽ rei,& inſuper ad æſtimationẽ illius,ex eo
ꝙ voluit ius ſibi facere.Inſtitu.vi bo.rap. §. quia tñ.& §.
ſeq.Quod Sum.Ang.dicit verũ ſolũ iure fori, nõ poli,cõ
tra Supple. & male : quia pœnã legalẽ quis ſoluere teneť
in cõſcientia ſi cõdemnetur:vt ĩ.Pœna. §.xxv.Quintò,in-
uito domino:qa ſi credit dominũ permiſſurum,& ſubeſt
iuſta cauſa credẽdi,nõ tenetur: ſec⁹ ſi nõ ſubeſſet.ff.eo.l.
ſi is q rẽ.Et in dubio præſumitur dñs inuitus.ff. eo.l.qui
2 vas. §.vetare.*Et dicitur dñs inuit⁹,etiã ſi videat rẽ aufer
ri,quãuis nõ contradicat,ſcilicet ex timore, vł verecũdia.
ff.eo.l.pen.aliàs nõ cõtradicẽdo,cũ poſſit,videtur cõſen-
tire:arg.c.error. diſt.lxxxiij. & c.cõſentire. Quod tamen
fallit in caſu l.ſi quis ſeruo.C. de fur. vbi perſuadẽs ſeruo
vt tollat rem à domino,& ſeruus tollit eã domino ꝑmittẽ
te,cui prius denũtiauit,tenetur furti,& ſerui corrupti. Si
aũt putauit inuito domino,& tamẽ dominus vult:furtum
quidẽ facit quãtũ ad ſuã intẽtionẽ,ſed reſtituere nõ tene
tur,nec dominus poteſt repetere obſtãte ſibi ſua volun-
tate.ff.eo.l.inter omnes. §.pe.Sextò dicitur, lucrifaciẽdi
gratia: quia ſi quis alienã rapuerit ancillã nõ cauſa lucri,
ſed libidinis,furtũ nõ cõmittit.ff.eo.l.verũ.la ij. aliàs in-

 cipit,

cipit,certũ.Septimò dicitur ipſius rei,vel vſus,ſiue poſſeſ
ſionis:quia nõ ſolùm cõmittit furtũ,qui rei dominiũ vult
lucrari:ſed etiã qui vult in re ipſa lucrari vſum,& poſſeſ-
ſionẽ.d.l.q ſacrũ.ff.eo.l.qui inuẽta.& tenetur ad æſtima-
3 tionẽ ipſius vſus. ¶Primò* verò quæritur,quot ſunt ſpe-
cies furti?Et dico tria. ¶Primũ. Si ſpecies furti diuidãtur
ſecũdũ modũ furãdi,ſunt duæ,licet innominatæ proprio
nomine:prima eſt furtũ factũ clanculo ſine armis,vel ag-
greſſura,& ꝓpriè noctu: ſecũda eſt furtũ factũ palàm quã
tum ad dominũ rei cũ armis,vel aggreſſura,& propriè ad
ſtratas. Vñ dicit Pan.in c.ij.de fur.ꝙ fur ꝓpriè dicitur,qui
de nocte furatur:ſed adde,ſine armis:vt in auth. ſed nouo
iure.C.de fur.& ſer.cor.latro aũt,inquit, qui de die.& fa-
cit l.j.ff.eo. qui dicit, ꝙ fur dicitur à furuo.i. nigro,eo ꝙ
obſcurè de nocte plerũq; furetur.Bar.verò in aut. ſed no
uo iure.C.de ſer.fu.dicit, ꝙ fur dicitur, qui furatur clã ſi-
ne aggreſſura:latro verò cũ aggreſſura,ſiue cũ armis,ſiue
ſine:vt in proxima auth. capiũtur tamẽ ſæpe æquiuoce:vt
in c.tua.de homi. ¶Secũdũ.Si verò diuidãtur ſecũdùm ali
qua accidẽtia furto, à doctoribus ſimiliter ponũtur duæ.
Nam quoddã furtũ eſt manifeſtũ,illud ſcilicet cũ quo fur
deprehenditur : adde vel etiam latro prius , quàm veniat
ad locũ deſtinatũ: Aliud nõ manifeſtũ,cũ quo ſcilicet nõ
deprehẽditur.ff.eo.l.ij.& iij. ¶Tertiũ. Si verò diuidãtur
ſecũdũ res furatas,quædã furta retinent nomẽ generale,
vt dicãtur furta ſolũ:quædã verò habẽt ſpeciale,& dicun
tur ſpecies furti.Et ſunt quatuor prima,ſcilicet ſacrilegiũ,
quod eſt furtũ rei ſacræ:de quo infrà,ſuo loco.Secũda,pe
culatus,quod eſt furtũ de re publica.xxiij.q.iiij. qđ ergo.
non aũt eſt de re religioſa vel publica,vt cõtra omnes te-
nẽt Sum. Ang qa hæc ſpecies incideret cũ priori. Tertia
eſt abigeatus.i.furtũ de grege ab hoc diſperſo.ff.de abig.
l.j.§.j. Quarta eſt plagiatus.i.furtũ hominis liberi vẽditi
ſciẽter,vel empti.ff. de plag.l.j. & adde vel donati,aut da
ti in dotẽ,aut ꝑmutati,ſecũdũ Bar.in l.nõ ſtatim.ff.ad le.
Flauiã,de plag. ꝑ l.ſi libertũ.eo.tit.vel etiã ſi quis alienũ
ſeruũ ſollicitauerit,vel aſportauerit.i.ad alienã religionẽ
furtiuè duxerit.C.de plag.l.j. Non tamẽ tenẽtur d.l.Fla-
uia Cardinales & domini donãtes ſibi cantorẽ,aut ſerui-
torẽ,ſecũdũ Bar.ibi: qa nõ donãt eos quaſi libertate pri-
uãtes:ſed vt apud aliũ ſicut apud ſe ſint liberi,& ſpõtanei.
4 ¶Secũdo*quæritur,vtrũ furtũ ſit peccatũ mortale,etiã in
re modica?Et dico furtũ eſſe mortale ex ſuo genere,tũ qa
eſt cõtra iuſtitiã: & omne tale eſt mortale,ſecũdũ S.Tho.
ij.ij.q.lix.tamẽ qa eſt cõtra diuinũ præcep.Exo.xx.vbi ꝓ-
hibetur non ſolùm furtũ propriè eo modo, quo diffinitũ
eſt : ſed etiã omnis illicita vſurpatio alienæ rei.xiiij. q.v.
pœnale.xxxij.q.iiij.meretrices. etiã quãtũcunq; modica:
vt xiiij.q.iiij.c.vj.& Inſt.de re.di.§. gallinarũ.vbi dicit gl.
etiã in ouo.quod quantũ ad peccatũ mortale.ſ. ſit in fur-
to rei modicæ, limita, ſi adſit volũtas ſubtrahẽdi maiora
ſi poſſet:vel qñ ex ablatione paruæ rei,domin⁹ intelligit
grauari, qa ſcilicet parua res eſt illi multũ chara : vt patet
ex S.Th.ij.ij.q.lxvj. Aliàs ſubripere minima nõ erit mor-
5 tale,vt ibi dicit.& facit c.& ſi quæſtiões.de ſimo.*vbi non
cõmittitur ſimonia in modico.l.& elegãter.§.vl.ff.de do
lo.vbi nõ debet actio dari de dolo,niſi ex re magna,& e-
uidẽti calliditate.& gl.in verbo,magna,dicit:i.vltra duos
aut tres.qđ limita verũ circa magnũ dominũ. aliàs vide-
tur ſtandũ arbitrio boni viri:qa pauperi obolus aliquan-
do eſt quid maius,quàm aureus diuiti:qa inde panẽ emit
6 vnde viuit.Qui*aũt minima credidit ſe domini volũtate
ſubripere,& deinde cõperit de volũtate cõtraria,reſtituat
qđ accepit, & penitus excuſatur: aliàs nõ, vt in c.peccatũ.
7 de reg.iur.lib.vj. ¶Tertiò* quæritur,quæ ſit pœna furti?
Et dico multa. ¶Primũ. Actio furti datur cõtra quẽcũque
furẽ,ſecũdũ Hoſt.etiã ſi ſit impubes,modò ſit doli capax.
ff.eo.l.impuberẽ. & cõtra eũ, q dedit opẽ,vel cõſiliũ.l.is
q rẽ pignori. §.ſi tu.ff.eo. Quod fallit in patre cõtra filiũ
& ecõtra:& in vxore cõtra maritũ,& ecõtra,cõſtante ma-
trimonio.ſed datur eis actio in factũ,ſeu rerũ amotarũ.l.ſi
qs vxori.ff.eo.& l.fi.C.eo.Sed intellige,ſi furtũ ſit ſecutũ.
Intellige etiã de filio habente peculiũ caſtrenſe: aliàs nõ
eſſet iudiciũ inter illũ, & patrẽ.ff.eo.l. nec cũ filio. ¶Se-
8 cũdũ.*Qui furat' calices,pateñas,& huiuſmodi ſacra,non
eſt excõmunicatus,ſecũdùm Pan.in c.ex literis.eo.tit.niſi
cũ furto ſimul fregerit oſtia eccleſię,vel armaria,aut fene
ſtras,vel huiuſmodi.facit c.cõqueſtus.de foro cõp.& c.cõ
queſti.de ſen.excõ.& qđ ibi not. ¶Tertiũ.Fur,qui ſuſpẽ
ditur,nõ priuatur ſepultura: ſed ſepeliendus eſt in cœme
terio,ſecũdũ Pan.c.ij.eo.ti. & omnes alij,qui propter ſua
delicta vita priuãtur, & eis omnia alia ſacramenta mini-
ſtranda ſunt ſi pœniteat: vt eſt tex.in c. ſi.xiij.q.ij.nec va-
let cõſuetudo cõtraria.cle.j.de pœn.& remiſ. Glo.tamẽ in
d.c.ſi.dicit verũ de ſepultura,modò fiat autoritate princi
pis.alle.ff.de cada.pu.l.j. & bene:cle. aũt reprobans con-
ſuetudinẽ contrariam loquitur ſolùm de ſacramentis.
¶Quartũ. Si de furto agatur criminaliter, id eſt,ad pœ-
nam corporalẽ:pœna eſt fuſtigatio,vel exitium,vel aliud
arbitrio iudicis:nõ tamen occiſio,vel mutilatio.C.de ſer.
fug.authen.ſed nouo iure.qđ verũ eſt,ſi eſt ſimplex furtũ:ſe
cus ſi cũ armis,aut violẽter aggreditur in domibus,vel in
itinere,aut mari:vel ſi palàm ſubripit: quia tũc ſuſpendi-
tur.l.capitaliũ.§.graſſatores.& §.famoſos.ff. de pœ.ſe-
cundùm Rayne. tamẽ neceſſitas pacis communis, & fre-
quens incorrigibilitas malitiæ hominũ huiuſmodi ratio
nabilem facit conſuetudinem, qua ſuſpendãtur omnes la
trones,quantumcunq; ſimplices.Si verò agatur ciuiliter:
tunc ſi eſt manifeſtũ,pœna quadrupli: ſi verò nõ eſt mani
feſtum,pœna dupli punitur. Inſtit.de oblig. quæ ex deli.
naſcuntur. §.pœna. & §.ſi. quæ pœna etiã poſt annũ peti
poteſt,& in perpetuum.Inſtitut.de perpe. & temporalib.
actionib. §. furti.Et licet quis primò egerit criminaliter,
poteſt iterũ agere ciuiliter, & ecõuerſo.C. quãdo ciuilis
actio præiudicet criminali.l.vnica. & l.ſi.ff.eo.tit. An aũt
hæc pœna in conſcientia ſit ſoluenda, dic q nõ,ante cõ-
demnationem,vt infrà,Lex. §.ix.item,Pœna. §.xxv.
9 ¶Quartò,*vtrum committens furtum hic puniri poſſit
per iudicem alterius territorij,ad quod trãſiuit cũ re fur-
tiua?Et dicit Pan.in c.j.de rap. communẽ opinionẽ fuiſſe
vſq; ad tempora Bar.ꝙ non:quia ex aſſidua contrectatio-
ne nõ oritur noua actio furti. Sed ipſe Bar.in l.ſi dominiũ.
tenet contrarium:quia ſicut ex interuentu nouæ perſonę
oritur noua actio furti:vt in d.l.ſi dominium. ita ex con-
trectatiõe noua facta in nouo territorio: per quã opinio
nem homines plurimi ſunt ſuſpenſi.Moderniores autem
adhuc dicunt,quòd ipſa de ſtricto iure nõ procedit: licet
eam Franciſcus de Aretio ſit ſecutus,& nõ Accurſius.hæc
Panormitanus. Quem etiam vide in cap.j.de pœn.vbi de
mente Bar.in l.ſi cui.ff.de accuſationi.quòd ſi quis com-
miſit plura delicta in vno territorio , & in hoc aliud, vel
aliud reiterauerit: non põt in hoc territorio puniri pro
delictis alibi commiſsis , niſi alia ratione hic forũ ſortia-
tur: ſed bene põt aggrauari pœna ex illis: ſicut fur delin-
quẽs habito reſpectu ad priora furta diceretur famoſus la
tro: & hic vt famoſus ſuſpendi poſſet.l.capitalium. §.fa-
moſos.

moſos.ff.de pœ.licet directè hic puniri nequeat pro deli-
10 ctis alibi cõmiſsis. ¶*Quintò quæritur, vtrũ furtũ cõmit
tat & mortaliter peccet qui ex neceſſitate furat'?Et dico
multa. ¶Primum.Secundũ Dire.lib.iij.ſi neceſsitas famis
aut nuditatis ſit nimia,non cõmittit furtũ,nec peccat, nec
pœnitẽtia imponitur.de pœn.di.v.diſcipulos.quia in tan
to periculo reduci debet ad ius naturale,quod vult omnia
eſſe cõia.& intelligitur nimia,id eſt,extrema,ſecũdũ Pa.
in c.quoniã.de ſimo.& Ray.& S.Tho.in ij.q.lxvj.qui ad-
dit,ꝙ poteſt quis eo caſu occultè ſubtrahere pro ſe & alio:
quia omnia ſunt cõia Si autẽ neceſsitas ſit modica ſecun-
dùm Dir.nõ excuſatur,ſcilicet à toto,etſi à tanto,ſed tene
tur reſtituere,vel tribus hebdomadib⁹ ieiunare.extrà,eo.
ſi quis.& intellige modica,id eſt,nõ extrema,licet ſit ma-
gna,ſecundũ Pan.vbi ſ. Vnde d.c.ſi quis per neceſsitatem,
quod ſcilicet reſtitutionẽ vel ieiuniũ imponit, nõ intelli
gitur in extrema neceſsitate,ſecundũ S.Tho.Ray.& Inn.
& gl.nec etiã intelligitur in parua neceſsitate ſimpliciter:
quia pro tali nõ permitteretur illa diſiunctiua, ſcilicet ꝙ
ieiunet,aut reſtituat,aliàs nullus cogeretur mẽdicare:ſed
intelligitur pro magna ſimpliciter arbitrio boni viri,licet
ſit parua reſpectu extremæ. ¶Secũdũ.Sed quamuis nõ ſit
in neceſsitate extrema,excuſari tamẽ poteſt à toto furtiuè
ſubripiẽdo:quãdo ſcilicet ille ſic abũdat,& iſte ſic neceſ-
ſitat,ꝙ de præcepto ſibi ſubuenire tenetur. quod quãdo
ſit,vide ſuprà,Eleemoſyna. ¶Tertiũ.licet Sup.cũ Pan. vt
illi imponitur à Roſ.teneat quis,qui in extrema neceſsita
te furatur, reſtituere teneat' ſi venerit ad pinguiorẽ fortu-
nam,habito tamen reſpectu ne egeat:nihilominus verius
ſenſit Sum.Ang & Roſ.cũ Dir.ꝙ non tenetur,maximè ſi
res ſit cõſumpta:per no.in c.ſuggeſtũ.de deci.vbi dicitur,
ꝙ res habens ſuam perfectionẽ,nec cõtinẽs actum ſucceſ
ſiuũ,non reuocatur,licet poſtea ceſſet cauſa talis rei.Et ſic
in propoſito licet ceſſet cauſa furãdi in præſentia fortunę
pinguioris:tamẽ quia ſemel huic iure naturali acquiſitum
eſt ius perfectũ in re capta,reſtituere nõ tenetur.& cõſen
tit Scot.in iiij.& eſt opinio cõis.Similiter nõ tenetur re-
ſtituere,qui furatur in neceſsitate nõ extrema,ſed magna,
vbi alius tenebat' ſubuenire eadẽ ratione:ſi verò nõ tene
batur,tenetur reſtituere nõ ſimpliciter,ſed ſub diſiunctio
ne,id eſt,reſtituere,vel ieiunare,vt ſuprà.Limita tamẽ iſta,
niſi is,cui ſublatũ eſt,eſſet in neceſsitate æquali : qa aufer
re nõ licet,& ablatũ obnoxiũ eſt reſtitutioni: quia in pari
cauſa potior debet eſſe conditio poſsidentis.ff.de cõd.ob
tur.cau.l.ſi ob turpẽ. §.porro. ¶Quartũ. Quare paupertas
excuſet furtũ,& nõ adulteriũ,vel fornicationẽ,& huiuſmo
di.Pan.in d.c.quoniã.de ſimo.videtur dicere ꝙ ſic:quia il
la ſunt mala de ſe,& nõ furtũ.Sed excuſat' ex cauſa.& hoc
ſequitur Sum.Ang.& male:quia furtũ eſt contra legẽ na-
turalem,& prohibitũ quia malum,nõ malũ quia prohibi-
tum.Vnde dico hoc ideo eſſe,quia eo caſu furtum nõ eſt
furtũ,ſed occulta ſublatio rei propriæ:quod Dir.intende-
bat dicẽs hoc ideo eſſe,quia eo caſu omnia ſunt cõia. Qui
etiã dicit,ꝙ ideo excuſatur homicida propter neceſsitatẽ
defenſionis:vt in cle.ſi furioſus.de homi.& nõ mulier,quę
fornicatur,ſcilicet ex eadẽ cauſa,nec occidatur:quia inua
ſus,niſi ſe defenderet,quodam modo ſe occideret:mulier
autẽ improba nõ ſe defendit,ſed impugnat:vt patet in c.
Iordane.de eo qui co.conſ.vxo.Vnde cùm voluntariè pec
cet,non excuſatur.Vel dic ideo eſſe,quia eo caſu homici
diũ non eſt homicidiũ,id eſt,iniuſta occiſio:quia plus te-
netur quiſq; vitã ſuam tueri,quàm alienã cęteris paribus:
11 fornicatio aũt illa verè eſt fornicatio. ¶*Sextò quæritur,
vtrum furtum committat & peccet,qui Chriſtianos ab in
fidelibus captos furatur & liberat?Et dicunt Ho. & Rayn.
ꝙ ſi eſt tempus guerræ: in nullo tenetur.xxiij.q.ij. domi-
nus.& q.viij.vt pridẽ.Si verò eſt tempus treugæ , tenetur
ipſi pagano reſtituere,nõ hominẽ,ꝓpter periculũ animæ,
ſed æſtimationẽ.xxiij.q.j.noli.licet ſecũdũ Ray. ſubripiẽ
do hominẽ recta intẽtione,nõ peccauerit.Si tñ captiuum
pagani ad circunciſionẽ vel idololatriã,aut aliud mortale
cõpulerũt,ille factus eſt liber penitus:& ſic qui furatur il
lum,meretur.arg.diſt.liiij.nulla. Alij verò,vt Sup. & Sum.
Ang.ac Roſ.indiſtinctè tenẽt,ꝙ furando hominẽ nõ pec-
cat,nec tenetur ad reſtitutionem etiam eſtimationis:quia
Chriſtianus à pagano captiuus teneri nõ põt niſi iniuſtè:
vt in rubri.C.ne Chriſtianũ mancipiũ hæreticus vel paga
nus vel Iudæus habeat vel poſsideat:vt in l.vna.ibi poſita.
& diſt.liiij.mãcipia.Et hoc quidẽ regulariter eſt verũ: ſed
nõ ſemper:quia cũ hoſtib⁹ fides ſeruãda ſit,vt ſuprà dictũ
eſt,qui treugã frangit,iuſtè capitur,& cõſequẽter iuſte te-
netur:vnde melius cũ prioribus diſtinguitur.Et idẽ dicẽ
dum eſt de eo qui liberat iniuſtè detentũ à Chriſtiano.De
alijs aũt ablatis à paganis tẽpore treugæ,tenetur.xxiij.q.j.
noli.Secus ſi eſſet indictũ bellum contra eos:quia liceret.
12 xxiij.q.ij.dominus. ¶*Septimò,vtrũ Chriſtiano detẽto à
Saraceno liceat furari?Et dicit Hoſti.ꝙ ſi iſte Chriſtianus
erat in culpa frangẽdo treugã,& fuit captus,nec ei neceſsi
tatis periculũ imminet,illi furari nõ licet:ſed tenetur reſti
tuere:quia iuſtè detinebatur. quod etiã ſequitur Sũ. Roſ.
& cõſequẽter ſibi in §.priori repugnat:& ſimiliter Suppl.
Si verò iniuſtè detinebatur:vt quia tẽpore belli capt⁹ eſt,
13 vel ſi neceſsitas immineat:reſtituere nõ tenetur. ¶*Octa
uo q̃ritur,vtrũ ſit furtũ vti pignore vel vti re depoſita aut
cõmodata ad aliũ vſum?Et dico ꝙ ſic, vt patet ex dictis ſu
prà Depoſitũ & Commodatũ.& ex dicendis infrà Pignus.
14 ¶*Nonò quęritur,vtrũ liceat furari,vt inde fiat eleemo
ſyna?Et dico ꝙ nõ xiiij.q.v.forte aliqs.imò tenetur reſti-
tuere qui hoc fecit:& ſi eſſet vſurarius cui furatur, tñ non
licet niſi ꝓ exiſtẽte in neceſsitate,vt dictũ eſt §.v.vel niſi
furetur vt reſtituat domino:quia talis ſecũdũ Ho. videtur
excuſatus.ar.ff.depo.bona fides.quia etiã vtiliter gerit ne
gotium furis:& cõſequẽter cogitur ratũ habere.ff.de neg.
15 ge.l.ſed an vltro. ¶*Decimò quęritur,vtrũ vxor,quæ ha-
bẽs virũ prodigũ,cõtra eius prohibitionẽ celat de bonis
eius,vt ſibi & viro prouideat tẽpore opportuno,furtũ cõ
mittat?Et dicit Rod.ꝙ nõ:nec tenetur obedire viro præci
pienti omnia ſibi tradi:quia ſic etiã datur gladi⁹ furioſo
¶Vndecimò quęritur,vtrũ furtum cõmittat filiusfamilias
aliquid ſurripiẽs de bonis parentũ contra eorũ volũtatẽ?
Et dico ꝙ ſic,ſecundũ Arch.& ſi eſt quid notabile, eſt pec
catũ mortale:& ſi cohæredes habet, videtur obligari illis
poſt mortẽ parẽtũ pro rata,ſi quãtitas eſt notabilis,niſi pa
rẽtes ipſi,quorũ intereſt,de hoc aduertãt ac diſsimulẽt &
tolerẽt: vel niſi ſuper his remiſsionẽ obtinuiſſent à parẽti
16 bus,Et multo magis hæc vera ſunt de emãcipato. ¶*Duo
decimò quæritur,vtrũ liceat mihi rem meã apud aliũ de-
tentã propria authoritate ſubripere? Et diſtinguo ſecũdũ
S.Th.ij.ij,q.lxvj.c.iij.Nam ſi teneretur iniuſtè,vt quia depo
ſita eſt,nõ licet:quia grauat depoſitariũ ad reſtituẽdũ aut
oſtẽdẽdũ ſe innoxiũ.ff.depo.l.depoſitũ.& l.ſi hominẽ. Et
idẽ intellige ſi eſt cõmodata:qa is,cui eſt cõmodata,tene
tur de re amiſſa.ff.cõmo.l.rem mihi.& idẽ de pignore.ff.
de fur.l.eũ qui.& l.creditoribus.§. ibidẽ ſcribit.Vnde ad
releuandum iſtos,teneris.In conſcientia tamen ſi prædi-
ctis nullum damnũ poteſt euenire, eſt licitum, ſecundùm

Vldri.& Ho.alle.l.bona fides.§.j.ff.depo.Si verò detine-
tur iniuſtè,tũc accipiẽdo eam,aut ſecundũ Arch.aliquid
æquiualens,peccas miniſtrando tibi iuſtitiã,ſecundùm S.
Tho.cõtra l.j.C.ne quis in prop.cau.nõ tamen teneris re
ſtituere,ſecundũ S.Tho. Aliquãdo tamen hoc fit ſine pec
17 cato concurrẽtibus his,de quibus §.ſequẽti. ¶*Decimo
tertiò quæritur,vtrũ is,qui debitum ſibi habere non põt,
poſsit ſibi furtiue ſatiſfacere de rebꝰ debitoris:puta famu
lus de rebus domini,& ſic de alijs?Et dico ſecũdũ Rich.in
iiij.diſt.xv.ꝙ licet tales peccẽt in modo accipiendi, tamẽ
reſtituere non tenẽtur.Ad hoc quoq; ꝙ non peccent, ſe-
cundùm doct.multa requiruntur,quæ videntur reduci ad
iſtã ſex.Primò,ꝙ quis nõ ſit dubius an debeat habere vel
non,ſed ſuũ creditum ſit ſibi liquidum:quia actori proba
tio incũbit,aliãs exponeret ſe periculo furti.xj. q.j. inde-
cens eſt,& ſatis abominabile dedecus vt in re dubia certa
detur ſententia.Secũdò,ꝙ non poſsit ſuum habere in iu-
dicio,quod ſecundũ Aureo.tunc eſt,quando nõ habet qui
velit teſtificari,aut iudicis præſentiã:& ſecundùm Arch.
quando non ſperat probabiliter iuſtitiã.Adde quãdo res
eſt modica,& expenſæ iudiciales multæ.Tertiò, ꝙ nõ ſit
veriſimile ſequi ſcãdalum aut grauamen alijs:quia nemo
debet cum alterius iactura locupletari:de regu.iur.lib.vj.
Quartò,ꝙ non immineat illi periculum famæ ex hoc, ꝙ
res probabiliter ventura ſit ad lucem,quia qui fidens cõ-
ſcientiæ famam ſuam negligit,nimis crudelis eſt. xij. q.j.
nolo.Quintò,ꝙ non immineat periculum propriæ perſo
næ:quia hoc eſſet tentare Deũ.ar.xxij.q.ij.quærit. Sextò,
ꝙ cõſcientia ſit ſtabilita: ſic ꝙ nec aliquid fiat cõtra eam:
nec putet quis ſe venturũ in tẽtationem peccati mortalis,
paratus ſcilicet periurare ſi interrogaretur.ar.xxij.q.v.&
periurare.Peccat ergo cõtra prædicta ſibi ius faciẽs:ſed ſa
tisfacere nõ tenetur,niſi plus debito accepiſſet,vel niſi nõ
reſtituendo immineret aliquid de prędictis malis,cui ob
uiaretur reſtituendo:quia eo caſu teneretur.ar.c.cũ ex in
18 iuncto.de no.oper.nuntia. §.ſuper eo.¶*Decimoquartò
quærit̃,vtrũ poſsit vſucapere in re furtiua aut rapta cõtra
dominũ rei?Et dico,ꝙ non,tam quo ad furem,quàm quo
ad eius hæredes,& eum qui emit etiã bona fide,& quencũ
que qui quocunq; titulo habuerit.Inſt.de vſucap.§.quod
autẽ dictũ eſt.de quo tamẽ dic vt infrà Præſcriptio.§.xiij.
19 ¶*Decimoquintò quæritur, vtrũ tales qui ſibi ſatisfece-
rũt accipiẽdo de rebꝰ debitoris,teneãtur dictas res manu
feſtare,ſi prælatus præcipiat hoc ſub pœna excõicatiõis?
Et dicit Summa Ange.ꝙ non: quia ex quo licitè põt tale
quid in recõpenſatione retinere,iam effectũ eſt ſuum,nec
amplius eſt alterius.Et ſi diceretur in ſentẽtia: qui animo
recompenſandi,vel qualitercunq;:&c.adhuc non tenetur:
quia tũc expreſſè cõtinet intolerabilẽ errorẽ:& ſimiliter
non tenetur reuelare,qui ſcit talem tenere animo recõpẽ
ſandi,certus de debito quod talis debet habere.Secꝰ ſi nõ
ſit certus,licet ipſe hoc dicat:qa aliter multæ fraudes fieri
poſſent.hæc ille.Sed contra iſta arguit Summa Roſel.tum
quia iſta ſunt cõtra ſtylum curiæ & auditorũ in curia Ro
mana:quia huiuſmodi literas emanaſſe à curia prędicta vi
dimus ſæpe.Nec dicendũ, ꝙ in hoc curia erret. tum quia
pręlati hoc rationabiliſsimè facere poſſunt:quia multi ſui
amore cæcati credunt ſe creditores,cũ debeãt alijs. Vnde
iuſtè talem clauſulã apponũt:quia in pluribus tales deci-
piuntur.Et ſi dicatur,inquit,ꝙ creditũ eſt certũ:licet pro-
bari non poſsit,& ſi reuelet,cogetur reſtituere:nihilomi-
nus licitè ſit talis ſentẽtia:quia leges adaptãtur ad ea,quæ
in pluribus accidunt.ff.de legi.l.nam ad ea.Ad quod facit
quod no.Richar.in ſimili iiij.diſt.iiij. ꝙ iam iuſtificati, vt
beata virgo,& Ioãnes Baptiſta,tenẽtur ad baptiſmũ: quia
quãuis lex ſtatuatur propter ea quæ accidunt in pluribus:
ſi tamẽ generaliter data eſt,ligat omnes etiã non habẽtes
illud,propter quod data eſt.Ego aũt dico,ꝙ vterq; iſtorũ
deficit in aliquo.& diſtinguo,quia ſi literæ cõminatoriæ
ſunt generales:vt cùm dicitur,ꝙ aliqui tenẽt de rebus Pe
tri cõtra Deum & conſcientiã & huiuſmodi:nec reſtitue-
re nec reuelare tenet̃ qui ſibi recõpenſauit:quia nõ tenet̃
cõtra conſcientiã.Si autem loquũtur ſpecialiter facientes
mentionẽ etiã de recõmpẽſatione:aut loquũtur de reue-
latione,& ſic ligant:quia nõ continet intolerabilem erro
rem,cùm hoc nec iniuſtũ nec illicitũ ſit,niſi quando certũ
eſt vel probabile ꝙ reuelans cogetur reſtituere: quia idẽ
eſt ac ſi loquerentur de reſtitutione.quo caſu intelligẽdæ
ſunt quãdo recompenſatio fuit illicita,vt quia nimia, vel
quia dubiũ creditũ ſuum poſuit quis cõtra certã acceptio
nem alienæ rei,vel huiuſmodi:quo caſu ſentẽtia ligat. Si
autem cõſtet,iudicẽ intelligere etiã in caſu licitę recõpẽ
ſationis:cõtinet intolerabilẽ errorẽ.Nec obſtat quod Ro
ſella adducit de legibus:quia licet ex his quæ frequẽter &
in pluribus accidũt,generaliter & quo ad omnes ſtatuãt,
non tamẽ ligãt in caſu,in quo ſeruare præiudicant cõmu
ni bono:vt j.ij.q.xcvj.art.vj.& talis caſus eſt quãdo ſeruã-
do eas ſit cõtra iuſtitiã,vt in propoſito. Et idẽ dico de o-
mnibus qui ſciũt tale factũ:quia non tenẽtur, niſi eo mo-
do,quo & illi q ſunt in cauſa.De hoc etiã vide s̃.Excõica-
20 catio.ij.§.iiij.dubio viij.¶*Decimoſextò quæritur qua-
liter fur teneatur ad reſtitutionẽ?Et dico ſecundũ S.Tho.
ij.ij.q.lxij.ꝙ tenetur reſtituere rem furtiuam quàm citius
poteſt:niſi obſtet cõpenſatio,de qua s̃.§.xiij.& fructꝰ rei
non ſolùm perceptos à ſe,ſed etiã percipiendos à vero do
mino,ſeu quos verus dominus ꝑcepiſſet.de reſti.ſpo.gra
uis.& l.in re furtiua.§.ſi ex cauſa.ff.de cõd.fur.nec poteſt
retinere expẽſas in tali re factas,niſi vt dictũ eſt s̃.Expen
ſæ.§.iiij.& ſi res pereat aut alienetur,nõ liberat̃ à reſtitu-
tione:qa fur,ſicut & quilibet malæ fidei poſſeſſor,ſemper
eſt in mora.Vnde & ſi deterioraretur,tenet̃ ad æſtimatio
nem,in qua melius valuiſſet apud dominũ à tẽpore poſt-
quam eã ſurripuit.Facit d.c.grauis.& quod ibi notatur in
gl.in d.l.in re furtiua.& in l.nauis.§.generaliter.ff.de rei
ven.Imò tenetur reſtituere cũ omni melioramẽto etiã fa
cto per furẽ:puta ſi ex argẽto furtiuo fecit pocula.ff.de cõ
di.fur.l.ex argẽto.& idẽ ſi ſuis ſumptibꝰ creuit ſeruus fur-
tiuus:vt in d.l.ex argẽto.& hoc in foro cauſarum: quia in
conſcientia ſufficit reſtituere omne intereſſe.niſi cõdẽne
tur:vel res ſic meliorata legitimè venerit ad manus domi
ni:quia tũc non põt ſumptus petere à domino: quia dolo
facit qui petit quod neceſſe habet reſtituere.de reg.iu.li.
vj.Vnde videtur eas dominus poſſe retinere. De his j.Re
ſtitutio.iij.§.vj.& viij.Excipitur caſus,quando rẽ loco &
tempore domino obtulit,& ipſe recuſauit accipere: quia
purgauit morã.d.l.in re furtiua,nec tenetur,ſi perijt, aut
21 deteriorata deinde fuit.C.de cõd.fur.l.vltim.¶*Decimo-
ſeptimò quæritur,vtrũ filiusfamilias,vel vxor,aut religio
ſus,poſsit contra volũtatem patris,mariti,aut ſuperioris,
reſtituere id quod ſubripuit?Et dico, ꝙ ſi res extat apud
eos,tenẽtur reſtituere.C.de fur.l.in ciuilem. quod intelli
ge niſi periculum in reſtituendo alicui immineat.Si verò
non extat,ſed eſt alienata vel cõſumpta:tunc ſi res vel pre
tium eſt in vtilitatẽ ſuperioris cõuerſum,poteſt bono mo
do de bonis eius reſtituere,etiã illo cõtradicente. Et dico
in eius vtilitatem verſum,ſi ſe veſtiuit,aut calceauit hone
ſtè,

ſtè,aut huiuſmodi.Si verò expendit inutiliter, puta in va
nitatibus,& huiuſmodi,non põt cõtra volũtatem ſuperio
ris reſtituere,niſi habeat vltra dotem,aut peculiũ caſtrẽſe
vel quaſi.cõcor.Mon.Si autẽ ipſe pater,vel maritus furatꝰ
eſt:filiꝰ,& vxor poterit reſtituere,ſi res eſt in eius poteſta
te.d.l.in ciuilẽ.non aũt ſi eſt in poteſtate patris vel mariti.
Si tñ hoc facerẽt bona fide,nõ peccarẽt mortaliter:qa nõ
cõmittũt furtũ,cũ attrectatio nõ ſit fraudulosa, nec cã lu-
crandi.cõcor.Rod.& Io.xiiij.q.v.c.vlti. Vtrum emens rẽ
furtiuã,reſtituere teneat̃, infrà Reſtitutio.iij.§.vij. Vtrũ
fur occidi poſsit à priuato,infrà Homicidium.j.§.iiij.

DE GABELLIS & omnibus publicis exa-ctionibus primò in genere quantum ad quid eſt.

1 *Gabella genericum nomen eſt,& quæ ſub ſe cõtinere dicatur.*
2 *Penſio à uerbo pendo dicta, quid importet ac quotuplex.Item quid cenſus,ac tributum.Et an tributum in publicum ac priuatum partiri queat.*
3 *Vectigal à uehendo dictum,quid à tributo diſtet. Et an eadem ſint teloneum, gabella,duana,ſalinarium, datium, pedagium, guidagium,& huiuſmodi.*
4 *Talliam,præſtantiam,impoſitionem ac collectam eadem eſſe. Et quid ſint.Et quotupliciter indici ac imponi queant.*
5 *Angaria & perangaria quid ſint,& in quibus conſiſtere cenſeantur.*
6 *Munus tripliciter accipitur,& in acceptione tertia triplicis eſt generis.Et quæ hîc & ſuperius dicta ſunt, in quo differant, ac conueniant.nume.ſequen.*

1 GABELLA*primò in genere exactionẽ pu-
blicam importat cũ multis alijs,quæ ſunt pẽ
ſio,cenſus,tributũ,pedagium,guidagiũ, ve
ctigal,tallia,collecta,præſtãtia,angaria,per-
angaria,munus, & ſi qua ſunt talia,de quorũ
2 cõueniẽtia & natura hic agendũ eſt.¶* Primò igitur pen
ſio à pendo,quod eſt pondero,vel ſoluo:ſiue à penſo ver
bo frequentatiuo,quod eſt,frequẽter pendo:videtur im-
portare,ſecũdũ grãmaticos,quãdã ſolutionẽ,vel ęqualita
tẽ,quã pondus oſtendit, ſcilicet pretij ad vſum rei ꝓ qua
ſoluitur:vnde eſt pẽſio pretiũ vſus rei locabilis: & eſt du-
plex,ſcilicet priuata,q̃ priuato:& publica,quæ principi vl'
cõitati ſoluitur.Inde pẽſitatio,quæ ſecũdũ Azo.in Sũ.eſt
ſolutio penſionis.¶ Secundò.Cenſus aũt eſt quædã pẽſio
quæ de prouentibus ſoluitur.j.q.iij. quęſitũ.ſiue eſt quod
annuatim ſoluitur in quãtitate vel ſumma.ff.de cẽſi.l.æta-
tẽ.& eſt duplex,ſicut & pẽſio, ſcilicet publicus & priuatꝰ.
¶ Tertiò.Tributũ vero eſt cẽſus,q præſtatur de ꝓprio ſo
lo principi vel cõmunitati:dictũ, qa militibꝰ publicæ ex-
peditioni vacantibus tribuebatur:vnde & ſtipẽdiũ dicit̃:
vt ff.de verb.ſigni.l.ager.& ff.de pub.& vectig.l.j.§.hic ti
tulus.ſuper verbo,impendant.in gl.Vnde tributũ per pri-
uatum & publicũ non diuiditur.Igitur tributũ & publica
penſio ac publicus cenſus idem ſunt:vt C. in quib.cau.pi.
3 cõtra.l.j.& C.ſi propter pen.pu.l.ſi accipitur.¶* Quartò.
Vectigal autem à vehendo dictum,ſecũdũ aliquos,in hoc
differt à tributo: quia vehitur ad principẽ: tributũ autem
datur exactoribus eius.Sed melius dicitur vectigal ſecun
dùm cõmunẽ interpretationẽ,quod pro rebus vectis ſol-
uitur.Vnde eſt ſecundũ Arch.idem quod guidagiũ, quod
ſecundũ Ber.in gl.c.ſuper quibuſdam.de ver.ſig.eſt illud
quod datur pro ducatu per terrã alicuiꝰ, vt ſecuriꝰ vadãt.
& hoc etiam ſecũdũ Arch.dicitur teloneũ, à telos Græcè,
quod Latinè eſt vectigal,& alicubi vulgariter gabella vel
duana:quorũ vocabulorũ vulgariũ rationẽ aſsignare non
eſt facile.Igitur vectigal,guidagium,& gabella ,ac duana
ſunt idẽ:& quodlibet horũ videtur pretiũ quoddã exactũ
pro rebus in aliqua terra mutatis,dũ ſcilicet illuc deferũ-
tur,aut inde auferũtur,aut ibi venduntur, quod pretium
ſpecialiter dicit̃ ſalinariũ,ſi ꝓ ſale datur,ſecũdũ Ber. Qui
bus omnibus adde, ꝙ etiã datiũ videtur idem ſignificare
cũ prędictis,non aũt pedagium,ſed aliud eſt à prędictis:&
ſimiliter tranſitus,qui eſt idẽ pedagio, & eſt pretiũ quod
ſoluitur à tranſeũtibus in locis cõſtitutis à principe,ſecũ-
dũ Doct.Vnde propriè pedagiũ videtur ſolui pro fabrica
aut cõſeruatione põtium,aut nauium,ad transferendũ,vl'
4 etiã aptatione viarũ.¶*Quintò.Tallia verò,præſtãtia,ĩ-
poſitio,& collecta,ſunt idẽ. & duo prima ſunt vocabula-
ria,de quorũ ratione nõ multùm curandũ eſt, ſed quantũ
ad rẽ quodlibet horũ eſt ſumma,quam princeps vel com
munitas exigit à ſubditis proportionaliter ad totam ſub-
ſtantiã cuiuſq;:quod cõmuniter tripliciter ſit.Primò vt de
putati ad hoc imponant vnicuiq; ſecundũ quod reperiũt
eũ habere in ſubſtãtia & lucris poſt debitã inueſtigationẽ:
puta ad rationẽ vnius libræ pro cẽtenario eorũ q̃ habent.
Secũdò ita,ꝙ imponãt vnicuiq; nõ ſolùm ſecũdũ quãtita
tẽ bonorũ repertã:ſed etiã ſecũdũ quod credũt habere il-
los,qbus imponũt:ita,ꝙ ſimpliciter cõmittit̃ cõſcientię &
iudicio imponentiũ,cũ intẽtione tamẽ,vt videtur qđ iu-
ſtè imponant. Tertiò ſit ſic: Deputatis ad imponendũ aſ-
ſignatur certa ſumma, puta mille florenorũ auri homini-
bus vnius contratę vel partis ciuitatis imponẽda ꝓ rata fa
cultatũ, ponẽdo in eorũ arbitrio quantitatẽ ſingulis taxã
dam,eo,ꝙ facilè nõ ſit facultates ſcire, quorũ quilibet fa-
cit ſeorſum & ſecretè ſcripturã,ſuam taxationẽ cõtinentẽ
ſecundũ ſuã conſciẽtiã:& deinde coniectis omnibus ſcri-
pturis extremis,id eſt ,continẽtibus maiorẽ & minorem
quantitatẽ,accipiunt̃ tantùm tres continẽtes ſummas me
dias totius quãtitatis,& tertia pars totius ſummę cõtentę
ab illis tribꝰ imponitur ciui.verbi gratia,ſi vna cõtinebat
vnũ florenũ,alia duos,alia tres,q̃ ſimul faciunt ſex:duo, q̃
5 ſunt tertia pars ſenarij,imponuntur ciui.¶*Sextò. Anga-
ria verò & perangaria,ſecundũ oẽs,eſt iniuſta cõpulſio ſi
ue coactio:ab ango, quod eſt affligo & excrucio:& ſecun
dũ aliquos,angaria eſt onus merè pſonale, cuiuſmodi eſt
omne qđ põt labore corporali expleri ſine rerũ detrimẽ-
to:vt l.munerũ.la ij.ff.de mu.& hon.Perangaria verò in q
buſcũq; conſiſtit:vt vult gl.in l.neminẽ.C.de ſac.ſanct.ec.
qa dictio,per,auget:vt in l.vrbana.§.ꝑnoctare.ff. de ver.
ſig.& no.in c.ſi cõſtiterit.de act. & ſic eſt munus vel onus
miſtũ,ſicut angaria eſt merũ.Secundùm alios verò anga-
ria eſt obſequium perſonale proprijs ſumptibus pſtitũ.de
immu.eccl.non minus.perangaria verò, eſt ſeruitus pſo-
narũ & rerũ,quaſi pfecta & magna angaria. Secũdũ alios
aũt angaria eſt obſequiũ perſonale:perãgaria verò pſonã
le & reale,id eſt,proprijs ſumptibus pſtitũ. & iſta eſt opi-
nio Ray.Gof.& Hoſt.ac Alb.recitantis:ſed de his non eſt
multũ curandũ.Dicunt̃ & alijs modis angaria & peranga
6 ria,vt patet per no.in dicto c.nõ minus.¶*Septimò.Mu-
nus autem tripliciter ſumitur. Aliquando ſcilicet pro do
no:quod quidẽ eſt id,quod ſpõte præſtamus,ex nulla ne-
ceſsitate vel iuris officio:vt ff.de verb.ſign.l.munus pro-
priè.differt tñ: quia munus eſt donũ cum cauſa:donũ ve-
rò ſe habet in plus:quia aliquando etiam eſt ſine cauſa: vt
patet in l.inter donum.ff.de verbo.ſigni.Aliquando ſumi
tur pro officio vel honore.Aliquãdo verò ſumitur pro eo
quod neceſſariò ſubimus lege vel imperio.ff.de ver.ſig.l.
munus.& ab hoc dicitur immunitas. Munꝰ autem tertio

modo eſt triplex,ſcilicet merè perſonale: quia ſcilicet ex-
plicatur labore corporali ſine ſumptu vł rerũ detrimẽto.
ff.de mun.& ho.l.ſi.& merè patrimoniale ſeu reale, qñ ſci
licet cum ſumptu proprio fit ab alijs,ita ſcilicet,ꝙ on⁹ eſt
rerum tantùm:& mixtum, quãdo ſcilicet noſtro labore &
ſumptu explicatur,vt colligitur in d.l.fina. §.patrimonio
7 rũ Et quilibet horũ eſt multiplex, vt patebit. ¶*Octauò.
Ex his igitur patet, ꝙ omnia prædicta in hoc cõueniũt,ꝙ
ſunt exactiones publicæ:ſed in hoc differũt,ꝙ penſio pu-
blica,cẽſus publicus,& tributum ſunt idem,& ſunt pretiũ
quod principi vel communitati ſoluitur de proprio ſolo:
ſed vectigal,teloneũ,guidagium,gabella,& duana , ac da
tium ſunt idem:& ſunt pretium, quod ſoluitur pro rebus
mutatis:& idem de ſalinario reſpectu ſalis: pedagiũ verò
ſoluitur pro habilitate viarum:tallia verò,præſtãtia, col-
lecta,& impoſitio ſunt idẽ:& ſunt pretiũ vel ſumma, ꝗ ſol
uitur à ſingulis ſubditis proportionaliter ad totã ſubſtan
tiam:angaria verò & perangaria ſunt exactiones iniuſtæ:
munus verò tertio modo eſt aliquid commune ad omnia
prædicta.& ſi ſit iniuſtum,eſt proprium genus angariȩ &
perangariæ:& diuiditur vt illa,excepto,ꝙ inter angariam
& perangariam non datur medium mixtum ſaltem voce.

RVRSVS de Gabellis & exactionibus publicis
ſecundò,ſpecialiter quo ad cenſus ma-
ximè eccleſiaſticos.

1 *Gabella in publicum ac priuatum cenſum diſtinguitur. Et an*
cenſus nouus eccleſijs ac monaſterijs imponi, aut antiquus au
geri poßit.
2 *Facientibus aliquid ex officio ſuo, an neceſſariò ſit præmium*
impendendum.
3 *Cenſus,ut eccleſijs imponi poßit,quot requirantur.*
4 *Eccleſiam ſubiectam habens,an eccleſiæ facultatibus auctis, cẽ*
ſum augere,aut partem prouẽtuum ſibi retinere poßit. Et quid
in penſione.
5 *Eccleſia ſi monaſterio ad uſus proprios donata fuerit,quã mo*
naſterium reſeruata ſibi penſione,alteri conceßit, an facultati
bus auctis,penſio quoque augeri poßit.
6 *Eccleſia, num exempta ſit ab omni ſeruitio temporali ex dote*
ſibi collata. Et eccleſiæ fundandæ quid pro dote tribui debeat.
Et ibidem quid ſeruitium eccleſiaſticum dicatur.
7 *Patronus,an ſibi ſeruitium in dote eccleſiæ neceſſaria, retinere*
aliquod poßit. Et an clericus ſeruitiũ aliquod pro decimis per
ceptis impẽdere debeat & nu.9.in hoc pulcherrima diſtinctio.
8 *Seruitiũ eccleſiaſticũ de dote eccleſiæ præſtari poſſe. Et quid de*
decima, nũ de eadẽ dote ſolui queat. Et quid ſi ultra dotẽ eccle
ſiæ neceſſariã aliquid donetur. Et qd de patrimonio clericorũ.
10 *Prædia omnia,ſi qua ad eccleſiam tranſeant,cũ Imperialis tri*
buti onere pertrãſire. Et qualiter intelligi debeat dotẽ eccleſiæ
liberam ab omni ſeruitio temporali, ſeu tributo eſſe oportere.
11 *Rector num poßit eccleſiam ſuam cenſualem facere.*
12 *Epiſcopus,an poßit eccleſiæ inferiori ſeruitia ſibi debita remit*
tere. Et an remittendo & ſtatuendo, quòd aliud ſeruitium nõ
imponetur,an procurationem remiſiſſe uideatur.
13 *Epiſcopus à quibus & quot,eccleſiam eximere non poßit, quã*
tumcunque eam à ſe eximat.
14 *Eccleſia quot caſibus plenè eximi ab epiſcopali iuriſdictiõe poſ*
ſit. Et ibidem,quòd epiſcopus prælato inferiori recipienti ſcili
cet nomine dignitatis,poßit omnia iura,de quibus ſuprà,præ
ter tria concedere, & quæ ſint illa.
15 *Cenſus ignorantiæ,id eſt,cuius cauſa noſcitur, an ſolui debeat.*
Cenſus autem quomodo præſcribi poßit, remißiuè traditur.
16 *Iuramentum de nouo cenſu impoſito ſoluendo,an iurantem ab*
ſoluere compelli poßit.
17 *Cenſus ſolutio,num ſubiectionis probationem inducat.*
18 *Cenſus in qua moneta ſolui debeat.*

1 GABELLA*& generaliter exactio ſub ſe continet cẽ
ſum: qui,vt dictum eſt titulo priore. §.ij. in publicũ
diuiditur,qui eſt idem quod tributũ, & in priuatũ, de quo
hic principaliter agitur. ¶ Primò verò quæritur,vtrum ec
cleſijs vel monaſterijs poſsit nouus cenſus imponi aut au
geri antiquus. Et dico,ꝙ in quacũq; re cenſum põt impo-
nere qui habet ius in illa. Inſtit. de vſufruct. §.vſusf.ver.ſi
ne teſtamẽto.eccleſijs tñ nouos cenſus imponere, aut ve-
teres augere, omnibus epiſcopis & ꝑlatis prohibet̃ citra
papã: vt in c.prohibem⁹.de cẽſi.etiam ſi eripuerint eas de
manu laici:vt in c.eccleſijs.eo.ti. Quod ſcilicet tripliciter
cõtingit,ſecundùm Pan.ibi,vel quia de facto eas laicus te
nebat vſufructuando:vel quia conceſsit epiſcopo ad inſtã
tiam eius ius patronatus:vel quia epiſcop⁹ liberauit eam
à cẽſu,quem laico debebat:quia licet tẽpore fundationis
vel perceptæ libertatis poſsit epiſcop⁹ certũ ſibi cõſtitue
re cenſum:vt in c.cõſtitutus.de relig.do.& in cap. præter
ea.el ij.de iur.pat.ſec⁹ in iſta ereptione,qua de nouo qua
ſi educitur ad libertatem:quia ad hanc tenebatur, & eã fa-
cit ex officio ſuo:& in neceſsitatibus nemo liberalis exi-
2 ſtit:vt in l.rẽ legatã.ff.de adimẽ.leg. Ex* quo infert ibi Pã.
ꝙ facientibus aliqd laudabile ex officio ſuo, nõ eſt neceſ
ſariò ꝑmium impendendũ.Limitat tamen dictus Pan. ĩ di
cto c.prohibemus.prædicta vera,ſi prælati hoc facerẽt ad
vtilitatem eorum propriam:vt in cle.ij.de rebus eccle.nõ
alienan.Secus ad vtilitatẽ alteri⁹ eccleſiæ rationabili cau
ſa ſubſiſtente,& à prælato iuriſdictionẽ habente epiſcopa
lem,& in eccleſia pleno iure ſibi ſubiecta: quia tunc põt:
vt no.Inno.in d.c.prohibemus. & facit c. præterea.eo.tit.
& c.ſignificauit.vbi dicit Panormita.innixus gl. quòd in
impoſitione noui cenſus nõ ſufficit authoritas epiſcopi:
vt videtur velle tex. Sed intelligo, inquit, quãdo ſine cau-
ſa:aliàs ſecus:vt in c.conſtitutus.de rel.do.& in c.cũ vene
3 rabilis.de cen. Vnde*requiritur primò,authoritas epiſco-
pi. Secundò cauſa iuſta. Tertiò,ſecũdùm Hoſt.capi.cõſen
ſus.arg.c.tua.& c.paſtoralis.de his quæ fiunt à præl. Quar
tò,quod eccleſia,cui cenſus imponitur,conſentiat impoſi
tioni,ſi eſt collegiata:argu.c.j.de rebus eccl.non alie.&c.
j.de re.permut.Putat tamẽ,quòd vbi cauſa vrget,& eccle-
ſia inferior non vult conſentire, hoc poſsit epiſcop⁹ cum
capituli conſenſu:arg.in clemen.ſi.de rebus eccl.non alie
nan.& in c.j.eodem titu.lib.vj. Similiter non poteſt epi-
ſcopus nouum cenſum imponere monaſterio,de cẽſi.ſciẽ
tes. Et intellige etiam,quòd nec antiquum augere eadem
ratione.& ibi eſt arg.ꝙ monaſteria exẽpta debent eſſe ab
omnibus oneribus & præſtationibus.& pro quo x.q.j.c.j.
4 & quæſt.iij.c. inter cætera.¶*Secundò quæritur,vtrũ ha
bens eccleſiam ſubiectam,poſsit augere cẽſum auctis ec-
cleſiæ facultatibus,aut partem prouentuũ ſibi retinere?Et
dico vt no.in d.c.prohibemus. quòd partem prouẽtuum
ſibi retinere non poteſt.& de epiſcopis quidem dicẽdum
eſt,vt in c.noſtrum.in fin.vt eccle.benefi. De abbatib⁹ au
tem & alijs inferioribus prælatis, eſt bonus tex.in clemẽ.
qua regulares.in §.j.de ſup.negligen.prælat.vbi cõcludi-
tur,quòd qualiſcunq; ſit locus ſubiectus abbati, modo nõ
ſit de menſa eius, non põt ſibi retinere redituum partem.
Gloſſa autem in verbo,nec veteres.in dicto capi,prohibe
mus.vult,cenſum augeri poſſe auctis facultatibus eccleſiȩ
cenſuatæ.quod gloſſa ſequens limitat reſpectu præſenta-
tionis aut procurationis:nõ autem reſpectu cenſus.Et ra-
tionem reddit Panormitanus,vt ideo non augeatur: quia
ſi

ſi ſoluitur ſuperiori,eſt ſignum ſubiectionis:non autẽ re-
fert an multum,vel parum ſoluatur,quia ſemper ſubiectio
denotatur.Pro quo c.omnis homo.de cẽſi.& c.cõſtitutus.
de relig.do. Si verò ſoluitur priuato,nõ eſt propriè cẽſus,
nec augeri debet auctis facultatibus: quia in cõtractu cen
ſuali tranſit dominiũ ex toto in recipientẽ,ſecundũ gloſ.
in d.c.conſtitutus.& Bar.in l.j.ff.de publi. Secus in penſio
ne:quia illã quis ſoluit ratione fructuũ , quos percipit de
alieno.Nam propriè conductor ſoluit penſionem : vnde
quemadmodũ ſi patitur magnũ damnum ſine culpa ſua,
cõſequit̃ diminutionẽ penſionis:ita ſi ex vbertate fructuũ
caſu fortuito conſequitur magnũ cõmodum,debet auge-
re pẽſionem:quia contrariorum eadẽ eſt ratio. Et hoc te-
net gl.& Bar.poſt eã in l.ſi merces.in §.vis maior.ff. loca.
5 ¶Ex*qua ratione infert Pan.ꝙ ſi eccleſia fuit donata mo
naſterio ad vſus proprios,& monaſteriũ reſeruata ſibi pẽ
ſione cõceſsit eã alteri:debet auctis facultatibus augeri pẽ
ſio:qa illa fuit impoſita ratione fructuũ: quemadmodũ di
minueret̃ facultatibus diminutis . & idẽ in procuratione
6 debita:vt in c.quãto.de cẽſib. ¶ Tertiò* quæritur, vtrum
eccleſia ſit exẽpta ab omni ſeruitio temporali ex dote ſibi
collata?Et dico multa notata in c.ſancitũ.de cẽſi. ¶ Primũ.
Eccleſiæ fundãdȩ pro dote tribui debet mãſus liber à quo
libet ſeruitio tẽporali:ad eccleſiaſticũ verò tenetur:ſed ſi
aliquid cõfertur eccleſiæ vltra mãſum, tenetur eccleſia ex
eo ſoluere onera cõſueta. Sic illud c.ſummat Pan. ponens
multas acceptiões illius termini, mãſus:& cõcludẽs,ꝙ eſt
dos eccleſiæ neceſſaria.i.ſine qua eccleſia in debito ſtato
cõmodè ſuſtẽtari nõ poteſt:arg.c.j.de inſti. Dicit etiã ſer
uitium eccleſiaſticũ,ſecundũ doct.dici charitatiuum ſubſi
dium.de quo in c.cũ Apoſtolus. de cenſi. id eſt, auxilium
moderatũ in neceſsitatibus. Et idem dicendũ in alijs iuri
bus epiſcopalibus:vt in cathedratico,id eſt,eo,quod ſolui
tur epiſcopo annuatim à clericis ſuæ diœceſis in ſignum
ſubiectionis,obedientiæ,& ſuſtẽtationis:& ſic in alijs ſi-
milib.vt in c.cõquerẽte.de offic.ordin.vel ſi onus antiqui
tus fuerat impoſitũ,puta per epiſcopũ in fundatione cum
patroni conſenſu:per c.præterea.el ij. de iure pa. quando
ſcilicet aliquid vltra dotem neceſſariam contulit. ¶ Secũ
7 dum.*Patronus ſibi retinere non poteſt aliquod ſeruitiũ
in dote eccleſiæ neceſſaria. Ex quo infert Pano.ꝙ ſi patro
nus dat ſolùm dotem neceſſariã,non poteſt ſibi aliquam
penſionẽ,vel aliquod ſeruitiũ retinere:nec putat authori
tatẽ prodeſſe epiſcopi,cùm ſit cõtra ius:argu.in c.videns.
diſt.x.Ex quo tertius infert ad intellectũ dicti c. præterea.
præalleg.vt ſcilicet patronus ſtatuto epiſcopi poſsit ali-
quod tẽporale reſeruare,quãdo ſcilicet illud poteſt impẽ
di extra dotẽ neceſſariã. ¶ Tertiũ.Clericus nõ debet ali-
quod ſeruitiũ pro decimis perceptis impartiri.pro quo fa
cit xv.q.vij.decimas.vbi dicitur,ꝙ epiſcopus non debet
pati,ꝙ decimæ aliquo munere redimantur à laicis.Et per
illud cap.& d.caput,ſancitũ.infert Pa. ꝙ ſi clericus obliga
uit ſe parochianis ad dandum certum quid pro decimis,
8 nõ valet obligatio. ¶ Quartum.*De dote eccleſiæ præſta
tur ſeruitium eccleſiaſticũ,vt dictum eſt.Et ex hoc infer-
tur ad q.vtrum debeat ſolui decima de dote eccleſiȩ.& cõ
cludit gloſſ.in d.c.ſancitum.ꝙ ſic,ſi prius illa prædia erãt
tributaria,contra glo.in c.nouum genus.de decim.Et hoc
ſequitur Hoſt.& communiter doctores:quia cùm non re
periatur in iure,ꝙ eccleſia antiqua propter cõſtructionẽ
nouæ debeat decimis priuari,non debemus generalem
diſpoſitionem alterare.Pro quo vide latius Pan.in d.c.no
uũ genus.& etiã cùm hic dicitur tributaria , intellige al-
teri eccleſiæ,cui ſcilicet decimæ ſoluantur. ¶ Quintũ.Sen
ſus gloſſ.in verbo,ſenioribus,id eſt,dominis,iuncto ſine
literæ,eſt,ꝙ ſi vltra dotem neceſſariã aliquid eccleſiæ do-
natur,tenetur eccleſia perſoluere dominis tẽporalib⁹ de
bita ſeruitia,quod docto.intelligũt,& bene,vt dicit Pa.de
oneribus annexis,& perpetuis:vt quia fortè prædiũ habet
onus faciendi certũ quid aut ſoluendi.& idem ſi prȩdium
eſſet feudale:quia ratione feudi eccleſia ſubijcitur laico:
vt in c.ſolitæ.& quod ibi not.de ma.& obedi. Secus dicit
de alijs oneribus nõ annexis : qa eccleſia ab illis exempta
eſt etiã iure ciuili:vt in l.placet.C.de ſacr.ſan. & in auth.ẽ.
itẽ nulla cõmunitas.eod.tit. Et plenè de his notatur in c.
non minus.de immu.ec.& dic vt ibi. Et optimè facit text.
in c.ſi.de vi.& ho.cler.vbi patet,ꝙ etiã de patrimonio ſuo
clerici nõ tenentur ſoluere gabellas,& alia onera,ad quæ
tenentur laici:ſecus in onere rei annexo & perpetuo.
9 ¶ Sextum.* Quãtũ verò ad dotem ipſam,de qua principa
liter eſt quæſitum,dicit Pan.ꝙ ex dictis Inn.Hoſt.& Ioan.
And.colligi poteſt iſta dictinctio . Nam aut bona collata
pro dote erãt tributaria ipſi patrono:& ſimpliciter cõferẽ
do illa eccleſiæ,videtur illa onera remiſiſſe,ex quo ius di
ſponit:vt in d.c.ſancitũ. Aut expreſſe retinet ſibi illa one-
ra,aut nouiter imponit:& nõ valet impoſitio, vel retẽtio,
quia eſt cõtra ius:vt ibi,& facit l.non dubiũ.C.de legi. &
quod no.in c.ſignificatũ.de præb. Quod Pa.intelligit, qñ
retinet ſibi ſeruitiũ circa dotem neceſſariam. Vnde ibi,in
quit,tex.facit mentionẽ ſolùm de mẽſo. Vnde ſi cõferret
ampliſsimam dotẽ,videtur ꝙ de cõſenſu epiſcopi poſſet
ſibi reſeruare aliquid:vt ĩ d.c.prȩterea. Aut hȩc prædia e-
rant tributaria alijs,quàm patrono:& patronus cõtulit de
cõſenſu dominorũ:& ſic videt̃ur remiſiſſe ius quod habe
bant.arg.in l.Caius.ff.de pigno. Quod Pa.intelligit in do
te neceſſaria:aliàs aũt videretur dominus conſenſiſſe , vt
tranſeat cum onere ſuo.arg.in l.ſicut.ff.quib.mod.pig.vel
hyp.ſol.vbi patet,ꝙ ſi creditor habẽs rem obligatã,cõſen
ſit,vt vẽderet̃:nõ per hoc videt̃ ſuũ ius remiſiſſe:& facit c.
ex literis.de pigno. Et hoc caſu , licet taceat Pan.ſecundũ
Inno.potius eſſet ceſſandũ ab ȩdificatione, quia recipere
tur talis fundus,niſi prius eſſet liberatus, quãdo.ſ. domi-
nus excepit cenſum:ſi tamen acceptetur,tunc ſibi imputet
eccleſia,ſecũdũ Hoſ.quæ rem tributariã accepit,cùm dño
licuerit retinere,quaſi dicat, ꝙ teneatur eccleſia de cẽſu.
Aut domini cõtradixerunt:& nõ valet quod agitur.ar.in
c.potuit.de loc.quod dictũ no.quia per hoc extenditur c.
potuit.ad prædiũ tributariũ. Si autẽ dominus ignorauit:
credit Pa.diſtinguendũ fore,prout diſtinguit gl.in c. ſecũ
dũ canonicam.xxiij.q.viij.quam videndã dicit,& menti te
nendã. Quæ dicit,ꝙ cũ in eccleſia fundata eſt in feudo tri
butario,ſi fundator ſit bonæ fidei:de illis locis quæ ſunt
extra atriũ,habebit Imperator:& intellige,ꝙ eadẽ ratiõe
alius priuatus,tributũ:non aũt de loco vbi eſt eccleſia:ſed
per hoc ſit patronus.xvij.q.vltima quæſt. Si verò eſt malæ
fidei,ad eſtimationẽ cõpellẽdus eſt.xiiij.q.vj. cõperimus.
Et vbi poſt denuntiationem fundat eam,mala fide fundat.
de no.op.nun.cum ex iniuncto.Ioan.hȩc ibi. Et addit Pa-
nor.idem eſſe de cœmeterio,quod de fundo,in quo ædiſi
catur eccleſia,ſcilicet qđ debet eſſe omnino liberum:& de
agro vnde percipitur panis, & vinum pro euchariſtia con
ficiẽda:vt eſt,inquit,textus cum gloſſa in dicto cap.ſecun
dùm canonicam.quod de cœmeterio etiam dicta glo.ſen
tit,quæ illud vocat atrium:ſed & de agro verũ puto , ſi ſit
diſtinctus,& ſpecialiter ad hoc deputatus. ¶ Septimum.
10 *Quantũ ad tributum debitum Imperatori , dicit Panor.
quòd

quòd doctores de hoc non attingunt: & finaliter ipſe con
cludit, ꝙ omnia prædia tranſeunt ad eccleſiam cum onere
tributi Imperialis. Et ad c. ſancitũ. quod vult, dotẽ eſſe li-
beram à ſeruitio tẽporali ſiue tributo: dicit poſſe ĩtelligi
de ſeruitio nouiter imponẽdo, vel impoſito, ſi patron⁹ po
teſt ab illa prædiũ liberare: vt qa eſt tributariũ alteri, q̃ Im
peratori. Sed qa in his quę ſunt ſecũdũ, vel cõtra iuſtitiam
naturalem, nõ diſtinguitur Imperator à priuato: melius
diſtinguendũ eſt, ſicut & de alijs. & hac ratione docto. de
tributo Cæſaris ſpecialiter non attingunt. Vide etiam de
iſta materia s̃. Excõicatio. ix. excõicatione v. ¶ Quartò
11 *quæritur, vtrũ rector eccleſiæ poſsit eam facere cẽſualẽ?
Et dico ſummariè haberi in c. præterea. eo. tit. ꝙ prelatus
ſeu rector eccleſiæ nõ poteſt, præſertim poſt mortẽ, eccl'iã
ſuam cõſtituere cenſualẽ. Et ratio eſt, ſecundùm Panorm.
quia nõ põt quis alienare res eccleſiæ ſine iuris ſolẽnita-
te. xij. q. ij. ſine exceptione. & cõſequenter à fortiori non
poteſt imponere cẽſum, cùm ſit quędã alienatio corporis
eccleſiæ ſuæ, & quædã ſeruitus impoſita. Põt tamẽ, vt ibi
notatur, authoritate põtificis, vel alterius prælati habẽtis
eccl'iam pleno iure ſubiectã. de nouo imponi cenſus. ſ. ex
cauſa rationabili, vt dictũ eſt. Imò ſimplex ſacerdos, etiam
in vita ſua non poteſt eccleſiam ſuã cõſtituere cenſualem.
quod denotat illud verbũ, præſertim, exponẽdo pro ma-
ximè, vt dicit Pan. Alij tamẽ exponũt pro tantùm, dicẽtes,
q̀ in vita poteſt ſe obligare prælatus ad ſoluẽdũ cenſum:
ſed dicit idem, ꝙ poteſt obligare ſe perſonaliter, ſed non
eccleſiã: & exponendo pro maximè, eſt propria illius ver
12 bi expoſitio: vt no. in c. auditis. de elect. ¶ Quintò* quæri
tur, vtrũ epiſcopus remittere poſsit eccleſiæ inferiori ſer
uitia ſibi debita? Et dico, ꝙ ſic, vt ſummariè dicitur, & no.
ĩ c. cũ venerabilis. e. ti. ſed remitttẽdo & ſtatuẽdo, ꝙ aliud
ſeruitium nõ imponetur, procurationẽ intelligitur remi
ſiſſe: vbi etiã Pan. cõiungendo dicta gl. & Hoſt. in c. paſto
13 ralis. de donat. & Ioan. And. notat, * ꝙ epiſcopus quantũ-
cunq; generaliter eximat eccleſiam à ſe, ſaltẽ octo retinet,
à quibus eam eximere nõ poteſt. Primũ eſt, coërcitio. xvj.
q. ij. viſis. Secũdũ viſitatio. Tertiũ procuratio ratione viſi
tationis: vt in d. c. cũ venerabilis. Quartũ eſt cathedraticũ:
vt in d. c. paſtoralis. & gloſſ. in c. quæcunque. & xvj. q. vij.
& Ioan. And. vt videtur in dicto c. cum venerabilis. & con
muniter doctores. licet Arch. in c. j. de præb. libr. vj. dicat,
ꝙ nõ remittitur quidẽ verbis generalib. tamẽ ſpecialiter
epiſcop⁹ illud remittere poteſt: quod fortè verũ eſt quan
tum ad rem ipſam: ſed non quantum ad annexa: quæ ſunt
recognitio ſuperioritatis & obedientiæ, vel huiuſmodi.
Quintũ eſt reuerẽtia ibi debita ab eccleſia inferiori. Sex-
tum eſt charitatiuũ ſubſidiũ: vt in c. cũ Apoſtolus. de cenſ.
Septimũ inſtitutio authorizabilis quo ad curã populi. ar.
c. nõ ſatis. de of. Arch. & in c. ij. de cap. mo. lib. vj. Octauũ,
id quod eſt ordinis epiſcopalis: quia ſubditũ eximere nõ
poteſt, vt non teneať ab eo recipere quæ ſunt ordinis epi
ſcopalis. Alia aũt iura citra ab iſtis remittere poteſt eccle
ſiæ inferiori. quod Pan. intelligit ex cauſa de conſenſu ca-
pituli: quia aliàs eccleſię ſuæ iura alienare nõ põt: vt in c.
paſtoralis. de dona. xij. q. ij. ſine exceptione. pro quo etiam
14 vide tex. cum gl. xvij. q. iij. c. ſi. ¶ In* tribus tamẽ caſibus ec
cleſia poteſt eſſe plene exempta à iuriſdictione epiſcopa-
li. Primò ſi epiſcopus cõſenſit, & papa cõfirmauit ex certa
ſciẽtia, & ſic loquitur c. cõſtitutus. alleg. in glo. Secundò,
ſi ſentẽtia fuit lata cõtra epiſcopũ ſuper plena exẽptione,
& nõ fuit appellatũ: vt in c. cũ inter. de re iudic. Tertiò, ra
tione præſcriptionis: vnde põt quis cõtra epiſcopum præ
ſcribere iura epiſcopalia in eccleſia epiſcopo ſubiecta: vt
in c. auditis. & c. cũ olim. de præſcri. Et poteſt addere quar
tò, quãdo papa plenè per ſe eximit. vt in c. j. de priui. li. vj.
Secundùm Io. tamẽ And. poteſt epiſcopus cõcedere infe-
riori prelato etiã recipiẽti, nomine ſuæ dignitatis, omnia
iura prædicta præter tria. l. cathedraticum, reuerẽtiam, &
charitatiuũ ſubſidiũ per modũ cuiuſdã vicariæ perpetuæ
ex cauſa & de cõſenſu capituli: per quod tamen nõ erunt
illa ex toto abdicata ab epiſcopo: qa ſaltẽ illo vicario ne-
gligẽte poterit epiſcop⁹ exercere. ar. in c. irrefragabili. in
§. exceſſus. de offi. or. Ad prædicta vide quod no. Inn. in c.
in Lateranẽſi. de præb. & per doctor. in c. cũ ſatis. de offic.
15 Archid. & c. cum & plãtare. de priuile. ¶ Sextò * quæritur,
vtrum ſolui debeat ignorãtiæ cẽſus. i. cuius cauſa ignora-
tur? Et dico, ꝙ non. extrà eod. peruenit. iuncta gl. ibi Pan.
diffuſe iſtam materiam diſputat, & vide ſi vis. Arch. autem
materiam breuiter colligit, dicens ſecũdũ Inn. Si certũ eſt
cenſum deberi, etiã ſi nulla cauſa ſubeſſet, ſolui debet. de
cenſi. quanto. & ſecũdũ Hoſt. tempus ſolum per ſe aut pa-
tientia ſola talem obligationẽ nõ inducit: nec negligẽtia
per ſe, ſed negligẽtia cum tẽpore obligationẽ tollit: vt de
pręſcrip. per totũ. & patientia cum tempore obligationẽ
inducit: vnde ſecũdũ eum licet inepte petat qui dicit, pe-
to talẽ cẽſum, quia mihi præſtitus eſt per annos xl. tamen
qui petit talẽ cẽſum debitũ ex tali cauſa, ad quod probãdũ
inducit continuã ſolutionẽ xl. annorum, bene petit: & ob
tinebit. Sed tamen caueat de cõſcientia, ꝙ non exprimat
aut fingat falſam cauſam. de pręſcri. c. ſi. Videtur tamen, ꝙ
ſi nõ eſt memoria initij perceptiõis, vel cauſæ, ſufficiat di
cere ex iuſta cauſa impoſitũ: ad quod probãdũ inducatur
tẽpus, cuius initij memoria nõ extat. ar. de præſc. c. j. li. vj.
Nec obſtat, ꝙ non ſpecificetur cauſa: quia præſumptio eſt
pro petente, cùm non ſit veriſimile aliquẽ cẽſum ſine cau
ſa & ſine querela tanto tẽpore præſtitiſſe. arg. ff. de proba.
l. cũ de indebito. Item incertitudo, & impoſsibilitas hoc
caſu meritò excuſat non exprimentẽ ſpecialẽ cauſam. de
reg. iur. nemo poteſt. li. vj. Nec his cõtradicit tex. ipſius c.
peruenit. quia cenſus præſcriptus nõ eſt cenſus ignoran-
tiæ: etſi cauſa ignoratur. Hoſt. & Arch. Sed hunc ſecũdum
ſenſum gl. reprobat per tex. in fin. Quomodo autẽ cenſus
præſcribi poſsit: vide Pan. in c. ad audientiã. de præſcri. Si
autẽ econuerſo cõſtaret de cauſa cẽſus, ſed tamen ceſſatũ
eſt à ſoluendo tẽpore ſufficiente ad præſcribendum, ſi au
thoritate epiſcopi nouiter imponatur, erit ſoluẽdus, ſecũ
dùm Hoſt. & Io. And. & Inn. ꝓpter multa, quæ dicũt, quod
ſaltem verũ eſt, ſi ex rationabili cauſa fiat, &c. ¶ Septimò
16 *quæritur, vtrum recipiens iuramentũ de nouo cenſu im
poſito eccleſię perſoluẽdo, cõpellatur iurantẽ abſoluere?
Et dico, ꝙ ſic: extrà eod. ſignificauit. ſuper quo canoniſtæ
multa cõſcribunt: ſed tex. loquitur ſiue intelligitur de cẽ
ſu indebitè conſtituto: puta nouiter authoritate epiſcopi
17 quidẽ, ſed ſine rationabili cauſa, &c. ¶ Octauò* quæritur,
vtrũ ſolutio cẽſus ſit probatio ſubiectionis? Et dico, ꝙ ſo-
lutio cẽſus aliquãdo arguit ſubiectionẽ. de cẽſi. omnis ani
ma. aliquãdo præſtitã libertatẽ, vel receptã protectionẽ.
de priui. percepimus. Solutio ergo cẽſus eſt probatio ſub
iectionis, ſecundũ tex. in d. c. omnis anima. Sed qa apertè
cõtrà eſt d. c. percepimus. vbi recepti ſub ꝓtectione papæ
ſoluerũt cenſum nõ in ſignũ immediatæ ſubiectionis, ſed
receptionis in protectionẽ: ideo Inno. dicit, ꝙ ſolutio cẽ-
ſus eſt probatio ſubiectionis quo ad aliqd, nõ autẽ plenè:
ſed inducitur quandoq; probatio, quando præſumptio, ſe
cundũ materiam ſubiectam. Facit ad hoc quod no. in cap.
ſin.

ſin. de cauſ. poſ. & ꝓprie. & quod ibi dicit Panor. qui per
hoc dicit Bal. malè dixiſſe in l. ſolent. ff. de offi. procon. ſci
licet, ꝙ ſi probatur vnã eccleſiam ſoluiſſe per xl. annos cẽ
ſum alteri, probatur per hoc, eccleſiam iſtam fore illi ſub-
iectam. Vnde ipſemet Bal. ſenſit alibi contrarium. Facit ẽt
apertè c. conſtitutus. de relig. do. vbi cenſus ſoluitur in ſi-
gnũ perceptæ libertatis. Cùm ergo ſolutio cẽſus eſſe poſ-
ſit æquiuoca ad multa, ſimplex probatio alterum præciſe
18 nõ probat. argu. c. in præſentia. de probat. ¶* Nonò q̃rit,
ad quam monetam ſoluendi ſunt cenſus? Et dico, ꝙ Pan.
poſt Io. And. in c. olim. de cenſi. ſic ſummat: Soluendi ſunt
cenſus ad antiquam monetam, in qua fuerunt inſtituti, ni
ſi ſit in alterius monetæ ſolutione præſcriptum. In c. etiã,
cum canonici. eod. titu. ſic: Ad antiquam monetã vel eius
æſtimationẽ ſoluendæ ſunt penſiones antiquę. Quod qui
dem Pan. extendit vt omne debitum contractum ex qua-
canque cauſa ſolui debeat ſecundùm monetam currentẽ
tempore debiti contracti. Vnde conſuluit Old. ꝙ ſi teſta-
tor legauit aliquid, puta centum florenos: & demum ſup-
uixit, & mutata eſt moneta: ſoluendum eſt legatum ad æ-
ſtimationem monetę, quæ erat tempore teſtamenti: quia
ita teſtator ſenſit. Pro quo tex. in l. vxorem. §. teſtamento.
ff. de leg. iij. Et idem dicendum eſt, ſecundùm eum, in con
demnatione iudicis, & ſimilibus diſpoſitionibus.

RVRSVS de Gabellis & exactionibus publi-
cis, tertiò ſpecialiter quo ad Vectigalia, gui-
dagia, duanas, & huiuſmodi, quæ pro-
priè dicuntur gabellæ.

1 *Gabella tertiò conſiderata, quid in ſe cõtineat. Et num quis pe-
dagia, guidagia & ſalinaria imponere queat. Et quot hominũ
genera hæc imponere poßint. nume. 2.*
3 *Principis iura cõſilium generale habere. Et ſub hæc, quòd prin
cipi in ſignum ſpecialis priuilegij reſeruata, præſcribi poßint
tanta conſuetudine, cuius initij memoria non extet. Et quid de
poteſtate legitimandi, famæ reſtituendi, tabelliones creandi,
& huiuſmodi.*
5 *Imponere noua, & nouiter antiquitus impoſita exigere nõ ea-
dem eſſe. Et quibus ex antiquo impoſita exigere liceat.*
6 *Guidagia aut pedagia noua, ſicut illicitè imponuntur, ita illici
tè quoque exiguntur. Et quid de locantibus operas ſuas ad gui
dandum per regionem, aut uadum pertranſeundum.*
7 *Pedagia non, imponentes, aut uetuſta, ſine authoritate ad hoc
neceſſaria, augentes, aut iniuſta exigentes, ad quid & quibus
teneantur.*
8 *Pedagia, gabellæ & reliqua, de quibus ſuprà, ut iuſtè imponã
tur, quid requiratur. Et quid ut iuſtè exigantur. nu. 9. Et ibidẽ
quòd niſi noua iuſtè impoſita probentur, iniuſta præſumãtur.*
10 *Pedagia & huiuſmodi onera, de quibus rebus ſiue à clericis, ſi-
ue à laicis licitè exigantur. Et iniuſtè exigens quibus & ad
quid teneatur, pulcherrima Archi. diſtinctione expeditur.*
11 *Pedagia, & ea, de quibus ſuprà, qui exigere, & à quibus exi
gi poßint.*
12 *Onera & præſtationes, de quibus ſuprà, non ſolùm ex ſtatuto,
ſed ex lege quoq; naturali deberi. Et ibidẽ Angel. Sũ. refellitur.*
13 *Moyſes Og Regi Baſan bellum iuſtè intulit.*
14 *Pedagium de quibus rebus exigendum ſit.*
15 *Collecta uel tallia, gabella aliquando dicitur, aut datium: &
num de his quæ proximè dicta ſunt à ſubditis datum exigi po-
teſt: à forenſibus non item.*
16 *Ciuitas leges condendi, & collectas ſimiliaq; imponendi pote-
ſtatem habens, an poßit ſolutione huiuſmodi gabellarũ pro ſui
defenſione & adiutorio imponere. Et ſub hæc, quòd per legem
municipalem legi communi derogari poßit.*
17 *Gabellas, de quibus hic, non ſoluentes, an furtum committant.
Et an ad reſtitutionem teneatur, & quibus.*
18 *Legi Cæſareæ, qua cauetur, ne de uictualibus onera, de quibus
hic, præſtentur, an per ciuitatis ſtatutum derogari poßit. Et ſi
id, quatenus.*
19 *Pedagia exigi facientes, an itinera ſecura conſeruare teneãtur.
Et an de robarijs & ſpoliationibus in ſuo diſtrictu factis te-
neantur ſpoliatis.*
20 *Exactores datiorum, dum in caſu illicito exigunt, an ad reſti-
tutionem teneantur.*
21 *Pedagia iuſta, gabellas & huiuſmodi fraudantes, an peccent,
& an ad reſtitutionem teneantur. Et quid de fraudantibus in
iuſta. nume. 23.*
22 *Statutum ſuperioris omne, ligans ad pœnam, & ad culpam
quoque ligat.*
24 *Damnificatus à principe iniuſtè, ſuũmque recipere ab eo non
ualens, an ſibi in non ſoluendis gabellis etiam iuſtis ſatisfacere
poßit, quanquam id redemptoribus earum noxium ſit.*
25 *Pœnæ illæ immanes, quæ nonnunquam ob fraudatas gabellas
ponuntur, an licitè exigantur.*
26 *Fiſco an omnia applicanda ſint, cùm res licitæ ſimul & illicitæ
delatæ deprehenduntur. Et quid ſi res illicitæ ante, quàm ad
locum, quem egredi non licet, peruenerint, deprehendantur, an
publicationi obnoxiæ ſint. nume. ſequen.*
28 *Vectigal aut paßagium conducens ſub annua penſione, an ob
bella, uel morbos ſuperuenientes remißionem promereatur. Et
quid in ſimplici locatione, ſterilitate ſuperueniente. Item quid
in emphyteuſi.*
29 *Confeßores circa ea, quæ ſuprà dicta ſunt, qualiter ſe habere
debeant.*

1 GABELLA *rurſus tertiò & generaliter exactio ſub
ſe cõtinet guidagia, duanas, & gabellas ꝓpriè dictas
necnõ pedagia: quæ licet differãt à prędictis, habent tamẽ
eandẽ rationẽ tractandi: quia eodem modo ſunt licita &
illicita, ſicut prædictæ: & quæ de illis dicuntur, etiam ve-
rificantur in iſtis regulariter. ¶ Primò verò quæritur, quis
poſsit imponere pedagia, guidagia, & ſalinaria? Et dico, ꝙ
in c. ſuper qbuſdã. de verb. ſig. ſic dicitur: Duximus decla-
randũ, illa eſſe pedagia, guidagia, ſalinaria interdicta, quę
non apparent Imperatorũ, vel Regũ, vel Lateranenſis cõ
cilij largitione cõceſſa, vel ex antiqua cõſuetudine à tẽpo
2 re, cuius non extat memoria, introducta. Ex* quib⁹ patet,
vt no. in d. c. ſuper quibuſdam. quòd quatuor poſſunt hęc
imponere. ¶ Primò princeps, ſeu Imperator, & nõ ciuitas,
ſcilicet ſine licentia principis. C. noua vectig. inſtitui non
poſ. l. ij. & iij. Et dicitur hic princeps, id eſt, Imperator, ſe-
cundùm Arch. Et ſecundũ eum, hoc poteſt papa, maximè
in terris eccleſiæ: quia & ipſe dicitur princeps. xiiij. q. iiij.
¶ Secundò, hoc poſſunt reges: quod quidam ĩtelligũt de
rege Romanorum, qui ſcilicet electus eſt, ſed non corona
tus in Imperatorem, quo tempore non appellatur Impe-
rator, ſed rex Romanorum. Et hoc ſenſit Hoſ. & hoc videť
ſequi Sum. Ang. contra Roſ. & facit text. in l. vectigalia. ff.
de publi. Et re vera iſte videtur fuiſſe ſenſus dicti c. ſuper
quibuſdam. cùm dicit: Imperatorum vel regum. tamẽ idẽ
Hoſt. dicit, ꝙ rex Franciæ in hoc habet eandem poteſtatẽ
per priuilegium, extrà, qui fil. ſint legit. c. per venerabilẽ.
Inn. autem ſuper d. c. ſuper quibuſdam. dicit ſimpliciter, re
ges poſſe imponere noua pedagia, licet peccẽt ſine cauſa
facientes. quod hodie de facto videmus. Et tenet Pan. ĩ c.
innouamus. de cenſi. dicens, ꝙ hodie reges inferiores p̄-
ſcripſerũt in ſuis regnis iura Imperatorum: quo caſu poſ-
ſent prædicta exercere vt Imperator. Et ſic hodie etiam vi
demus

demus, ꝙ quædã cõmunitates vel ciuitates Italiæ, ex quo
poſt pacem factam Conſtantiæ habent merũ & miſtũ im-
perium, obtinuerũt de facto vt imponere poſſint iſta pe-
dagia: vt not. Io. And. & Pan. in d.c. ſuper quibuſdã. nõ ſuf
ficit tamen conſenſus vnius partis ciuitatis: ſed requiritur
conſenſus partis maioris, præſertim eorum, quos tangit,
ſecundùm domi. Gaſpar. Calde. in ca. ſi. de maio. & obe. fa
cit l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. regula, quod o-
mnes tangit, & c. de regu. iur. lib. vj. Et ſic tene, ſi eſt cõſue
tum hoc à tempore, cuius initij non ſit memoria. Et licet
Bar. in d. l. vectigalia. videatur contrarius, vbi per illam le
gem dicit, ꝙ fraudans gabellam ſine permiſſu principis ĩ
poſitã, non tenetur Deo, neque mundo, quia eſt extortio
in forenſibus, licet non in ciuib[9], qui poſſent ſibijpſis gra
uamen imponere: tamen idem in l. ſi publicanus. eo. tit. te
net expreſſe, quòd exactio vectigalium præſcribitur tẽpo
re, cuius non extat memoria, allegans ad hoc dictum c. ſu
per quibuſdam. ¶ Tertiò, hoc poſſunt hi, quibus à Latera
3 nenſi concilio conceſſum eſt. Ex* quo infert Pan. ꝙ conci
lium generale habet iura principis. Pro hoc facit, quia in
concilio generali præeſt papa. vnde dicit ibi Ioan. And. ꝙ
ille tex. non excludit conceſſionem ſolius papæ: quia ſi cõ
cilium habet hanc poteſtatem: ergo & papa, à quo robur
& poteſtatem conſilium accipit: vt not. in c. ſignificaſti. de
elect. ¶ Quartò, hi, qui hoc habent ex conſuetudine, de
qua non extat memoria in contrarium: & huiuſmodi cõ-
ſuetudo habet vim tituli, quando datur capacitas poſſidẽ
4 di: aliàs ſecus. Ex* quo infert Panor. ꝙ reſeruata principi
in ſignum ſpecialis priuilegij, acquiri poſſunt conſuetu-
dine tanti tẽporis, de cuius initio nõ eſt memoria. Ex quo
etiam infert quòd domini inferiores, & ciuitates præſcri
bere poſſent poteſtatẽ legitimandi, & reſtituendi famæ,
& creandi tabelliones, & huiuſmodi, quæ ſunt principi re
ſeruata, ſi ſubeſt tantum tempus, de quo in d.c. ſuper qui-
5 buſdam. ex quo capi. prædicta eliciuntur. Aduertenda* ta-
men ſunt quædam. ¶ Primum, ꝙ aliud eſt, prædicta noui-
ter imponere, quod alijs à prædictis non licet: aliud anti-
quitus impoſita nouiter exigere: quod licet cuilibet, q no
uiter acquirit dominiũ iuſte, ſiue ſit vnus, ſiue cõmunitas:
ſicut ſi domini Piſarum ſe iuſtè, vt dicitur, à dominio Flo
rentinorũ liberarũt, licitè exigunt antiquas gabellas: imò
fortè licitè nouas imponunt ex cauſa rationabili, vt mul-
ti volunt, etiã ſi ante ſuam ſeruitutẽ hoc nõ præſcripſerãt:
quia ex quo hodie Imperium in Italia non dat auxilium,
6 videtur, ꝙ etiam non debeat dare leges. ¶* Secũdum, ꝙ
noua guidagia vel pedagia ſicut imponuntur illicitè, ita
& exiguntur, vt patebit: & dicuntur noua, ſi impoſita ſunt
à tempore, de cuius initio extat memoria. aliter dicunt an
tiqua, & ſunt iuſta, quia præſumunt iuſtè impoſita. ¶ Ter
tium, ꝙ priuatus locans operas ſuas ad guidandum per re
gionem, aut tranſeundum vadum, vbi dominus nõ proui
dit, licitè capit nouum guidagium, vel pedagium, ſecun-
dùm mẽtẽ Ioannis And. in d.c. ſuper quibuſdã. quia locat
operas ſuas: ſecus de his, qui ad prædicta tenent, vt domi-
7 ni. ¶* Quartum, quòd imponentes noua pedagia, vel au-
gentes antiqua ſine dicta authoritate, vel exigẽtes iniuſta,
tenẽtur ad reſtitutionẽ ſpoliatis, vel hæredibus eorũ, aut
pauperibus, ſi prædictos ignorant. xiiij. q. vj. ſi res. & hodie
per proceſſum curię ſunt omnes excommunicati excõmu
nicatione papali: vt ſuprà Excommunicatio. vij. excõmu-
nicatione xix. De ementibus autẽ datia à principibus vel
8 communitatibus. j. §. vij. ¶* Secũdò quæritur, quid requi
ratur vt prædicta iuſtè imponantur? Et dico quantũ ex do
ctoribus & principijs moralis philoſophiæ colligitur, re-
quiri quatuor. ¶ Primò, vt imponantur ab habente pote-
ſtatem: aliàs imponentes ſunt excõmunicandi. de cenſib.
innouamus. imò ſunt excõmunicati per proceſſum curię,
& ſecundùm iura ciuilia exilio perpetuo cõdemnandi. C.
no. vectig. inſtit. non poſ. l. vlt. ¶ Secundò, vt imponantur
propter iuſtam cauſam finalẽ. alioquin ſecũdùm Ray. eſt
rapina. Et huiuſmodi cauſę ſunt publicę neceſſitates, quas
Bar. in l. C. de vecti. appellat ſtipẽdia, pontes, publicas do-
mos, defenſionẽ ſtratæ, & huiuſmodi. & facit c. ſi quis Ro
miperas. xiiij. q. iij. iuncto c. innouamus. de treu. & pa. & c.
venit. & c. cũ Apoſtolus. de cenſi. & l. vectigalia. ff. de pub.
¶ Tertiò, vt imponãtur circa iuſtam cauſam materialem:
puta circa pſonas nõ eccleſiaſticas. de quo infrà. §. iiij. &
circa aliquas res determinatas: vt infrà §. v. ¶ Quartò, vt
imponãtur ſecundùm debitã cauſam formalem, propor-
tionaliter ad cauſam finalẽ, ſiue quantũ neceſſitas reqrit,
& non ad explendam luporum ingluuiem viuentiũ ex ra
pto: & ſecundùm quod ſubditorũ & negotiorum facul-
9 tas patitur. ¶* Tertiò quæritur, quid requiratur vt iuſtè
exigantur? Et dico, vt ex Rayniriano & Archidiacono &
alijs Doctoribus colligitur, ꝙ requiruntur tria. ¶ Primò,
vt tale onus ſit vel probabiliter credatur eſſe impoſitum
ab alijs, qui potuerunt, ſi eſt antiquũ. ¶ Secundò, vt ſit, vel
credatur impoſitũ eſſe iuſte, eo modo quo dictũ eſt §. prio
ri, ſi eſt antiquum. Dicit tñ Hoſtię. quòd ſi à principe con-
cedatur, etiam cauſa non expreſſa, vel ſi conſuetudo hoc
approbet, cuius nõ erat memoria, ſine ſcrupulo põt reci-
pi. Si verò ſit nouum, nõ ſufficit dicta credulitas, ſed reqri
tur ſcientia. Cuius ratio eſt: quia in c. quanquã. de cẽſi. lib.
vj. dicitur. quòd exactiones pedagiorum tam in iure cano
nico quàm ciuili regulariter ſunt damnatæ, & glo. in ver.
canonico. dicit vt c. ſuper quibuſdã. de verb. ſig. & in ver.
ciuili, dicit vt C. no. vect. inſti. non poſſe. & cõſequẽter il-
le textus intelligitur de nouis vectigalib[9], de qbus loquũ
tur dicta iura: & ideo caute loquitur dum dicit, regulari-
ter, non gñaliter: quia omnis regula patitur exceptionẽ.
Vnde pedagia noua, niſi probent legitime impoſita, præ-
ſumere debemus iniuſta, ex d.c. quanquam. & ſic noua pe-
dagia vel noua antiquorum augmenta null[9] licitè exigit,
aut neceſſariò ſoluit, niſi conſtet ea eſſe iuſta: licet ſubdi-
tus, qui ea cogitur exigere, excuſetur in dubio, vt dicetur.
¶ Tertiò, vt exigens faciat illud propter quod inſtitutum
eſt, ſiue ſit nouũ, ſiue antiquum: licet tunc non faciat fortè
expenſas, quia ſcilicet nõ oportet. Si verò aliquod horum
10 defuerit, iniuſtè exigitur. Pro* quorum omnium notitia
ſciendũ eſt, quòd Archie. ſic diſtinguit: huiuſcemodi one-
ra aut accipiũtur à perſonis eccleſiaſticis: & hoc licet quã
tum ad ea, quæ deferũt cauſa negotiationis: vt not. Archi.
per arg. à contrarijs. de cenſi. quanquam. lib. vj. De quo ta
men vide ſingularia, ſuprà Excõmunicatio. viij. excõmu-
nicatione xxj. & quãtum ad mercimonia aliena, quę defe
runt nomine ſuo, dicentes eſſe ſua. Pro alijs aũt reb[9] ſiue
ſuis ſiue eccleſiarum ſuarum, nõ poteſt hęc ab eis exigere
princeps ſecularis, ſecundùm Hoſt. Recipiẽdo autẽ per ſe
vel per alium, eſt raptor obnoxius reſtitutioni, & excõmu
nicatus. de cenſi. quanquã. li. vj. Et ſi eſt collegiũ, eſt inter-
dictũ, vt ibi: ipſæ verò perſonæ eccleſiaſticæ hæc occultan
do per ſe vel alios nõ peccant, modo à mẽdacijs & à ſcãda
lo caueãt. Aut exiguntur à laicis: & tunc ſubdiſtinguendũ
eſt, ſcilicet an pro mercimonijs aut pro alijs reb[9] ad vſum
deputatis. Et quidẽ ſi pro mercimonijs, aut eſt nouũ, & nõ
licet exigere, niſi certũ ſit, inſtitutum eſſe à principe: ad de

vel

vel habente iura Principis, propter imminentẽ neceſſita-
tem: aliàs exactor eſt raptor, & reſtitutioni neceſſariæ ob
noxius, & excommunicatus, ſecũdùm Ray. Si verò ſit no
uum inſtitutum à principe iuſta cauſa: vel antiquum inſti-
tutum ab his qui potuerũt inſtituere, vel creditũ inſtitu-
tum eſſe à talibus, quod rationabiliter credi poteſt, quãdo
non extat memoria in contrarium: tunc ſi eſt, vel creditur
iuſta de cauſa impoſitum, & recipiens facit illud propter
quod eſt impoſitum, ſine conſciẽtiæ ſcrupulo recipitur, ſe
cundùm Ray. etiam ſi tunc non faceret expenſas, paratus
facere ſi oporteret, ad tenendam patriam ſecuram. Probã
tur hæc omnia xxiiij. q. iij. ſi quis Romipetas. & xij. q. ij. c.
vobis autem. extrà, de cenſi. peruenit. de treu. & pa. innoua
mus. ff. de publi. & vectigal. l. vectigalia. ff. locati. l. ex con-
ducto. Si verò nõ ſit inſtitutũ à principe, vel non faciat id,
propter quod inſtitutum eſt, faciẽdo quod in ſe eſt, ſecun
dùm Ray. licitè non recipitur, & tenetur reſtituere ſpolia
tis, vel pauperibus, ſi alios ignorat, ſecundùm Hoſt. tamẽ
non tenetur reſtituere pedagiũ, niſi cõſtaret, ꝙ hac de cau
ſa inſtitutum eſſet: tamen ſi recipiens non defendit ſoluẽ-
tem in rebus & perſona, vt poteſt: tenetur ad ſatisfactionẽ
plenariam. xxiij. q. ij. dominus. & q. v. adminiſtratores. hæc
ex Arch. Adde autem, ꝙ ſi exigit quis à clericis pro rebus
ad vſum eorum deputatis, illicitè exigit: vt j. §. ſequẽ. Ad
de etiã, ꝙ eo caſu, quo non ſit id, propter quod guidagiũ
inſtitutũ eſt, ſecũdùm Ray. licitè negatur: ſecũdũ alios de
bet quis iudicem adire: quod Summa Piſa. dicit tutius, ſed
primum eſt ante ſpoliationem, vel in eius fieri: ſecundum
verò poſt illam: quia non debet quis ſibi reddere ius.
11 ¶ Quartò* quæritur, à quibus prædicta exigenda ſunt? Et
dico duo. ¶ Primũ, ꝙ à Chriſtianis principibus exigi poſ-
ſunt ab omnib[9], exceptis clericis, eccleſijs, & eccleſiaſticis
perſonis: à quibus, qui exigit, eſt excõicatus, vt §. priori. in
prin. de quo j. Immunitas. §. vj. quod intellige niſi deferãt
aliqua negotiationis cauſa. ¶ Secundũ. Principibus Sara-
cenis ſoluere tenentur huiuſmodi onera Chriſtiani trãſ-
eũtes per terras eorũ tẽpore treugę, ſecũdũ Ray. ſecundũ
pactum & ſtatutũ, ſi ab eis defenduntur à latronibus, & hu-
iuſmodi: & ſubtrahẽdo tenẽtur reſtituere: quia & fides ho
ſti ſeruãda eſt. xxij. q. iiij. innocẽs. xxiij. q. j. noli. quod qui-
dem dictũ Verue. quantũ ad pactũ indiſtinctè approbatũ,
quantum verò ad ſtatutum limitat verum de Saracenis, q
terram ſuam non tenent vt violenti poſſeſſores: quãtũ au
tem ad eos, qui vi occupauerũt terram, quæ aliquãdo fuit
Chriſtianorũ, cũ ſint malæ fidei poſſeſſores, nõ ligãtur ad
hæc Chriſtiani, niſi ſpõte cõſenſerint aliquãdo, aut ſe ſub
iecerint huiuſmodi ſtatutis. Tempore autem guerrę, ſecũ
dũ eundem Rayn. aut quocunq; tempore cum mercibus
prohibitis non tenentur ad pedagia. Hoſt. autem videtur
indiſtinctè tenere, quòd ad huiuſmodi nõ teneãtur Chri
ſtiani. & hoc ſequitur Sũ. Ang. & Roſ. quia Chriſtiani non
12 tenẽtur ad eorũ ſtatuta. ¶ Quod* bñ diceretur, ſi iſta one-
ra deberẽtur ſolùm ex ſtatuto: debentur autem lege natu
rali: q a principes non debent ſuis ſtipendijs militare: ſtatu
ta aũt determinãt quãtitatem & modũ ſoluẽdi. Vnde me-
lius dicit Supple. dictum Hoſt. intelligẽdum ſecũdùm di-
ſtinctionem Veruec. Subdit autem Sum. Ang. quòd Chri
ſtiani tenentur ſolùm ad hoc, quòd ſuſtinentur in trãſitu
per eos. quod eſt falſum: quia naturali iure via publica o-
13 mnibus eſt communis. ¶ Vnde* iuſtè Moyſes intulit bellũ
Og regi Baſan, quia tranſitum per viam publicam nega-
14 uit, vt patet Numeri xxj. ¶ Quintò* quæritur, de quibus
iſta exigenda ſunt? Et dico, quòd pedagium ſecũdùm Pet.
de Anch. in c. quanquam. de cenſi. lib. vj. ſoluitur quãdoq;
ſolùm pro tranſitu perſonæ, vt Ferrariæ: quandoq; pro re
bus, quas quis defert, non vſus ſui cauſa. Sed intellige, ꝙ
primo caſu eſt propriè pedagium quod ſoluitur non pro
tranſitu, ſed in certis locis vbi fiunt expẽſæ pro tranſitu: in
caſu verò ſecundo eſt propriè guidagium, vel gabella.
Sed cõfuſe vtendo vocabulis dico, quòd huiuſmodi one-
ra ſolui debẽt ſolũ pro perſona in loco iuſte conſtituto à
principe, vel ſolùm pro rebus quæ negotiationis, vel mer
cimonij cã deferũtur. C. de vectig. l. omnium. Vnde exigi
non poſſunt pro delatis ad vſum ſui, vel familiæ. nec con-
ſuetudo in contrarium valet: quia eſt irrationabilis, ſecun
dùm Hoſt. & Ber. in d.c. ſuper quibuſdam. Quod verũ pu
to, vbi princeps habere poteſt ex mercibus ſtipendia ho-
neſta: aliàs nõ video quin poſſit cõſuetudo eſſe rationabi-
lis: quod etiã Arch. ſentit, vt patebit ſtatim. imò vult l. vni
uerſi. C. e. tit. quòd decapitentur, qui de rebus ad propriũ
vſum, vel gratia ruris colẽdi, vel ad ſe defendendũ emptis
aut delatis pedagium exigũt: vnde in his fraudãtes nõ pec
15 cãt. ¶ Sed* aduerte, ꝙ aliquãdo collecta, vel tallia dicitur
gabella, vel datium: & tunc de prædictis exigi poteſt da-
tiũ à ſubditis, ſed nõ à forenſibus, & de hoc Archi. ſic dicit
ſummarie. ij. parte. ti. primo. c. xiij. ſi pedagium, & gabella
ſumãtur pro eodẽ. Cõtrariũ ſeruatur de facto in ciuitati-
bus Tuſciæ, id eſt, Florentiæ, & in alijs multis: quia de o-
16 mnibus prędictis exigitur gabella. ¶ Ciuitas* autem ha-
bens poteſtatẽ leges condendi, & imponendi collectas, &
pedagia, qđ præſumẽdũ eſt, ſi hoc faciat ex antiquo more,
cuius memoria nõ extat in cõtrariũ: videtur poſſe impo-
nere ſolutionẽ dictarum gabellarũ pro ſui adiutorio & de
fenſione: quia per ſtatutum ciuitatis imponũtur per mo-
dum tallię, vel collectę pro expenſis fiendis in communi-
tate. Licet enim populus aliquis generalẽ legẽ facere non
poſſit, cùm hoc ſit Imperatoris: vt no. Inn. & Arch. diſt. ij.
c. lex. poteſt tamen facere ſpecialem: & in hoc conſentit
princeps. ff. de iuſti. & iur. l. omnes populi. & ſic ſpecialem
collectã poteſt imponere pro neceſſitatibus ſuis, etſi non
generalem: vt exactionem pedagiorum ſine licentia prin
cipis. Imò per legẽ municipalẽ, quæ dicitur ſtatutum, vel
apud quoſdam reformatio, derogatur legi cõmuni: vt pa
tet in materia dotiũ & ſucceſſionum & aliorum. ad qđ fa
cit regula, generi. de reg. iur. lib. vj. etiam ſi gabella ſit idẽ
pedagio, vel collectæ, nõ obſtante prohibitione legis cõ-
munis exigendi pedagia de victualibus, & huiuſmodi, cũ
lex municipalis, vel conſuetudo præſcripta habeat contra
rium: quia conſuetudo rationabilis, & præſcripta legem
tollit. de cõſue. c. vlt. hæc autem nõ eſt irrationabilis: quia
omnes ciues ſe, & ſua pro defenſione patriæ debẽt expo-
17 nere. ¶ Vnde* huiuſmodi gabellas tenẽtur homines ſolue
re: aliàs eſt furtũ: & tenẽtur reſtituere cõmunitati, vel emẽ
tibus eas: niſi imponerentur à dominis non legitimis, vel
niſi fraudãtes alijs ĩpoſitionibus & alijs modis eſſent inde
bitè grauati nimis vltra proportionẽ, aut iniuſtè dãnifica
ti à dominis: vel niſi eſſent gabellæ graues ſine neceſſita-
te, & vtilitate cõmunitatis poſitę, ſed ad nutriendã põpam
aut auaritiam aliquorum principũ aut ciuium. hæc ex illo
valde bene: ita tamen, ꝙ iſta non exigantur à forẽſibus. ta-
18 men* quia contra conceſſionẽ Cęſaream, ſcilicet ꝙ de vi
ctualibus huiuſmodi onera nõ ſoluãtur: nõ poteſt ciuitas
per ſtatutũ abrogare legẽ cõmunẽ in preiudiciũ tertij, et-
ſi in præiudiciũ ſuũ quo ad particulares ciues: tamẽ quia
forẽſes nõ tenerẽtur cõferre ad defenſionẽ ciuitatis, ſed
ſolũ ad expẽſas viarũ, & ſecuritatis cõſeruandę: ad quod

vbi

vbi gabella mercium nō ſufficeret, valeret cōſuetudo, ꝙ
de victualibus etiā à foreſtibus ſolueretur: quia ſic intēdit
legiſlator. Incolæ autē, vt dictū eſt, bene tenentur de fru-
ctibus terrarū, quæ ſupponūtur ad ſuſtinendum onera lo
ci: vt ratio & interpres legū conſuetudo teſtatur. ſi qua au
tē emerēt, pari paſſu ambularēt cū foreſtib⁹: niſi res emptę
obnoxiæ eſſent gabellæ nōdum ſolutæ: quia tranſirent cū
19 onere ſuo. ¶ Sextò* quęritur, vtrū qui faciunt exigi peda
gia, teneantur itinera cōſeruare ſecura? Et dicit Bal. in li.
de conſue. feu. ti. de his q feu. da poſſunt. in §. abbatiſſa. &
in ti. de pa. iura. fir. §. cōuenticulis. quòd ſic. Vnde addit, ꝙ
ſi ſunt aliquæ robariæ in eorū curia, territorio, vel diſtri-
ctu ab eis poſſeſſo, vbi exigunt pedagia à trāſeuntibus, te
nentur aut robariam reſtituere, aut malefactorem exhibe
re. l. ne quid. ff. de incen. rui. nau. Et ꝙ teneātur ad reſtitu
tionem in integrū de ſpoliatione, intelligo verū quādo
ex defectu eorū venit, nō faciēdo quod facere tenētur. ar.
xxiij. q. ij. dominus. & q. v. adminiſtratores. & C. de app. l. ſi
appellationē. & cōſentit Hoſt. & Arch. in d. c. ſi quis Romi
petas. non tamen tenentur exactum in pedagio reſtitue-
20 re, ſecūdū Hoſt. niſi vt dictū eſt. ¶ Septimò * quærit, vtrū
exactores datiorū, vt qui ea emunt, teneātur ad reſtitutio
nem, dum exigūt in caſu illicito? Et dico, ꝙ ſic, ſi clarè con
ſtet ea eſſe illicita: quia ad hoc præſtāt cauſam efficacē, &
operantur efficaciter ad iniuſtam ſpoliationē. Si verò du
bitat an licita ſint, vł illicita: diſtinguēdū eſt ſicut & de mi
lite eunte ad bellū: qa ſi ad iſta exigēda à ſuperioribus cō
pelluntur, propter bonū obediētię excuſantur in iſto du
bio: xxiij. q. j. quid culpatur. quod Hoſt. verum putat quā-
do quis quantum potuit inquiſiuit, & peritiores cōſuluit,
& tamen ſemper dubius in ſe remanſit: alioquin tanquam
ignorātiæ affectator nō excuſatur. Si verò nō cōpellitur,
ſed ſpōte ſe ingerit emēdo, vel aliter, non excuſatur, ſicut
nec ſtipēdiarij, ſecūdùm Rodo. ſeu cognati, vel amici ali-
cuius domini iniuſtè bellātis, cū nō ſint ſubditi, nec excu-
ſentur propter obediētiæ bonum: qui peccāt ſe diſcrimi-
ni exponētes in alterius præiudiciū. Si aūt expreſſe ſint li
cita, nullus exigens peccat, ſiue ſubditus, ſiue nō ſubditus.
21 ¶ Octauò* quæritur, vtrū fraudātes iuſta pedagia, vel ga-
bellas, & huiuſmodi, peccent, & teneātur ad reſtitutionē?
Et dico hîc quæri de duobus, ſcilicet reſtitutiōe, & pecca
to. Quātū ad reſtitutionem dicunt cōmuniter Ray. Piſa.
Arch. Roſ. & omnes Summiſtæ in ti. Pedagium. & omnes
doctores in d. c. innouamus. & maximè Pan. ꝙ fraudantes
iuſtas gabellas tenentur ad reſtitutionem: & etiam ſecun
dū Hoſt. ſi princeps in inſtitutione earū cauſam nō expreſ
ſit, etiam ſecūdū eum, ſi ille qui recipit, nō facit illud pro
quo præſumitur, ꝙ ſint conceſſæ: dummodo nō cōſtet, ꝙ
propter illud fuerant impoſitæ: ad pœnā autem impoſitā
non tenētur, niſi fuerint iudicialiter cōdēnati, & ſic com-
muniter tranſeūt doctores. Quantum verò ad peccatum
ſciendum eſt, ꝙ ſecundùm Hen. de Gan. quolibet. iij. quę.
xxij. & quoſdā alios, in ſtatuto aliquando ſunt duo præce-
pta: vnum ſcilicet obligans ad culpā, aliud ad pœnā: vt cū
dicitur, ſtatuim⁹ ne quis faciat tale quid: & qui fecerit, ſol
uat talem pœnā. aliquādo verò eſt vnū ſolùm obligās ad
pœnam: puta cùm dicitur, ſtatuimus vt qui fecerit tale qd,
ſoluat talē pœnā. Igitur omnes doctores ac Summiſtæ cō
muniter tenent, ꝙ eo modo quo dicti fraudantes tenētur
ad reſtitutionem etiam peccant. Sum. verò Ang. cōtra Ro
ſel. & Supple. primò innititur dicto fundamēto Hērici tā
quā vero. ſecūdò dicit nō eſſe peccatū fraudare gabellas,
vbi exactores nō laborāt ꝑ cōmuni vtilitate, ſcilicet via
rum, pontium, rerum, perſonarum, pro loco & tēpore iu
xta ſuum poſſe. & intendit etiam ſi nō cōſtet gabellas ad
hæc eſſe ordinatas. Tertiò dicit nō eſſe mortale eas frau-
dare, vbi ꝓdicti laborāt pro loco, & tēpore: quia cōmuni-
ter ſic inſtituuntur, ſcilicet ſtatuimus, ꝙ quilibet ſoluat ta
lem gabellam ſub pœna cadendi in commiſſum, ſi aliter
inuentus fuerit: vnde illud ſtatutum non obligat ad mor-
tale, nō obſtāte, ꝙ dānificētur emptores gabellarum: quia
ita & ſub iſta cōditione emūt vt vigilēt: aliàs ſibi impute
tur. Sed cōtra illud fundamentū eſt: quia potior eſt inten
tio ſtatuētis, quàm verba eius: qui autē mādat ſolui pœnā
facienti aliquid, intendit, quòd illud nō fiat, licet fortè nō
22 vtatur verbo prohibitiuo ne fiat. ¶ Vnde* omne ſtatutum
ſuperioris ligās ad pœnam, ligat ad culpam. j. Inobedien-
tia. in fi. niſi aliter conſtet de intētione ſtatuētis: quod nō
eſt in propoſito: quia nulla lex dicit leges nō ligare in fo-
ro conſcientiæ, ſed potius doctores dicunt oppoſitum, &
iſtemet author, niſi in certis caſibus, de quib⁹ j. Lex. §. ix.
Præterea & ſi verum eſſet fundamentū Henrici, nō iuuat
in propoſito: tum quia illud poteſt ſolùm eſſe verū in his,
quę ſunt de iure poſitiuo mere: ſolutio autem gabellarū
ad ſuſtentationem principum & boni cōmunis eſt de iu-
re naturali: tum etiam quia ſtatuta vt frequētius mandant
ſolutionē gabellarū, & pœnam non ſoluentibus ſtatuūt.
Contra ſecundū: quia poneretur nō liquidū contra liqui-
dum: cùm ſit certū eo caſu, quo iſte ſubripit gabellā: & nō
ſit certū, ꝙ ſit inſtituta propter talē cauſam. Contra tertiū,
quia omnis ſubripiēs aliquod notabile proximo contra
eius volūtatē, quod retinere nō poteſt, mortaliter peccat:
quia agit contra iuſtitiam per furtum, vel rapinam: qui au
tē gabellas fraudant in iſto caſu reſtituere tenētur, ſecun-
dū omnes doctores, & etiam ſecundùm iuſtum. ¶ Nonò
23 *quærit, vtrū fraudātes iniuſta pedagia, vel gabellas, pec-
cent, & reſtituere teneātur? Et dico quātum ad reſtitutio
nem, quòd nō tenētur, ſecundū omnes doctores: quia ſtat
æqualitas iuſtitiæ, quæ tolleretur ſi reſtitueretur: qa datia
rius haberet plus debito, & alius minus. Dico etiā ſecūdū
omnes, ꝙ nō peccāt, niſi ratione mēdacij, aut periurij, vel
ſcādali, & huiuſmodi. vnde ratione ſcādali qlibet tenetur
indiſtincte ad pedagia ſoluēda: vt patet de dicendis j. Scā
dalū. §. iij. & iiij. Et idem quantū ad reſtitutionē & pecca-
tū dicendum eſt, quantū ad fraudantes iuſtas gabellas. vbi
non fit illud, propter quod certū eſt & cōſtat eas inſtitu-
tas fore, vel vbi nimis iniuſtè grauātur alijs īpoſitionib⁹,
vel vbi ipſæ gabellæ ſunt nimis graues: & cū hoc ſine ne-
24 ceſsitate. ¶ Et* ſimiliter idē eſt, vbi qs eſt iniuſtè dānifica
tus à principe: nec poteſt rehabere ſuū: quia poteſt ſibi ſa
tisfacere vſq; ad plenū: nō obſtāte, ꝙ damna inferre vide
tur ementibus gabellas: tum quia eas emūt minori pretio
propter ſimiles fraudes quæ fiūt cōmuniter: tū quia prin-
ceps nō poteſt illis vendere meū: eſt autem meum ius re-
tinendi mihi illud quod aliàs principi deberē, ſi ille mihi
25 nō deberet. ¶ Decimò* quæritur, vtrū magnæ pœnæ, quæ
aliquādo imponūtur fraudātibus gabellas, licitè exigantur?
Et dicit Mon. ꝙ ſic: quia huiuſmodi ſtatuta ſunt facta pro
communi vtilitate. Vnde qui prædantur ea quæ cōtra bā-
nū & cōtra edictum Poteſtatis deferūtur, reſtituere non
tenētur: ita tamē, quòd huiuſmodi edictum Poteſtas fece
rit cum conſilio regētium ciuitatem, & pro vtilitate com
muni. Nam in talibus amittenti non competit repetitio:
& conſequēter accipiēs reddere nō tenetur: quia melior
eſt cōditio poſsidentis: tamen quo ad Deum melius face
rent reddendo, ne ex auaritia feciſſe videantur.

¶ Vndec

26 ¶ Vndecimò* quæritur, vtrū omnia ſint applicanda fiſco
cùm deprehēdūtur ſimul res licitæ, & illicitę delatę: puta
ſi quis habita licētia cōducendi decem equos, cōducat vi
ginti: vel ſi exportabat de ciuitate victualia prohibita cū
alijs nō prohibitis efferri? Et dicit Cyn. in l. cū proponas.
C. de nau. fœn. in addi. ſecundùm Moderniores, ꝙ nō pu
blicantur res licitæ per illicitas. Nec obſtat d. l. cū propo-
nas. quia ibi non venit publicatio mercium licitarum ex
conſequentia illicitarum, ſed ex conſequentia delicti, cu-
ius cauſa omnia publicantur, & capite puniūtur: vt C. quę
res expor. nō poſſ. per totū. Et idem tenet Bart. in l. com-
munitatem. §. dominus. ff. de public. Vbi etiā quęrit quid
iuris, poſito ꝙ ſtatuto caueatur, vt repertus aliquid por-
tare cōtra decretum perdat illud, & animal portans: & re
peritur portare quædā licita, & quædā illicita? Et reſpon-
det recurrendum eſſe ad diſtinctionē d. §. dominus. ſcili-
cet an dominus animalis fuerit ſciens, vel ignorans. Dicit
tamen in quibuſdā ciuitatibus eſſe cōſuetudinem, quòd
cuiuſcunq; ſit animal, perdatur, ſed tamē dominus habe-
27 bit regreſſum cōtra ducentem. ¶ Duodecimò* quęritur,
vtrum res illicitæ delatæ deprehēſæ antequā veniatur ad
locum, quem exire nō licet, ſint in caſu confiſcationis? Et
dicit Cy. in d. l. cū proponas. quòd non: quia redire pote-
28 rat, & pœnitere: vt ff. de falſis. l. qui falſam. ¶* Decimoter
tiò quæritur, vtrū emens, aut conducens vectigal, aut paſ
ſagium, vel huiuſmodi ſub annua penſione, propter bella
aut morbos ſuperueniētes mereatur remiſsionem pēſio-
nis? Et dicit Franciſcus de Areti. conſi. xiiij. ꝙ in ſimplici
cōductore non eſt dubium ꝙ ſic. Sed latius hunc paſſum
attingendo dicit, ꝙ aliquando guerra impediens condu-
ctorē frui de re locata contingit culpa locatoris, vel ſaltē
fit ad iniuriam ſuam: & tunc nō ſolùm tenetur remittere
mercedē, ſed eſt obligatus ad totale intereſſe conducto-
ris. l. ſi merces. §. culpæ. & ibi per Bar. ff. locati. & idē Bar.
in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publi. vbi tenet idem in
venditore fructuū: q caſus eſt longe fortior noſtro. Ali-
quando verò locator vti nō poteſt re locata propter guer
ram, vel inimicitias ſurgētes culpa ſua, vel ad iniurias ei⁹:
& tūc nō releuatur à ſolutione pēſionis: vt probatur in d.
§. culpæ. Aliquando verò nec primo, nec ſecundo modo
eſt, ſed propter guerram factā ad iniuriam, vel offenſam
tertij: & iſte eſt caſus noſter. in quo Cy. addit. in l. ex con-
ducto. §. j. ff. loca. notabiliter diſtinguit: quia aut tēpore
rei cōductæ ſuberat guerra, & timor iuſt⁹ in loco vbi res
ſita eſt: & tenetur conductor ſoluere penſionem: quia im
putet ſibi, qui ſciens qualitatē rei, ac temporis conduxit,
vt ait glo. in l. habitatores. in fi. locati. Aut non ſuberat: &
tūc ſuperueniente guerra, & iuſto timore hoſtilitatis de-
bet fieri remiſsio mercedis, vt dicit text⁹ clarius in d. l. ex
conducto. §. ſi vis. ibi, incurſus hoſtium. & in l. ſi fund⁹. §.
fi. ff. locati. & in l. itē quæritur. §. exercitu. vbi eſt gl. ff. eo.
Et hanc diſtinctionē ſequitur Bal. in l. ſi ea lege. C. de vſu.
Et idem tenet Bart. in diſputatione quæ incipit, publica-
nus quidam. Vbi concludit, ꝙ quando quis emit, vel con-
ducit vectigal pro annua pēſione: qa iſta eſt locatio, quo-
cunque nomine baptizetur, propter guerrā debebit fieri
remiſsio, ſi ex tali guerra impeditur cōductor frui re loca
ta, quod erat in caſu noſtro, ſi cōductor ꝓbauit incurſio
nes hoſtiū, & prædas factas in dictis locis: vel ꝙ loca ſint
ita vicina hoſtibus, vt veriſimile ſit, ea hoſtes inuaſuros.
Hic eſt eñ iuſtus timor, de quo loquitur d. l. habitatores.
Et hoc ꝓcedit ſine dubio in omni ſimplici locatiōe: quo
niam propter ſterilitatem, & nō propter emptionem fru-
ctuum in locatione remiſsio fit mercedis, vt l. ſi vno. ff. lo
cati. Sed in emphyteuſi, in qua nō fit remiſsio propter ſte
rilitatē, ſed propter rei totius, aut maioris partis eius de-
perditionem, eſſet dubitādi ratio maior: & tamen in em-
phyteuſi cōmuniter idem tenent doct. ꝙ emphyteuta eſt
impeditus bello, niſi quando ſoluit aliquid minimum ſo
lùm in recognitionem dominij: vt s. Emphyteuſis. §. j.
29 ¶ Decimoquartò* quæritur, qualiter circa huiuſmodi ſe
debeāt habere cōfeſſores? Et dico, quòd vbi certi ſunt de
iuſtitia, nō oportet dare doctrinam: in dubio verò ante
factum ſemper prohibeant fraudationem gabellarum, ne
fraudantes exponant diſcrimini: poſt factum autem non
debēt cogere ad reſtituendum: tum quia in pari cauſa tur
pitudinis potior eſt cōditio poſsidentis: tum quia expo-
nerent ſe periculo ſubripiendi ab iſto, quod ſuum eſt: tu-
tum eſt tamen ad hoc hortari.

RVRSVS de Gabellis, & Exactionibus quartò,
quò ad tallias, & huiuſmodi.

1 *Gabella multa ſub ſe uerbo differentia, re tamen eadem cōti-
net. Et inde tallia abs quo imponi poſsit.*
2 *Talliæ ab his, de quibus proximè, quanam imponi poſsint.*
3 *Dominus ultra cōuentionis modū, quot caſibus ſubditis talliā
indicere queat. Et quid de cōmunitatibus, quæ huiuſmodi one
ra imponere poſsunt, quatenus ea imponere queant.*
Principes ideo inſtituti à Deo *ſunt, nō ut ſibi proſint ſolùm, ſed
potius ut populos ſubditos moderentur.*
4 *Tallia, quando ad boni cōmunis utilitatē eſſe dicatur, uel quo-
modo dignoſcatur, an ſit ex iuſta cauſa inſtituta.*
5 *Tallia quādo iuſtè exigantur. Et ſubinde quot modis imponi
conſueuerunt.*
6 *Tallias exigentes, aut ſubditi eas nō ſoluētes, quònam modo ad
reſtitutionem teneri dicantur, ſeptem concluſionibus definit.*
7 *Domini, qui nihil præter tallias percipiūt, an eas, & quas exi-
gere poſsint. Et quid de dominis conſuetudinē allegantibus, qui
à ſubditis de mobilibus quicquid uelint, accipiūt, ac expoliāt,
præſertim cùm eos ad alium dominū tranſire uelle ſuſpicātur.*
8 *Prælati, qui pro eo, quod aliquid legato, aliiſue maioribus im-
pendunt, à ſubdito amplius exigunt, quàm impenderint, quali-
ter & ad quid teneantur.*
9 *Talliarum immunitas, num alicui concedi poſsit.*
10 *Dominus, an tallias, & cæteras huiuſmodi exactiones uēdere
poſsit.*

GABELLA* rurſus quartò, & gñaliter exactio, ſub
ſe cōtinet tallias, collectas, præſtātias, impoſitiones,
& huiuſmodi: quę nomine quidē diuerſa ſunt, re verò ea-
dem. ¶ Primò ergo quæritur, à quo poſsit tallia imponi?
Et dico, vt ex Rich. ij. diſtin. xliiij. q. iij. arti. j. colligitur, ꝙ
princeps ſolus pōt talliā nouiter imponere pro boni com
munis ꝓmotiōe, aut defenſione cōpēſata ſubditorū qua-
litate, & quātitate, quādo eius facultates ad hoc nō ſuffi-
ciunt. ff. de publi. & vecti. l. vectigalia. ſimiliter rex ſupe-
riorem nō recognoſcēs, & alij, qui iura Imperij prę ſcri-
pſerunt: quia ſolus Princeps, aut qui præſcripſit iura Im-
perij, poteſt ſuper tallijs, & exactionibus leges cōdere, vel
cōcedere priuilegia. C. de vacati. l. vnica. & ff. de iur. im-
mu. l. ſemp. §. fi. alij aūt, licet hoc ſibi vſurpēt, errāt: vt pa-
tet ꝑ id, qđ legitur & notatur in c. ꝑ venerabilē. qui filij
ſint legiti. & c. ſanè. de priuile. & not. Bart. in l. infamem.
in fi. ff. de public. iud. & in l. hoſtes. ff. de capti. & in l. ſi pu
blicanus. §. in omnib⁹ vectigalibus. ff. de publi. Alij ergo
hoc nō poſſunt: niſi per legē, vel ſenatuſcōſultū, vel cōſti
tutionē principis eis cōcedatur. d. l. vnica. vel per conceſ-
ſionem à principe ex cauſa, & ſpecialiter impetratam. C.

de ſuperindi.l.vnica.lib.x.& no.Archi.in c.ſi quis Romi-
petas.xxiiij. q.iij. vel per cōſuetudinē diutinam nō vio-
lenter,ſed ſponte ab omnibus cōiter approbatā.C.de ca-
no.largi.titu.l.præcepit.& C. de aur.cor.l. vna.in fi.lib.x.
quæ nihilominus cōſuetudo ſit talis,de cuius initio me-
moria non extet:vt in c.ſuper quibuſdam. de verb.ſigni.
Adde tu,vel per conceſsionē Lateranenſis cōcilij habeāt,
ꝙ poſsint inſtituere pedagia: vt in d.c.ſuper quibuſdam.
quia hoc fortius eſt,cū omnes liget,quàm concedere tal-
liam,quę ligat ſolùm incolas regionis:vt dictū eſt in titu.
2 priore.§.v. ¶ Secūdò* quæritur, quæ talliæ à prædictis
poſsint imponi? Et dicit Ray. ꝙ illam talliam poteſt do-
minus imponere,vel exigere,de qua ſecū,aut cū ſuis an-
teceſſoribus cōuenerūt ſubditi bona fide, & ſpōte: ſicut
fieri ſolet cauſa manſi,aut villæ,quādo nouiter concedū-
tur,ꝙ aliquid datur, vel promittitur annuus cēſus,& hu-
iuſmodi : quia in rei ſuæ traditione quiſq;, quā vult legē
poteſt imponere.de cōdi.app.verum.xviij.q.ij. Eleuthe-
rius.nec ſcienti & volenti infertur dolus.C.de trāſact.cū
donatiōes,& pacta cuſtodiri debēt.de pact.Antigon⁹. Si
tamen in inſtrumēto poſitū eſt indiſtinctè,ꝙ ſoluet quę-
ſtam,vel talliā:intelligitur, ꝙ dominus debet eam mode
rari inſpectis cōditionibus.de cēſibus.cū apoſtolus.in fi.
x.q.iij.c.vlti. Imò ſecundùm Veruec. ſi dicatur,ꝙ talliam
dominus ſecundū libitū ſuum poſsit imponere: nihilo-
3 minus ad arbitrium boni moderanda eſt.* Adde autē ex
S.Tho.ad duciſ.Braban.ꝙ poteſt dominus talliam impo
nere,etiā vltra cōuentionē in duobus caſibus.Primò,ſci-
licet quando regulariter reditus eius nō ſufficiūt ad regi
men boni cōmunis,& decentem ſtatū.Secundò,quando
etiam nō ſufficiunt ex noua cauſa emergente.Dicit enim
ꝙ principes ſunt à Deo inſtituti,non vt quærant propria
lucra,ſed cōmunem vtilitatē populorū:vnde ſunt eis re-
ditus inſtituti,vt his viuentes ceſſent à ſpoliatione.Con-
tingit autē eos non habere ſufficientes reditus ad cuſto-
diendam terrā,& expedienda illa,quę illis rationabiliter
imminent:quo caſu iuſtū eſt ſubditos exhibere,vnde poſ
ſit cōmunis vtilitas procurari:vnde alicubi ex antiqua cō
ſuetudine domini talliam ſubditis imponunt:quæ ſi non
ſit immoderata,exigi poteſt abſq; peccato:quia nemo mi
litat ſuis ſtipendijs,ſecūdùm Apoſtolum.Vnde ipſi mili-
tantes cōmunitati,de cōmunibus bonis viuere debēt,vel
ꝑ reditus deputatos:vel ſi huiuſmodi defuerint,aut ſi fue
rint inſufficientes,qui ſunt deputati per ea,quę à ſingulis
colligūtur.Et ſimilis ratio videtur eſſe,ſi quis caſus noui
ter emergat, in quo oporteat multa expēdere ꝓ vtilitate
cōmuni,vel honeſto ſtatu principis cōſeruando,ad quod
proprij reditus nō ſufficiunt,vel exactiones conſuetæ:pu
ta,ſi hoſtes terrā inuadant,vel ſimilis caſus emergat:quia
tunc præter cōſuetā exactionē poſſent principes aliquid
exigere pro vtilitate cōmuni.hęc ex illo,de quibus ſuprà
diffuſe, Dominium. §.v. Adde etiā, ꝙ cōmunitates,quæ
huiuſmodi onera poſſunt imponere, licitè imponūt tal-
liam talem,qualem exigit cōmunis vtilitas,& ſubditi poſ
ſunt exhibere:vt colligitur ex Rayne.& Archi.nō autem
vltrà, quàm requirat cōe bonū, vel ſubditi reddere poſ-
4 ſunt. ¶ Tertiò* quæritur, quādo tallia dicatur eſſe ad vti
litatē boni cōmunis, vel cognoſcatur, ꝙ ſit ex iuſta cauſa
inſtituta? Et quantū ad primū dico, ꝙ dupliciter, ſecun-
dùm Richard.vbi ſuprà eſt ad bonū commune:primò di-
rectè,quādo imponitur pro defenſiōe fidei,aut regni,vel
pro refectione pontium,viarū, & huiuſmodi: ſecūdò ve-
rò indirectè:puta,quando frater domini,aut filius eſt ca-
ptiuus, aut aliqua terra capta: quia ſic in ſubditorū bonū
tallia redūdat, cū rex potentior reddatur, vel quum ma-
ritat filiā,vel huiuſmodi:& de his ſuprà,Dominium. §.v.
Addit tamen idē primò vbi ſuprà,ꝙ expedito negotio ſi
facultates regis ſuperabundāt,& aliqua cōmunitas nimis
grauatur,debet ei ſubuenire,ſicut caput mēbris. Addit ſe-
cūdò in iij.quolibet.q.xxviij. ꝙ licet nō debeat ſubditos
dominus talliare,quādo ſufficiūt proprię facultates,non
tamen dicendæ ſunt ſufficere, quādo nō poteſt ſe defen-
dere,aut procurare cōmune bonū,niſi ſe ita depauperet,
ꝙ nihil ſibi remaneat in theſauro,quo ſe iuuare poſſet,ſi
iterū intra breue tēpus ab aduerſarijs inuaderetur,maxi-
mè ſi multos habet inſidiatores : quia tali neceſſarius eſt
theſaurus,eo ꝙ aduerſarij hoc ſciētes magis illū timēt,&
magis pacificè viuit : licet melius eſſet hominum amorē
quàm argentū, vel aurū theſaurizare. Quantum verò ad
ſecundū,ſecundū Veruec. tallia ſciri poteſt ex iuſta cauſa
impoſita per inſtrumenta confecta: vel ſi ita ſeruatū eſt à
tēpore,de quo nō extat memoria: quia tunc præſumitur
iuſta cauſa.arg.xij.diſt.illa.niſi ſit violenta pręſumptio in
contrariū, ſicut de præſcriptione infrà ſuo loco dicet.§.
5 iiij. ¶ Quartò* quæritur,quādo iuſtè exigantur? Et dico,
ꝙ Archi.de tallijs loquēs ſic diſtinguit: Grauamina, quæ
diuerſis nominibus nuncupātur,aut imponuntur perſo-
nis eccleſiaſticis, vt clericis,religioſis,& huiuſmodi: & ſic
ſunt rapinæ, niſi interueniat autoritas ſedis apoſtolicę:&
ſunt excōmunicati exigētes,vel recipientes,& imponen
tes,niſi admoniti ceſſauerint.de immu.eccle.c.aduerſus.
& de cen.c.quanquā.lib.vj.Et hoc intellige etiam ratiōe
domorū,poſſeſsionū,vel prædiorū. de immu.eccle. quia
nōnulli.lib.vj.niſi prædia fuiſſent prius dictis exactioni-
bus ſubiecta:quia tūc ad eccleſiā tranſeunt cū onere ſuo,
ſcilicet ſi illud erat ꝑpetuū,immobile,& certū,de quo in-
frà Immunitas.j. §. pen.parti.iij. Aut imponūtur laicis:&
tunc imponūntur à non habētibus legitimum dominiū,
& ſunt rapinæ.Aut ab habētib⁹ dominiū legitimū:& tūc
aut ꝓ iniuſtis cauſis:puta, pro faciēdis,vel nutriēdis bel-
lis iniuſtis manifeſtè: vel ad ludum, aut pompā vltra de-
centiam ſtatus,aut prodigè conuiuandū,& huiuſmodi:&
tūc huiuſmodi collectę ſunt rapinę. Aut pro cauſis iuſtis:
& tūc iterū pro maiori declaratiōe diſtinguēdū eſt. nam
aut populus,à quo exigitur,regit̃ per vnū, & ſic licitè tal
liā imponit eo modo, quo dictū eſt eū poſſe īponere. §.
ij.ſcilicet ex pacto,ex cōſuetudine, ex inſufficiētia reditu
um regulariter,vel ex noua cauſa.Aut regitur ꝑ plures:&
tūc tribus modis tallia cōſueuit imponi, vt dictū eſt s̃.Ga
bella j. §.ij.Primò ſic,vt deputati taxēt ſecūdū qđ vnūquē
q; ſciūt habere in bonis. Secundò, vt taxēt ſecūdū quod
vnūquenq; habere credūt. Tertiò per ſchedulas,vt ibi pa
tet.Quomodo aūt ſit ibi iniuſtitia,dicet̃ §. ſeq.vbi de re-
6 ſtitutione agetur. ¶ Quintò* quæritur circa tallias,quo-
modo teneatur quis ad reſtitutionē,tam ex parte agētiū
quàm patiētiū?Et ex doctrina Arch.dico multa. ¶ Primū.
Quoties tallię exigūtur illicitæ ꝑ coactionē ad reſtitutio
nē,tenētur exigētes ad hoc,ſiue exigātur directè,ſiue in-
directè:puta, nō miniſtrādo iuſtitiā, vel nō defendendo
ſubditos,vel inſinuādo ſe aliqđ velle: exacti aūt nō ſoluē
do,ſiue occultādo bona nō peccāt,nec reſtituere tenent̃:
modò caueāt à piurijs,mēdacijs, & ſcādalo, ſi inde ex nō
ſoluēdo contingerent.ar.xj.q.iij.inter cætera. Eo tñ caſu
quo illicitè qs exigit ratione finis:puta,ad luxuriā,vel pō
pā,nō tenet̃ reſtituere,ſi ea tñ exigeret, quæ aliàs debita
ſunt ſtatuto,vł antiqua ratiōabili cōſuetudine:licet male
expen-

dātur.Similiter ſi ſubditi ſponte hæc ſoluerēt: quia
ſcienti & conſentiēti nō fit iniuria neq; dolus.de reg.iur.
lib.vj.Eo etiā caſu quo quis illicitè exigit ratione iniuſti
dominij,tenetur ad reſtitutionē deductis expēſis factis in
vtilitatē eorum à quibus exegerunt. ¶ Secundū. Quoties
talliæ licitè exigūtur,toties ſubditi illicitè eas defraudant
occultādo bona ſua vł aliter,& reſtituere tenētur his, qui
dāna paſsi ſunt,ſiue ſint cōmunitas,ſiue ciues:aut pauperi
bus,ſi iſti ignorātur. Aliqua tamē circa hoc ſpecialiter di-
centur in ſequentib. ¶ Tertiū. Quādo talliæ exigūtur per
plures primo modo.ſ.vbi deputati exigunt quantū ſciunt
ſubditos habere proportionabiliter: qui ex certa ſcientia
propter odium vel aliud imponit alicui vltra ratā eorum
quæ inuentus eſt habere raptor:& tenetur de illo pluri,ſi
effectus eſt ſequutus:non autē ſi non ſequitur,licet peccet
mortaliter.ar.xxij.qō.v.qui periurare.Et ſi omnes vel ma-
ior pars in tali iniuſta impoſitione cōueniūt,quilibet gra
uās tenetur inſolidū de damno illato.de iniu.& dam.da.ſi
culpa.Si autē minus debito imponūt ſcienter, vel etiā ex
diſsimulatione vel negligētia notabili,nō quęrunt diligē
ter de quātitate ſubſtātiæ eorū,quibus imponitur,peccāt
mortaliter:ſed cōitati quidē nō tenentur: quia etſi ſemel
nō exigit neceſſaria,iterū talliam imponēt:ſed nec ei,qui
indebitè alleuiatus eſt : quinimo potius ipſe tenetur illis
in eo quòd ſatisfacerēt pro eo:vnde magis tenent̃ his,qui
bus iterū vel pluries imponitur. Verū quia difficile eſt in
uenire quibus & quātū teneātur:videtur dicēdū , ſecūdū
Arch.ꝙ ad arbitriū boni viri pauperib.erogēt,ꝑcipuè his
q ſunt de numero nimis aggrauatorū.Si aūt debitę talliēt
vel imponāt:ciues bona mobilia vel immobilia occultan
tes aut fingētes ea min⁹ valere,aut ſe habere debita,vt eis
minus imponatur,ſunt fures:& tenētur communitati,niſi
probabiliter ſcirēt,quaſi omnes ſimiliter bonorū ſuorum
partē occultare:quo caſu,ſecūdū eundē,vidētur excuſari:
qa ex manifeſtatione nimis grauarētur. ¶ Quartū. Quan-
do verò exiguntur talliæ per plures ſecundo modo.ſ.vbi
deputati exigūt quantū credunt ſubditos habere propor
tionabiliter:tunc ſi ex certa ſcientia alicui plus debito im
ponunt vt aggrauēt illū,vel alium alleuiēt,peccant morta
liter:& omnes hoc faciētes tenētur læſis de damno.ar. de
iniur.& dam.da.cap.ſi culpa.Si verò hoc faciunt ex errore
probabili,videntur ſecūdū Arc.excuſari à peccato & obli
gatiōe ſatisfaciēdi,modò nō moueātur leuibus probatio
nibus & rumoribus ac ſuſpiciōibus hominū præcipuè ma
leuolorū:ſed ꝓbabilibus & vrgētibus rationibus facta de
bita diligētia,aliàs ſcilicet grauādo ex ignorātia craſſa te
nerentur.d.c.ſi culpa.in qua etiā fama & cōuerſatio eius,
cui imponitur,conſideranda ſunt:quæ ſi ſecundū cōmunē
opin.ſunt laudabilia,tutius eſt illi credere,quàm propria
opinione moueri:quia humanū iudicium ſæpe fallitur.de
ſen.excomm.à nobis. ¶ Quintum. Quando verò exigun
tur talliæ per plures tertio modo,vt.ſ.deputati per ſchedu
las imponāt:ſi poſt ſufficientē diligentiā bona fide impo
nunt,quantùm credūt deberi,excuſantur à peccato,ſi plus
imponūt.arg.xxiij.q.v.de ocidendis.ſed ſi intendunt no-
tabiliter alios grauare,& ſe ac ſuos amicos alleuiare:mor
taliter peccant in ſingulis impoſitionibus talibus ſingulo
rū hominū.d.c.ſi culpa.Et ſi omnes in hoc conueniūt con
tradicētes ſibi,quilibet tenetur læſis in ſolidū de cōmuni
damno & intereſſe,niſi poſtea exaggrauarentur : vt patet
per dicta beati Tho.& aliorū in iiij.diſt.xv.de cooperan-
tibus ad rapinā & damnū.Si verò quilibet ſeorſum ſic im
ponit,difficile eſt ſcire quis ex ſic imponētibus teneatur:
cùm bene ſcire nō poſsit quæ ſit maior vel minor ſchedu
la,quæ obijcitur,vel media quæ operatur:obligari tamen
videtur ſecundū Archi.ſiue operetur eorū ſcriptura ſiue
nō,propter affectū intētionis cum opere ſubſecuto.ar.de
big.debitum.tum etiā quia illi aliquo modo cooperātur
& aſſentiunt damno.ij.q.j.notum.tum etiā quia in dubio
via tutior eſt eligēda.de ſpon.iuuenis. Qui verò imponit
vt ſibi videtur,poſt diligentiā in nullo teneri videtur,ſiue
operetur ſua ſcriptura,ſiue nō. Qui autē minus debito im
ponunt,tenentur inde nimis grauatis:niſi fortè ideo face
rent,quia nimis aliàs fuerāt grauati.Et ſi in aggrauatione
aut alleuiatione iniuſta valde incertū eſt quantū inde ſe-
quatur damnū,tenētur ad arbitriū boni viri:vel ſaltem ad
petendam remiſsionē à lęſis,ſi ſpōte haberi poteſt. Occul
tantes verò bona meritò de nimia aggrauatione dubitan
tes,videntur poſſe excuſari,ſecundū eundem,ex quo cum
multa iniuſtitia imponūtur:ſemper tamen vitando mēda
cia.xxij.quæſt.iij.c.j. ¶ Sextum. Quia verò publicatis tal-
lijs multæ reperiuntur enormes,& ſequuntur multæ que
relę:rationabiliter eliguntur exgrauatores.de quib.idem
multa dicit ſecunda parte,titu.j.c.xiij. §.vj. quæ omnia pa
7 tent ex dictis. ¶ Sextò* quæritur, quid de quibuſdā domi
nis,qui nihil percipiunt niſi tallias?Et dico ſecundū Ray.
quòd ſi tallia eſt antiqua,& creditur probabiliter ex iuſta
cauſa impoſita,exigi poteſt:ita tamen ꝙ ipſe dominus im
pleat ſi quid ex illa cauſa implere tenet̃. Si verò eſt noua,
& iuſta cauſa neſcitur,non debet exigere: & ſi receperit,
debet reſtituere.xiiij.quæſt.vj.ſi res.& concordant Vltra-
montani. ¶ Septimò quæritur,quid de dominis,qui alle-
gantes conſuetudinē,accipiunt à ſubditis de mobilib.ſuis
quicquid volūt:& præcipuè expoliant eos,quando ſuſpi-
cantur ꝙ tranſire velint ad alium?Et dicit Monaldus, ꝙ ſi
certū eſt tale onus à principio ſine fraude & malitia fuiſ-
ſe impoſitū,tolerari poſſunt.Si verò non eſt certū,aut nō
veriſimiliter hoc creditur,reſtituere tenentur:in dubio ta
mē ex quo ab eccleſia tolerātur,non eſſet abſolutio dene
gāda ſimpliciter,ſed cum dubitatione præſtāda. Et cōcor
dant Veruec.& Vltramōtani.qui etiā dicit,ꝙ res eorū qui
merè ſunt ſerui,ſunt dominorū:peccat tamen dominus ſi
nimis ſeruū grauet,licet reſtituere nō teneatur. ¶ Octauò
8 *quæritur, quid de prælatis,qui pro eo ꝙ impēdūt aliquid
legato, vel alijs maiorib⁹,à ſubditis plus exigūt, quàm im
pēderūt?Et dico ꝙ tenētur extorta reſtituere,& de ſuo tā
tūdē pauperib.erogare:& ſi ſuperior,cui de hoc querela
ſit,negligēs fuerit,canonicæ ſubiaceat vltioni. de immu-
9 nitate eccleſiarū.c.quia pleriq;. ¶ Nono* quęritur,vtrū ali
cui cōcedi poſsit immunitas talliarū?Et dicit Pan. in capi.
peruenit.de immunitate eccleſiarū.ꝙ ſic à principe,& ex
ꝓprio motu:nō aūt ad preces,niſi ponatur in priuilegio
clauſula,nō obſtante.lege fi.C.ſi cōtra ius vel publicā vti-
litatem.quia cū ſit contra publicam vtilitatem,oportet de
ea fieri mentionē,vt notat Bar.in l.vacuatis.C.de decurio
nibus.& in d.l.finali.& facit c.ex parte.de capellis mona-
chorū. Ab inferioribus aūt alijs concedi poteſt, ſed com-
munitas grauari nō debet:ſed ſumma minuet̃:puta ſi da-
bantur centū:& vnus eximitur qui dabat decem: non præ
ſtabit cōmunitas niſi xc.aliàs in pręiudicium cōmunitatis
cōcedere nō poſſunt.Similiter præfati īferiores & cōmu
nitates cōcedere poſſent nō ſubditis ſuis immunitatē hāc,
licet nō habeant iura Imperij,vt veniant ad habitandū in
eorū terris,ſicut quotidie fit medicis,doctorib. & huiuſ-
modi:ſed nō tam ſubditis,niſi in ꝑiudiciū cōcedētis ſolū.
10 ¶ Decimo* quæritur,vtrum dn̄s vendere poſsit tallias &

 alias

alias exactiones?Et ſcripſit S. Tho. ad duciſſam Braban. ꝙ cum ſuis officialibus nihil cōmitteret niſi temporalis officij poteſtatem, licebat ei huiuſmodi officia vendere: dum tamen venderentur his qui ad ea præſumerentur vtiles: & non tāto pretio quin recuperare poſſent ſine grauamine ſubditorũ. Sed tamen, inquit, talis venditio non videtur expedire: quia habiliores & meliores emere illa nequeũt propter paupertatē, aut nolunt: quia non ambiũt: & cōſequenter vt in pluribus ea emũt, qui ſunt peiores, & ſubditorum oppreſſores. Vnde magis expedit, vt ad illa boni & idonei eligantur: &, ſi neceſſe fuerit, cōpellantur: quia per illorũ bonitatem & induſtriā magis accreſcit dominis & ſubditis, quàm de prædicta vēditione. hæc ex illo. Supple. autē dicit clarũ eſſe, ꝙ prohibita ſit officiorũ vēditio. C. ad l. Iuliam repe. l. ſi. ſed cùm illa l. videatur cōtraria. l. j. ff. de pol. glo. ſoluit, quia pro his nō poteſt dari pecunia ſecretè: publicè verò ſecus. & de hoc s. Dignitas. §. iiij.

RVRSVS DE GABELLIS ET EXACTIONIBUS V. QUO AD ANGARIAS & MUNERA.

1 *Gabella ſub munere quo modo contineatur.*
2 *Munus prout eſt de genere doni, quotuplex eſt.*
3 *Muneribus à manu, ab obſequio, & lingua, num ad fidem aut religionem pertrahere liceat.*
Munera ex pacto dari non debent, ut fides recipiatur, ſed dari poßunt alicui ut uelit baptizari.
4 *Munus prout ad exactionem refertur, quotuplex ſit.*
5 *Cæcus ad munera num teneatur.*
Miſerabiles perſonæ de quibus rebus aut terris cenſum aut tributum ſoluere teneantur.

1 GABELLA* rurſus quintò & generaliter exactio ſub ſe cōtinet angarias & perangarias: de quibus ſatis ſupra, Gabella primò, dictũ eſt. §. vj. Cōtinetur verò ſub munere tertio modo dicto, quod ſcilicet eſt illud quod neceſſariò ſubimus lege vel imperio. ff. de verb. ſig. munus. ſecundũ vero, quòd munus eſt in genere doni per ſe vel reductiuè, ad genus exactionis omnino non pertinet.

2 ¶ Primò* verò quæritur, quotuplex eſt munus de genere doni?Et dico ſecundũ Greg. ſuper illud Iſa. xxxiij. ab omni munere. quod eſt triplex. ſ. à manu: & hoc eſt pecunia, cuius nomine intelligitur omnis res tēporalis, mobilis, & immobilis. j. q. iij. per totũ. Ab obſequio: quod eſt ſeruitus indebitè, i. nō ex debito impēſa. Et à lingua: & iſtud eſt fauor. j. q. j. ſunt nōnulli. de quib. etiā vide j. Simonia. §. xvj.

3 ¶ Secundò* verò quæritur, vtrũ liceat per munera prædicta trahere ad fidem vel religionē?Et de religione quidē infrà, Religio. ij. §. ij. De fide autem dicit Rayn. ꝙ ſic. arg. xxiij. q. iiij. debet homo. & q. vij. c. quod autē. diſt. xlv. qui ſyncera. & per promiſsiones & grauiores exactiones penſionũ in prin. locationis, nō autē poſt. xxiij. q. vj. iam verò. Sed Verue. vt reor, ſimoniā veritus limitat prędicta ꝙ nō ſunt dāda munera propter fidem recipiendā ex pacto: ſed dari poſſunt vel promitti ſi vellent baptizari, niſi timerēt paupertatē inter Chriſtianos. Item propter beneuolentiā captandā, vt ſic facilius cōuertantur. ad quod facit infrà Iudeus. §. vj. Sed ego dico, ꝙ dari poſſunt indiſtinctè etiam ex pacto: ſicut & ſancti aliquando gratia fidei promiſērũt ſanitates: nec eſt de ſimonia periculũ: quia promittens hîc non accipit fidem, ſed infidelis. Vtrum autem iudici liceat accipere à partibus munera, infrà Iudex. viij.

4 ¶ Tertiò* quæro, quot modis accipit vel quomodo diuiditur munus, quod eſt genus exactionis?Et dico ꝙ eſt triplex. ſ. merè perſonale, merè reale ſeu patrimoniale, & miſtum, vt dictum eſt ſuprà, Gabella. j. §. vij. Perſonale autem eſt triplex, ſcilicet ſordidum, quod conſiſtit in vilibus officijs: vt in arena fodiēda, calce coquenda, & huiuſmodi. C. de excu. mune. l. maximarũ. Honeſtũ cum honore, ſcilicet annexo. & talia munera appellātur honores, ī l. cui muneris. ff. de muner. & ho. & iſta ſunt officia vel dignitates publicæ. C. de mune. l. vnica. Et ſimplex ſolũ, quod poteſt dici neutrũ: quia ſcilicet nec honores nec vtilitatē habet annexam: vt eſt tutela, cura, & huiuſmodi. ff. de excu. tuto. Et in eis agnoſcēdis talis regula dari poteſt, ſecundũ Bart. in dicta l. vnica. quia ſicut eſt honor quod reputať honor in loco, vt not. Inno. in c. de multa. de præben. ita illud eſt vile quod reputatur vile, & habet officia vilia. Siue aũt dicta munera ſint realia ſiue perſonalia, dicuntur aliquādo ordinaria, quando ſcilicet habēt certā & ordinariā pręſtationem per aliquam legem vel ſtatutũ ſeu longam cōſuetudinem. ff. de vaca. & excuſa. mune. l. in honoribus. §. qui muneris publici. Aliquādo extraordinaria, quādo ſcilicet non per legem aut ſtatutũ vel longam conſuetudinem imponuntur, ſed ſecundũ dominorum voluntatem: vt notat Bart. & patet in l. vnica. C. de vaca. pub. mun. vnde iſta per accidens imponuntur. Aliquando dicũtur indicta: vt quando princeps imponit aliquod munus per legem vel ſtatutum, quod à principio erat extraordinariũ, ſed nũc efficitur ordinarius. Aliquādo ſuperindicta: vt quādo ſuper ordinariũ aliquid imponit propter neceſsitatē occurrentē. facit l. vnica. C. de ſuperindic. Quando autem hęc munera indicantur vel imponantur, j. Immunitas. §. v. partic. ij.

5 ¶ Quartò* quæritur, vtrum cæcus teneatur ad munera?Et dico, ꝙ ad perſonales collectas cogi nō debet. de cēſ. licet. quod Inno. intelligit de perſonalibus tantùm, non de realibus. Sed Ho. intelligit generaliter de collectis quæ fiunt in terra, vt fodrum, albergarium, & ſimilia: quia putat ꝙ tales perſonæ miſerabiles debeāt eſſe immunes etiā à realibus extraordinarijs. argu. lxxxix. diſtin. indicatum. non autem à realibus ordinarijs. Fatetur tamen, ꝙ ſi tenent terram cenſualē vel tributariam, debent ſoluere tributũ vel cenſum. xvj. queſt. j. ſi quis. Sed ego puto in realibus extraordinarijs ſtandũ eſſe arbitrio iudicis: qa ita poſſent eſſe diuites quòd facile ſoluere poſſent: vnde tenentur ad reales ordinarias ſemper, ad perſonales nunquam, ad extraordinarias reales aliquando. Et idem eſt de laborante perpetuo morbo. vide Pan. de cenſi. licet. De hac materia, & generaliter de exactionibus habes infrà Priuilegium. §. j. & ix. & infrà Immunitas. j. §. iiij. & v.

DE GENERALI.

1 *Generale cur quid dicatur. Et generalem clauſulam omnia continere. Et qualiter id limitetur.*
2 *Generali, an per ſpeciale derogetur. Et in generali mandato multa ineſſe, quæ tamen non intelliguntur, niſi exprimantur.*
3 *Generali locutione loquutis perſonam non comprehendi. Et id qualiter limitetur.*
Perſona loquens quo caſu à generali locutione excipiatur.

1 GENERALE* dicitur aliquid à genere, quia ſit multis cōmune. Vnde generalis clauſula cōtinet omnia. & hoc niſi cōtraria mens appareat teſtatoris. ff. de penu legata. l. qui penum. & ff. de pec. l. qui peculij. ff. de inoff. teſta. l. ſi quando. in glo. qa nō videtur quis generaliter. i. in cōceſsione generali cōcedere, qđ ſpecialiter nō eſt cōceſſurus. C. quæ res dig. oblig. poſ. l. j. in glo. nec etiā maiora expreſsis, niſi ſpecialiter cōmittantur. ff. de procu. l. Pōponius.
2 in prin. & l. mādato. Generali* quoq; p ſpeciale proculdubio derogať. de reſcri. paſtoralis. In generali et mādato multa ſunt, quę nō intelligũtur, niſi exprimantur. de offic.

3 offi. lega. c. j. in gloſſ.* In generali etiā locutione perſona loquens, intelligitur excepta, de iureiur. petitio. in gl. cũ cōcord. ibi poſitis. Vnde ſi promiſi tibi aliquid contra omnem hominem: contra me dare non teneor. quod vtiq; eſt verum regulariter. Fallit autē vbi præceſsit obligatio vel pactum inducens æquitatē quandam, quæ etiam perſonam loquentem includat. & de hoc xxij. q. v. de forma.

Vide etiam ſuprà, Clauſula.

GLADIVS non reddēdus furioſo effecto, etiā ſi quis iuraſſet. xxij. q. ij. ne quis arbitretur. & facit ad probādum, quòd ex iuramēto, aut voto nō tenetur homo, quādo venit ad eum caſum, in quo nullo modo iuraſſet, vel iurare non potuiſſet.

GLORIA vana, infrà, Vana gloria.

DE GRATIA DEI ET HOMINVM.

1 *Gratia ſiue ad Deum referatur, ſiue ad hominē, quot modis dicatur, ac quotuplex ſit.*
2 *Gratia hominis in iure, quot modis aßumatur.*
3 *Gratia per ſummum Pontificem facta, an eius morte etiam re integra expiret. Et quid de cōceßione alicui indulta de aliquo faciendo, ſi ante mortem ipſius indulgentis, & diſpenſantis nō id fecerit.*
4 *Gratia conceßa, ſi reuocetur, an ante de ipſa reuocatione certificationem expiret.*
5 *Prælatus prædicatorũ, ſi ſummi Pōtificis autoritate cũ fratre diſpenſauit, ut illegitimus prælatus fieri poßit, & re integra, & Papa, & is, qui diſpēſauit, deceßerũt, an diſpēſatio duret.*
6 *Poteſtas diſpenſandi generaliter conceßa cũ ſacerdotum filijs, an ſi ſit diſpenſatum cum uno, morte concedentis, quo ad alios huiuſmodi poteſtas expiret.*
7 *Gratia immunitatis alicui ob numerũ liberorum conceßa, an ſi qui de numero perierint, deſinat gratia.*
8 *Bannitus propter delictũ, cuius occaſione bona confiſcata ſunt, an ſi à domino in gratiam recipiatur, eo ipſo ad bona ſit reſtitutus, & culpa remißa.*

1 GRATIA* ſecundùm S. Tho. ij. ij q. xxvj. arti. j. dicitur dupliciter. Primò acceptatio amoris, ſeu ad amorē: ſicut dicitur quis habere gratiā meam, quia eſt mihi dilectus. & ſecundò gratuitũ donum, quod ex amore tribuitur: ſicut dicimus, fac mihi gratiā iſtā, vel illam. Adde tertiò ex j. ij. q. cx. artic. j. quòd dicitur tertiò recompenſatio pro dono, ſecũdùm quod benefactori dicimur agere gratias, vel ei eſſe grati. Igitur gratia hominis tripliciter dicitur, ſcilicet amor, donũ, & recōpenſatio. Gratia verò Dei, qui ſcilicet nulli recōpenſare pōt, cũ à nullo recipiat donum, dicitur dupliciter tantùm: primò ipſe amor æternus, ſeu æterna volũtas, qua homines diligit: & ſecundò ipſum donũ, quod homini largitur, maximè quo ad animam. Et hæc ſecũda gratia eſt duplex, ſcilicet gratis data, ad quā reducitur omnis effect⁹ gratiæ talis, vt prophetia, & ſimilia dona, quæ ſtant cũ peccato mortali: & gratum faciēs, quę eſt qualitas in eſſentia animæ dās eſſe diuinũ: ad quam reducuntur omnes eius effectus. Quid autem ſit hæc gratia, & quomodo à charitate differat: & quæ pertinent ad illā, nō ſunt hic pertractāda, ſed vide Theologos
2 in ij. diſ. xxvij. & xxviij. ¶ Primò* verò quæritur, quot modis gratia hominis, de qua loquimur, accipiatur in iure? Et dico ꝙ tribus, iuxta prædicta. Primò ſcilicet pro amore: ſicut in literis papalibus frequēter mentio fit de his, q gratiā habent ſedis apoſtolicę. Secũdò, pro dono aliquo: puta, cōceſsione beneficij, ſeu alicuius indulgētię, vel autoritatis: ſicut in cle. gratiæ. de reſcrip. & quod habetur in regula, quod ob gratiā. lib. vj. Tertiò, pro recōpenſatiōe: vt quoties de gratitudine, vř ingratitudine mētio fit. Sed intellige quādo quis ad illud beneficiũ faciendũ non eſt obligatus: quia faciēs id, ad quod naturali ratione obligatus eſt, nō facit gratiā: vt no. Bar. in c. j. §. hæc ſacramenta. de pace iur. fir. & facit ille tex. pro eo. & l. Titius. ff. de obſeq. patr. Quartò ſumitur impropriè gratia pro cauſa finali. ſicut dicitur medicina ſumi gratia ſanitatis: & ſic ſumi-
3 tur in c. j. de cōmo. ¶ Secũdò* quæritur, vtrum gratia per ſummũ pontificem facta eius morte expiret etiā re integra?Et diſtinguo: quia ſi nondũ erat facta, ſed fiēda, re integra morte expirat. de præbē. ſi cui. lib. vj. iuncta glo. Secus ſi erat iā facta, & perfectè cōceſſa. & de hoc eſt caſus in c. ſi ſuper. de offi. dele. lib. vj. Vnde licet quidā diſtinguāt dicētes expirare gratiā morte pontificis, ſi habet iuriſdictionem annexā, & ſit ſolo verbo cōceſſa: nō aũt ſi nō habet iuriſdictionē, etiam ſi ſit ſolo verbo conceſſa: tamen Io. And. in prolog. ſuper vj. in nouel. tenet ſimpliciter, ꝙ non expirat, etiā conceſſa ſolo verbo. Et idē tenet Archi. ibidem. & eſt verius per cle. dudũ. de ſepul. Idē dic quando Papa concedit alicui, vt diſpenſet cũ tali, licet nō diſpēſauerit ante mortē concedentis, ſecundùm Feder. conſil. lxxviij. Pariformiter dic de eo, cũ quo diſpenſatũ eſt ſup aliquo faciēdo: quia licet nō fecerit ante mortem diſpenſantis, nihilominus poterit facere poſt mortem diſpēſantis: puta, cōtrahere, vel ordinari. de præbend. ſi cui. lib. vj. Similiter ſecundùm Io. And. & ſequitur domi. Anto. in c. ex tua. de fili. presbyt. perpetuatur autoritas diſpenſandi conceſſa alicui generaliter à Papa per viā gratiæ per vnā diſpenſationē factā in vita concedentis: ſecus autē ſi fuiſſet facta per viā cōmiſsionis: quia niſi fecerit actum communem diſpenſationis: puta, edictũ cōmune, vel ſimile,
4 ſic expirat quo ad alios, cũ quib⁹ nō diſpēſauit.* Plus etiā dico, ꝙ quando gratia conceſſa reuocatur, nō expirat ante certificationē de reuocatione, niſi quando Papa expreſſe vellet ſtatim nō valere, ſecundùm Gemi. in c. j. de conceſ. præben. lib. vj. quo caſu intelligo, ꝙ non valeret in fo-
5 ro cauſarum ſaltem.* Ex his patet primò, ꝙ ſi prælatus in ordine Prędicatorũ autoritate ſummi pōtificis diſpenſauit cũ fratre, vt illegitimus poſſet fieri prælatus: & re integra, id eſt, antequā ille frater eligeretur in prælatũ, mortuus eſt Papa, & is, qui diſpenſauit, durat illa diſpenſatio: nec expirat mortuo Papa, & viuente magiſtro: de quo eſt caſus in d. c. ſi cui. & c. ſi ſuper. nec etiā re integra mortuo magiſtro propter prædicta: & quia diſpēſatio ſemel canonice facta, ex ſuperuenienti facto non retractatur. Caſus
6 eſt de fil. presby. ex tua. hæc Federi. in d. conſi.* Patet ſecũdò ad quæſt. quā in d. c. ex tua. mouet do. Ant. an cōceſſa generaliter poteſtate diſpenſandi cũ filijs ſacerdotum, ſi contingat diſpēſaſſe quo ad vnũ, an quo ad alios expiret poteſtas morte concedentis, aut ſit perpetua: quia Spe. in tit. de leg. §. videndũ. dicit ſe obtinuiſſe, ꝙ non eſt perpetuata. quod, ſecundùm Io. And. procedit per viā cōmiſsionis, nō per viam gratiæ. Et adhuc per viam commiſsionis diſtingui poſſet, an is, cui facta eſt cōmiſsio, fecerit actũ communē omni diſpenſationi: & durat poteſtas. an ſolũ ſpecialem, quo ad diſpenſationem iam factam: & procedit dictum Spec. Et hæc patent ex not. in c. licet. de offic. deleg. Patet tertiò, ꝙ gratia conceſſa autoritate Papę durat mortuo Papa, & concedente, vel à ſuo officio amoto.
7 ¶ Tertiò* quæritur, vtrũ gratia immunitatis alicui data ꝑpter numerũ filiorũ duret, licet aliqui de numero eorũ perierint?Et dicit Ioā. And. in regu. decet. lib. vj. in merc. per multos, & ſolennes doct. in facto cōſultum, ꝙ durat.

8 ¶ Quartò* quæritur, vtrũ bannitus propter delictum, cuius occaſione bona ſunt cõfiſcata, ſi à domino recipiatur ad gratiã, eo ipſo ſit reſtitutus ad bona, & culpa remiſſa? Et tenent quidã, ꝙ ſic, per tex. in l. j. §. fi. ff. de queſt. vbi dicit Bar. ꝙ quandocunq; recipitur ad gratiã principis, videtur reſtitutus. & idem videtur ſenſiſſe in l. fin. ff. de ſen. paſ. Sed Sali. in d. l. fi. damnat dictũ Bart. & dicit cũ Cyn. ibidem, ꝙ nõ reſtituitur. & magis placet, per tex. in tit. de pace Conſtã. in prin. in verbo, ad plenitudinẽ noſtre gratiæ receptus. Vbi dicit Bal. ꝙ quãdo quis recipitur ad plenitudinem gratiæ, remittũtur culpæ, & reſtituũtur fauores: & conſequenter quando ſolùm ſimpliciter ad gratiã recipitur, non reſtituitur: & meritò. Facit etiã, quia reſcripta fiſco dãnoſa in dubio reſtringẽda ſunt ad minus præiudicium. argu. l. ſi quando. C. de oper. publi. & reſtitutio principis nõ trahitur retro contra ius quæſitum alteri, vt tenet Ang. & Imol. in l. Gallus. ff. de libe. & poſth. Et Bar. intelligendus eſt quando faciens gratiam mandat ſententiam, vel bannum cancellari in ſuum præiudiciũ ſolùm: quia adducit §. fi. prædictũ. quod not. & vide s̃. Dãnatus. §. j. Vtrum autẽ gratia cõceſſa per inferiorẽ Papa morte expiret, vide infrà, Indulgentia. §. v. parti. vij.

¶ GRADVS cõſanguinitatis, & affinitatis, quomodo debeant computari, vide infrà, Matrimonium viij.

¶ GVERRA quomodo, & quando licita ſit, vel illicita, vide ſuprà, Bellum, per totum.

¶ GVIDAGIA, ſuprà, Gabella.

DE GVLA.

1 *Gula quid ſit, & an ad eam fames ac ſitis pertineãt. Et in gulæ delictum, quot modis incidamus.*

2 *Gulæ num mortale peccatum ſit.*

3 *Gulæ filiæ quot ſint.*

1 GVLA* vt patet ex S. Tho. ij. ij. q. cxlviij. arti. j. eſt appetitus ſenſitiuꝰ edẽdi & bibẽdi inordinatus. Vnde fames, & ſitis ad gulam nõ pertinent: quia non pertinẽt ad appetitum ſenſitiuum, ſeu animalem, ſed ad naturalem: ſimiliter nec exceſſus cibi ex ignorãtia, ſed ſolùm ex concupiſcentia cibi delectabilis. Eſt aũt iſta inordinatio, ſecũdùm Archi. dum quis appetit cibum, vel potum nõ ad neceſſitatẽ, ſed ad voluptatẽ: &, vt colligitur ibi arti. iiij. ex ſufficientia ſpecierum gulæ quinq; fit modis, in quibꝰ dictæ ſpecies conſiſtunt, quæ hoc verſu continentur:

Properè, lautè, nimis, ardenter, & ſtudioſe.

Cuius ſenſus eſt: Properè, ſcilicet appetẽdo comeſtionẽ ante tẽpꝰ. Lautè, quęrẽdo cibos delicatiores. Nimis, ſcilicet ſumẽdo in quãtitate. Ardẽter, nõ ſeruãdo modũ debitũ in edẽdo. Et ſtudioſe, quęrẽdo cibos nimis accuratè ꝓparatos.

2 ¶ Primò* verò quęrit͛, vtrũ gula ſit peccatũ mortale? Et dico ſecũdũ S. Tho. vbi ſuprà, & ſecũdũ mentem eius in multis locis, ꝙ nõ eſt mortale ex ſuo genere, licet ſit vitiũ capitale, id eſt, ex quo vitia multa naſcũtur. ¶ Eſt tamen mortale primò, ſecundũ S. Tho. quando deordinat à fine vltimo, ita ſcilicet, ꝙ delectationi gulæ inhæret homo tanquã fini, propter quẽ Deum contemnit; paratus ſcilicet agere cõtra præcepta Dei, vt delectationẽ huiuſmodi cõſequatur. quod intelligo ſi actu de hac præceptione cogitetur: vel actu aliquod Dei præceptũ contẽnatur, frangẽdo votũ, vel ieiuniũ eccleſiæ, vel huiuſmodi. ¶ Secundò, quãdo quis ſciẽter comedit, vel bibit in graue corporis nocumentũ, ſecũdùm S. Tho. Pro quo tamẽ aduertẽ, ꝙ ſi hoc fiat ĩaduertẽter, nõ eſt mortale, niſi ſi adeò frequẽter fiat, ꝙ tenetur aduertere: ſicut ſuprà de ebrietate dictũ eſt. Similiter nec ſi nocumentũ ſit modicũ: aut veriſimiliter credatur eſſe modicũ: ſicut in infirmo nõ periculoſe, qui potius vult pati augmentũ febris, quàm ſitim, vel huiuſmodi. Et idẽ eſt de porrigente infirmo ſcienter vel ex ignorãtia improbabili aliquid grauiter nociuum. Et concor. hic San. Tho. Hoſt. Inno. Et ratio, quia hoc eſt contra amorem charitatis ad ſeipſum. ¶ Tertiò, quando ſcienter ex voluptate comeditur vſque ad vomitũ: aut bibitur vſque ad ebrietatem, ſecũdùm Archi. De ebrietate tamen dictum eſt ſuprà, ſuo loco. ¶ Quartò, ratione finis, puta, ad luxuriandum, aut ad procurandam pollutionẽ in ſomnijs, etiã gratia ſanitatis: de quo j. Pollutio. ¶ Quintò, dum quis in alio ſcienter eſt cauſa prædictorũ.

3 ¶ Secũdò* quæritur, quot ſunt filiæ gulæ, id eſt, vitia ex gula generata? Et dico, ꝙ ſunt ſex, ſecundùm Grego. & Sã. Tho. Prima eſt ebrietas. Secunda hebetudo mentis. Tertia inepta lætitia. Quarta multiloquiũ. Quinta ſcurrilitas. Sexta immunditia. de quibus ſuo loco. De ieiunio, & cibis, & hora comedendi, infrà, Ieiunium.

DE HABITV, MAXIME SACRO.

1 *Habitus, etſi uariè accipitur, hoc tamẽ loco pro perſonæ eccleſiaſticæ ornamento ſumitur: & tum qualis eſſe debeat.*

2 *Cardinalibus an liceat uti his, aut ſimilibus ornamentis, quibus & Papa utitur. Et quid de laicis, & de mulieribus.*

3 *Religioſus quando, & qualiter habitu ſuo uti debeat.*

4 *Religioſus, qui & curatus ſit, an in eccleſia ſeculari, ut ſe uulgo conformet ſeculariũ, habitu clericorũ exterius, proprio ſub chlamyde retento uti poßit.*

5 *Clerico ſeu religioſo, num ex rationabili cauſa habitum trãſformare, ſeu occultare liceat.*

6 *Secularis ueſte religioſa maſculorum, aut fœminarũ ludi cauſa utens, an mortaliter peccet.*

1 HABITVS* cũ multipliciter dicatur, vſualiter tamen pro veſte ſumitur, maximè eccleſiaſticarũ perſonarum, de quo in c. præcipimus. xxj. q. iiij. & de vita & honeſt. cle. Deus qui. ſed de habitu ſeculari agetur principaliter j. Ornatus. de ſacro verò in titulo præſenti. ¶ Primò verò quæritur, qualis eſſe debeat habitus eccleſiaſticæ ꝑſonæ? Et dico, ꝙ religioſi quidẽ habitus debet eſſe ſecundùm regulæ ſuæ ſtatuta: ita tñ, ꝙ conueniat religioni, & pœnitentiæ. xxj. q. j. vidua. clerici verò ſecũdùm glo. ſumma. xxj. q. iiij. poſſent vti pannis etiã pretioſis, ſecundùm conſuetudinẽ regionis, vt conforment ſe moribus eorũ, inter quos viuunt: vt ne vileſcat dignitas clericalis. diſtin. lxxx. epiſcopi. de quo vide s̃. Clericus. ij. §. iij. & j. Ornatus. Et adde, ꝙ ſecũdùm Hoſt. in c. antiqua. de priuil. panni rubei, & fræna, atq; calcaria deaurata, & ornamẽta ſimilia, ſunt inſignia Papæ, & ſui legati, cũ proficiſcitur vltra mare.

2 Ex* quo infertur, ꝙ Cardinales iure cõmuni vti nõ poſſunt ſimilibus coloribus, & ornamẽtis: excuſantur tamen ſequentes conſuetudinẽ oppoſitã, ex quo Papa ſcit & tolerat: quia iſta ſunt de iure poſitiuo. Infertur etiam, ꝙ nec laicis licitũ eſt deferre huiuſmodi deaurata, nec pro perſona, nec pro equis ſuis: quia huiuſmodi ſunt principis ornamenta, quibꝰ priuati vti nõ debẽt ſub pœna capitis: vt l. ij. C. de veſti. holoba. lib. xj. Et hãc rationẽ ſequitur text. in l. temperent. C. eod. titu. De mulieribus autem nõ eſt dubiũ, quòd poſſent vti prædictis ſine pœna prædicta: quod quidam verũ putãt ſolùm in matronis, & nobilibꝰ. quidã etiam viri hoc habent ex priuilegio: vt milites, & doctores: & ſimiliter milites gaudẽtes, ex quo dantur ſibi in ſignum: & poteſt de cõſuetudine introduci.

3 ¶* Secundò quæritur, quãdo, & qualiter religioſus vti debeat habi-

tu ſuo? Et dico ꝙ ſemper & patenter. Semper quidem, id eſt, omni tempore, ſeu in lectulo quieſcẽs, ſeu in quocũq; loco conſiſtens. xx. q. j. vidua. alius tamẽ in aliquibus religionibus videtur eſſe habitus diurnus à nocturno: vnde ſufficit portare ſecundũ religionis ſuæ inſtituta. Patenter verò cùm prodit in publicũ: aliàs illũ dimittendo, ſecũdũ Arch. eſt mortale, niſi ex iuſta cauſã: puta propter periculũ captionis vel inſidiarũ, aut cũ eſſet in balneis aut ſtuphis. quod intelligo de dimiſsione ſui habitus doloſe cũ ſumptione alterius ad vſum. ſecus ſi proprius habitus dimitteretur ad horã non doloſe, ſed voluptuoſe nullo alio ſumpto, vł ſumpto alio nõ ad vſum, ſed ad ſolatiũ ex iocoſa familiaritate, & huiuſmodi: vt ſi in honeſta recreatione frater minor induat habitũ prædicatorũ, vel ecõuerſo. vnde ſubiũgit, idẽ ſi religioſus dimitteret vel occultaret habitũ ne deprehẽderetur in ſcelere ꝑpetrãdo, nõ euaderet mortale, nec excõicationẽ, de qua ſuprà, Excõicatio. ix. excõicatione xxiiij. vide etiam § ſequẽti.

4 ¶* Tertiò quæritur, vtrum religioſus ꝓcipue curatus in eccleſia ſeculari ad ſe conformandũ vti poſsit habitu clericorũ ab extra, retẽto ꝓprio ſub chlamyde? Et dicit gl. in cle. quoniã. de vita & ho. cle. ꝙ eſt apoſtata. quod videtur hodie approbatũ per d. cle. & ſequitur Ioã. And. in nouel. ſuper regula, certum eſt. in vj. propter multa. & rurſus in nouel. ſuper cap. quod Dei timorẽ. de ſta. mona. dicit, ꝙ monachus aſſumptus ad curam eccleſiæ ſecularis, nõ abſoluitur ab habitu. ſ. monachali deferendo, quia illud nõ eſt contrariũ eccleſiæ ſeculari: quia nõ habet determinatũ habitũ pro clericis ſuis, licet debeat eſſe talaris. xxiij. di. non liceat. & certi colores veſtiũ, vt virides, rubei, & huiuſmodi, ſint ꝓhibiti de vita & ho. cle. clerici. Et idẽ dicit Archi. diſt. xxiij. ſanctimonialis. Quod ergo dicit gl. xvj. q. vij. in noua. tales poſſe habitum mutare exterius, licet ex toto nõ debeãt: dicit Archi. eſſe verũ, quãdo aliàs ſcandalum eſſet: vt de vi. & ho. cle. Deus qui. Et idẽ Gemi. dicens, ꝙ ob ſcãdalũ vitandũ licet monacho aſſumpto ad curã in aliquo ſe conformare habitui clericorũ ſeculariũ. quod fieri poteſt portãdo chlamydem, ſed clauſam antè cũ feneſtris lateralibus: vt faciũt honeſti ſacerdotes ſeculares, & caputiũ: & ſi non totũ, ſaltem quo ad illã partem, qua caput operitur, appareat ab extra chlamydẽ retro. Si autem huiuſmodi monachi vtãtur habitu ſeculariũ clericorũ: vt non appareãt monachi, de hoc erubeſcentes, vel vt nõ cognoſcantur propter vanitatẽ, ſecundũ Arch. non euadunt mortale & excõicationis cenſuram.

5 ¶* Quartò quæritur, vtrũ liceat clerico & religioſo ex cauſa rationabili habitũ trãsformare ſeu occultare? Et dico ꝙ ſic, ſecũdũ omnes, & ſimiliter dimittere. de his ſuprà, Excõmunicatio. viij. excõicatione xxiiij. nota. iij. & ferè per totum.

6 ¶* Quintò, vtrum ſecularis vtens veſte religioſa maſculorũ aut fœminarum cauſa ludi peccet mortaliter? Et dico ꝙ non ex leuitate & ſine irriſione & turpitudine: quia aliter eſſet nimis durũ, nec aliquo iure probabile: ſi autem hoc fiat cauſa ludibrij, id eſt, vituperij, dicit gl. in c. cùm decorem. de vi. & ho. cle. prohibitum eſſe vti habitu monachali, vel alio religioſo: & quòd faciẽs grauiter punitur, vt in authent. de ſan. epiſ. §. vlt. colla. ix. & ſic videtur mortale peccatum. Imò ſi nõ fiat hac de cauſa, ſed tamẽ in rei veritate fiat cũ ludibrio: vt cùm deferuntur laſciuæ verè vel apparẽter, vt vulgo dicitur in maſcara, videtur omnino mortale: quia eſt magna irriſio Dei in ſanctis ſuis. ſimiliter cũ eo vtuntur mimi & hiſtriones exercẽdo vituperoſa. C. de epiſcop. audien. l. minime. Vtrum autem vir vti poſsit veſte muliebri, vł ecõtra, ſuprà, Fœmina. §. j.

DE HEBETVDINE.

HEBETVDO corporalis oppõnit͛ acutiei: ſpiritualis verò ſubtilitati intellectꝰ, ſiue dono intellectꝰ, quod facit ſubtiliter penetrare. Et eſt hebetudo ſenſus ſeu mentis, debilitas mentis in ſpiritualium cõſideratione. xxij. q. xv. & oritur ex gula habens rationem peccati, inquantum eſt voluntaria: vt patet in eo, qui ita circa corporalia eſt affectus, quòd de ſpiritualibus ſubtiliter faſtidit, aut negligit cogitare.

DE HAEREDITATE PRIMO IN SE.

1 *Hæreditatis finitio. Et an in conſcientiæ foro hæres ad debitæ ultra hæreditatis uires teneatur.*

2 *Conſanguineorum gradus quot ſunt. Et teſtator ſuos ſiue aſcendentes ſiue deſcendentes, quo ordine inſtituere aut exhæredare teneatur.*

3 *Inteſtatum decedere, quot modis contingat.*

4 *Hæreditatis partes, quot ſint. Et hæreditas in laicis ab ĩteſtato, ad quos deuenire debeat. nu. ſeq. ad quod ſex axiomata ſubdit.*

6 *Clerico ab inteſtato decedenti, quis ſuccedere debeat.*

7 *Seruis manumiſſis ab inteſtato decedentibus qui ſuccedant.*

8 *Clerici an laicis eo, quo dictum eſt, ordine ſuccedant.*

9 *Damnatis ad mortem qui ſuccedere debeat.*

10 *Bona monaſterium ingredientis, ac deinde decedentis, ad quem perueniant. Et in hoc ſubdit dicta ſex, cum limitationibus.*

11 *Statuto cauente, ut extantibus maſculis &c. debeãt fœminæ dote contẽtæ eſſe: moritur pater, ac deinde filius ante filiæ dotationem ſuperſtitis, quæ nam ſuccedet, an filia ipſa, an uerò amitæ.*

12 *Dominus, qui de cõſuetudine totum accipit, quod eius erat, qui ſine liberis deceßerit, an teneatur.*

1 HAEREDITAS,* ſecundũ Bar. in rub. de acquirẽ. hæred. eſt ſucceſsio in vniuerſum ius, quod habuit defunctus: vt l. nihil. de verb. ſig. & ſic ſumendo. ſ. pro ſucceſſione in totũ, & nõ in partẽ iuris, eſt de iure ciuili Romanorum tantũ. diſt. j. §. ius Quiritũ. & nullius alterius gentis. quod patet: quia deportati, qui non ſunt capaces eorũ, quæ ſunt iuris ciuilis, non ſunt capaces hæreditatis. C. de hæred. inſtituẽ. l. j. Ex quo infertur, ꝙ in foro conſcientiæ hæres nõ tenetur ad debita vltra vires hęreditatis: quia in foro cõſcientiæ nõ ſumitur hæreditas dicto modo: ſed capitur prout eſt de iure gentium, ſecundũ quod hæres non ſuccedebat in vniuerſum ius defuncti: ſed capiebat bona tanquã bona vacãtia: vnde nõ tenetur niſi quatenus patiũtur facultates defuncti.

2 ¶* Sed pro dicendorũ notitia ſciẽdum eſt ꝙ tres ſunt gradus vel lineæ cõſanguineorũ, ſecũdũ Aſten. lib. iij. tit. xxv. ſcilicet aſcendentiũ ſiue parentũ, deſcendentiũ ſiue liberorũ, & collateraliũ. Teſtator autẽ quãdiu aliquẽ habet de deſcendẽtibus, tenetur illũ vel inſtituere hæredẽ, vel exhæredare: & ſi illũ inſtituat hęredẽ, nõ tenetur de aliquo aſcendentiũ facere mentionẽ: quia deſcendentes in infinitum cæteris præferuntur. Inſtitu. de hære. quæ ab inteſt. in princ. Deficientibus autem deſcendentibus legitimis tenetur ſuos aſcendentes legitimos, ſi quos habet, hęredes inſtituere vel exhęredare. C. ad ſena. Orfi. l. quoties. Collaterales autem nũquam tenetur hęredes inſtituere vel exhæredare: ſed deficiẽtibus deſcendẽtibus & aſcẽdẽtibus legitimis põt quos vult inſtituere, etiã ſibi nõ attinentes, nulla de collateralibus facta mentione.

3 ¶* Sciendum eſt etiã ſecundò, ꝙ ſecundũ Aſtẽ. lib. iij. tit. xxxv. ſex modis quis dicitur decedere inteſtatus. Primò, ſi moriẽs nullũ fecit teſtamentũ, vel quia noluit, vel quia nõ potuit. ſ. de iure vel de facto. Secũdò, quia & ſi fecit, nõ tamen iure: quia. ſ. defuit aliqua ſolẽnitas legitima. Tertiò, quia & ſi fecit, iure tamen poſtea ruptũ eſt: vt j. Teſtamen-

tum iiij. quia & ſi ex omni parte ſit legitimè factũ, nullus
tamen ex eo hæres apparet: quia ſcilicet vel inſtitut⁹ eſſe
noluit etiã viuente teſtatore: aut etiã ante aditam hæredi
tatem deceſsit: vel defuit conditio, ſub qua erat inſtitutus.
Et iſti quatuor modi probantur. Inſti. vbi ſuprà, in princi.
Quintò ſi fili⁹ nominatim & cũ cauſa legitima ſit exhęre
dat⁹: & poſt mortẽ teſtatoris propoſita querela inofficioſi
teſtamẽti, & hærede cauſam ingratitudinis nõ probãte te
ſtamentum per ſententiã eſt reſciſſum. Sextò, ſi teſtamen
tum iure prætorio per contratabulas reſcindatur. Ex his
duobus vltimis modis dicitur quis ex poſtfacto teſtamẽto
4 decedere inteſtatus. C. de col. l. vt liberis. ¶*Primò verò
quæritur, quæ ſint partes hæreditatis ſecũdũ iura? Et dico
ꝙ quia as aſsis ſignat pondus xij. vnciarum, licet aliquãdo
pro obolo ponat, inde eſt, ꝙ trãſſumptiuè ipſa hęreditas
dicitur as, & in xij. partes diuiditur, quę vocatur xij. vncię,
& habent nomina propria: ita ꝙ vocantur ſeſcunx, id eſt,
vncia vna: ſextãs, id eſt, ſexta pars hæreditatis. ſ. vncię duę:
quadrãs, id eſt, quarta pars, ſcilicet tres vncię: triens, id eſt,
tertia pars, ſcilicet quatuor vncię: quincunx, id eſt, quinq;
vnciæ: ſemis, id eſt, dimidiũ, ſiue ſex vnciæ: ſeptunx, id eſt,
ſeptẽ vnciæ: bes, id eſt, octo vnciæ: dodrans, id eſt, nouem
vnciæ: dextans, id eſt, decem vnciæ, deunx, id eſt, vndecim
vnciæ: duodecim verò vnciæ appellatione aſsis cõtinent:
5 vt Inſt. de hær. inſt. §. hæreditas. ¶*Secundò quæritur, ad
quos debeat ex inteſtato hæreditas in laicis deuenire, aut
defuncto nihil, aut inualidè diſponente? Et dico multa.
¶Primum. Iure cõi in laicis primò ad hæreditatẽ veniũt
legitimi deſcendentes, ſi ſunt, omnibus alijs excluſis: & ſi
ſunt primi gradus multi, ęqualiter ſuccedunt. Si vero ſunt
nepotes & vlteriores, ſolùm ſuccedũt nõ in capita, id eſt,
nõ æquis partibus, ſed in ſtirpes, id eſt, in ea parte, quã pa-
ter eorũ, ſi viueret, habuiſſet: nec diſtinguit an ſint maſcu
li vel fœmina, etiã adoptiui, nõ emancipati: quia indiſtin-
cte omnes admittũtur: vt C. de ſuis & leg. hæred. authen. in
ſucceſsione. ¶Secundũ. Si verò deſcendentes nõ ſunt, tũc
veniunt aſcendẽtes: puta pater, auus, abauus, &c. cũ fratri-
bus & ſororibus ex vtroq; parente cõiunctis defuncto vel
eorũ filij. ¶Tertiũ, ꝙ ſi fratres vel ſorores ſeu filios nõ ha
bet, ſuccedũt aſcẽdẽtes, ſalua ſemper prærogatiua gradus,
ſcilicet quia pater pręfertur auo: & ſic eũ excludit: & ſic de
cæteris. Et ſic de aſcẽdentibus venit ſolũ, qui eſt defuncto
proximior cũ fratribus, ſi ſunt in capita, ſed cũ filijs fratrũ
in ſtirpes, excluſis fratrib⁹ ex vno parẽte tãtùm. Et ſi dicti
aſcendẽtes ſunt in æquali gradu, puta ex parte patris in pri
mo vel ſecũdo, & ex parte matris ſimiliter in primo vel ſe
cundo, & huiuſmodi: ſic æqualiter paterni pro dimidia, &
materni pro alia dimidia ſuccedunt: quãuis ſint plures per
ſonæ ex parte vna quàm alia: puta auus & auia ex vna par
te: & ex alia auus ſolus vel ſola auia: vt in authẽ. de hæred.
ab inteſta. ven. §. j. & ij. & in authen. defuncto. poſita C. ad
Ter. & quod ibi not. in gloſſ. Aliter qui eſt in proximiori
gradu defuncto, ſiue paternus, ſiue paternus ſit, admittit.
vt in d. authẽ. defuncto. ¶Quartũ, ꝙ ſi nec aſcẽdẽtes ſint,
veniũt collaterales: primò quidẽ fratres, ac filij fratris præ
mortui, qui ſcilicet erãt coniũcti ex vtroq; parente defun
cto: ſed diuerſimode: quia fratres ſuccedunt in capita, dicti
verò filij in ſtirpes: & iſti fratres & filij præferuntur fratri
bus, qui ſunt ex vno parẽte ſolùm, vt C. de leg. hære. auth.
ceſſante. Et hoc ſcilicet ꝙ filij fratrũ ſuccedũt in ſtirpes: te
net Cy. Iac. de Are. Dy. & Bar. dicit tamẽ Bart. in l. omnes.
C. cõia. de ſucceſsionib. ꝙ quãdo parẽtes veniũt ad ſucceſ
ſionem in bonis quæſitis ex linea materna, præferũtur pa-
rentes ex linea materna, & in bonis paternis, ex linea pa-
terna. C. de bonis mater. l. iij. & ſimiliter quando ſunt duo
filij ex diuerſo matrimonio, pręferũtur in lucro matrimo
nij illi, qui nati ſunt ex illo matrimonio. Sed ſi ex diſpo-
ſitione teſtatoris, vel legis, aut ſtatuti, diceretur ꝙ ſucce-
dunt agnati, prout ſunt in gradu proximiores: eo caſu ve
niunt filij fratrũ præmortuorũ cũ patruis: iuxta authẽ. ceſ-
ſante. C. de legi. hæredib. no. gl. coiter approbata in l. cum
ita. §. in fideicõmiſſo. ff. de leg. ij. Dicit etiã Gu. ꝙ cum fra
tribus præfatis nõ veniũt filij alterius fratris. ff. quod cum
eo, qui in alie. po. l. ſed ſi ex parte. Dicit etiã Azo & Hoſt.
ꝙ filij fratrum ſoli ſine patruis & amitis ſuperſtites admit
tuntur in capita, quãuis ſint filij diuerſorũ fratrũ, ſed non
nepotes, ſcilicet nati ex eis. Secũdò non exiſtentibus præ-
dictis, vel aliquo eorũ, veniũt fratres ex vno tãtùm latere
coniuncti, & eorũ filij qui præferuntur patruis defuncti.
Tertiò, præfatis nõ exiſtẽtibus, pręferũtur qui gradu ſunt
proximiores defuncto. & ſi pares ſunt pariter admittũtur.
C. de legi. hæred. authẽ. poſt fratres. vbi Cy. infert, ꝙ vlte-
riores poſt fratres & filios eorũ ſuccedũt ex ſe: ideoq; nõ
conſideratur perſona eius à quo deſcendũt, ſed tãtùm per
ſonæ ſuccedentes: & ſic veniũt in capita. Secus in præcedẽ
tibus: vt cũ tractatur de ſucceſsione paternorũ auunculo
rum, amitarũ, & materterarũ: vbi cõſideratur perſona eius
à quo deſcendunt, ideoq; veniũt in ſtirpes, vt in authẽ. ceſ
ſante. C. de legi. hære. Et hæc faciunt ad quæſtionẽ iſtam.
Conſuetudo eſt, ꝙ filia non ſuccedit in baronia: quidã au
tem baro habet fratres & nepotẽ ex filia præmortua, & de
cedit inteſtatus: quæritur an nepos admitteretur ad baro
niam? Dic ꝙ nõ: quia nepos iſte venit ex perſona ſuę filiæ:
& ideo repellẽdus. Si aũt nõ eſſent fratres, nec fratrũ filij,
aut vlteriores, bene veniret nepos: quia nõ conſideramus
perſonã eius, à qua deſcẽdit, vt d. authẽ. poſt fratres. & au-
thẽ. ceſſante. Et extẽditur cõputatio prędicta vſq; ad deci
mũ gradũ: vt habetur xxxv. q. v. ad ſedẽ. ita tamẽ vt nume-
rentur iſti decẽ gradus ſecundũ leges quę ponũt duos gra
dus, vbi canones ponunt vnũ, vt ibi patet: imò, ſecũdũ ali
quos, durat in infinitũ quouſq; habetur memoria de agna
tiõe. licet Imperator expreſſerit ſolũ decimũ gradũ: quia
vix vlterius durat dicta memoria. Et in præfata ſucceſsio-
ne tam aſcẽdentiũ quàm deſcẽdẽtiũ & lateraliũ, ceſſat o-
mnis differẽtia tam ſexus quàm emãcipationis: hoc tamẽ
attẽto, vt cùm agitur de ſucceſsione patris, ſolos cõſangui
neos admittas: de rebus verò matris, vterinos. ¶Quintũ.
Filij verò naturales tantùm vel ſpurij, ſecundũ Ang. in au-
thẽ. quomodo na. effi. ſui. §. fi. ſi ſunt ex eodẽ patre, nõ ex
eadẽ matre, non ſuccedũt inuicẽ vnus alteri. Si verò ſunt
ex eadẽ matre, tunc vnus alteri ab inteſtato ſuccedit: quia
inuicẽ cognoſcũtur. l. ij. ff. vnde cognati. Si verò vnus ſpu
rius decederet relicto fratre ſpurio & alio legitimo ex ea
dem matre: tũc venit legitimus, & illegitimus excluditur:
quia quando de ſucceſsiõe tractatur, ille frater pręfertur,
qui pluribus nexibus eſt coniũctus. De ſucceſsione verò
fratrũ adinuicẽ, ſeruandũ eſt quod dictũ eſt, excepto ꝙ fra
ter legitimus nõ ſuccedit fratri ſuo illegitimo ex parte pa
tris, nec ecõtrario: quia nõ eſt ille illi agnat⁹, nec ille ipſi:
& durat in infinitũ, quouſq; memoria poſsit haberi de co
gnatione. Inſt. de gradibus cognationũ. per totũ. ¶Sextũ.
Præfatis aũt omnibus aſcẽdentibus, deſcẽdentibus, & col
lateralibus deficientibus, veniet vir ad ſucceſsionẽ vxoris,
& vxor viri: vt C. vnde vir & vxor. l. vnica. & ſi vxor eſſet ſi
ne dote & pauper, & maritus nec aſcendentes habet nec
deſcendentes, ſed ſolùm agnatos, vel cognatos: tunc ſuc-
cedet

cedet viro ab inteſtato in quarta parte hæreditatis: vt ĩ au
then. de exhibendis & introducẽdis reis. §. quoniã verò.
& idẽ dic de viro paupere circa bona vxoris. aliæ vò tres
partes hęreditatis erũt agnatorũ, vel cognatorũ. Vltimò
ſuccedit fiſcus: vt C. de bon. vacã. l. j. Si verò eſſet pactũ vel
ſtatutũ, vel conſetudo contra omnia, vel in aliquod prædi
ctorũ, illud ſerua, ſi tale quid eſt, quod iuri cõi poſsit dero
6 gare. ¶*Tertiò quęritur, quis ſuccedat clerico ab inteſta-
to moriẽti? Et diſtinguo: qa in bonis ꝓprijs, de quibus po
terat liberè diſponere: vt ſ. Clericus iiij. §. xvij. ſuccedunt
cognati, ſecũdùm quod dictum eſt ſ. quos ſi nõ habet, ſuc
cedet eccleſia cui ſeruiebat tempore mortis: vel altare, ſi
ſolũ ſeruiebat altari, quod habebat bona diſtĩcta ab eccle
ſia ipſi altari deputata: vt no. xij. q. vlti. c. vlti. in aut. de ecc.
tit. §. ſi quis epiſcopus. fallit tamẽ hoc in presbyteris ad ſa
cerdotium ex ſeruitute cum dominorũ cõſenſu promo-
tis: quia de bonis eorũ quatuor fiũt partes, quarũ vna epi
ſcopo, altera eccleſiæ, tertia pauperib⁹, & vltima parẽtib⁹
aſsignatur: qui ſi non ſunt idonei, vt puta hæretici. xxiiij.
q. ij. lanè. vel huiuſmodi, epiſcopus in vſum eccleſiæ diſtri
buet. de ſucceſ. ab inteſta. c. ij. nec eſt hoc abrogatũ, vt ibi
cõmuniter tenẽt Doc. contra gloſ. In bonis verò eccleſiæ,
de quibus diſponere clerici nõ poſſunt, ſuccedit eccleſia,
vt in c. j. de ſucceſ. ab inteſta. & c. j. & c. relatum. el ij. & c. re
quiſiſti. de teſt. Et prædicta intellige vbi bona clerici dece
dentis ſunt manifeſtè diſtincta à bonis eccleſiæ. xij. q. j. ma
nifeſta. quia vbi fuerint confuſa, ſi dubitetur an habuerit
aliquod propriũ, præſumitur pro eccleſia, & totũ ſibi vẽ-
dicat. argu. xij. q. iij. quicunque. Si vero ſit quidem certum
ꝙ clericus aliquid habuerit, ſed neſcitur quid vel quantũ,
ſecundũ Archi. debet fieri inter eccleſiã & cõſanguineos
æqua diſtributio. xij. q. iiij. c. j. & intellige ęqua, proportio
naliter conſideratis omnibus, quæ faciunt ad rẽ: vt innuit
ibi glo. Præſumitur tamen in tali dubio pro eo qui eſt in
poſſeſsione, ſiue ſit eccleſia ſiue cõſanguineus, & alteri ꝓ
batio incumbit. argum. xij. q. iij. c. j. & ij. Sciendum tamen
ꝙ Sum. Roſ. vult clerico in proprijs ſuccedere agnatos, id
eſt, ex virili ſemine deſcendẽtes, & nõ cognatos, id eſt, de
ſcendentes ex fœmineo. & idẽ videtur ſentire Sũ. Angel.
cuius contrariũ tenet Piſa. & Supple. & Arch. dicẽs, ꝙ ſuc
cedunt cognati per quod generaliter intelligit etiã agna
tos à fortiori. & hoc patet xij. q. vltima. c. vlti. in verbo, ſine
cognatione. patet etiam ratione: quia nõ eſt ratio diſiun-
7 ctionis quo ad hoc inter clericũ & laicum. ¶*Quartò q̃ri
tur quid de ſeruis manumiſsis deſcendentibus ab inteſta-
to? Et dico, ꝙ ſuccedent deſcendẽtes, vel aſcendentes, aut
collaterales, ſecundùm qđ dictum eſt, excepto, ꝙ patron⁹
vendicat partem, non tamẽ totum. Inſtitu. de ſucceſ. libe.
§. ſed noſtra cõſtitutione. vbi vide de ſucceſsiõe eorũ. &
ſ. Manumiſsio. §. vj. Dicit tamẽ Bar. in l. defuncto. ſi qd in
frau. patr. ꝙ ſi vnus patronus viuit, præfertur filio alterius
patroni: & filius patroni præferetur nepoti patroni alte-
8 rius. poteſt enim quis eſſe multorũ ſeruus. ¶*Quintò q̃-
ritur, vtrũ clerici laicis ſuccedãt ſecũdùm quod dictũ eſt,
& eo ordine? Et dico, ꝙ ſic indubitanter: quia iura allega
ta non excipiũt eos: imò etiam religioſi, intellige valẽtes
habere proprium in communi, etiam ſi dum laici erãt cõ-
miſerũt vitiũ ingratitudinis, vt xix. q. vlt. c. fin. quod tamẽ
fallit ĩ feudis. de quo ſ. Feudũ. §. viij. Prędicatores quoq;
ſecundùm Arch. hoc habẽt ex priuilegijs, quãuis ſint mẽ-
9 dicantes. ¶*Sextò quęritur, quis ſuccedẽt dãnatis ad mor
tem ex aliquo delicto? Et dico, ꝙ deſcendẽtes vel aſcẽden
tes, ſecundùm quod dictum eſt ſ. ſed nõ collaterales, niſi
vſq; ad tertiũ gradũ. Vxores verò talium ſolùm habebunt
dotem & donationẽ ante nuptias: & ſi dotẽ nõ habuerint,
accipient partẽ legibus diffinitam, id eſt, quantũ ex more
lucrarent, ſiue habeant filios, ſiue non. Et ſi neminẽ prædi
ctorũ habeant, fiſco applicantur. C. de bo. dam. aut. bona.
10 ¶*Septimò quæritur, vtrũ bona ingredientis religionẽ
ab inteſtato proueniant monaſterio? Et dico multa. ¶Pri
mũ. Secũdũ Pan. in c. in pręſentia. de proba. dicta bona nõ
proueniũt monaſterio quo ad fratres minores: proueniũt
aũt quo ad fratres prædicatores & alios mendicantes: nõ
tamen vt immobilia aut iura perpetua ſibi retineãt, ſed vt
vendãt etiã imploratione officij iudicis. Et idem dicendũ
eſt in omnibus alijs relictis, pręterquã per religiõis ĩgreſ-
ſum, etiã in fratribus minoribus, ſcilicet, ꝙ petẽt implora
tionẽ officij iudicis, & vt vẽdãt. Quo aũt ad alios religio-
ſos nõ mendicãtes indubitãter ſuccedit monaſteriũ. ¶Se
cundũ. Secundũ etiã eundẽ ibidem cũ mẽdicantes nullũ
habeant monaſteriũ, licet transferant ad placitũ prælato-
rum, nõ proueniũt dicta bona in prędictis particulari mo
naſterio: ſed erũt in poteſtate illius, qui præeſt, vt ꝓuideat
prout videbitur ſibi. Sed cõtrarium de facto ſeruat in or-
dine prędicatorũ, & proueniunt monaſterio in quo naſci
tur religioni per ſuſceptionẽ habitus: quod etiã quantum
ad quædã particularia iura eſt eius, licet inde amoueatur:
quia etiã non mendicãtes amouẽtur. ¶Tertiũ. Et ſi ingre
diẽs erat vſufructuarius ſolùm, ſecũdùm eũdẽ tranſibit ad
monaſterium vſusfructus: ſed ſolùm durabit in vita ingre
dientis, & non plus. ¶Quartũ. Collata tali ingredienti ea
lege vt nõ alienent, ſecundũ Io. And. erũt monaſterij, per
arg. l. j. ff. de fun. inſtru. & l. pater. §. Iulianus Agrippa. ff. de
le. iij. & in eo quod no. de iure pat. ex literis. Pan. autẽ vbi
ſ. & quidã alij tenent cõtrariũ per arg. l. peto Luci Titi. ff.
de leg. ij. & facit quod not. ĩ l. ſi ita quis. §. eadẽ lege. ff. de
ver. oblig. Sed forte diſtingui poteſt: quia cũ veritas huius
quęſtionis ex intẽtione prohibẽtis alienationẽ depẽdeat,
ſi ideo prohibuit vt iſte haberet, vel quocunq; fine, q non
euacuatur p hoc, ꝙ monaſteriũ ſuccedit, trãſibit cũ eo ad
monaſterium. Si verò prohibuit aliquo fine, qui fruſtrarę
tur, ſi tranſiret ad monaſteriũ, ad illud nõ trãſibit. ¶Quin
tum. Bona ingredientis religionẽ nõ capacem, vt mẽdicã
tium nõ habẽtiũ in proprio vel cõmuni, ſecũdũ cõmunẽ
opinionẽ veniunt ad ſuccedẽtes ab inteſtato, p authẽ. bo-
na. C. de bo. proſcrip. Sed hoc limita primò, niſi fuerint il
li relicta ſub cõditione, ſi deceſſerit ſine liberis reſtituẽdi,
qa erogari debẽt in pias cauſas: vt eſt caſus in aut. de ſanc.
epiſ. §. ſed & hoc præſenti. in fi. & hoc ſequit Ang. ĩ diſpu
tatione, q̃ incipit, nobilis quidã genere. Secũdò, limita o-
mnia prędicta, niſi imploratiõe officij iudicis vellẽt dicta
bona vẽdere, & p̃tiũ in ſuas neceſsitates cõuertere: qa ſuc
cedẽt, vt dictũ eſt. Pro his tamẽ aduerte, ꝙ inſtitut⁹ hæres
cũ cõditiõe, ſi ſine liberis deceſſerit ex ſe legitimè deſcẽ
dẽtibus, &c. ſi monaſteriũ ingrediatur, euaneſcit ſubſtitu
tio, ſecundũ Pan. in d. c. in præſentia. poſt Bart. & Cy. ĩ l. ſi
ita qs. ff. de leg. ij. & cõcor. Arch. & Io. xix. q. vlt. c. ſi qua. &
hoc credo verius, licet multa dicant in cõtrariũ, nõ tñ eua
neſcit, ſi hęredẽ inſtituat monaſteriũ ſine ingreſſu, ſecũdũ
Archi. vbi ſ. & Goſ. ¶Sextum. Quando autẽ accipiat quis
quod ſibi debetur ex hæreditate ingrediẽtis, ſiue teſtamẽ
tum fecerit, ſiue non. Pan. vbi ſ. poſt Barto. dicit, ꝙ qñ iſta
mors ciuilis operat omnẽ effectũ, quẽ & mors naturalis,
ſicut in ordine minorũ, qui nihil ĩ cõmuni vel particulari
poſsunt habere, ſtatim habebit poſt ingreſſum cũ effectu,
id eſt, poſt profeſsionẽ expreſſam. arg. l. Deo nobis. C. de

epiſco.& cle. Sed quando nõ operatur omnem dictũ effe
ctum, puta quia habẽt ſaltem in cõmuni: tũc debet expe-
ctare mortẽ naturalẽ ipſius ingrediẽtis: & interim diſpoſi
tio, ſi fecit, erit in ſuſpẽſo. Et cum hac opinione trãſit Cy.
& do. Ant. Prędicta tamẽ limita, niſi in teſtamẽto aliter de
tẽpore determinaſſet: quia illud ſeruãdũ erit. itẽ niſi quo
ad filios legitimos, q legitimã habebũt ex ęquitate ſtatim
poſt ingreſſum monaſterij: nõ aũt alimẽta ſecundũ prædi
ctos Doc. quod verũ credo quãdo eis legitima ſufficit: ali
ter non, ſaltẽ in cõſciẽtia: ſed vel monaſteriũ dabit eis ſta-
tim quod habere debẽt ex bonis ingreſsi: vł ſtatim alimẽ
ta pſtabit, donec eis talia bona reddiderit. Et facit ad hoc
d.l. Deo nobis. §. nam & maritus. & quod ibi not. gl. & cũ
11 ſcimus. de regula, vbi gl. xvj. q. j. placuit. ij. ¶* Octauò quę
ritur de hoc caſu: Statuto cauet, ꝙ extantibus filijs maſcu-
lis fœminæ nõ ſuccedãt, ſed debeãt dote cõtentari: morit
verò pater relinquẽs filiũ & filiã: qui filius ante dotationẽ
ſororis moritur, relicta vna filia: quæritur an amita ſiue fi-
lia patris ſit hæres, vel debeat dote cõtentari? Et dicit Alb.
in l. publico. C. ad l. Iul. de adul. quoſdam tenere, ꝙ erit hę
res: quia neptis non ſuccedit vt maſculus. Sed verius dicit
Vgoli. de la Fontana, ꝙ ſuccedit neptis, non amita: qa ex
morte patris ius fuit q̃ſitũ filio, & illud trãſmittitur filiæ:
vt C. de cad. tol. §. in nouiſsimo. qa in hoc repræſentat p-
ſonã patris ſui. ar. C. de hær. vel act. vẽ. l. empta. Sed ſi fili⁹
præmortuus fuiſſet ante patrẽ relicta filia, vera eſſet opi-
12 nio prima. ¶* Nonò q̃ritur vtrũ dñs, q de cõſuetudine ac
cipit totũ quod erat eius qui ſine liberis deceſsit, teneat?
Et dicit Hoſt. ꝙ ſi talis conſuetudo pſcripta eſt, excuſatur:
qa poteſt allegare, ꝙ hoc pactũ fuerit ab initio, eo, ꝙ terra
ſua eſſet. De ſucceſsione in feudis, vide s̃. Feudum. §. vj. &
ſimiliter de ſucceſsiõe in emphyteuſi, ſuprà Emphyteuſis.
§. xvij. & xx. Quomodo etiam ſuccedunt filij legitimi, vi-
de s̃. Filius. Quomodo autem hæreditas diuidatur inter
fratres habẽtes peculium caſtrenſe vel quaſi aduentitium,
infrà Peculium. ij. per totum. De ſucceſsione autem filio-
rum naturalium, vide ſuprà, Filius. §. iij.

RVRSVS DE HAEREDITATE II. quantum ad exhæredationem.

1 *Exhæredatio quid ſit.*
2 *Filij & huiuſmodi, an aliquando ab hæreditate ipſo iure exclu dantur. Et id quot caſibus.*
3 *Filij num aliquo caſu à patre exhæredari poſsint. Et exhæreda tionis cauſæ quot ſint.*
4 *Filius ac nepotes, an poſsint parentes, auum & auiam exhære dare. Et id quot caſibus.*
5 *Pater quibus caſibus filium exhæredare, an iiſdem & alimen ta eidem denegare poſsit.*
6 *Vir num uxorem exhæredare poſsit. Et an frater fratrem. Et fratrum differentia quotuplex eſt. Et quid ſi frater perſonam turpem aliquam, & aliquam minimè, inſtituat. nume. ſequen.*
8 *Filia ſine patris conſenſu nubens, num ingratitudinis uitium cõ trahat, adeò ut ob id exhæredari poſsit.*

1 HAEREDITAS* ſecũdò aliquando aufert ab eo, qui
ſuccedebat ab inteſtato: & ea priuari non põt, niſi in
caſu: & tũc interuenit exhęredatio, q̃ eſt alicuius à ſua ſub
ſtãtia vel hæreditate excluſio, & alterius ſeu alieni inſtitu
2 tio. Inſti. de exhære. lib. per totũ. ¶* Primò verò quæritur,
vtrũ aliquo caſu filij vel alij de prædictis exhæredent ſiue
excludant ab hæreditate paterna ipſo iure? Et dico, ꝙ ſecũ
dũ aliquos iure ipſo excludunt in tribus caſibus. ¶ Primò,
cũ pater vel auus eſt hæretic⁹: qa bona hæreticorũ ſunt i-
pſo iure cõfiſcata. de hære. cũ ſecũdũ. li. vj. ¶ Secũdò, ſi cõ
miſit crimẽ læſæ maieſtatis. vj. q. j. ſi qs. C. ad l. Iul. maieſt.
l. quiſquis. Sed nota quòd pœna incapacitatis non extendi
tur ad filios, niſi quãdo crimẽ eſt cõmiſſum in eũ q nõ re-
cognoſcit ſuperiorem: quia ſi recognoſcit, licet crimẽ ſit
læſæ maieſtatis: vt l. j. ff. ad l. Iul. maie. non tñ quo ad inca
pacitatẽ filiorũ, ſecundũ Salice. in d. l. quiſquis. Nota etiã
quòd hoc crimen cõmittitur à ſubdito tãtùm. cle. paſtora
lis. de re iudica. ¶ Tertiò, ſi erat patronus, vel habebat ius
ſeu feudũ in eccleſia, quod deberet trãſire ad filios, & ipſe
ĩterfecit aut mutilauit illi⁹ eccleſię rectorẽ vel clericum:
quia perdit omne ius & omnem dignitatem, quã habebat
in ea: & nihil prouenit ad filios. de pœn. in quibuſdam. &
talia deuoluũtur ad eccleſiam, cui iniuria facta eſt. Imo fi-
lij taliũ vſq; ad quartã generationẽ in clericorũ collegio
nullatenus debẽt admitti: nec ĩ aliqua religione poſſunt
eſſe prælati, niſi fuerit cũ eis diſpẽſatũ: vt in d. c. in quibuſ
dã. epiſcopus tamẽ diſpẽſare poteſt, ſecundũ Io. ex quo cõ
ditor canonis ſibi nõ reſeruauit. argu. c. nuper. de ſen. exc.
Et hũc caſum Direct. extẽdit generaliter ad omnẽ tenẽtẽ
feudũ à domino, ſi illũ occiderit aut mutilauerit. ¶ Quar
tò additur ſecundũ Dir. ſi pater inſecutus ſit vel pcuſſerit
Cardinalẽ. de pœ. felicis. lib. vj. ¶ Quintò additur, ſecũdũ
alios, ſi filius, vel alius, q põt ſuccedere furioſo, debitã cu
rã no ĩpẽderit, ſed ſuccedet ille, q in domo ſua pprijs ſum
ptibus vſq; ad finẽ vitæ pcurauit, euacuata etiã ĩſtitutiõe
illius q neglexerit: ſi mõ talis in ſcriptis admonuerit eos,
vt curã haberẽt: vt in aut. vt cũ de ap. cogno. §. cauſas. Vbi
etiam dicit gl. ꝙ licet nullus extrane⁹ eum procurauerit,
nec teſtamentũ fecerit, tamẽ hęreditas ab agnatis aufere-
tur. ff. de his quibus vt indi. l. licet. vbi inſtitutus iudicat⁹
eſt indignus ſucceſsiõe, q per negligẽtiã ſuã & culpam id
egit, vt mulier, à qua inſtitutus fuerat, moreretur. ¶ Sextò
additur, ſecundũ alios, ſi in captiuitate eos, quibus ſucce-
dere debebat, mori per ſuã negligẽtiã permiſit: vt in d. §.
cauſas. & ſic ſuccedet eccleſia ciuitatis, ex qua orit, vt ibi-
dẽ. Et in quatuor primis caſibus nocet filio malitia pr̃is: in
duobus alijs malitia ppria. de quibus etiã §. ſeq. ¶ Septi-
mò adde, ſi vltimã volũtatẽ executioni mãdare noluerit:
3 vt infrà Teſtamentũ. ij. §. vj. ¶* Secũdò quæritur, vtrũ ca
ſu aliquo filius exhæredari poſsit à patre? Et dico, quòd ex
hæredatio filiorũ hodie fieri non põt, niſi pater habeat iu
ſtam cauſam, quã debet in teſtamẽto deſcribere: vt C. de
inof. teſt. aut. ſed hodie. & hæres pbare tenetur, ſecũdùm
Doct. Quæ verò ſint iuſtę cauſæ, declaratur in aut. vt cum
de appel. cogno. §. cauſas. & no. de iureiu. Quintauallis. ĩ
gl. vbi xiiij. enumerant. Prima eſt, ſi filius manus iniecerit
in patrẽ. Secũda, ſi grauẽ illi fecerit iniuriã & cõtumeliã.
Tertia, ſi patrem accuſauit in criminalibus cauſis, quæ nõ
ſint aduerſus principem vel rẽpublicã, ſub quo ſcilicet in
telligendum eſt etiã crimẽ hæreſis. Quarta, ſi filius cũ ma-
leficijs cõuerſatur. Quinta, ſi maleficus efficiatur. Sexta, ſi
machinetur vel inſidietur in necẽ parẽtũ. Septima, ſi vxo
ri vel cõcubinę eius ſe immiſcuerit. Octaua, ſi ex delatiõe
filij graue damnũ parentes ſuſtinuerint. Nona, ſi pro pſo-
na vel debito eius, in quãtum põt, fideiubere noluerit: qđ
ſolùm de maſculis intelligitur: qa fœminæ impediunt fi-
deiubere. ff. ad Vell. l. j. & ij. Decima, ſi phibuit eos facere
teſtamẽtũ. Vndecima, ſi cõtra voluntatẽ parẽtũ inter are-
narios & mimos perſeuerauerit, cùm pater nõ fuerit illi⁹
profeſsionis. Xij. ſi filia vitã luxurioſam elegerit, cũ parẽ-
tes vellent eam pro poſſe dotare: ſi neglexerint eã marita
re vſque ad annos xxv. quod de fœmina ſolùm intellige.
Xiij. ſi parentibus furioſis debitam curam non impende-
rit: quod locum habet in quolibet ſuccedẽte ab inteſtato,
& hærede inſtituto. Xiiij. ſi de carcere parentes deducere
neglexerit. Et omnes hæ cauſæ locũ habent in patre, ma-
tre, auo, & auia, & in filijs ac nepotibus, tã maſculis, quàm
fœminis, præter nonam, & xij. vt dictum eſt. Sed præter di
ctas ſunt quędã aliæ, Prima, ſi filius ſit hęretic⁹, cùm pater
ſit catholicus: vt in d. §. cauſas. Secũda, ſi nõ exhæredetur
malo animo, ſed vt virtuti accurati⁹ vacet, vel creditorib.
ſatisfaciat. l. multi. ff. de liber. & poſthum. vbi Barto. illam
legem ſummando dicit, ꝙ exhæredatio fit quandoq; pro
pter bonũ: & in l. cum ex filio. de vulg. & pupilla. dicit, ꝙ
d. l. multi. non eſt correcta. Tertia, ſi fili⁹ tẽpore teſtamen
ti dixit patri ſe nolle quicquã de ſuo, & exhæredatur: quia
ſecundũ Bar. in l. ſi quãdo. C. de inoff. teſta. legitima erit
exhęredatio: & valebit teſtamẽtum, ſi illa cauſa exprima-
tur. Nõ obſt. d. §. cauſas. quia loquitur de exhęredatione,
quæ fit eo nolẽte. Et hoc niſi apparuerit, ꝙ licet illa ṽba
dixerit, tamẽ noluit exhæredari: puta ſi ex dolore mortis
patris dixerit, poſtquã tu decedis nolo aliquid: vł alia ra
tione turbatus. arg. de reg. iuris. quicquid calore. Et ita de
facto occurriſſe Bar. teſtatur. Quarta, ſi filius ſit furioſus,
& nepos ex eo ſanus: quia legitimè poterit exhæredari,
modò inſtituatur nepos. l. pen. ff. de curato furioſ. Exhære
dare autẽ filiũ, vt eccleſia fiat hęres, nõ eſt cauſa legitima.
xvij. quæſt. quarta. c. quicunq;. Eſt aũt notandum ſingulare
dictũ Bartoli in l. ſi quis ita. ff. de adi. leg. ꝙ ſi pater exhæ-
redauit filiũ ex iuſta cauſa, ſi poſtea recõciliauit ſe cũ illo,
exhæredatio illa videtur adempta. Notandũ eſt etiã quod
dicit Alexã. de Imol. in l. dotis cauſa. ff. ſol. matrim. qui ex
ibi not. duo infert. Primò, ꝙ filius, qui ingratitudinẽ cõmi
ſit adeò quòd exhæredari poſſet, ſi viuo patre agat pœni
tẽtiã, vel ante conditum teſtamẽtum, non poterit exhære
dari. Secundò, quòd nec illi denegari poterunt alimenta.
4 ¶ Tertiò* quæritur, vtrum filius ac nepotes exhæredare
poſsint parẽtes, auum, & auiam? Et dico, ꝙ ſic. Primò, ſi pa
ter filium de crimine accuſauit, excepto crimine læſæ ma
ieſtatis. Secũdò, ſi pater vitæ filij fuerit inſidiatus. Tertiò,
ſi pater vxori, vel concubinæ filij ſe immiſcuerit. Quartò,
ſi pater prohibuerit filium teſtari de his, de quibus teſtari
poterat. Quintò, ſi pater non redemerit filium captũ à Sa
racenis: quia ſi filius tunc decedat in captiuitate, bona, de
quibus teſtari poterat, debent eſſe eccleſiæ, vel dari pro re
demptione captiuorũ. Si verò redeat, ritè patrẽ exhære-
dare põt. Sextò, ſi pater neglexerit curã filij furioſi. Septi
mò, ſi pater ſit hæreticus, & filius catholicus. Octauò, ſi pa
ter vxori filij dederit venenũ ad mortẽ, vel mentis aliena
tionẽ: vel aliter inſidiatus fuerit vitæ eius. & eodẽ modo
ſi mater marito filiæ. Hęc omnia probãtur in d. §. cauſas.
& §. ſiue igitur eos. Et omnes iſtæ ingratitudinis cauſæ
tam ex parte parentũ, quàm ex parte liberorum, tollũtur
per ingreſſum religionis. xix. quęſt. vltima. cap. nõ liceat.
vnde exhæredatio ſequi non poteſt.
5 ¶ Quartò* quæritur, vtrum in caſibus, in quibus pater ex-
hæredare poteſt, poſsit etiã alimẽta negare? Et dicit Pa-
nor. poſt Ioan. And. in c. Quintauallis. de iureiurando. ꝙ
ſic. & idem tenet Bartol. in l. diuus Adrianus. ff. de parri.
per l. ſi quis à liberis. ff. de liberis agno. & idem Pan. in c.
ex literarũ. de eo qui dux. in matrim. de patre ingrato cõ
tra filium. Quod quidem videtur limitandum, niſi ipſos
pœniteat. pro quo facit gloſ. in l. finali. C. de epiſco. & cle.
& text. in cap. non liceat. xix. q. iij. vbi dicitur, ꝙ per reli-
gionis ingreſſum omnis ingratitudo purgatur. & quod
not. Spec. in titulo, qui filij ſint legitimi. ver. quid ſi filia.
& ſequitur Panorm. vbi ſuprà, dicens, quòd ſi filia fornica
trix vult pœnitere de peccato, pater eam alere tenetur. ar.
capitis, ferrum. 50. diſtinc. & per conſequens dicit Panor.
vbi ſuprà, quòd etiam tenetur eam dotare: quia cauſa do-
tis non minus eſt fauorabilis, quàm alimentorum: vt not.
Cyn. in l. non omni. C. de adminiſtratione tutorũ. & Bart.
in authen. ex complexu. C. de ince. & inuti. nup.
6 ¶ Quintò* quæritur, vtrum vir exhæredare poſsit vxorẽ,
& econtra? Et dico, ꝙ ſic: vt notatur in dicto §. cauſas.
¶ Sextò, quęritur, vtrum frater fratrẽ exhæredet? Et dico,
ꝙ ſic in tribus caſibus. Primò, ſi voluit illi mortẽ inferre.
Secũdò, ſi illũ criminaliter accuſauit. Tertiò, ſi in ſubſtã-
tia eius molitus fuerit iacturã. Et hoc locũ habet etiã quã-
do frater moritur ab inteſtato, vt nõ ſuccedat ei frater: vt
in authen. de nupt. §. ingratitudinem. Quod limita verũ,
ſi ignorauit: quia ſi ſciuiſſet ingratitudinẽ, videretur remi
ſiſſe non determinando. ꝙ non ſuccedat: vt in l. fina. C. de
reuo. dona. iuncta l. cõſiciuntur. ff. de iure codi. Non eſt ta
men neceſſariũ quando frater exhæredat fratrẽ, vt infera
tur cauſa exhæredationis: vt voluit Bart. in l. fratres. C. de
inoff. teſtam. ¶ Notandum eſt tamen primò, ꝙ duplex eſt
fratrum differentia: quia ſunt quidam vterini, quaſi ex eo
dem vtero, & non ex eodẽ patre nati: & iſti nõ habẽt que-
relam inofficioſi teſtamenti cõtra fratrẽ, etiam ſi perſona
turpis eſſet inſtituta. quidã verò ſunt cõſanguinei, qui ex
eodem patre nati ſunt, licet matre eadem vel non: vt Inſtit.
de leg. agna. ſucceſ. & iſti habent querelam cõtra teſtamẽ
tum fratris turpem perſonã inſtituentis: niſi ſeruũ neceſ-
ſarium inſtitueret. Nulli verò alij ex tranſuerſalibus com-
petit querela: vt l. fratres. C. de inoff. teſtamẽ. & ibi Bartol.
¶ Notandum eſt ſecundò, ꝙ ſi frater ſpurium inſtituat, di
cit Azo, ꝙ ſpũrius ſiue natus de nõ legitimo matrimonio
dicitur infamis: & conſequenter turpis perſona. Et idem
dicẽdũ eſt de vſurario, ſcilicet ꝙ dicitur infamis: vt infrà
7 Vſura. ix. §. quarto. ¶ Notandum* eſt tertiò, ꝙ ſi frater in-
ſtituat perſonam aliquam turpẽ, & aliquã nõ turpem: ſecũ
dùm Gul. de Cu. vt recitat Bartol. in d. l. fratres. contra il-
lam turpem perſonam competit querela: & pro ſua parte
reſcindetur. Notandum eſt quartò, ꝙ ſecũdùm gl. in d. §.
ingratitudinem. frater poteſt fratrẽ exhæredare in teſta-
mento, & inſtituere turpem perſonã, ſi in aliquo triũ præ
dictorum caſuum illum inuenerit ingratũ. Similiter dici
poteſt, ꝙ ſi frater exhęredatus, vel præterit⁹ eſſet infamis,
opponere non poſſet contra perſonam etiam infamẽ in-
ſtitutam: vt patet per Bartol. in l. in arenam. C. de inoff. te-
ſtamen. vbi dicit per illam legem, quòd nõ poteſt aliquis
obijcere turpitudinem, in quam ipſe incurrrit obijciens.
Et hoc facit, ꝙ infamis non poſsit obijcere teſti, ꝙ ſit infa
mis: vt l. tertia §. lege Iulia. ff. de teſtibus. ſed iudex fortè
poterit eum ex officio ſuo repellere, ſecundũ Gulielmũ.
Et ſic facit, quòd ſi mater fuerit meretrix, propter meretri
cium filiam exhæredare nõ poterit. quod eſt ſingulare, ſe
cundùm Bartolum ibi. Quòd ſi & ipſe pater luxurietur,
dici poteſt nõ eſſe idem quod in matre: quia minor caſti
tas requiritur in maſculo. l. prima. C. de adulter.
8 ¶ Septimò* quæritur, vtrum filia incurrat vitium ingrati-
tudinis, vt poſsit exhæredari ex hoc, ꝙ nupſit ſine paterna
voluntate? Et dicit Gofre. ꝙ ſic: quod tamen Hoſt. non ap
probat, niſi elegerit turpem vitam. & hoc vltimum dictũ
communiter approbatur, argu. de ſecun. nup. capite vlt. &
penul. Ex quo enim filia vtitur permiſsione canonica, in-
currere non debet vitium ingratitudinis. Vtrum autẽ pa-
ter teneatur eam dotare, & alere: vide s̃. Dos. §. iiij.

RVRS

RVRSVS DE HAEREDITATE III. quantum ad hæredem.

1 Hæres quis dicatur, & in quotuplici ſit differentia. Et quid unumquodq;.
2 Hæres quis inſtitui poſſit.
3 Hæres pro parte inſtitutus alio non dato cohærede, an poſſit in animæ foro totam hæreditatem adire.
4 Hæres, nū ex delicto, uel quaſi delicto defuncti teneatur. nu. 6.
5 Accuſari poſt mortem quando quis, & quibus caſibus poſſit.
7 Hæres nū ex contractu, uel quaſi defuncti, quo defunctus obligatus fuit, ultra hæreditatis uires teneatur.
8 Hæres hæreditate legatis exhauſta, nū de ipſis legatis quicquā detrahere poſſit. num. ſeq.
10 Hæres, an legatum dotis cauſa factū, ſoluere teneatur, ſi cui legatum factum eſt monaſterium intrarit.
11 Creditoribus hæreditarijs, & legatarijs ſimul uenictibus, quo ordine ab hærede ſatisfaciendum ſit.
12 Votum defuncti num hæres implere debeat, & quale.
13 Hæredes, ubi pluros ſunt, regulariter pro parte hæreditaria ad defuncti debita, aut legata teneri.
14 Hærede pupillo exiſtente, nū prætextu pupillaris ætatis, debitorum ſolutio deferri poſſit.

HAEREDITAS tertiò, cōſideratur in ordine ad hę-
redē, qui teſtamēto inſtituitur, vel ex inteſtato ſucce
1 dit. ¶* Primò verò quæritur, quis dicatur hæres? Et dico,
ꝙ hæres eſt, qui ſuccedit in vniuerſum ius defuncti. l. cum
hęres. ff. de diuer. & temp. pręſcr. vel eſt dominus hæredi-
tatis, qui in volūtarijs fit aditione hęreditatis. §. fin. Inſtit.
de hæred. qual. & differ. ſed in neceſſarijs defertur ipſo iu
re. Hęres autē teſtamētariꝰ eſt, qui ex teſtamēto ſuccedit:
& eſt duplex. ſ. vniuerſalis: vt qui inſtituitur in ſolidū, vel
in certa quota: & particularis, q inſtituitur in certa re, qui
propriè eſt legatarius. Hæres aūt ab inteſtato eſt, q ſucce-
dit in ius defuncti ſine omni teſtamēto: vt Inſtit. de hære.
quæ ab inteſt. defer. Hæres fideicōmiſſariꝰ eſt, cui ex fidei
cōmiſſo relicta eſt hæreditas danda illi cui teſtator diſpo
ſuit: dicēdo, fidei tuę cōmitto, vt hoc des illi, qui pro tāto
dicitur hæres, qa loco hęredis habetur. Inſt. de fideicōmi.
hęred. §. reſtituta. vt qui directè, & immediatè ex teſtamē
to nihil capere pōt, vt ſpurius, ſaltē capiat ex fideicōmiſſo:
ſed vere non eſt hæres, cùm ſit rogatus hæreditatē adire,
& poſtea reſtituere. Hæres legatariꝰ eſt, q legatū accepit,
vel cui legatū factū eſt. l. quoties. ff. de hære. inſtit. Hæres
legitimus eſt, qui ex lege duodecim tabularū, aut ex iuris
cōſtitutiōe etiā ſine teſtamēto defuncto ſuccedit: vt agna
ti proximi. Inſt. de legiti. arg. ſuc. in prin. Hæres ſuus dici-
tur filius, q eſt in poteſtate patris tēpore mortis paternæ.
Nec nomine ſuorū hæredū veniunt extranei hæredes, ſe
cundū Bar. in l. Gallus. ff. de liber. & poſt. quod limita ve-
rum in his quę nō trāſeunt ad hæredes extraneos. Hære-
des ſui & legitimi appellātur, qui in poteſtate morientis
fuerūt, vt filius, filia, nepos, neptis, ex nepote natꝰ, ex filio
pronatus, pronata, ſeu pronepos, pneptis. Legitimi & na
turales, vel etiā legitimi tātū, vt adoptiui. Hæres domeſti
cus dicitur, qui eſt in poteſtate moriētis, dū eum alius nō
præcedit. Hæres neceſſarius eſt ſeruus inſtitutus in teſta-
mēto domini ſui ab eo qui facultates ſuas habet ſuſpectas
ne poſſit ex ipſis ſatisfacere creditorib. adeò, ꝙ nō credit
alienū hæreditatē ſuā adire, ſi hæredē illum inſtituat: qui
ſeruus hęres factus ideò neceſſarius dicitur hęres, qa velit
nolit cogitur hæreditatē adire, vt ſatisfaciat creditoribꝰ.
Inſt. de hære. qua. & dif. §. j. Et hoc verū, niſi illi ſeruo de-
beatur cōmiſſaria libertas. l. is qui ſoluēdo. ff. de hær. inſt.
aut hoc eo non faciente. i. non adeunte hæreditatem eius
nomine potius, quàm dñi defuncti, res hæreditarię vendā
tur, ne defunctus iniuria facta afficiatur, dicēdo, ꝙ res eiꝰ
vēderētur. Hæres ſubſtitutus dicitur, qui alij hæredi inſti
tuto ſubſtituitur. verbi grā: ſi dicat teſtator, ille ſit hæres:
& ſi ille nolit, vel nō poſſit, iſte ſit ei ſubſtitutus: & hoc ſi-
ue ſecūdo, ſiue tertio, vel quarto loco ſubſtituatur: nam ſe
cundus dicitur omnis qui poſt primū ſequitur, etiam ſi ſit
decimus. ff. de vulg. ſubſt. in prin. prout no. Hoſt. in Sum.
de teſtam. Hęres autē extraneus dicitur, qui nihil attinet,
quāuis propriè in ſtatutis hæres extraneus dicatur, qui tē
pore mortis non eſt in poteſtate morientis, etiā ſi ſit filius
emancipatus, ſecūdùm Ang. Are. Inſti. de hæred. quali. &
dif. §. cæterū. Aliquando tamē hæres ſignificat primum. i.
proximum, non vlteriorē: vt ff. de verb. ſignif. l. ſciendum.
& deſcēdentes poſt primū vocātur pro hęredes: vt tenet
gl. in c. fi. de pec. cleri. Sed regulariter nomen hęredis per
multas ſucceſſiones accipitur: vt d. l. ſciendū. & l. vltima.
C. de hæred. inſtit. vbi hæres hęredis, teſtatoris dicitur hæ
res. & in glo. in c. tranſmiſſa. de fil. presby. prohæres autē
aliàs dicitur qui ſe putat hæredē, cùm non ſit. ff. de pe. hæ
red. in l. pro hærede. & Inſt. de interdi. §. adipiſcendæ.
2 ¶ Secūdò* quæritur, quis inſtitui poſſit hæres? Et dico, ꝙ
omnis qui non prohibetur à iure. arg. de ſpon. cum apud.
Quis aūt prohibeatur. dico, ꝙ xiij. genera perſonarū. Pri
mò, hæreticus, aut paganus. de hęre. ſi quis epiſcopo. Secū
dò, credētes, defenſores, & receptatores hæreticorū. e. ti.
excōicamus. el j. §. credentes. Tertiò, apoſtatæ. Quartò,
collegiū illicitū. Quintò, deportatus. C. de hæred. inſti. l.
j. Sextò, damnatus ob crimen famoſum. Septimò, inſequu
tor Cardinaliū. de pœn. felicis. lib. vj. Octauò, excōmuni-
catus. quia ſi is, qui tempore inſtitutionis, vel mortis, vel
aditionis hæreditatis erat excōmunicatus, inſtituatur, nō
valet inſtitutio: ſecus ſi excommunicatus fuit poſt inſtitu
tionē, ſed ante mortē abſolutus: quia tenet inſtitutio. ff. de
hæred. inſti. l. ſed ſi in cōditione. §. ſolemus. & l. ſi alienū.
§. in extraneis. Nonò, ſpurij nati ex coitu dānato. de qbus
ſuprà Filius. §. xxv. Decimò, inceſtuoſi cū monacha. xxvij.
quæ. j. ſi quis ſolicitauerit. in glo. Vndecimò, crimen læſæ
maieſtatis committentes. de pœn. diſtin. j. c. quiſquis cum
militibus. Duodecimò, ſimoniaci, ſecundùm aliquos: quia
parificātur lædentibus maieſtatem. Decimotertiò, hi qui
nec in proprio nec in communi poſſunt habere: vt fratres
minores. clemen. exiui. §. cupientes. de verb. ſignificatio.
3 ¶ Tertiò* quæritur, vtrū hæres inſtitutus in certa parte,
qui ꝓpriè nō dicitur hæres, ſed legatarius, vt in l. quoties.
C. de hęred. inſt. poſſit in foro animæ non dato alio hære
de adire totam hęreditatē, ſecundùm quod vult l. j. §. ſi ex
fundo. ff. de hære. inſti. Et dicit Panor. in cap. quia ingre-
dientibus. de teſta. quòd Fed. conſi. cxxvj. & multi alij do-
ctores in ſacra pagina conſuluerunt, ꝙ ſic: quia ius huma-
num non contrariū diuino ſeruari debet in foro animæ:
& conſequenter iſte licitè poteſt adire. Quod tamē limi-
ta, modò teſtator doloſe nō ſit inductus ad inſtituēdū eū
in certa parte: puta quia perſuaſit, ꝙ nō poſſet habere re-
greſſum ad alia bona. Limita etiā modò non ſit inſtitutus
cum iſta aditione, & volo, ꝙ de bonis meis plꝰ petere nō
poſſit: quo caſu licet videatur, ꝙ poſſit adire. arg. dicti §. ſi
ex fundo. & d. l. quoties. tamen verum eſt contrarium, ſci
licet, ꝙ non poteſt: vt in l. quoties. §. ſed ſi duo. ff. de hær.
inſti. vbi patet, ꝙ d. § ſi ex fundo. & dicta l. quoties. locum
habet quādo volūtas teſtatoris eſt ſimplex, nō reſtricta ex
preſſe, vt in caſu iſto. Et ideò venient ſuccedētes ab inte-
ſtato: quia teſtator non reperitur habere hæredem: & nō
pōt quis pro parte decedere inteſtatus, & pro parte teſta-
tus. l. ius noſtrum. ff. de reg. iu. Et ſi dicatur, quo modo po
teſt prohibere, ꝙ non plus peteret? Dico, ꝙ per l. domꝰ. §.
fi. ff. de vſuf. vbi teſtator prohibet ius accreſcendi. & caſus
4 eſt in l. j. ff. de iniuſt. rupto teſt. ¶* Quartò quæritur, vtrū
hæres teneatur ex delicto vel quaſi delicto defuncti? Et di
co colligendo ex Barto. ff. de priua. deli. l. j. ꝙ aut actio eſt
pœnalis ex vtraq; parte, rei ſcilicet & actoris: puta quādo
petitur pœna applicanda parti: & ſic nō tenetur aliquo iu
re. Si verò actio eſt pœnalis ex pte rei & proſecutoria rei
ex parte actoris: puta quia ego ago pro ſatisfactione dāni
mei, & ſic de iure ciuili, ſi delictum fuit cōmiſſum circa cō
tractum tenentē, ſic tenetur hæres: quia nō fundatur intē
tio actoris immediatè ex delicto, ſed ex cōtractu: puta qa
agitur actione cōmodati, vel depoſiti, & huiuſmodi: & nō
ex dolo, vel delicto. Caſus eſt in l. ex depoſiti. ff. de acti. &
obli. & bonus tex. in l. ſi hominē. §. datur actio. ff. depo. Si
verò delictum cōmiſſum fuit circa contractum, qui nō te
nuit, puta quia dolus dedit cauſam cōtractui, & conſequē
ter nō tenuit. de empt. & ven. c. cum dilecti. ſic non tenet:
quia cùm agere nō poſſit ex cōtractu, qa nō eſt: oporteret
illum agere ex delicto contra hęredem: & crimina morte
5 extinguuntur. xxiiij. diſtin. quorundā. Et* nullus poſt mor
tem accuſari poteſt. xxiiij. q. ij. c. j. ff. de bo. eo. qui an. ſent.
mor. ſi. conſci. l. ſi. xxxiij. q. ij. admonere. niſi in caſibus hæ-
reſis. xxiiij. q. ij. ſanè. vel ſi hæreticos inſtituit hæredes. de
hære. ſi quis epiſcopus. vel ſi deceſſit in crimine notorio:
vt not. in gloſſ. d. c. quorundam. & xxiij. q. ij. in ſumma. vel
generaliter quandocunq; defunctus crimē commiſit, pro
pter quod ipſo facto pœna lege inflicta ſit: ſicut in hæreſi
& crimine læſæ maieſt. quia tunc accuſatur & agitur cōtra
hæredem, non vt puniatur ex illo delicto: ſed vt bona au-
ferantur ab eo quæ in cōmiſſum ceciderunt. & facit l. com
miſſa. ff. de publi. & tex. bonus in c. ij. de præſcript. libr. vj.
Aliàs non tenetur hæres pro quocunq; delicto commiſſo
à defuncto, ſiue in cōtractu quocunq;, ſiue extra omnē cō
tractum, niſi in duobus caſibus. ¶ Primò ſi lis fuit cōteſta-
ta cū defuncto, vt l. vnica. C. ex delic. defun. Ratio, qa in iu
dicio quaſi cōtrahimus: vt in l. iij. §. idē ſcribit. ff. de pecu.
ideòq; per conteſtationē litis videtur contractus initꝰ cū
defuncto. Secundò, ſi aliquid peruenit ad hæredē ex deli
cto defuncti: quia intantum tenetur, & non plus, vt in d. l.
vnica. fallit in condictione furtiua: quia in l. ſi pro fure. ff.
de cōdic. furt. dicit text. ꝙ furti actio pœnā petit legitimā,
condictio rē ipſam: & ſequitur condictio rei furtiuæ: quia
rei habet proſecutionē: hęredem quoq; furis obligat: nec
tantùm ſi viuat ſeruus furtiuus, ſed & ſi deceſſerit, viuo ſci
6 licet fure vel mortuo. De* iure autē canonico tenet Bart.
indiſtinctè teneri quādo quis agit pro damni ſatisfactio-
ne contra hæredem, intellige quantum hæreditas ſe extē
dit: & placet in conſcientia. & hoc ſequūtur communiter
Doctor. Et ſic intelligendæ ſunt gloſſ. in c. ex præſentium.
de pigno. de ſol. c. j. de rapt. literis. de vſur. tua nos. Pan. ta-
men in c. fina. de ſepul. ſolùm admittit hoc verum iure Ca
nonico quando defunctū pœnituit: vt no. gl. in c. à nobis.
el ij. de ſen. excom. quia tunc agitur ex quaſi contractu, nō
ex delicto. Si verò nō pœnituit, nō tenetur, ſecundùm eū-
dem. & glo. in d. c. à nobis. niſi quatenꝰ iure ciuili tenere
7 tur. ¶* Quintò quæritur, vtrum hæres teneatur ſatisface-
re ex cōtractu vel quaſi defuncti, in quo defunctus erat ob-
ligatus vltra vires hæreditatis? Et dico, ꝙ ſecūdū canones
& cōſcientiā, hæres ſiue filius ſiue extraneus tenetur ad oīa
debita, ſiue fuerint ex cōtractu, vel quaſi, ſiue ex maleficio
vel quaſi: ſiue res peruenerit ad hęredem, ſiue non. & hoc
tenent Inn. Lau. Ioā. & Ray, quod limita, ſi hæreditas ſuffi
cit: alioquin ſi quidem fecit inuentarium, nullo modo te-
netur: ſi verò nō fecit, etiā nō tenetur in foro animæ, ſecū
dùm Io. And. & do. Ant. & Pan. in d. c. quia pleriq;. de im-
mu. eccle. ſic tamen, ꝙ debita ſoluat ſine diminutione. De
legatis verò dic vt §. ſeq. in foro verò cōtētioſo tenetur:
vt in l. fi. C. de iur. delib. ſed tamen cōſil. xxj. dicit, ꝙ etiā te
8 netur in cōſciētia vltra vires. ſed primū eſt æquius. ¶* Se-
xtò quæritur, vtrū hæres hæreditate exhauſta per legata,
poſſit de ipſis legatis detrahere qcquā. Et dico, ꝙ aliquā-
do detrahitur Falcidia, aliqnādo Trebellianica, aliquādo
legitima: de quo dic vt j. Legitima. Similiter ante omnia
deducere poteſt funeris expēſas, & alias neceſſarias, quas
fecit cauſa hæreditatis, vt in teſtamēto, & inuētario, & hu
iuſmodi: qa ſic à grauamine, ſicut & à lucro debet eſſe im
munis. l. ſcimus. §. & ſi præfata. cū quinq; j. ſequē. C. de iu
re delib. Vtrū autē ſoluendo legata ſciēter vel ignorāter,
& nō retinēdo ſibi Falcidiā, poſſit repetere, j. Solutio. §.
9 iij. ¶* Septimò quæritur, vtrū hæres legata ſoluere tenea-
tur facta in teſtamento minus ſolenni? Et dico, ꝙ non in
foro iudiciali: de quo dic vt in l. ſi veritas. & in l. fi. C. de fi
deic. ſed in foro animæ iſta quæſtio pendet ex alia. ſ. vtrū
ex voluntate defuncti oriatur obligatio naturalis? Et com
muniter Vltramontani tenent, ꝙ nō: Ciſmontani verò, ꝙ
ſic. de qua vide per Canoniſtas in c. fi. de ſol. & per Bald. &
Legiſtas in l. cum quis. C. de iur. & facti igno. vbi dicit Al-
beri. ꝙ opinio Ciſmontanorū eſt cōmunis, & ſic tenenda.
Ex qua opinione motus do. Ant. dicit ſe conſuluiſſe in fa-
cto, in quo tantùm vnus teſtis fuerat, ꝙ tenebatur hæres i
foro animæ. Pan. aūt in c. qa pleriq;. de immu. eccl. diſtin-
guit, ſed ſecundū omnē ſuam diſtinctionē hæres tenetur
in foro animæ, ſi cōſtet ei de volūtate defuncti, quęcūque
ſolennitas omittatur: quia, vt ipſe dicit, ſolēnitates fuerūt
inductæ ad tollendā falſitatē: vbi ergo cōſtat, ꝙ nulla īter
uenit falſitas, debet ceſſare etiam diſpoſitio legis, & ſerua
ri æquitas & obligatio naturalis, quæ oritur ex diſpoſitio
ne defuncti. l. cū amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur.
& facit quod not. Inn. de elec. ī c. quod ſicut. Adde verò, ꝙ
vbi cōſtaret de verbis eius, & non de volūtate: qa ſcilicet
eſſet pſumptio probabilis de volūtate cōtraria verbis, nō
teneretur in cōſcientia, ſicut ſi teſtator erat doctus, & po-
tuit vti ſolēnitate ſine incōmoditate, & legatarius erat ei
multū importunus & parū dilectus, & huiuſmodi, qa vide
tur voluiſſe potius illudere. Secus ſi fuit ignorās, vel ſolē-
nitatē obſeruare nō potuit. Et ita malè addit & limitat Sū.
Ange. quia talis præſumptio nō trahit extra terminos du
bietatis, cū ex alia parte ſint verba teſtatoris. Et ad iſtā p-
ſumptionē dici poſſit non eſſe mirū, ſi ī anguſtijs mortis
viri docti errēt circa iuris ſolēnitates. In dubio aūt ſtādū
eſt verbis legis. vnde iſto modo poſſet legatariꝰ furari ſi-
bi relicta, ſecundū Bal. & Moder. in l. j. C. de teſta. maximè
ſi ſint ad pias cauſas relicta. arg. c. cū tibi. de teſtam. Vbi tñ
eſſet certitudo de volūtate teſtatoris, ſecus eſſet. Vide ēt
10 j. Teſtamētū. j. §. ix. par. viij. in fi. & §. xiij. ¶* Octauò quę
ritur, vtrū hæres teneatur ſoluere legatū factū cauſa do-
tis, ſi legataria monaſteriū intrauerit? Et dicit Pan. in c. in
pſentia. de proba. ꝙ ſic. Et idem ſi eſſet ei relictū cā dona-
11 tionis propter nuptias. ¶* Nonò quæritur quo ordine ſol
uendū ſit creditoribus & legatarijs? Et dico ſecūdū Ray.
ꝙ ſi creditores & legatarij ſimul veniāt, primò ſatisfaciē-
dū eſt creditoribꝰ: ſi aūt veniāt ſeparati, liberat hęres ſol-
uendo

uendo per illum ordinem, quo venerũt, modò nihil faciat
in dolo: & creditores poſtmodũ venientes, hæredẽ inqe-
tare non debent, niſi de hereditate illi remanſerit: habent
verò ius ſuũ ſaluum contra legatarios. Si autem hæres ſcit
vel credit aut dubitat hæreditatẽ vltra debita nõ extendi,
ſiue fuerint ex cõtractu ſiue ex maleficio vł quaſi, nihil de
bet dare legatarijs, donec ſit creditoribus ſatisfactũ. Et idẽ
modus tenẽdus eſt in ſatisfaciẽdo prius creditoribꝰ prio-
ribus, & in iure potioribus. Et ſi hæres hunc ordinẽ ſerua
rit, primò ſcilicet ſoluẽdo legatarijs vel ſecũdarijs credi-
toribus: nõ abſoluiť in foro cõſciẽtiæ, niſi hoc faciat igno
ranter, reputans ſcilicet hæreditatem ad oĩa ſoluẽda ſuffi
cere, vel neſciens hũc eſſe potiorẽ creditorẽ, ſecundũ Vl.
& Hoſt. Gloſſ. etiam Ray. dicit, ꝙ ſicut priores creditores
ab alijs præuenti heredem inquietare non debent, ita nec
eos, qui ab eo emerũt res, quarũ pretia in legata vel fidei
cõmiſſa vel alios creditores proceſſerunt: vt in l. ſancimꝰ.
C. de iure delibe. quia, vt ibi patet, creditoribus potioribꝰ
ſeruatur ius cõtra legatarios, & alios creditores ĩferiores,
qui ab hærede prius acceperũt. Detrahere tamẽ poteſt he
res ab hereditate eo modo quo ſ. eodem. §. vj. De ordine
12 autẽ creditorum, j. Reſtitutio. vj. §. v. ¶* Decimò quæri-
tur, vtrum hæres teneatur ad vota teſtatoris? Et dicit Petr.
de Pal. in iiij. ꝙ ſic, ſi eſt votum reale: puta dandi, aut expo
nendi tantũ, non autem ſi eſt perſonale, vt ieiunare, vł pe
regrinari, aut cõtinere, niſi ſe ſpõte obligauerit: & hoc ſi-
ue hæres ſit filiꝰ, ſiue alius: extrà eo. licet. Si verò eſt ſimul
reale & perſonale, & vtrũq; expreſſum: tenetur ad reale:
vt ſi vouit ire ad ſanctum Iacobũ, & equũ offerre: tenetur
ad equũ tantùm. Similiter ſi vouit fundare monaſteriũ, &
intrare, tenetur ad fundationẽ tantùm. Et ſi eſt expreſſum
perſonale principaliter, & reale tacitũ & acceſſoriũ: vt ire
ad Sanctũ Iaco. hæres nõ tenetur ad reale. i. expẽſas, ſicut
nec ad perſonale. & ſi vouit religionem, nõ tenetur heres
tradere bona: quia ſublato prĩcipali tollitur acceſſorium.
Similiter ſi defunctus ſuſceperat crucẽ, non tenetur heres
expẽſas mittere quas feciſſet, niſi hoc ordinaſſet. Si vouit
aũt mittere certas ꝑſonas vltra mare, quod reputatur rea-
le: ad illud tenetur hæres. hæc ille. De hac etiã materia, j.
Votum. ij. §. xj. vtrum ſcilicet hæres cõpelli poſsit ad iſta.
13 ¶* Vndecimò quæritur, ſi hæredes ſunt plures, vtrum o-
mnes teneanť inſolidũ ad omnia debita vel legata? Et di-
co, ꝙ regulariter quilibet tenetur ſolùm pro parte hære-
ditaria. C. de act. hære. l. pro hæreditarijs. Fallit hoc in mul
tis caſibꝰ. ¶ Primò, quãdo aliter diſpoſuit defunctus. ff. de
leg. ij. l. cũ ab vno. vt ſi ab vno hæredũ legauerit creditori
hæreditario animo cõpenſandi, tũc ille hæres onus ſuſti-
nebit vſq; ad quantitatẽ legati. ¶ Secundò in expẽſa fune
ris vxoris, quæ nõ adſtrĩgit hæredes tãtùm ꝓ hæreditarijs
portionibus, ſed etiã virum pro portione, quæ ꝑuenit ad
eũ de dote vxoris: vt ſi ad eũ peruenerunt centũ, & in hæ
reditate ſunt ducenta, ipſe vir teneť pro tertia ꝑte, & hære
des pro duabus: vt in l. veluti. ff. de rel. & ſump. fu. ¶ Ter-
tiò, ſi bona defuncti erãt expreſsè vel tacite hypothecata
creditoribus: quia vno exiſtẽte nõ ſoluẽdo, tñ alij tenen-
tur. ¶ Quartò in alimẽtis legatis: quia pro volũtate defun
cti vel iudicis ab vno inſolidũ, vel à pluribus pro deſigna
tis partibus expetunť. ff. de adi. le. l. iij. ¶ Quintò, qñ res le
gata poſsidetur ab vno inſolidũ. d. l. pro hereditarijs. & ff.
cõmo. l. ſed mihi. §. hæres. ¶ Sextò, quãdo obligatio cõſi
ſtit in implendo pollicitationẽ factã à defuncto de aliquo
faciendo vel nõ faciẽdo. ff. de polli. l. j. §. ſi quis. & l. ex pol
licitatione. & ff. de verb. obl. l. in executoribus. tunc enim
quilibet inſolidũ tenetur: vt ſi promiſit aliquod opꝰ ſe fa
cturum ad honorẽ Dei vel reipublicæ: vel ꝓmiſit per ſe
& hæredẽ non fieri quo minus per fundũ ſuum ire liceat,
ad quod quilibet hæredũ obligatur inſolidũ. ¶ Septimò,
quando obligatio eſt indiuidua. d. l. in executionibus. §.
14 ſerua. & de hoc habes in gl. d. l. pro hæreditarijs. ¶* Duo-
decimò quæritur, vtrũ ſi heres ſit pupillꝰ, differri poſsit ſo
lutio debitorũ prætextu pupillaris ætatis? Et dico, ꝙ non.
C. de acquir. hære. l. ſub prætextu. Et ſi hæres vel executo-
res legata ſoluere nolũt ad pias cauſas, epiſcopus ꝑmiſſa
monitione ad hoc eos cogere debet. extrà, de teſta. tu. &
cap. Ioãnes. etiam ſi à teſtatore id contigerit interdici. de
quo j. Teſtamentum. ij. §. viij. parti. iiij. Vtrum autem iſta
dilatio prolonget defuncto purgatorium, ibidem. §. ix.

RVRSVS DE HAEREDITATE IIII. quantum ad ſubſtitutionem.

1 *Subſtitutio quid ſit. Et quid ſi ſubſtitutionum gradus plures.*
2 *Subſtitutionũ genera quæ ſunt. Et etiã in his, quanam uerba directa, aut indirecta dicantur. Et quæ communia. & nu ſeq.*
4 *Hæreditatem reſtituere in ſubſtitutione indirecta rogatus, nũ ex illa aliquid alienare poſsit.*
5 *Teſtatoris liberorum ſi quis purè hæreditatem reſtituere rogatus, nulla filiorum mentione facta, ſi deinde liberos, aut nepotes habeat, an ſubſtitutio expiret.*
6 *Subſtitutionis directæ ſpecies quot ſint.*
7 *Iura de ſubſtitutione uulgari quid cauerint. Item quid de pupillari, exemplari, & breuiloqua num. 8. 9. 10. & ſequen.*
11 *Clauſula, ſi ſine liberis, hoc habet pro regula, ut quandocũque quis de liberis aliquẽ de hæreditate alteri reſtituenda poſt mortem ſuam rogat, ut ſubintelligatur, quanquam adiecta non ſit: quod in extraneo rogato, non æquè.*
12 *Subſtitutio in defectum liberorum facta, num indiſtinctè per religionis ingreſſum euaneſcat.*
13 *Puellæ ſi in nuptiarum euentum centũ relicta ſint, & in caſum religionis ſuſceptæ, quinquaginta: an ſi religionem ingreſſa ſit, centum nihilominus habere debeat. Et ibi Alber. & Richard. ſuper hac quæſtione conciliatio.*

1 HAEREDITAS* quartò conſideratur quantũ ad he-
redem ſubſtitutum vel ſubſtitutionem hæredis: quæ
quidem ſubſtitutio eſt ſecundaria & cõditionalis inſtitu
tio: ſicut cũ quis dicit, talis eſto mihi heres: & ſi nõ eris vł
deceſſeris, Titiũ ſubſtituo: iſte Titius dicitur ſubſtitutus.
ff. de vulga. & pupilla. ſubſtit. l. j. Et licet ſubſtitutiones de
vno in aliũ procedere poſsint in infinitũ: omnis tamẽ in-
ſtitutio poſt primã dicitur ſubſtitutio: ſicut ſecũdę nuptię
2 dicuntur omnes quæ ſequũtur primas. ¶* Primò verò quę
ritur quot ſunt ſubſtitutionũ genera? Et dico, ꝙ ſunt duo,
ſcilicet ſubſtitutio indirecta, & directa. Et indirecta qui-
dem ſubſtitutio eſt, per quã quis capit hereditatẽ mediãte
alio: vt cùm teſtator fideicõmittit A. hæredi, vt hæredita-
tem reſtituat P. & dicitur ſubſtitutio indirecta & obliqua
ea ratione, quia ſcilicet per aliũ capit: & fideicõmiſſaria,
quia olim cõmittebatur fidei hæredis in totum: nõ enim
cogebatur reſtituere: ſed hodie ſic, per l. pen. C. ad Treb.
Item dicitur precaria: quia fit poſsibiliter verbis precarijs
id eſt, rogatorijs: vt puta, inſtituo te, & rogo te, &c. Dire-
cta verò ſubſtitutio eſt, qua quis capit hæreditatẽ defun
cti ex diſpoſitiõe teſtatoris, nullo alio mediãte vel coope
rante: vt cùm dicit teſtator, A. mihi heredem inſtituo: ſed
ſi ipſe nõ erit hæres, C. ſit hæres, & ſic C. ſubſtitutus eſt di
rectè. Verba autem harũ ſubſtitutionum, in quibus fiunt
iſtæ ſubſtitiones, indirecta quidem ſunt, volo, mando, ro
go vt reſtituas hereditatem. directa verò fit per verba me
rè directa & ciuilia: vt hæres eſto, vel ſit, vel hæredem in-
ſtituo. aliqñ etiã fit per verba geminata: vt A. filiũ meũ im
puberem hæredẽ inſtituo: & ſi in pupillari ætate deceſſe-
rit, B. ſubſtituo. Hęc enim ſubſtitutio eſt directa, ſi moria-
tur ĩ pupillari ætate, ꝓpter verba geminata. Sed ſi poſt pu
bertatẽ, erit fideicõmiſſaria, vt cõmuniter dicitur. & etiã ſi
diceret, hæres ſit. Aliquãdo verò fit per verba cõmunia, &
3 ſimiliter indirecta. ¶ Pro* quo ſciẽdũ eſt, ꝙ verboꝝ quod
dã eſt directũ, illud ſcilicet quod ſignificat vt is cui relin-
quitur, ſua manu recipiat: vt hoc verbũ, inſtituo: vt patet
ff. de hære. inſti. & hæres eſto: vt ibidẽ. Item, accreſcat: vel
etiam accipiat, vel capiat. Quoddam verò eſt indirectum
ſiue obliquũ, ſcilicet quod ſignificat vt is, cui relinquitur,
accipiat de manu alterius, vt eſt reſtituo. ff. ad Trebel. l. in
ſtituta. & l. ſemper. Itẽ volo. ff. de leg. iij. l. pater filiũ. §. fin.
Item, rogo, &c. Aliquod ꝟò cõmune, quod ſcilicet habet
vtrãq; ſignificationẽ, ſcilicet vt de manu ſua, vel alteriꝰ ac
cipiat: vt verbũ, ſubſtituo: aut moriatur tali, id eſt, ad vtili
4 tatẽ talis: & ſuccedat, & etiã accipiat. Secũdò* verò qritur,
quantũ ad iſtam ſubſtitutionẽ indirectã, vtrũ rogatus hæ
reditatẽ reſtituere, poſsit aliquid alienare de illa? Et dico,
ꝙ non: C. cõmunia de lega. l. fi. niſi in caſibus poſitis in au
then. res quæ. ibidẽ poſita: qui caſus ſunt iſti, ſcilicet cauſa
dotis, & donationis ꝓpter nuptias: & loquitur in liberis,
nõ in extraneis. Et idẽ ſecũdũ Bart. in d. auth. pro ponẽdo
filiũ in monaſterio. Similiter pro cauſa alimentorũ, quan
do aliũde ſuſtẽtari nõ poteſt: & idẽ pro redimẽdo filio ca
pto ab hoſtibus. Põt tamẽ ſibi retinere quartã Trebellia-
nicã: vt in c. Raynaldus. & in c. Raynutius. de teſt. ſed ſi ro
gatus eſt reſtituere qcquid ſupereſt de hæreditate: tũc ad
minꝰ quartã partẽ ſeruabit ſubſtituto: vt C. ad Treb. auth.
contra rogatus: de quo vide in gl. in c. in præſentia. de pro
5 ba. ¶ Aduertendum* eſt autem, ſecundũ eam ibi, ꝙ licet qs
ex liberis teſtatoris ſit purè rogatus hereditatẽ reſtituere
nulla facta mentione de filijs: ſi tamen poſtea habuerit fi-
lios, vel nepotes, ſubſtitutio euaneſcit. C. de fideicõ. l. cũ
acutiſsimi. C. de inſti. & ſubſti. l. generaliter. ff. de cõdit. &
demon. l. cum auus. vide j. §. v. ¶ Aduerte etiam, ꝙ ſi roga
tus hæreditatem reſtituere, illã ſponte adiuerit: retinebit
quartã Trebellianicã, & reliquas tres partes reſtituet. Si
ꝟò adierit iudicis officio compulſus, reſtituet totã. Inſt. de
fideicõ. her. §. in primis. & ff. ad Treb. l. nã quod. §. qui cõ
6 pulſus. ¶ Tertiò* quæritur, quot ſunt ſpecies directæ ſub
ſtitutionis? Et dico, ꝙ ſunt quinq;. ¶ Quartum, prima dici
tur vulgaris: quia eſt à quolibet teſtatore de vulgo factibi
lis: & cuilibet ſiue pupillo ſiue minori: de qua agitur Inſti
tu. de vulg. ſubſt. Et hæc eſt duplex: vna ſcilicet expreſſa, q̃
fit per iſtã negationẽ, nõ, hoc ſcilicet modo, inſtituo mihi
hæredẽ A. & ſi ipe nõ voluerit, vel nõ potuerit heres eſſe,
ſit hæres P. vel ſubſtituo P. Alia tacita, quãdo ſcilicet nega
tio nõ exprimitur, ſed includitur, hoc ſcilicet modo, A. &
P. mihi heredes inſtituo, & eos inuicẽ ſubſtituo: per q̃ ver
ba tacitè ſubintelligiť, ꝙ ſi alter eorũ hæres nõ fuerit, ſcili
cet quia noluit, vel nõ potuit, qñ deceſsit ante aditã hære
ditatẽ: alter ſit hæres inſolidũ. ff. de hære. inſti. l. cũ in teſta
mẽto. §. hæc verba. ¶ Secunda verò diciť pupillaris: qa fit
ſoli pupillo, vel pupillis: nec põt tẽpꝰ excedere pupillare:
ſed expirat ad introitũ pubertatis: vt dicẽdo, filius meꝰ mi
hi heres eſto: & ſi nõ erit, vel ſi erit, & intra tempus puber
tatis deceſſerit, P. ſit hæres. Inſtit. de pup. ſub. in prin. imò
factibilis eſt in minus tẽpus: vt ſi dicatur, ſi filius meus ĩtra
quartũ, vel quintũ annũ deceſſerit, P. ſit heres. Et hęc ẽ du
plex, vna ſcilicet tacita q̃ nõ habet formã pupillaris ſubſti
tutionis, ſed ſub eius verbis includitur: vt cùm dicitur, A.
filiũ pupillũ meũ heredẽ mihi inſtituo: & ſi ipſe hæres mi
hi nõ fuerit, P. ſit heres. & hec ex expreſsis eſt vulgaris: ex
tacitis ꝟò pupillaris. Vnde ſiue A. ſit hæres, ſiue nõ, ſi ĩ pu-
pillari ætate deceſſerit, hereditas directo iure peruenit
ad P. ſed ex vulgari ſuccedit tãtũ in bonis teſtatoris, ex pu
pillari ꝟò in bonis teſtatoris & pupilli. Alia eſt expreſſa, q̃
fit ꝑ verbũ affirmatiuũ: & facit expreſſe mẽtionẽ de pupil
lari ætate: & ſub ea includitur vulgaris tacita: vt Inſtitu. de
vulgari & pupillari ſubſtitutione. §. j. ff. de vul. & pupilla.
ſubſt. l. cũ hoc iure. & fit hoc modo, ſcilicet A. filiũ meũ he
redem mihi inſtituo: & ſi ipſe mihi heres non fuerit, vel ſi
fuerit, & ĩ pupillari ætate deceſſerit, P. ſit hæres: vel P. ſub
ſtituo. Vnde iſta duo requirit, ſcilicet verborũ affirmatio
nẽ, & expreſsionẽ tẽporis pupillaris. ¶ Tertia dicitur exẽ
plaris: quia ad exẽplũ fit pupillaris, & eſt quæ fit à parẽti-
bus vtriuſq; ſexus filio furioſo, vel mẽte capto: ſic dicta, ꝙ
exẽplũ fiat ſubſtitutionis pupillaris: quia ſicut pupillo, q
teſtari nõ poteſt, prouidetur de herede, ita & furioſo: & fit
hoc modo, ſcilicet A. filiũ meũ furioſum, vel mẽte captũ
hæredem mihi inſtituo, & ſi deceſſerit antequã ad ſanam
mẽtẽ deuenerit, ſubſtituo ei talẽ, vel talẽ. ¶ Quarta dici-
tur cõpẽdioſa: qa ſcilicet fit ſub cõpendio huius aduerbij,
quãdocũq;, & cõtinet tacitã pupillarẽ, quæ aliàs fit proli-
xioribus verbis, ſic: A. filium meũ heredẽ inſtituo: tamen
quãdocũq; deceſſerit, P. ſit hæres: & ſic licet quandocũq;
extẽdatur ad omne tempus: hic tamẽ reſtringitur ad pupil
lare ſolùm, in quod ſolùm dicitur de ſubſtituto prouide-
re voluiſſe. l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſti. ¶ Quin-
ta diciť breuiloqua ſiue reciproca: qa ſcilicet in breui cõ-
tinet duas vulgares, & duas pupillares: vt cũ duo vel plu-
res ĩpuberes inſtituti à patre habẽte eos ĩ poteſtate ſubſti
tuũtur hoc modo: A. & B. filios meos impuberes mihi hæ
redes ĩſtituo, & eos inuicẽ ſubſtituo: vnde qa cõtinet ex
preſſam pupillarẽ, ſi qs eoꝝ deceſſerit in ętate impuberi,
mater decedẽtis omnino repellitur, & alij ab inteſtato ve
7 nientes, & ſuccedit ſubſtitutus. ¶ Quartò* queritur, quid
iura velint de ſubſtitutiõe vulgari? Et dico duo. ¶ Primũ.
Effectus huius ſubſtitutionis eſt, vt bona teſtatoris tantũ,
q̃ debebãt venire ad inſtitutũ, veniãt ad ſubſtitutũ, nõ bo
na inſtituti. Inſti. de pupil. ſubſti. §. quo caſu. ¶ Secundũ.
Euaneſcit aũt ſubſtitutio, quàm citò inſtitutus adierit hæ
reditatẽ, ſiue poſtea decedat cũ liberis, ſiue ſine liberis. C.
de impu. & alijs ſubſti. l. poſt aditã. & hoc nõ ſolũ quando
expreſſe fit per negationem: ſed etiã quãdo tacitè. Vñ li-
cet Titius & Sempronius fuerint inſtituti hæredes, & ad-
inuicẽ ſubſtituti: ſi tamẽ hic vel ille adierit hæreditatem
8 expirat ſubſtitutio: vt in d. l. poſt aditã. ¶ Quintò* quæri-
tur, quid iura velint de ſubſtitutiõe pupillari? Et dico qua
tuor. ¶ Primum. Ad iſtam ſubſtitutionem quattuor requi-
rũtur. Primum ſcilicet, ꝙ ille, cui fit ſubſtitutio, ſit de libe
ris teſtatoris: & accipio liberos non tantùm pro filijs, ſed
& pro nepotibus. Secũdũ, ꝙ ſit impubes. Tertium, quòd
ſit in poteſtate teſtatoris. Quartum, quòd inſtituatur, vel
exhæredetur. Et fieri poteſt nõ ſolùm filio impuberi iam
nato, ſed etiã poſthumo. ſi tamen naſcendo eſſet ſub pote
ſtate teſtatoris, ſi viueret ipſe teſtator, & etiã nepoti, ſi ta-
men ſit recaſurus in poteſtatem ſui patris poſt mortẽ aui.
ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutione. lege ſecunda. §.
poſthumus. ¶ Secundum. Effectus eſt eius vt nõ ſolum ſit
P. heres iure directo, & capiat bona & hereditatem vtriuſ
que, ſi A. deceſſerit in ætate pupillari: ſed etiam excludit
matrem: ita quòd etiam legitimam petere non poterit: vt
no.

no.Bar.& doct.in l.Papinianus. §.ſed nec impuberis.ff.de
inoff.teſta.& omnē aliā perſonā,quę ipſi pupillo ab inte-
ſtato ſuccedere potuiſſet.ff.de vulg.& pup.ſub.l. Lucius.
Et hoc verū eſt in expreſſa:in tacita autē habet locū quan
do alter filius teſtatoris frater pupilli ſubſtituitur. Si autē
ſubſtitutus ſit extraneus,mater admittit,& repellitur ſub
ſtitutus.l.precibus.& l.quædā.C.de impu.& alijs ſubſt.ni
ſi in quatuor caſibꝰ.Primò,qñ pater expreſſe prohibet ne
aliquid habeat.Secūdò,qñ reliquit aliquid vxori: & vult
eſſe cōtentā.Tertiò,ſi fuit inimica patri. Quartò,qñ fra-
ter impuberis eſt ſubſtitutus.Nota etiā,ꝙ in hac tacita ex
traneus nō excludit fratrē ex vtroq; parēte coniunctum.
¶ Tertium.Euaneſcit autē iſta ſubſtitutio primò, per ad-
uentū pubertatis.Secūdò,ſi hæreditas patris nō ſit adhuc
adita:quia cū nullus appareat hæres,teſtamētū paternū vi
detur deſtitutū:& ſic euaneſcit etiā pupillaris.ff.de vulg.
& pup.ſubſti.l.ſi plures §.ſed ſi ex aſſe. Tertiò, ſi naſcitur
poſthumus,de quo mētio nō eſt facta in teſtamēto.ff. eo.
l.ſi pater filiū.Quartò,ſi patiatur pupillus capitis diminu-
tionem maximā,mediā,vel etiā minimā.ff.de adop.l.nec
ei.¶ Quartū.Ratio quare inuēta ſit,eſt:quia cùm filius in
pupillari ætate teſtari nō poſſit,permittitur patri ipſi filio
facere teſtamentū,& de hærede prouidere durāte illa ęta
9 te præciſe.d.§.quo caſu.¶ Sextò *quæritur, quid iura ve
lint de ſubſtitutione exēplari?Et dico hoc patere ex diffe
rētia eius ad pupillarē, à qua differt multipliciter. ¶ Pri-
mò,quia illa fit tātū à patre,qui illū habet in poteſtate:hęc
autē fit etiam à matre filio furioſo,vel mēte capto nō exi-
ſtente in eius poteſtate.¶ Secūdò,quia illa tantū fit pupil
lis & impuberibus tātū:iſta verò ſolùm adultis, vel maio-
ribus.¶ Tertiò,quia in illa poteſt ſubſtitui quilibet quem
volueris:ī iſta nō,ſed certo ordine ſic:vt ſi habet liberos,
ei ſubſtituātur:ſi verò nō habet,ſubſtituātur fratres:quòd
ſi nec filios nec fratres habet,tunc ſubſtituet quē voluerit.
C.de impu.& alijs ſub.l.humanitatis. ¶ Quartò,qa illa ex
pirat adueniēte pubertate:ſed hęc ſolū adueniēte mēte ſa
na.¶ Quintò,qa illa fit impuberi,ſiue furioſus ſiue ſanus
mēte ſit:hæc verò ſolū furioſis,& mēte captis . Probantur
hæc omnia Inſti.de pup.ſub.§.qua ratione. Et ſi adueniat
ſana mens,& nullo facto teſtamēto iterū vertatur in furiā,
nō euaneſcit ſubſtitutio.ar.l.quod fauore.C.de legi.& pla
cet:licet alij dicant,ꝙ expirat.arg.l.quod quiſq;.ff.de reg.
10 iur.Effectus aūt eius eſt, vt bona vtriuſq; tranſeant ad ſub
ſtitutum.¶ Septimò* quæritur,quid de breuiloqua ? Et di
co quatuor.¶ Primum.Hæc ſubſtitutio fieri poteſt à mili-
te:nec explico quomodo,quia nō eſt ī vſu.Itē à quolibet
nō milite,ſed oportet,ꝙ fiat filio pupillo in poteſtate exi
ſtēte.¶ Secūdū.Continet autē pupillarē expreſſam , quia
habet eūdē effectū: ideoq; ſolū filio pupillo & in poteſta
te exiſtēti fieri poteſt,vt dictū eſt.¶ Tertiū.Licet hæc ſub
ſtitutio ſit directa de ſui natura,ſimpliciter: poſſent tamē
apponi in ea verba,vel dictiones,vel aliqua mutari,per q̄
in fideicommiſſum verteretur,& ad naturā ac ius fideicō
miſsi reduceretur.¶ Quartū.Quatuor autē modis ad na
turā,vel ius fideicōmiſsi reducitur , ſicut fieri pōt ſub his
quatuor formis.¶ Primò enim fit ſic:A.mihi hæredem in
ſtituo:& ſi quandocunq; deceſſerit A.ſubſtituo P.Nā hoc
verbū,ſubſtituo,trahit hāc ſubſtitutionē ad fideicommiſ-
ſum,ſecūdū gl.in l.precibus.C.de impu.& alijs ſub.& l.cē
turio.ff.de vulg.& pup.ſub.& in c.Raynutius.de teſtamē.
Et prædictū aduerbiū,quādocūq;,in hoc caſu ſeruat pro-
priam ſignificationem,& reſpicit omne tēpus,& rē omni
tempore ſuadet valere.l.quoties.ff.de reb.dub.Hinc eſt,ꝙ
quocunq; tēpore moriatur,ſiue in pupillari,ſiue in maio
ri ætate,virtute huius verbi,ſubſtituo, videtur rogatꝰ eſſe
à teſtatore ꝑ fideicōmiſſum poſt mortē ſuā reſtituere hæ
reditatem,& bona teſtatoris ip ſi ſubſtituto.Vnde ipſo in-
ſtituto moriēte mater & quicūq; ſucceſſores ſiue ex teſta
mēto,vel ab inteſtato adibūt hæreditatē: & aditā ſubſtitu
to reſtituēt iure fideicōmiſsi.Inſti.de fideicō.hęre. §.ſed
quia ſtipulationes.defalcabūt tamē & retinebunt legitimā
ipſius,quę eſt tertia pars totius hęreditatis teſtatoris, ſecū
dū cōmuniorē opinionem,ſi ipſe A.erat de liberis ipſiꝰ te
ſtatoris,ad quos legitima ſpectat: quia ī hac grauare eū te
ſtator nō potuit.C.de inoffi. teſt.l.quoniam. De reliquis
vò defalcabūt tertiā Trebellianicā , & ſic habebūt mediā
hæreditatē:reliquā verò medietatē reſtituēt ſubſtituto iu
re fideicōmiſsi.Retinebūt etiam ſibi omnia bona ipſiꝰ A.
quia teſtator de ſuis tantùm rogaſſe intelligitur,non hęre
dis.Si verò A.nō erat de liberis,defalcabūt tātùm Trebel
lianicam:& habebit etiā alia bona,quę A.quęſiuit aliūde.
Et hæc ſubſtitutio,quia ius fideicōmiſsi habet,fieri poteſt
cuicūq; hæredi,& à quocūq; teſtatore.Inſti.de fideicō.hæ
re.§.ī primis.& §.ſeq. Et aduerte,ꝙ licet ī præfata forma
nō addatur, quandocunq; deceſſerit ſine liberis:ſi tamē A.
erat de liberis teſtatoris,intelligetur hęc clauſula,ſi ſine li
11 beris:*quia pro regula eſt,ꝙ quādocūq; quis aliquē rogat
de liberis ſuis,alteri hæreditatē reſtituere poſt ſuā mortē,
ſemper intelligitur tacite cōditio iſta,ſcilicet ſi deceſſerit
ſine liberis:quia non eſt credendū,ꝙ quis excluſa prole fi
lij ſui voluerit hęreditatem peruenire ad alterū. In extra-
neo autem herede nō ineſt talis tacita cōditio ,niſi addat
expreſſe.C.de inſti.& ſubſti. ſub condi fact.l. generaliter.
§.vlt.¶ Secundò ſic fit.A.filium meum impuberem hære
dem mihi inſtituo: ſed ſi dictus A. quādocūq; ſine liberis
deceſſerit,P.ſit hæres:& tunc ſi moritur intra tempꝰ pupil
lare valet iure directo:& ſic ſubſtitutus capiet totā hęredi
tatem ſine deductione alicuiꝰ quartę.d.l.cēturio.& c.ſi pa
ter.de teſta.lib.vj.Si verò moritur in pubertate, ſecūdùm
Io.And.erit totaliter fideicōmiſſaria: quia licet per iſtam
dictionem,ſit heres,videatur directa,tamē per iſtam addi
tionem,ſine liberis,trahitur ad fideicommiſſum,vt proba
tur in l.Scæuola.ff.ad Treb.quia illa additio innuit ,ꝙ in
quocūq; tēpore deceſſerit ſine liberis ī pubertate, ex præ
ſumpta volūtate teſtatoris,videtur rogatꝰ per fideicōmiſ
ſum reſtituere hęreditatem poſt mortē:vt probatur in d.l.
precibus .Et ideò quocūq; tempore in pubertate moriat
ſine liberis,mater,aut quicunq; ſucceſſores,reſtituēt hęre
ditatem ſubſtituto deductis ſupradictis.ff.de vulg. & pup.
ſubſtit.l.cohęredi.§.cum ille. Et ſic tene ,licet communis
opinio Legiſtarum ſit quòd nunquam obligatur,ſed expi
rat per aduentum pubertati.¶ Tertiò fit ſic: A. mihi hære
dem inſtituo:ſed ſi dictus A.quandocūque ſine liberis de
ceſſerit,P.ſubſtituo.Et hęc omni tēpore eſt fideicommiſ-
ſaria,& idem ius eundem effectum habet per omnia ſicut
prima prędicta,tum ratiōe verbi,ſubſtituo,tum ratione,ſi
ne liberis:ideoq; dicendum eſt vt de illa.¶ Quartò fit ſic:
A.filium meum hæredem mihi inſtituo : ſi tamē deceſſe-
rit in pupillari ętate,vel poſtea quandocūque ſine liberis,
P.ſit hęres,vel P.ſubſtituo.Sub hac autem forma compre-
henduntur tres ſubſtitutiones:vna pupillaris expreſſa,per
hoc quod dicitur,ſi deceſſerit in pupillari ætate: & ex hac
reſultat tacita vulgaris,quæ ſub pupillari expreſſa contine
tur,vt dictū eſt:& hāc facere nō poteſt, niſi pater pupillo
propter pupillarem ætatē expreſſam quādo fit directe, ni-
ſi ſit miles.d.l.centurio.Tertia fideicōmiſſaria eſt propter
illud

illud quod dicitur, vel poſtea quādocūq; ſine liberis. Sed
ſi teſtator vult,ꝙ clarius iſtæ tres reſurgāt,dicat,P.pupilla
riter,& vulgariter,& per fideicōmiſſum ſubſtituo: & vna
quæq; iſtarum habet ſuū effectū:quia ſi A. ſit hæres, & in
pupillari ætate moriatur, ſubſtitutꝰ vocatur iure directo
excluſa matre,& alijs legitimis ſucceſſoribus:& hoc pro-
pter effectum pupillaris expreſſæ, q̄ matrē repellit,& ſub
ſtitutū admittit.l.Lucius.ff.de vul. & pupil.ſubſti. Si verò
A.nō ſit hæres,quia nō poſsit aut nolit: tūc ſubſtitutꝰ erit
hæres iure directo propter tacitā vulgarē,quę etiā ex pu-
pillari cōſurgit,vt dictū eſt.Si verò ſit hæres,deinde factꝰ
pubes, quādocunq; ſine liberis moriatur, habebit locum
fideicōmiſſaria.Vnde eo ſine liberis moriēte ſucceſſores
reſtituēt hęreditatē cū defalcatione,vt dictū eſt.Innume-
rabilia dici poſſent de hac ſubſtitutionum materia, quæ
12 cauſidicis relinquātur.¶ Octauò* quæritur,vtrū indiſtin-
ctè per religionis ingreſſum expiret ſubſtitutio facta in
defectū liberorū?Et dico multa. ¶ Primū.Secūdū gl.in c.
in pręſentia. de proba. iſto caſu per ingreſſum religionis
ſubſtitutio euaneſcit:& excluditur ſubſtitutus, ſi erat pri-
uatus: quia hoc caſu ingrediēs monaſteriū hæredē fingit
habere,vt ibi in auth.de ſanc.epi. §. ſed hęc pręſenti. Sed
intellige,ꝙ euaneſcit ſi monachatus tenuit,ſecūdū gl.ibi,
& poſtquā tenuit,nō ante, ſecūdū Vincen.& non fecit in
fraudē,nec exiuit intra tēpus probationis. Si autē ſubſti-
tuitur eccleſia,aut locus religiōis,vel iubetur expēdere in
pias cauſas,nō expirat ſubſtitutio, vl' fideicōmiſſum: vt d.
§.ſed hæc.vbi diſtinctio iſta ꝓbatur. Et diuerſitatis ratio
eſt, ſecūdū Archi . quia ꝙ expiret ſubſtitutio ꝑ religionis
ingreſſum, inductum eſt cōtra propriam ſignificationem
verborū in fauorē piæ cauſę:vnde vbi fideicōmiſſum ex-
pendi debet in pias cauſas,ceſſat dicta ratio: cū nō debea
mus impropriare verba in fauorē vnius piæ cauſę in alte
rius piæ cauſæ pręiudiciū:arg.c.cū cauſa.de prębē. ¶ Se-
cundum. Si aūt inſtitutus nō ingreditur monaſteriū ,ſed
efficitur clericus,dicit gl. ibidē ꝙ non euaneſcit ſubſtitu
tio,niſi duo cōcurrant. Primò,vt perpetuò maneat in ec-
cleſia. Secūdò,vt reditus expendātur in pias cauſas:vt di-
citur in authen.niſi rogati.C.ad Treb.quod quidem Pan.
ibidē reſtringit ad clericū cōuerſum alicuius monaſterij:
ſed melius intelligitur ſimpliciter,vt gl.intelligit. ¶ Ter
tium. Si aūt dediſſet ſe & ſua eccleſię ſeculari,gl. ibidem
diſtinguit : quia aut fit clericus, & ſic dicitur, vt ſuprà ſta-
tim.aut nō fit clericus:& ſic ſubſtitutio nō expirat,ſecūdū
melius ſentiētes.¶ Quartū.Si verò ingreditur religionē
in fraudē ſubſtituti,ſecundū Panor.in c.in præſentia.Ab-
bas tenet,ꝙ ſubſtitutio non euacuatur:quia fraus & dolus
nemini patrocinantur.de reſcri.ſedes.& hoc cōiter tene-
tur,& probabitur fraus probādo cōminationes factas ſub
ſtituto per heredē.xx.q.iij.c.fi.Et idē eſt ſecūdùm Gofre.
& Arch.in c.ſi qua.xix.q.vlt.ſi nō intrauit,ſed monaſteriū
hæredem inſtituit: quia ſubſtitutio non expirat.& de his
ſuprà, Hæreditas j.§.vij. ¶ Quintū.Si autē ad dictā clau-
ſulā generalē, ſi ſine liberis,addatur,ex ſe legitimè deſcē
dentibus,vel ex ſuo corpore natis:licet ſint opiniones,ta
men veritas eſt, ꝙ ꝑ religionis ingreſſum ſubſtitutio ex-
pirat: vt egregiè Bar.probat in quęſtiōe facti.cuius moti-
ua vide per Arch.iij.parte.tit.x.c.iij.§.antepe.& idē tenet
ipſe,& Cy.in l.ſi ita quis.ff.de leg.ij.cōcor. Archi.& Io.in
d.c.ſi qua.& dominus Anto.& Pan.in d.c.in præſentia.li-
cet contrariū tenuerit Iac.de Belui.Hoſt. & Ioan.And. &
quidā alij. ¶ Sextū. Si fiat ſubſtitutio ſub conditione, ꝙ
monaſteriū non ingrediatur, non expirat ſubſtitutio per
ingreſſum monaſterij, ſecūdùm Pan.in d.c.in præſentia.
quia cōiter tenetur,ꝙ illa cōditio, quę impedit matrimo
nium ſpirituale, ſiue religiōis ingreſſum, habetur ꝓ non
adiecta,ſicut & illa, quę impedit carnale.C. de indi.vid.l.
ij.& ff.de cōdi. & demon.l. cum tale. & l. Titiæ ſi nupſe-
rit.vbi dicitur,ꝙ ſi teſtator reliquit Titiæ ducentos ſi nō
nupſerit,& ſi nupſerit,centū:ſi Titia elegerit nuptias, de
bet habere ducētos:quia cōditio illa retrahit à matrimo-
nio carnali:vnde nō tenetur mulier reſtituere relictū ſibi
cū onere reſtituēdi ſi nupſerit.ff.eo.l.quoties. & l.ſi filiæ.
& à fortiori idem eſt ſi conditio impediat matrimonium
13 ſpirituale.*Vnde dicit Alberi.in l.Deo nobis.C.de epiſco
pis & clericis.ꝙ puella, cui relinquūtur centū ſi nupſerit,
ſi verò religionē intrauerit, quinquaginta : nihilominus
ſi intrauerit,habebit centum:quia in caſu prędicto omnis
conditio,dilatio, & grauamen remiſſa intelligūtur: cùm
prædicta inſtitutio ſuccedat loco debiti bonorū ſubſidij:
vt eſt expreſſum C.de inoff.teſt.l.quoniā in prioribus.Et
hoc dicit verū in filia, cui tale ſubſidiū debetur: non autē
in extranea,ſed ſolùm ſi cōditio extet: imò nō haberet fi
lia,quando legitima eſſet ſibi legata, & illud relictū eſſet
vltra debitū bonorū ſubſidiū. Sed Richar.Malumb.tenet
hoc eſſe verū indiſtinctè.Ego verò dico verū dicere Albe
ricum ſi cōſideretur ſolùm ratio debiti ſubſidij:ſed ſi cō-
ſideretur turpitudo cōditionis,quę pro nō adiecta habē-
da eſt, verū dicit Rich. quę quia in hoc caſu ſemper eſt tur
pis,ſemper habebitur pro nō adiecta,infrà,Legatū j.§.ix.

DE HAERESI & Hæreticis primò in ſe.

1 *Hæreſis,quæ ab electione dicta eſt,quid ſit,& quid hæreticus.*
2 *Fidei multa ſunt , circa quæ oberrātes in hæreſim prolabūtur.*
3 *Temerarium,erroneum,& hæreticū,in his,quæ ad fidem perti nent,quomodo differant.*
4 *Errans circa fidem,ut quis hæreticus dicēdus ſit, quot requirā tur.& ibidem quòd quinque,de quibus hic.*
5 *Pertinacia,quæ hæreticum conſtituit, quibus actibus ac modis iudicanda ſit.*
6 *Dubius in fide,an hæreticus cenſendus ſit,uel infidelis.*
7 *Vſuram qui peccatum aſſerit non eſſe,an hæreticus ſit.*
8 *Dæmones adorātes,& imagines baptizantes, num protinus ut hæreticos iudicare,ac punire debeat eccleſia.nu.9.*
10 *Participantes cum hæreticis,qui ſint,& qui dicantur.*
11 *Hæreticorum pœna quænā, & quotuplex ſit. Et ibidem quòd quatuordecim.uſque ad nu.15.*
12 *Hæretico communicare,an ſine peccato quis poſſit.*
13 *Hæreticorum bona,cui applicanda ſint. Et an donatio,alienatio, aut filiorum ante damnationem emancipatio ab hæretico facta teneat.nume.ſeq.*
14 *Hæreticorum relapſorum quæ pœna ſit.Et quot modis relapſus dicatur.*
16 *Hæreticis credentibus, fautoribus eorundē,ac defenſoribus,& receptatoribus,quæ pœna conſtituta ſit.*
17 *Hæreticis ſponte redeūtibus ac pœnitentibus parcendúmne ſit. Et quid ſi poſt condemnationem redire uelint.nu.ſeq.*
19 *Hæretici ad fidem redeuntes,qualiter recipiendi ſint. Et num occulti hæretici, à ſacerdote abſolui queant.nu.ſeq.*
21 *Hæretici redeūtes ad fidē, num circa ordines diſpenſabiles ſint.*

1 HAERESIS*j. Græcè ab electione dicit, eo ꝙ aliquā
ſibi opinionem ſectandam hæreticus eligat.xxiiij.q.
iij.hæreſis.aliàs diuiſionē ſonat: & ſic hæreſis in propoſi-
to videtur hæſio intellectus ad falſam ſententiam in ſpe-
ctantibus ad fidem,aut mores cū obſtinatione:ita ꝙ de ra
tione eius ſunt duo,ſecūdùm S.Tho. ſuper j.ad Corinth.
lec.iiij.ſcilicet electio priuatæ diſciplinæ, & pertinacia:&

principaliter, vt idem dicit ij.ij.q.xj. eſt circa articulos fidei: ſecũdariò verò circa ea, quę ſequũtur ex eis: & naſcitur ex ſuperbia, vel cõcupiſcentia cõmodi temporalis. Hæreticus verò ſecundùm Pet. ex S. Tho. & cõiter omnes doc. diffiniri poteſt, ꝙ eſt is, qui circa ea, quę ſunt fidei, errat ꝑ intellectũ: & pertinaciter hæret errori per volũtatẽ. Vnde errans in his, quę nõ ſunt fidei, id eſt, quæ quis explicitè credere non tenetur: puta, credendo Iacob patrem fuiſſe Abrahæ, & huiuſmodi: qui tamẽ rectè crederet, vbi ei cõſtaret de veritate, nõ eſt hęreticus, ſecundũ S. Tho. in iiij. ſimiliter nec qui errat circa ea, de quib⁹ diſſentiũt doctores, donec per eccleſiam ſit determinatũ: vt idem dicit in prima parte. Similiter errãs circa ea, quę ſunt fidei nõ ꝑtinaciter, ſed per ſimplicitatẽ, nullo modo poteſt dici hæreticus, ſecũdũ Card. in clem. de ſum. trini. & cõſequenter nec excõicatus per verbum, pertinaciter, ibi poſitum: quia errãs per ſimplicitatẽ, nõ pertinaciter credit, imò talis mereri poteſt: puta, dũ credit ſuo epiſcopo prędicanti aliquid cõtra fidẽ, credens animo obediẽdi fidei: paratus tamen corrigi: quia ex intentione iudicatur. Item quia ſecundùm Inno. illud nõ eſt fides eius, ſed fides eccleſię: & vult dicere, ꝙ ideo ſic credit, quia credit eccleſiã illud credere: & cõſequenter potius credit, qđ eccleſia credit. Idẽ autẽ puto de errante ex quadam pia deuotione: vt puta circa cõceptionẽ dominæ noſtræ. Sed hęc limita, niſi erret in his, in qb⁹ ignorãtia nõ excuſat: quo caſu nõ meretur, ſed peccat, nõ per infidelitatẽ hæreticam, quę pertinaciam requirit, ſed per negligentiã. Itẽ niſi erret in his, de quibus certant viri docti ex quadã partiali affectione. aliquãdo tamẽ hæreticus dicitur quilibet excõicatus. iiij. q. j. quod autem. ſimiliter & ſimoniacus. j. q. j. quiſquis. ſed eſt locutio impropria, inquantũ ſcilicet ita operãtur, ac ſi male de fide ſentirent. Igitur ſi alterũ illorũ duorũ deficiat, nõ eſt qs hæreticus. de hoc latius infrà §. fi. Aduerte
2 autẽ,* ꝙ ea, quę ſunt fidei, circa quę errando labitur in hęreſim, ſunt multa: vnde hæreticus eſt primò malè ſentiens de articulis fidei. Et ſecundò ſimiliter malè ſentiens de eccleſiæ ſacramentis. de hære. ad abolendã. Tertiò malè ſentiẽs circa ſcripturæ ſanctę veritatẽ. xxiiij. q. iij. hæreſis. Vnde dicit Pau. in clem. vnica. eo. titu. ꝙ hæreticus eſt exponẽs falſam, & extortã expoſitionẽ in diuinis ſcripturis cõtra id, quod eccleſia tenet. qđ gl. in cle. j. de vſur. §. ſanè. dicit ꝓcedere indiſtinctè de gignẽte, aut tenẽte ꝑuerſum dogma, vel falſas opinioẽs. Sed alij melius hoc limitant, ſi ſcriptura illa ſit de neceſſarijs ad ſalutẽ: puta, de pertinentibus ad fidẽ, vel mores: vel aliter expoſita, ꝙ nõ poſsit eſſe vera in ſenſu illo. Card. etiã in d. clem. voluit hoc extendere ad tenentes cõtra canones: & multi docto. ibi. ſed diſtinguẽdũ eſt. Nam credulitas eſt cõtra fidẽ dupliciter: primò directè, & principaliter, qa ſcilicet eſt cõtra articulos. Secũdò indirectè, & ſecũdariò, quia ſcilicet eſt cõtra aliquid cõnexũ articulo, ita ꝙ ſeqtur corruptio alicuius articuli: ſicut dicere, ꝙ in ſcriptura cõtineatur aliquod falſum: qa eſt cõtra illud, quod Spiritus ſanctus loquutus eſt ꝑ prophetas. Similiter dicere, ꝙ eccleſia malè determinauit in aliquo circa fidẽ, aut mores: quia eſt cõtra illud, ſanctã eccleſiam catholicam: & ſimiliter auferre eccleſiæ Romanæ priuilegia diuina: quia ſequitur, ꝙ ipſa non ſit regula fidei infallibilis: & cõſequenter nõ eſt neceſſe credere articulis fidei ab illa declaratis, vel traditis.
3 ¶ Primò* verò quæritur, quomodo in his, quæ ſunt fidei, differant temerariũ, erroneũ, hæreticum? Et dico ſecundũ Arch. ꝙ ſe habẽt vt homo, animal, corpus, ita ꝙ omne hæreticũ eſt erroneũ, & temerariũ, non ecõtra: & omne erroneũ eſt temerariũ, nõ econtra. Nam temerarium eſt in huiuſmodi aſſerere, tanquam certũ aliquod poſsibile, quod autoritate, vel ratiõe efficaciter probari nõ poteſt: ſicut ꝙ mundus terminabitur hinc ad centũ, vel ducẽtos annos. erroneũ verò ſuper temerariũ addit falſitatem: qa errare eſt à via recta diſcedere: ſicut dicere, vt dicit magiſter Senten. ꝙ Chriſtus fuit homo in triduo ſuæ mortis. hęreticũ quoq; ſuper erroneum addit, ꝙ falſitas ſit notoria, & inhęſio pertinax. Vnde dicit Augu. Errare potero, ſed hæreticus nõ ero. hęc ex illo. Aduerte, ꝙ ꝑtinacia requiritur ex parte credentis, vt dicat hæreticus, nõ ex parte ſentẽtiæ, vt ipſa dicatur hæreſis, vel hęretica: vnde ſuffi
4 cit, ꝙ ſit notoriè contra fidẽ. ¶ Secundò* quæritur, quot requirantur ad hoc, ꝙ errans circa fidem ſit hęreticus? Et dico, ꝙ requirũtur quinq; ad duo prędicta reducibilia: & de quibus diffuſiſsimè Archi. ſecũda parte. tit. xij. c. v. §. j. ¶ Primò, vt quis erret, cũ hęreticus ſit. ſecundũ Aug. quia opiniones falſas gignit, aut ſequitur: qui error ſit in ratione: qa hęreſis eſt ſpecies infidelitatis, quę eſt in ratione: ſicut & fides ſibi cõtraria. Igiť nullũ factũ ſine errore hominẽ hęreticũ fecit: vnde baptizare imagines, dæmones adorare, cõculcare altaris ſacramẽtũ, & huiuſmodi horrenda, niſi ſit error in intellectu male de his ſentiendo, nõ faciunt hęreticũ, ſed peccatorẽ, & ſceleſtũ, & ſortilegum: ſicut qui aliqua ductus cupiditate iſta facit ad aſſequẽdũ aliquid à dæmone pacto tacito, vel expreſſo, credens tñ de his ea, quę fides docet. Nec obſtat, ꝙ ſecundũ iura ſimoniacus dicitur hęreticus. j. q. j. quiſquis. qa hoc non eſt verũ propriè, ſed inquantũ vendendo ſacramẽta ita agit, ac ſi exiſtimaret poſſe donũ gratię Dei pecunia poſsideri, ſecũdũ S. Tho. quod tamen non credit, alioquin eſſet hæreticus propriè. Non obſtat etiã, ꝙ adorãs hæreticum, quod ſcilicet leuius eſt, quàm adorare dæmonẽ, eſt hęreticus. in c. qſquis. & in c. accuſatus. de hęre. lib. vj. quia hoc eſt verũ, ſi adorat credens illũ adorandũ, quaſi ſcilicet ei⁹ fides vera ſit: ſecus ſi propter commodum temporale ſine errore: qa nõ eſt hęreticus, niſi iuris prę ſumptione, & fictione. & de hoc infrà §. v. vtrũ ſcilicet in iudicio eccleſię tales debeãt ſtatim iudicari hęretici. ¶ Secundò requiritur, ꝙ error ſit cõtra ea, quę ſunt fidei, vt circa ſcripturam vel articulos fidei, aut contra determinationẽ eccleſię in his, quę ſunt fidei, aut morũ neceſſaria ad ſalutẽ. ar. xxiiij. q. j. hęc eſt fides. Vnde error in nõ ſpectãtibus ad fidẽ, vel determinationẽ eccleſiæ: puta, ꝙ Sol ſit minor terra, non eſt periculoſus: imò nõ eſt hęreticus ſentiens cõtra determinationẽ eccleſię in alijs, quàm in prędictis, quę pertineant ad fidem, vel bonos mores: ſicut Ioan. xxij. determinauit in extrauaganti, ad conditorem. ꝙ ius ſeparari non poteſt ab vſu in vſu conſumptibilibus: & tamẽ dicit huic ſententiæ cõtradicentes eſſe cõtumaces, & eccleſię rebelles, non autem hęreticos. ¶ Tertiò requiritur, quòd error ſit in eo, qui catholicam fidem eſt profeſſus, aliàs non eſſet hęreticus, ſed ſimpliciter infidelis: vt Iudęus, & Paganus. ¶ Quartò, ꝙ aliquam veritatẽ de fide Chriſti fateatur, quantũ ad humanitatẽ, vel deitatem: alioquin ſi nullam fateretur, ꝓpriè loquẽdo magis eſſet apoſtata, quàm hęreticus, ſicut Iulianus apoſtata: largè tamen dici poteſt hęreticus, & grauius heretico puniẽdus, ſi puniri poſſet. ¶ Quintò, vt quis errorẽ talem obſtinata volũtate eligat, & pertinaciter ſequatur: vnde errans ex ignorãtia, parat⁹ corrigi, nunquã eſt hęreticus. xxiiij. q. iij. dixit apoſtolus.
5 ¶ Sciendũ* eſt tamẽ ſecũdùm Archi. ꝙ pertinacia non eſt iudicanda ſolùm in actu exteriori: puta, ꝙ ille ſolus pertinax reputetur, qui verbis aut ſcriptis monitus reſiſtit: ſed etiã qui latẽter diu in errore perſiſtit, vel vſq; ad mortem perdurat: quia talis non videtur per ignorantiã, ſed per obſtinatã malitiã perſeueraſſe: ideoq; eccleſia tales prę ſumit
6 hæreticos. ¶ Tertiò* quæritur, vtrum dubius in fide ſit hæreticus vel infidelis? Et dicit Laud. quòd is qui firmiter ex animi infirmitate nõ credit, nec tamen pertinaciter dubitationi inſiſtit, nõ eſt hæreticus: quinimo ſi recedit ab illa dubietate reſiſtẽdo meretur: qui verò pertinaciter ĩſiſtit, id eſt non paratus corrigi ad mandatũ ſuperioris, eſt hęreticus: vt in c. dubius. de hæreti. & pro hoc eſt caſus ſingularis in c. damnamus. de ſumma trinit. vbi Ioachim non damnatur, licet dixerit erroneũ: quia fuit corrigi paratus, ſe correctioni eccleſię ſubijciens: vnde ſola pertinacia hominem hæreticum facit. Et idem Cardinalis. Sed aduerte, ꝙ nullus dubius in fide videtur paratus corrigi ad mandatũ eccleſiæ, niſi dubitet ex ignorãtia: quia dubius de articulo dubius eſt de doctrina eccleſiæ, ſi ſcit eã docere articulũ. Vnde dico, ꝙ dubitans contra ſuam voluntatẽ nõ eſt hęretic⁹ alia ratione: quia ſcilicet ſicut nullus credit niſi volẽs, ſecundũ Aug. ita nec efficitur infidelis niſi volẽs: vnde in ratione hęreſis includiť electio falſitatis: quæ electio im-
7 portat liberam inclinationẽ voluntatis. ¶ Quartò* quęritur, vtrũ ſit hęreticus qui aſſerit vſuram non eſſe peccatũ? Et dico ꝙ ſic, vt in clem. ex graui. de vſur. vbi dicit Petr. de Anch. ꝙ actus fœnerandi non ſapit hęreſim, nec pertinet ad inquiſitorẽ: & tamen pertinaciter aſſerere hoc nõ eſſe peccatũ eſt hęreticum. Et rationẽ aſsignat gloſſ. dicens, ꝙ non ſolùm hæreticus eſt male ſentiens de articulis fidei & eccleſiæ ſacramẽtis. de hære. ad abolendã. ſed etiã qui peruerſum habet dogma, vel falſas aut nouas opiniones gignit, aut ſequitur. xxiiij. q. iij. inter ſchiſma. & capit. hæreticus. intellige cõtra doctrinã eccleſię. vnde ſubiũgit glo. hoc eſſe cõtra doctrinã eccleſię. eo. titu. c. iiij. & c. cum tu. & concord. Panor. qui clarius loquẽs dicit hęreticum eſſe qui per falſam extortam expoſitionẽ in ſcripturis diuinis ponit contra id quod dicit eccleſia. diſtin. l. c. ſi quis diaconus. & cap. ſi ille. in fine. Et intellige ſecundũ Petr. quãdo quis ſimpliciter aſſerit vſurã non eſſe peccatum: vbi tamẽ dubitatur in aliquo caſu, vtrũ ſit vſura nécne, nõ eſſet hęreticus qui teneret opinionẽ etiã fortè nõ verã: vt in c. nauiganti. de vſur. Addit etiã Pau. in dicta cle. ex graui. ꝙ dicere ſimpliciter vſurã eſſe peccatum, ſed facta reſtitutiõe non eſſe confitendũ, ſicut confiteri tenetur qui eſt obligatus ex licito cõtractu, eſt hęreticũ: & in cõtractu obligatur tantùm quis homini, in vſura offendit & obligatur Deo & homini, & ideò poſt reſtitutionem tenetur adhuc pœnitere. Ex præmiſsis colligit Arch. ſolutionẽ huius quæſtionis. Quidã enim, inquit, in publicis prædicationibus concitando turbã contra clerũ aſſeruit, ꝙ laici ſoluendo decimas clericis, aut eis confitendo & dãdo oblationes peccabãt: cùm omnes clerici eſſent mali, & de eccleſijs remouẽdi. Quærebatur an contra eum tanquã hæreticũ procedi poſſet? & firmatũ eſt per omnes Theologos & iuris vtriuſque doctores ibi exiſtentes ꝙ ſic, & bene, per doctrinã illius gloſſæ, quia pertinaciter tenebat diuerſas opiniones reprobatas per ſacros canones & canonicas ſanctiones, &
8 cõtra id quod eccleſia tenet. ¶ Quintò* quęritur, vtrũ adorãtes dæmones, & baptizãtes imagines eccleſia debeat ſtatim iudicare & punire vt hæreticos? Et dicit Arch. ſub correctione ſedis apoſtolicæ. ꝙ non, quantũ eſt ex natura rei: quicquid ſit iuris præſumptione: quia quandocunq; effectus dependere poteſt ex duplici cauſa: puta infidelitate & cupiditate aſſequẽdi aliquid à dæmone pacto tacito vel expreſſo: nũquam ex natura rei poteſt ex iſto effectu iudicari præciſe altera cauſa. Et ideò quãdo cõſtaret de huiuſmodi effectu, vlterius inquirendũ eſſet de cauſa: ſi ex errore & fidei peruerſitate hoc faciat, iudicãdus eſt hæreticus. ſi verò ex alia cauſa, iudicãdus eſt ſortilegus, & viliſsimus peccator. Inquiret autem hoc & inueſtigabit eccleſia, quę interiora non videt, ex actibus per quos habitus recognoſcuntur: vt ſi habet actum defendendi aliquem articulũ fidei: vel ſi aliquẽ inſtruxit publicè vel occultè de oppoſito articulorũ fidei, & huiuſmodi. Ex cauſa tamẽ adorationis dęmonis pręciſe iudicare nõ põt aliquẽ ex natura rei eſſe hæreticũ: etſi iuris præſumptione talis hæreticus ſecundũ gloſſatores iudicetur. Poſſet tamẽ eccleſia rationabiliter ſtatuere vt tales velut hæretici puniantur. Adde quòd Auguſtin. de Anc. videtur idẽ ſentire. ſed de hoc ti. ſeq. §. iij.
9 ¶ Sextò* quæritur, quid de illo, qui oſculatur ſepulchrum Machometi, vel aliquid facit ad eius reuerẽtiam, ſicut alij infideles? Et dicit Alexander de Ales ij. ij. titulo, de apoſtaſia. quòd ſi facit quia ita credit, ideoq; ꝓfitetur, ſic eſt apoſtata, hæreticus, & excommunicatus. Si verò hoc facit ſolùm verbo propter metum, non in corde, peccat mortaliter, non tamen eſt hæreticus vel excommunicatus.
10 ¶ Septimò* quæritur, qui ſint hi qui dicuntur participare cum hæreticis, vt fautor, defenſor, credens, & huiuſmodi? Et dico, ꝙ credentes hęreticorũ, exprimendo mentẽ doct. ſunt qui implicitè credunt quod hæretici ſciti eſſe hæretici credunt, non autẽ explicitè, quia iam eſſent hęretici: vnde credẽtes iudicãdi ſunt omnes, qui verbo vel facto oſtẽdunt ſe credere quod illi credunt: qui autẽ eis cõmunicãt in alijs factis, in quibus error non exprimitur, vt viſitãdo, præbendo alimoniam, & huiuſmodi, non ſunt iudicandi credẽtes, ſed potius fautores. Vnde ſecundũ Arc. in c. quicunque. eod. tit. li. vj. credentes hæreticorũ dicũtur, qui dicũt ſe velle mori in fide eorũ, vel credere illorũ erroribus. de pœ. diſt. j. poteſt. ſimiliter qui eos adorat, reuerentiam ſuo modo exhibet, conſolationẽ vel cõmũnionẽ in morte ſeu infirmitate ab illis acceperit, vel ſimilia ad ritũ eorum pertinẽtia perpetrat: quia plus factis quàm verbis loquimur. argu. extrà, de appellationib. dilecti. el ij. Secus ſi qui ſermones eorũ audierunt ſemel & amplius nõ redierunt: quia nõ vidẽtur approbaſſe quod poſtea vitarũt. ar. j. quæſt. j. c. conſtat. Et ſi quis eos viſitauit, alimoniam dedit, ducatum præſtitit, vel ſimilia fecit, in quibus nil de ritu eorum oſtenditur: quia hæc fiunt quandoq; interuentu pecunię: niſi prius erant lapſi, & poſtea ita fecerunt. de hære. libr. vj. c. accuſatus. Et ſecus ſi qui libros eorum ſuſcipiũt, ſed ſtatim deſtruunt incẽdio vel aliter: quia iudicãdi ſunt innoxij, id eſt, decredentes. j. quæſt. j. cap. j. aliàs ſi ſuſpecti ſunt, & non deſtruunt, eis indicẽda eſt purgatio canonica: ſicut & omnibus prædictis, de quibus dictum eſt ꝙ nõ debẽt iudicari credentes. Petr. etiã de Pal. in iiij. breuius explicat, dicens, ꝙ credẽtes ſunt, qui licet nulli hęreſi adhæreant expreſſe, credũt tamẽ hęreticos eſſe bonos viros, & bonã habere fidẽ: ſicut ſunt apud nos ſimplices fidẽ explicitã nõ habẽtes. Vñ ſicut hi ſunt fideles. ſ. credentes implicite, ita & illi ſunt hæretici dicẽdi: vt extrà eo. excõicam⁹.
¶ Receptator verò, ſecundũ Grammaticũ, eſt qui frequẽter recipit: qa recepto eſt verbũ frequẽtatiuũ: in iure tamẽ ſecundũ Arc. ponitur receptare pro ſimplici verbo. i. recipere: vt probatur ff. de recept. l. fi. & ſecũdũ ius ciuile receptator eſt, qui latẽter aliquẽ recipit & celat, vt cõſeruatus

manus iudicis euadat.ff.de recepta.l.j.ff.de offic. præſi. l. congruit.C.de his qui la.occul.l.vlti.& ſimiliter etiã accipitur ſecundũ iura canonica, niſi in caſu iſto, in quo receptator dicitur, ſecundũ Archi. qui eos recipit in terra vel domo ſua ſemel vel pluries, publicè vel occultè. Vnde, ſecundũ Arc. receptatores dicũtur, qui eos recipiũt ſciẽter, etſi non frequẽter.arg.de pœn.felicis.li.vj. ¶ Fautores verò ſecũdũ Arch. vbi ſ̃. dicũtur perſonæ quidẽ quę publica authoritate fungũtur, ex ſola omiſsione: puta, ſi cõdemnatos ab eccleſia non fugãt aut puniunt, ſicut debẽt, & præcipitur in c.ad abolendã.eo.ti.& in c. excõmunicamus.el j. quod probatur xxiij.q.iij.qui poteſt.& q.v.qui vitijs.& q.viij.præterea.& xvij.q.iiij.§.qui aũt. Si tamẽ prælati non faciũt carceres ad hæreticorũ cuſtodiam ex auaritia, vel ſimilia ad eorũ officia pertinẽtia, non dicuntur fautores, ſecundũ eundem; quia id in eorũ fauorẽ non faciũt; ſecus ſi propter eos nõ faciunt. Perſonæ verò priuatæ licet nõ capiant hæreticos, ex omiſsione ſola non dicũtur fautores; ſed ſi celãt eos poſtq̃ iurauerint indicare.xj.q. iij. quiſqs. & hoc in caſu, in quo tenẽtur illos indicare. de quo ĩ. Hæreſis.ij.§.iij. Secus in alijs priuatis non adſtrictis: quia niſi omittãt doloſe, fautores nõ dicũtur. Ex cõmiſsione verò omnes tam perſonæ publicæ quàm priuatæ dicũtur fautores; vt qui verbis eos excuſant vel laudãt non ex ioco, nec per lubricũ linguæ, quod.ſ.ad pœnam trahi non debet.ff. ad l.Iul.ma.l.famoſi. ſed in conuẽticulis vel inter laicos, ſicut multi ſæpe dicũt, Iſti non ſunt tales quales dicũtur: & huiuſmodi, qui inducũt ſimplices ad eorum deuotionẽ: & deuotionẽ eorũ ad eccleſiã minuũt: vel fortè quia aduocati ſunt, & defendẽdo eos excuſant eorũ ꝓceſſus: qui vtiq; fautores dici poſſunt habita cõſideratiõe perſonarũ, loci, ac temporũ.xj.q.iij.non ſolũ.ij.q.j.c.ſi. Multo magis fautores ſunt, nec egẽt ꝓbatione, qui facto eis fauẽt, puta miniſtrãdo alimoniã, liberãdo, miniſtrãdo ea, per quæ liberantur, & ſimilia faciendo. ¶ Defenſores aũt, ſecundũ Archi. vbi ſ̃. dicuntur hi, qui perſonas eorũ defendũt reſiſtẽdo viribus vel potẽtia, ne ad manus iudicis veniãt puniendi, vel examinãdi. De quo xxj.q.v.per totũ. vel ne fiat executio. de offic.dele.ex literis. qui verò nõ defendũt perſonã, ſed errorẽ, ſecundũ Arch. dicũtur hæreſiarchæ. Notãdum eſt tamen, ꝙ defendẽs hereticũ ne lędatur à priuato: vel qui patrocinatur illi in iudicio, credẽs illum habere iuſtam cauſam, nõ dicitur defenſor aut fautor, etiã ſi poſtea appareat ꝙ nõ erat iuſta cauſa: quia hęc eſt iuſta defenſio, quę talibus reſeruatur: ſecus ſi cõtra conſcientiã ei patrocinatur: quia defenſor eſt, ſecundùm Car. in cle. j. de pœn.

11 ¶ Octauò* quæritur, quæ & quotuplex ſit hereticorũ pœna? Et dico ꝙ multiplex. ¶ Prima, q̃a ipſo facto ſunt excõmunicati: vt ſ̃. Excõicatio.viij. excõicatione ij. & nedum ipſi excõmunicantur, ſed etiã ſuſpecti de hæreſi, niſi ad arbitrium epiſcopi ſe purgauerint. de hære. ad abolendã. §. laicus. & de ſen.excom.vt famæ. & ſi excõmunicationem per annũ ſuſtinuerint, animo indurato, tunc velut heretici condemnabuntur. de hære. excõmunicamus. §.j.& c.cum cõtumacia.eod.tit.lib.vj. requiritur tamẽ vt ſpecificè ſint vocati de fide reſpõſuri, ſecundũ Io. And. ibidẽ, & ſe de tali ſuſpicione purgaturi. Si verò hæreticus ſit omnino occultus, vtrũ ſit excõmunicatus, vide ſ̃. Excõicatio.vij.excõmunicatione ij. ¶ Secũda eſt, ꝙ ſunt omnino vitandi: quia ſunt excõmunicati: extrà eo. excõicamus. & nemo cum eis debet habere negotiationẽ, neq; in domo vel in terra ſua eos tenere vel fouere. facit c. ſicut ait. eo.ti. & ſecũdũ Pan. ibi extenditur d.c. ad omnes hæreticos, licet loquatur de Tholoſanis: imò ſeculares Poteſtates debent moneri, & ſi neceſſe eſt eccleſiaſtica cẽſura cõpelli omnes hereticos ab eccleſia denotatos de ſuis ꝓuincijs exterminare: & cũ nouiter quis eligitur in tẽporalẽ vel perpetuã poteſtatẽ de hoc iurare: & ſi propter ſuam negligentiã aliquis talis dominus fuerit excõmunicatus, & nõ ſatisfecerit intra annũ, debet papę intimari: vt ipſe omnes eius vaſallos ab eius fidelitate denũtiet abſolutos, & terram ſuã occupandã fidelibus exponat: & illũ, ſi expedire videbitur, à ſua dignitate deponat. extrà, eo. excõicamus. §. moneantur. Et licet cum nullo excõmunicato ſit participandũ, multominus tamen cũ hæreticis: ita ꝙ licet non ſint excõmunicati eadẽ excõmunicatione omnes participantes cum illis: ſecus de credẽtibus, fautoribus, receptatoribus, & defenſoribus: q̃a ligantur eadẽ ſentẽtia: vt ſ̃. Excõicatio.vij. excõicatione v.

12 ¶ Poſſet* tamen aliquis ſine peccato participare cũ eis: vt in ſpectãtibus ad eorũ ſalutem: & ſimiliter vxor, & filij, & huiuſmodi, qui iudicio boni viri aliter cõmodè facere nõ poſſunt: nec ineſt auerſionis periculum: & ſimiliter cęteri in caſibus, in quibus licet participare cum excõmunicatis, de quibus ſ̃. Excommunicatio.v.§.j. ¶ Tertia pœna eſt, ꝙ bona ipſorum ſunt ipſo iure, vel ipſo facto confiſcata: ſed executio confiſcationis vel occupatio dictorũ bonorũ nõ fiet per principes ſeculares, donec per aliquã perſonã eccleſiaſticam fuerit ſentẽtiatũ ſuper dicto crimine hæreſis contra ipſum hæreticũ. de hære. cum ſecundum. lib.vj. vide Aſſaſsinus.§.vlt.

13 ¶ Et* applicãtur fiſco, ſi hæretici ſunt ſeculares, & in terris Imperij. Si verò ſunt ſeculares in terris eccleſiæ, vel ſi ſunt clerici, applicãtur fiſco eccleſię, niſi clericorum bona eſſent eccleſię, vel ipſi haberẽt ſtipẽdiũ ab eccleſia: quia applicabũtur eccleſiæ cuꝰ erãt, vel à qua ſtipendiũ habebant. extrà eod. excommunicamus. & viij. diſtinc. c. quo iure. ſecundũ Rayn. Dos autẽ vxoris hæretici non cõfiſcatur, ſecũdũ Dire. niſi cum tali ſciẽter contraxerit: vt in c.decreuit.eodem titulo.libro vj. vbi dicit gloſſ. ꝙ præſumitur ignoraſſe, niſi ſciuiſſe probetur. de regulis iuris.c.præſumitur.li.vj. vel niſi participet in hæreſi, ſecundùm Archi. Et ſi aliter fieri non poteſt, manu armata ſunt eis omnia bona auferenda: vt xxiij.quæſt.iij.capi.j. Sicut tamen dicit Rayn. & Gofred. licet eccleſia videatur dare generalem authoritatẽ omnibus expoliandi eos: tamen ſatis videtur tutum quòd non fiat niſi ſpeciali edicto vel principis vel eccleſiæ: ne aliter videatur quis potiꝰ ex cupiditate vel vltione, quàm ex iuſtitia & obedientia pugnare. xxiij.quæ.j.c.quid culpatur. & quæſt.iij.per totum. ¶ Pro his tamen notandum primò eſt, ꝙ ſi dicta ſententia requiritur in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, id eſt, hæreſis, multo magis requiritur in crimine læſę maieſtatis humanæ, & in alijs inferioribus delictis. Vnde ſi cauetur ſtatuto, ꝙ bona homicidæ ſint ipſo iure cõfiſcata, ſiue ſit publicꝰ, ſiue occultus homicida, bona cõſciẽtia retinere põt dicta bona, & fructibꝰ vti pro neceſsitate, donec ſentẽtia, ſaltem generalis, ſequatur: vt etiam tenet Dire. li.iij. titulo ix. qui etiam dicit, quòd dicta bona damnatorum propter hereſim, vel huiuſmodi, ad fiſcum pertinent à die cõmiſsi criminis. C.de hæreticis.l.iiij.ff.de donation. l.donationes perfectæ. extrà eodem, cap. ſtatutum. §.j. libr.vj.

14 ¶ Vnde* donatio vel alienatio facta per hæreticum ante damnationẽ non tenet, nec emãcipatio filiorum: quia eo ipſo quòd hæreticus eſt, filij deſinunt eſſe in eius poteſtate: licet tunc non appareat, illum eſſe hæreticum: vt de hæreticis.cap.quicunque.§.finali.libr.vj. Ex quo conſecuta eſt condemnatio, effectus condemnationis trahitur retro

ad

ad diẽ cõmiſsi criminis: & alienatio eſt illi interdicta. C. ad l.Iul.maieſt.l.quiſquis.§.emancipatio. Imò dicit Pan. in c.ſi. ꝙ ſi ſententiatum fuerit ſuper eorum crimine poſt mortẽ ipſorũ, nihilominus applicabuntur dicta bona fiſco: vt in c.ij.de reſcri.lib.vj. quia cõfiſcatio fuit facta in vita ipſorum eo ipſo, ꝙ in hæreſim inciderunt. & de hoc eſt text. in c.accuſatus. eo.titu. lib.vj.§. in eo verò caſu. Et ſi habuerint catholicos filios, nihilominus cõfiſcantur, ſecundùm glo. ſumma. xx.iij.q.vij. & in c. vergentis. eo.tit. Et ſic per illud cap. corrigitur auth. de Neſtorianis. C.de hæreti. quæ volebat, ꝙ ad catholicos filios, vel agnatos deuolueręntur. quod ſequitur Arch. ea.q.vij. & Cy. in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. & Gofr. dicit verũ in terris eccleſiæ: & eſt magis pium, licet primum ſit verius, intelligendo quãdo pater publice prædicauit contra fidẽ: vel publicè profeſſus eſt, aut defendit errorẽ: vel coram ſuo prælato cõfeſſus, aut cõuictus, aut ſentẽtialiter cõdẽnatus. extrà, de verb.ſigni. ſuper quibuſdam. ſecundùm Rayn. & in Summa Confeſsionum.lib.j.titu.xv.q.vij. Et ſi hæreticus alienauit, fiſcus vel inquiſitores nõ tenẽtur reſtituere pretium emptori: quia effectus dãnationis retro trahitur, vt dictum eſt: & ſicut facta dãnatione bona alienare nõ poſſent, ſic nec ante illam à die cõmiſsi criminis: argu. C. de do. inter vir. & vxo. l. donationes. Sed limita prædicta, niſi pretium, vel aliquid loco pretij inueniatur in bonis hæretici. arg. ff. ſolu. mat. l. ſi cum dotem. §. vlti. & l. ſequen. Et intelligas, quòd nõ ſolùm reuocabit rem pretio nõ reſtituto emptori, qui emit ab hæretico: verùm etiam nec ei, qui emit, quantũcunque per plures manus trãſierit: quia non habuit ius vendendi. hæc Ioã. Mona. Archi. & Ioan. And. in c. cum ſecundum. de hereti. lib.vj. & idem Direct. Et ideò is, cuius bona ipſo facto ſunt confiſcata, vel alteri in pœnam applicata, ne ſit cauſa damni ei, cui alienat, non põt ſine mortali alienare, niſi pro neceſsitate vitæ, vt pro comedendo, & huiuſmodi: quia argumẽto eorũ, quę not. Bar. in l. poſt. ff. de dona. talis adminiſtratio bonorum neceſſaria non eſt præfatis interdicta, ſed ſolùm volũtaria. alleg. l. reo. ff. de ſolu. l. peto. §. prædium. ff. de lega. ij. & l. alienationes. ff. famil. erciſcun. vel niſi aliàs eſſet ſoluẽdo pro damno dato: vel niſi emptori reuelaret cõditionẽ rei ita eſſe: & hoc ſi tale delictũ, propter quod ſua bona ſunt fiſco applicata, poteſt aliquo modo probari: q̃a ſi eſſet totaliter improbabile, poſſet alienare etiã titulo oneroſo: titulo etiã lucratiuo bene poſſet alienare. Et ſic intellige & limita Bal. vbi ſuprà, & Pan. in d.c. cum nõ ab homine. & Ioan. Andr. in c. pro humani. de homi. lib.vj. in nouel. Excipe tamẽ caſum cap.ij. de præſcrip. lib.vj. vbi habetur, quòd ſi poſt mortem hæreticorum, qui dum viuerent, catholici putabãtur, bona ipſorum à catholicis eorum filijs vel nepotibus, aut extraneis quibuſcũque ſpatio quadraginta annorũ fuerint bona fide poſſeſſa, non eſſe ampliꝰ ſuper huiuſmodi bonis moleſtandos, etiã à Romana eccleſia in hoc caſu: quanquã illi, quorũ bona fuerunt, nunc detegantur hæretici extitiſſe. Et hæc valẽt ad intelligentiam ſtatutorum in religionibus, quibus cauetur, vt qui tale quid fecerit, ipſo facto ſuis officijs ſit priuatus, & huiuſmodi: quia expedit, vt per iudicẽ declaretur, antequã fiat executio. Valent etiã ad hoc, ꝙ ſi tabellio per ſententiam legis eſt tabellionatu priuatus, & nõ ſit declaratũ per ſententiam hominis, ſemper valebũt eius inſtrumẽta donec declaretur. & ita not. glo. in §. pe. in auth. de tabel. Quomodo autem hæreticorum bona diuidantur, vide tit. ſeq. §.xij. & ſ̃. Aſſaſsinus. §.v. ¶ Quarta hæreticorũ pœna eſt ꝙ indiſtinctè, ſiue ſint laici, ſiue clerici, etiam ſi Papa, vel Imperator, debent ab omni dignitate deponi. diſtin.xl.ſi Papa. & xxiiij.q.j. qui contra pacẽ. & omnibus officijs, ac beneficijs ſpoliari, & clerici degradari, & ipſi, ac eorũ credentes, receptatores, defenſores, & fautores, ipſorũq; filij vſq; ad ſecundam generationem nullum eccleſiaſticũ beneficium, vel officium publicum poſſunt adipiſci: vt in c.ij.eod.titu.lib.vj. quod intellige de ſecunda generatione per lineam patris, qui eſt filius & nepos: ſed per lineã maternam non, niſi ad primum gradum, ſcilicet filium extenditur, vt in c.ſtatutum.el ij.eo.tit.lib.vj. & etiam niſi prædicti eſſent emendati, & reincorporati eccleſiæ, parati ad pœnitentiã fuiſſent: vt in d.c.ſtatutũ. ¶ Quinta eſt, quòd ſi quis vir eccleſiaſticus ad preces heretici, vel fautoris, & ſimiliũ, dignitates, perſonatus, & quæcunque alia eccleſiaſtica beneficia ſcienter eſt adeptus, ipſis eſt priuatꝰ ipſo facto, & inhabilis ad ſimilia in poſterum. Si verò ignorãter ſolùm, ſic habitis eſt priuatus: vt in c. quicũque. eod. tit. lib.vj. ¶ Sexta, ꝙ filij hæreticorũ ipſo facto, ꝙ ſententiatum eſt contra eorũ parentes de hæreſi, efficiuntur ſui iuris, & effecti intelliguntur à die cõmiſsi criminis: vnde emancipatio facta non valet poſt commiſſum crimen: vt in c.quicunque. ¶ Septima, quòd vxores ſcienter cum hereticis cõtrahentes, perdunt ipſo facto dotẽ. ſecus ſi ignoranter, licet poſtea ſciuerint: vt in c.decreuit.eo.tit.lib.vj. ¶ Octaua, quia appellare nõ poſſunt ipſi, aut credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum: vt in c.vt inquiſitionis.eo.tit.lib.vj. ¶ Nona, quòd cõtra eos, & alios predictos admittuntur excõmunicati, & participes, vt ſocij criminis, ad teſtimonium: vt in cap. in fidei fauorem. eo.ti.lib.vj. & officiales, licet ſint excõmunicati, poſſunt contra eos exercere officium ſuum, ſi requiſiti fuerint ab epiſcopis, inquiſitoribus, vel eorũ delegatis: & licitè requiri poſſunt: vt in c.præſidentes.eod.titu.lib.vj. ¶ Decima, quòd ſiue hæretici, ſiue coniuncti, ſiue extranei, non poſſunt hæredes inſtitui: nec eis eſt aliquid relinquendũ: vt in c.ſi quis epiſcopus.& ſequen. & quod ibi notatur de hæreti. & ſecus faciẽtes, ſi ſunt epiſcopi, vel clerici, ſunt excõmunicati, etiam poſt mortem: vt in d.c. notatur. ¶ Vndecima, quòd eorũ vaſalli abſoluti ſunt à debito fidelitatis, & totius obſequij: & quicunque alij aliqua obligatione adſtricti: vt famuli, liberti, & huiuſmodi, ipſo facto liberantur: vt dicitur, & not. in c.ſi. eo.tit. Et idem de vaſallis dominorum, qui contra hæreticos ſunt negligẽtes, vt ſ̃. dictũ eſt. Vnde ſi quis promiſiſſet eis ſoluere certo die ſub iuramento, vel pœna, nõ tenetur: vt ibi not. gl. Quod intellige, ſi eſt manifeſtum, ipſum hæreticum incidiſſe in perfidiam, vt ibi: & idem ſecundùm Phi. eſt, ſi ſit occultus, modò probari poſsit. quod Ioã. And. verum limitat, ſi ad ipſam probationem ſit proceſſum: quia tũc probatio facit delictum eſſe manifeſtum: vt in cap. cum olim. de verbo. ſigni. Panor. verò ibidem dicit, quòd à die cõmiſsi criminis ſunt liberi: ſed ipſa abſolutio allegari non poteſt, niſi facta manifeſtatione per ſententiam. Sed dico, quòd ſententia nõ eſt neceſſaria, ſed ſufficit manifeſtatio facti: imò nec ipſa probatio in actu eſt neceſſaria, ſed ſufficit poſsibilitas certa probandi: quia per exceptionem eorũ petitionem elident. ¶ Duodecima, quòd morte plectuntur: quia dãnati præſentibus ſecularibus poteſtatibus, aut eorum baliuis, relinquũtur animaduerſione puniendi, clericis à ſuis ordinibus degradatis: vt in cap. excommunicamus. el primo. eo. tit. & iſta animaduerſio eſt pœna ignis in laicis de cõſuetudine, licet de iure ſit pœna mortis: vt

in l. Arriani.C. de hęre. iuncta l. vltimum ſupplicium.ff.
de pœn. Si tamen redire ad eccleſiam,& pœnitentiā vo-
luerint,an ſit eis parcendū.j. §.xij. ¶ Decimatertia, quòd
nullus cleric⁹ debet illis prębere eccleſiaſtica ſacramēta:
neque eos tradere eccleſiaſticę ſepulturæ,neq; eleemoſy
nas,aut oblationes eorū recipere : aliter clericus priuan-
dus eſt officio ſuo:regulari verò ſua priuilegia nō ſeruē-
tur in ea diœceſi, in qua contrafecerit:vt in d.c. excōica-
mus.imò hodie quicūq; eos tradiderit eccleſiaſticę ſepul
turę eſt ipſo facto excōmunicatus,per c. quicunque. eod.
titu.lib.vj.nec debet abſolui, niſi proprijs manibus publi
cè extumulet corpora damnatorū,& locus ille ppetuò ca
reat ſepultura. Si tamen hęretici,etiam relapſi, manifeſta
pœnitentiæ ſigna oſtendant, nō ſunt eis humiliter petita
pœnitentiæ & euchariſtię ſacramēta denegāda. extrà eo.
c.ſuper eo.libr.vj. ¶ Decimaquarta, quòd nullus tabellio
publica inſtrumēta, vel ſcripta pro hęreticis, credētibus,
fautorib⁹,& cęteris facere poteſt, nec aduocat⁹ in aliqua
cauſa, vel facto poteſt eis pręſtare patrociniū; nec litigā-
tibus ſub eorū examine : aliter ipſo facto ab officio ſuſpē
ſi ſunt, & perpetuò infames: vt in c. ſi aduerſus. eod.titu.
quod ſecundùm Panor. intellige, niſi reuertantur ad fi-
dem: quia tunc poſſunt pręd icta pro eis impendi.
25 ¶ Nonò,quæ* ſit pœna hæreticorum relapſorum?Et dico,
quòd tales poſt abiurationem hęreſis, vel etiā ex eo,quòd
ſuſpecti de hoc poſtquam ſe ad antiſtitis examinationem
purgauerint, ſi depręhēſi fuerint iudicialiter recidiuaſſe,
ſine vlla audientia relinquūtur iudicio ſeculari puniēdi:
ſed ſi in foro pœnitētiali hoc fatentur, propter hoc puni-
ri non poſſunt. ¶ Dicitur autem relapſus primò accuſatus
de hæreſi, vel ſuſpectus ſuſpicione vehemēti, qui hęreſim
abiurauit in iudicio , & poſtea committit, ſiue incidit in
ipſam, etiā ſi ante crimē ipſum nō fuerat plenè ꝓbatū: ſi
autē ſuſpicio fuerat leuis, nō debet iudicari relapſus, ſed
aliter grauiter puniri:vt in c.accuſatus.eo.ti.lib.vj. Secun
dò, is qui errauit in vna ſpecie hęreſis, vel in vno articulo,
& abiurauit hęreſim ſimpliciter, & poſtea errat in alio: vt
in d.c.accuſatus. ¶ Tertiò, ille, de cuius lapſu in hæreſim
ante abiurationem conſtitit, vel nunc conſtat, ſi poſtea hę
reticos deducat, receptet, vel aſſociet, aut eis munera do-
net, aut mittat, vł impēdat fauorē, quę excuſari nō poſsūt,
26 ſeu etiā viſitet: vt in d.c. accuſatus. ¶ Decimò* quæritur,
quę ſit pœna credentiū hęreticis, fautorum, defenſorum,
& receptatorum ?Et dico, ꝙ quilibet talis eſt excōmuni-
catus ipſo facto:vt in c.nouerit.de ſenten.excommunica.
& ſi non ſatisfecerit intra annum, ex tunc ipſo iure eſt in-
famis:nec ad publica officia, ſeu conſilia, nec ad eligēdos
alios ad huiuſmodi, nec ad teſtimoniū debet admitti:nec
poteſt cōdere teſtamentū: nec ad alicuius hæreditatis ſuc
ceſsionem accedere:nullus quoq; ei ſuper quocūq; nego
tio, ſed ipſe alijs, cogitur reſpōdere: ſi iudex eſt, eius ſen-
tētia nō valet: ſi aduocatus, nō admittitur ad patrociniū:
ſi tabellio, nō valent eius inſtrumenta: & ſic in ſimilibus.
Si verò ſit clericus, ab omni officio, & beneficio debet de-
poni. Qui autē tales poſtquā ab eccleſia denotati fuerint,
euitare cōtempſerint, debent excommunicari. Probātur
hæc omnia extrà eo. excōmunicamus. Clerici quoq; tali
bus exhibētes eccleſiaſtica ſacramēta, vel eos eccleſiaſticę
ſepulturę tradētes, aut eleemoſynas, vel oblationes eorū
recipiētes, priuari debēt officio ſuo, ad quod ſine ſpeciali
indulto ſedis apoſtolicę nō reſtituātur. Similiter & regu
lares, quorū etiā priuilegia in locis illis eis nō obſeruen-
tur:vt in d.c.excommunicamus. Sepelientes etiā eos ſunt
excommunicati:vt s̃.Excommunicatio ix. §.xxvij.Multæ
etiam aliæ pœnæ horum colligūtur ex ſuperioribus quę-
17 ſtionibus. ¶ Vndecimò* quęritur, vtrum hęreticis ſponte
redeuntibus, & pœnitentibus ſit parcendū? Et dico, quòd
eccleſia quantū ad ſpiritualia, ſcilicet collationē pœnitē-
tiæ, & euchariſtię ſemper vtitur miſericordia cū pœnitē-
tibus, etiā relapſis, iſta eis exhibēdo: vt in c.ſuper eo.lib.
vj. quantū verò ad temporalia, vt vitam, dignitates, offi-
cia, & ſubſtantiam, vtitur miſericordia ante relapſum: qa
lapſi mortem mereantur, cùm fidem corrūpēdo grauius
delinquat falſarijs monetarum, qui ſtatim morti addicun
tur: & tamen eis parcitur, ſi reuertuntur: & pœna carceris
perpetui olim debita illis hodie per inquiſitores vnà cū
præſidente cōmutari poteſt:vt in c.vt commiſsi. eo.titu.
lib.vj. aliquādo etiam remittuntur eis bona ex miſericor
dia, & nō aliter: vt in c.vergentis.eo.titu.quia ſunt confi-
ſcata: quā miſericordiā puto poſſe pręſtari ab eo, ad quē
bona per confiſcationem deuoluūtur:aliquando etiam ſi
ſunt clerici, diſpenſatur cum eis in officijs plus, & minus:
aliquādo etiā in prioribus dignitatibus, pręcipuè ad ſcā-
dalum tollendum:vt xxiij.q.iiij.ipſa pietas.Poſt relapſum
verò vtitur ſeuera iuſtitia, nullo modo parcēs eis quantū
ad vitam, & bona temporalia, quantumcunque pœniteāt.
extrà eo.ad abolendam. & hoc ſecundùm Sā. Tho.ratio-
nabiliter: quia alioquin poſſet hoc eſſe in pręiudicium ſa
lutis aliorū : tum quia ſi relaberentur alios inficerent: tū
quia alij facilius in hæreſim laberētur, ex quo iſti ſine pœ
na euaderent. Ex relapſu etiam eorū pręſumitur de incō-
ſtantia eorū circa fidem, ideoq; iuſtè occidūtur. xxiiij.q.
18 iij.reſecandæ. ¶ Duodecimò* quæritur, vtrū parcendum
ſit hæreticis redire volentibus, poſtquā ſunt per eccleſiā
condēnati?Et dicit Io.And. in quadā apoſtilla, in d.c.ex-
communicamus.el j.eo.tit.ꝙ ſic. & idem tenet gloſſ.in c.
excommunicamus.el ij.eod.titu.& Archi.in c.vt cōmiſsi.
eo.tit.lib.vj.dicens, quòd tantum relapſis non parcitur.&
idem videntur velle iura noua, quę indiſtinctè parcendū
dicunt redire volentibus : vt patet in c.vt officium. eodē
titu.lib.vj. Sed tamen contrarium videtur verū eſſe de iu-
re:quia, vt patet in c.ad abolendam.extrà eo. nō parcitur,
niſi redire volentibus continuò poſt depręhenſionem er
roris:quod quidem continuò ab aliquibus obſeruatur de
prima ceſsiōe iudicis, à prima die, qua examinatur cauſa
huius. quod videtur ſenſiſſe Rayne. Sed hoc dictū nō pro
cedit neceſſariò: tum quia iura poſteriora nō diſtinguūt,
ſed indiſtinctè dicunt parcendum eſſe redeuntibus: tū qa
cōſuetudo, quę ius interpretatur, eſt in contrariū: tū quia
illud c.loquitur de depręhenſione manifeſta, quę non eſt
niſi poſt plenā probationem:inter quā, & ſententiā nulla
eſt difficultas, nec medius actus. Vnde quantū ad parcere,
non eſt ratio maior, ſi redire velint poſtquā ſunt cōuicti,
aut etiā condemnati: cū ſtatim in eodē actu iſta duo fieri
poſsint, probatio, & iudicium, & ſententia. Et ideo prima
opinio, quę magis pia eſt, videť arbitrio iudicis tenenda,
vbi probabiliter viderit pœnitentiā eſſe nō factā:tū quia
in cōſtitutionibus pœnalibus ſecūdū iura fieri debet in-
terpretatio benignior : tū qa cōuerſionē eſſe ante ſentē-
tiā, vel poſt nō eſt parcēdi ratio, ſed veritas cōuerſiōis cū
ſpe nō recidiuādi pręſumpta: quę etiā poſt ſententiā eſſe
poteſt, licet nō poſt relapſum: qa pręſumitur incōſtantia.
19 ¶ Decimotertiò* quęritur, qualiter recipiēdi ſunt hære-
tici ad fidē redeūtes?Et dico, ꝙ ad epiſcopi arbitriū prius
debēt errorē abiurare, ſcilicet ſimpliciter, vel eū, de quo
ſunt cōiuncti, vel ſuſpecti, ſecūdū glo.in c.accuſatus.eod.
titu.

tit.lib.vj.& promittere per ſcripturā, ꝙ tenebunt firmiter
catholicā fidem.j.q.vij. quoties.de conſ.diſt.ij.ego Beren
garius.d.c.ad abolendam.& hoc publicè vel priuatim, ſe-
cundùm quod crimen fuit publicū vel priuatum, ſecundū
Ray.poſtea debent abſolui nō obſtantibus ſententijs, quę
ter in anno à papa cōtra hæreticos publicè promulgātur,
ſecundū glo. in c.officiū.eo.ti.lib.vj. ꝙ hoc ſecundū for-
mam eccleſiæ, de qua xj.q.iij.cùm aliquis. de ſen. excom.
cùm deſideres.ſcilicet cum pſalmo, iuramēto, & verbere,
quātū ad excōmunicationē: & poſtea debet imponi illud
quod talibus ſolet iniungi:vt in d.c.quoties.& c. ego Be-
rengarius.nec ſine tali ſolennitate reconciliandi ſunt, etiā
in extremis agentes, ſi adeſt facultas, ſecundū Inn. Si antē
ad eam neceſsitatē deuenerint, ꝙ nō valeant cōfiteri, præ
ceſſerint tamen pœnitentiæ ſigna:tunc reconciliabuntur
etiā ſine ſolēnitate præmiſſa:quia lex quæ aliud ſtatueret
eſſet inhumana.& concor.Hoſt.in c.à nobis.el ij.de ſent.
excom.vbi etiā prædicta tangit Inn.imò ſecundū Arch.te
nebit ſemper abſolutio, etiam ſi forma illa non ſeruetur.
Quòd ſi poſt abiurationē vel poſtquā ad arbitriū epiſco-
pi ſe purgauerint, deprahenſi fuerint reincidiſſe, iudicio
ſeculari ſine audientia relinquuntur:nec parcitur eis quo
ad vitam aut bona:vt in d.c.ad abolēdam.quod intellige,
ſi deprahenduntur per euidentiā facti, aut propriam con
feſsionē iuridicam, aut per teſtes:ſed ſi occultè recidiuāt,
& reuertuntur, parcitur eis quantū ad vtrūq;, ſecundū gl.
Rayner.& Summā Confeſ.lib.j.tit.v.q.iiij.vbi etiam dici
20 tur, ꝙ ſecundū Vld.occulti* hæretici abſolui poſſunt per
ſimplicem ſacerdotē, niſi epiſcopus ſibi reſeruauerit: ſed
hodie iſte caſus eſt papalis per curiæ proceſſum. Eodē mo
do recipiēdi ſunt ſecundū Summ. Ang credentes, recepta
tores, fautores, & defenſores, ac infamati de hæreſi: quod
quidem de infamatis concedo:vt patet in d.c. ego Beren
garius.& de credentibus, quia ſunt hæretici dicendi:vt in
d.c.excōicamus.el ij.eo.titu.in ſi.de alijs autem nō inue-
21 nio. ¶* Decimoquartò quæritur, vtrū cum redeūtibus ab
hæreſi diſpēſari poſsit circa ordines?Et dicō ꝙ iure com
muni tales, ex quo reconciliati ſunt, ad laicam cōmunio-
nem recipiūtur.j.q.vj.c.j.adhibetur etiam quandoq; circa
eos quadruplex diſpenſatio, ſcilicet ſemiplena : vt ſolùm
recipiantur in ordinibus ante hæc omnia ſuſceptis.j.q.j.ſi
quis hæreticæ.& plena:vt poſsint fieri ſacerdotes.j. q.vij.
conuenietibus.& plenior:vt poſsint eſſe epiſcopi. xij.di.
nos conſuetudinē.& pleniſsima:vt etiam ad ſuperiores di
gnitates promoueri poſsint.xxiij.q.iiij.ipſa pietas.cōcor.
Hoſt.Goſ.& Rayn. Multa quoq; de hæreticis communia
eis & ſchiſmaticis habes infrà, Schiſma, ferè per totum.

RVRSVS DE HAERESI, ET HAERETI-
cis, ſecundò in ordine ad inquiſitores.

1 *Hæreticis puniendis quinam ſit idoneus iudex, & quo uocetur.*
2 *Inquiſitores à quo, & qua authoritate inſtituendi ſint.*
3 *Inquiſitoris officium quandiu duret, & num inſtituentis mor*
te extinguatur.
4 *Inquiſitor cōtra quos ꝓcedere poßit, ſeptē axiomatis expeditur.*
5 *Dæmonum inuocatio, an hæreſim ſapiat.*
6 *Teſtes uel executores aduerſus hæreticos qui admitti poßint,*
& quot ſufficiant, ſeptem concluſionibus traditur.
7 *Signa leuia ad conuincendum de hæreſi quanquam ſufficiant,*
ea tamen probari neceſſe.
8 *Iura quid de inquiſitorum actuarijs ſanciuerint.*
9 *Iura quid de carcere, quo ad inquiſitionis officium, uelint, ſeptē*
concluſionibus explicatur.
10 *Inquiſitores, & quibus id ex officio incūbit, quomodo & quan*
do aduerſus hæreticos, præſertim ubi duo concurrunt, procede-
re debeant, nouem concluſionibus palam fit.
11 *Sententiæ aduerſus hæreticos qualiter ferēdæ, & quid in his ob*
ſeruandum: ſex item reſolutorijs axiomatibus decidit.
12 *Inquiſitoribus, ad ſuum officium ſedulo expediendū ac obeun-*
dum, quæ ſint fauorabiliter conceßa.
13 *Inquiſitoribus quæ prohibita ſint, & quæ in ſuo officio obeun-*
do cauere debeant.
14 *Inqſitores nūqd de hæreticorū cōdēnatorū bonis habere poßint.*
15 *Bononienſis origine & patrimonio, ſi Florentiæ domiciliū con*
ſtituerit, ibique de hæreſi damnatus eſt, dominiū bonorum eiuſ
dem Bononienſis quæ Bononiæ ſunt ad quem pertinebit.
16 *Dubia tria circa hæreticorū materiā, & eorū ibidē reſolutio.*

1 HAERETICVS* ſecūdò venit ſpeciali & proprio iudi
ce puniendus: qui generali quidem nomine, ſed tamē
antonomaſticè inquiſitor appellatur: qui cum epiſcopo
ordinario cōtra hæreticos inquirere poteſt: quiſq; eſſe in
quiſitor nō poteſt, niſi annū quadrageſimum attigerit: vt
2 in cle.nolentes.de hæreti. ¶* Primò verò quæritur, à quo
& cum quali authoritate inſtituuntur inquiſitores?Et di-
cit gl.in d.cle.nolentes.ꝙ inſtitui poſſunt per prouincia-
les vel miniſtros illorum ordinū, quibus à ſede apoſtolica
eſt cōmiſſum: & ab epiſcopis vel capitulis ſede vacāte: qui
ordines ſecundū Arch.cōiter quidem eſt ordo prædicato
rum: in Tuſcia autem & quibuſdam prouincijs ob reuerē
tiam beati Franciſci eſt ordo minorū.adde vel ob reuerē
tiam beati Antonij de Padua. Authoritas autem eorū ſe-
cundùm aliquos Legiſtas eſt ordinaria:quia ordinari⁹ di
citur, qui habet vniuerſitatē cauſarū.ff.de iud.l.cùm præ-
tor. §.j.& extrà, de appel.Romani.lib.vj. Vnde ſecundùm
Spe.officiales epiſcoporū dicuntur ordinarij:ſecundū Ca
noniſtas autē habent delegatā, & non ordinariā:quia non
habent vniuerſitatē cauſarum omniū, ſed pertinentiū ad
crimē hæreſis. ꝓ qua opinione eſt exꝑſſe tex. in c.ꝑ hoc.
eo.ti.lib.vj.in prin.& ſic tenet Arch. & Ioan.Andr. Vnde
ſententiā, ſiue bene ſiue male proceſſerint, tollere nō poſ
ſunt, ſecundū eos:licet ſecundū Legiſtas condemnatū cō
tra ſententiā reſtituere poſsint ex cauſa poſtea cōprobata.
puta ſi doceatur malo dolo cōuictus. Poſſunt tamen, quic
quid ſit de pręd ictis, alijs cōmittere vices ſuas, ſecūdū qđ
docet cōſuetudo: & ſecundū gl.in d.cle.nolētes.& cōmiſ
ſarios ab eis datos vocamus vicarios aut ſubſtitutos. cle.
3 j.eo.ti. §.porro. ¶* Secundò verò quæritur, quantū duret
inquiſitoris officiū, ſeu vtrū expiret morte inſtituētis? Et
dicit Clemēs quartus ſic, Pręſenti declaramus edicto ipm
officiū non ſolùm quo ad negotia viuente mandatario in
cœpta, imò etiā quo ad integra, & nō cœpta, & quod plus
eſt, quātū ad ea, quæ tūc nequaquā emerſerant, in fauorem
fidei poſt cōmittētis obitū perdurare.de hære.ne aliqui.
lib.vj.quod Ioā.And.in nouel.intelligēdū dicit de inqui
ſitore ſimpliciter dato: qa ſi eſſet datus cū clauſula, ad be
neplacitū, nec ſeruaretur quod habetur in c.ſi gratioſe.de
reſcrip.vbi ſcilicet dicitur, ꝙ ſi clauſula cōtinet vſq; ad be
neplacitū noſtrū, expirat per mortē cōcedentis: non aūt ſi
cōtineat ad beneplacitū ſedis apoſtolicæ: qa ſedes illa nō
4 moritur. ¶* Tertiò quęritur, contra quos ꝓcedere poſsit
inquiſitor, vel nō poſsit?Et dico multa. ¶ Primū. Inquiſi-
tor ꝓcedere pōt cōtra hæreticos & cōtra principes.i.fau
tores, defenſores, & receptatores, extrà eodē.contra.li.vj.
adde & cōtra credētes, qui verè ſunt hæretici, vt dictū eſt.
¶ Secundū. In eodē etiā ca.ſic dicitur: Cōtra Chriſtianos,
qui ad ritū tranſierint vel redierint Iudæorū, etiā ſi huiuſ
modi redeuntes, dum erant infantes, aut metu mortis, nō

tamen abſolutè aut præcisè coacti baptizati fuerunt, erit
tanquam cõtra hæreticos, ſi fuerint de hoc cõfeſsi, aut per
Chriſtianos ſeu Iudæos conuicti: & ſicut contra fautores,
receptatores, defenſores hereticorũ: ſic contra fautores, re
ceptatores & defenſores talium eſt procedendũ. hæc ibi.
Vbi dicit glo. ꝙ tranſeunt in ritum Iudæorum, qui nun-
quam fuerunt Iudæi, redeunt verò, qui aliquãdo fuerũt: &
ꝙ horum bona, ſicut & aliorũ hæreticorum, cõfiſcantur,
nec deuoluuntur ad filios etiã catholicos. ¶ Tertiũ. Sicut
etiã ibi glo. probat & Io. And. Inn. & Archi. in tertia par-
te, ti. xix. c. ij. §. penul. in fi. per literas Clementis quarti, &
Greg. decimi, Iudæi Chriſtianos vtriuſq; ſexus ad prædi-
ctum ritũ inducẽtes, cadunt in officiũ inquiſitorum: quia
etſi non ſint propriè hæretici vel fautores hæreticorũ: lar
gè tamen ſunt fautores, imò & factores hereticorũ. Regu
lariter tamẽ cõtra eos pro iuſtitia recurritur ad iudices ſe
culares: vt extrà, de Iudæ. c. Iudæi. & c. in nonnullis. & in
cle. cedit. eo. titu. dicitur de Saracenis. Et quia tales Iudæi
ad Iudaiſmũ redeũtes ſolẽt ſe baptizare de nouo caput la
uando, & radere, videtur eis imponenda pœna capitis per
iudicem ſecularem cum diſpẽdio fortunarũ. C. de apoſta.
quia ſi rebaptizãti imponitur pœna capitis, C. ne ſanctum
baptiſ. l. j. fortius ſe rebaptizanti, ſeu volenti baptiſmũ tol
lere: ſi tamen inquiſitores volũt, illud punire poſſunt, vnà
tamẽ cum epiſcopo: per clem. j. eo. tit. ¶ Quartũ. Non po
teſt tamen inquiſitor procedere cõtra diuinos aut ſortile 6
gos, dicente Alexandro in c. accuſatus. de hæreti. libr. vj. ꝙ
de diuinationib⁹ & ſortilegijs inquiſitores intromittere
ſe nõ debent, niſi hæreſim ſaperẽt manifeſtè: vbi infert gl.
ꝙ in dubio non habent iuriſdictionẽ. Quod nõ eſt intel-
ligendũ in dubio an factum ſit perpetratum nécne: ſed in
dubio an ſapiant hæreſim: vt patet ex textu. & Direct. in-
quiſi. Ibi etiã glo. Ioã. Andr. exẽplificat de ſapiẽtibus hæ-
reſim: Sicut, inquit, eſt circa aras idolorũ nefarias preces
emittere, ſacrificia offerre, dæmones cõſulere, eorumq; re
ſponſa ſuſcipere: vt xxvj. q. ij. hi qui. vel ſi aſſociãt ſibi pro-
pter ſordes exercendas hæreticos: vel faciũt prædicta cum
corpore & ſanguine Chriſti, vel in fontibus, vt poſsint à
dæmonibus habere reſponſa, puerum baptizant, vel his ſi
5 milia. hæc ibi. ¶ Sed* Oldr. conſi. ccx. limitat inuocationẽ
dęmonis ſapere hęreſim manifeſtè, ſi fiat ad exercẽda ope
ra eis naturaliter impoſsibilia: aliàs ſecus, puta ſi inuoce-
tur vt mulierem tentẽt. Pro his ſciendũ eſt, ꝙ cùm hæreſis
ſit in intellectu, ex nullo ſortilegio probatur quis eſſe ve
rè hæreticus, cùm omnia talia poſsint ex cõcupiſcẽtia ali-
qua, & nõ ex infidelitate procedere: & ſic procedũt quę di
cta ſunt in titu. priore. §. v. propter talia tamẽ aliquãdo eſt
quis hæreticus præſumptiuè, ſecundũ Ioan. And. Oldra. &
Dire. inquiſi. & omnes penè doct. & ita ſeruatur in cõſue
tudine. Et hoc quãdo ſapiũt hæreſim manifeſtã. ¶ Quod
quantũ ad inuocationes dæmonũ eſt tripliciter, vt probat
Dir. inquiſi. Primò, ſi exhibeatur eis honor latriæ: ſecũdò,
ſi honor dulię: tertio, ſi nullus honor, ſed tamẽ inuocãtur
ad aliquod eis impoſsibile: puta ad ſciendũ futura vel oc-
culta cordis. Quantum ad alia autem de mente doctorum
dicendum eſt, ꝙ ſapiunt hæreſim manifeſtè, quando ex na
tura ſua præ ſe ferunt aliquid, quod manifeſtè eſt hæreſis:
ſicut baptizare imaginẽ, præ ſe fert, ꝙ ipſa ſit capax illi⁹ ſa
cramenti: & rebaptizare puerum, præ ſe fert ꝙ baptiſmus
poſsit cõferri bis: & ſic de alijs. ¶ Quintum. Nec poſſunt
ipſi inquiſitores cognoſcere in dubio an aliquid tale ſa-
piat hereſim vel ne: qa iuriſdictio non eſt ſibi attributa: vt
no. gloſſ. in d. c. accuſatus. Et licet aliàs iudex cognoſcat in
dubio an ſua ſit iuriſdictio, & in dubio dicatur habere iu-
riſdictionem: vt ff. de iudi. l. ſi quis ex aliena. tamen ſecun
dùm Ioan. And. hoc locum habet in ordinario: inquiſitor
autem, quia eſt delegatus, niſi manifeſtè appareat, nõ ſe in-
tromittit. Gl. etiã in c. j. de offc. deleg. quæ videtur ſentire
contrariũ, ſecundũ ſummã Angel. intelligenda eſt quan-
do certũ eſt, ꝙ aliquis ſapiat hæreſim: ſed dubitatur an ſit
manifeſta vel nõ, id eſt, notoria: quaſi velit dicere, quòd in
quiſitor põt ſe intromittere de ſapiẽtibus hæreſim, ſi ſunt
notoria vel dubia de notorietate, non autẽ ſi ſint occulta,
licet ſit manifeſtũ quòd hæreſim ſapiant. Qui ſenſus nul-
lo modo procedit: quia nõ dicit textus de ſapientibus hæ
reſim manifeſtis: ſicut tex. illius glo. loquẽs de conſerua-
toribus, dicit de iniurijs manifeſtis, ſed dicit manifeſtè:
quod cùm ſit aduerbiũ, neceſſe eſt referre ad ipſum, ſape-
re manifeſtè: & nõ ad ipſum eſſe manifeſtũ. Vñ dico, ꝙ illa
gloſſ. intelligitur in alijs iudicibus, non in iſtis. ¶ Sextum.
Non poſſunt etiã procedere cõtra vſurarios: quia dicitur
in d. c. accuſatus. ꝙ de quæſtionibus vſurarũ motis etiam
contra illos, quibus reſtitutionem vſurarum in pœnitẽtia
pro hæreſis crimine iniunxerũt, etiã ſi illi ſe & ſua ad hoc
faciendum in iudicio eccleſię obligauerũt, intromittere
ſe nõ poſſunt: ne per cauſas huiuſmodi offendiculum ne
gotio fidei præparetur. ¶ Septimũ. Nec contra officialem
vel nuntium curiæ Romanę: vt in extrauaganti Ioan. xxij.
6 quæ incipit, cùm frater. ¶* Quartò quæritur, qui admitti
poſsint contra hæreticos in teſtes vel executores, & quot
ſufficiũt? Et dico multa. ¶ Primũ. Circa inquiſitionem hæ
reticorum in teſtimoniũ admittuntur excõicati, & ſocij,
& participes criminis: & præcipuè in defectu aliarũ ꝓba-
tionũ contra hereticos, fautores, credẽtes, receptatores, &
defenſores eorũ, ſi ex numero teſtiũ aut perſonarũ tam de
ponẽtium quàm contra quos deponitur, qualitate, & alijs
circunſtantijs, nõ falſa dicere præſumãtur. de hæreti. in fi-
dei. lib. vj. Si tamẽ per viam accuſationis vel exceptiõis, &
non inquiſitionis, procederetur, tales nõ admittũtur, ſecũ
dũ Ioan. Andr. ibi. ¶ Secundũ. Similiter admittuntur illi,
qui ſuper facto hereſis iurauerunt dicere veritatẽ tã de ſe,
quàm de alijs, & eam celando periurauerunt, & poſtea vo
lunt corrigere dictum ſuũ contra ſe vel alios: ſi manifeſtis
indicijs apparuerit tales nõ leuitate, vel odio, vel pecunia,
ſed zelo fidei velle reuelare. eo. titu. accuſatus. li. vj. ¶ Ter
tium. Præſidentes etiã regimini alicuius loci, licet ſint ex
communicati, vel iuriſdictionẽ de facto habeant, nõ de iu
re: ad requiſitionẽ ordinariorũ ipſorũ vel delegatorũ vel
inquiſitorũ poſſunt & debent contra hæreticos, credẽtes,
receptatores, fautores, & defenſores eorum ſuum officiũ
exercere: nec illi, qui requirunt eos, aliquã ſententiam in
currũt. tamẽ dictis præſidentibus propter hoc in alijs nul
lũ ius eſt conceſſum vel permiſſum. eo. ti. præſidentes. li.
vj. ¶ Quartũ. Quibuſdam ſecundũ Ioan. Andre. ſuper c. vt
officium. eod. tit. lib. vj. ſuper verbo, teſtium. videtur, ꝙ in
hoc crimine probãdo non ſufficiant duo teſtes: argu. opti
mum de hæreti. excõmunicamus. ibi, tres vel plures. & ſic
notat Hoſtiẽ. in Summa. & ſic addendus erit iſte caſus ad
alios qui notantur in ſumma. iij. q. iiij. quia durum vide-
tur quòd homo bonę famę per inquiſitores vel ordinariũ
debeat ad duorum teſtium dicta damnari: præcipuè cùm
ibi detruncetur defenſionis ordo in notitia teſtium, vt in
c. fina. eodem titu. & in interrogatorijs, quæ fiunt in alijs
iudicijs. Sed cõtra hoc eſt, quia in eodem cap. ſequitur de
duabus perſonis cum ſuis concordantijs. Certum eſt au-
tem quòd per ſingulos teſtes & famã de tãto crimine quis
dam

damnari nõ poſsit: vt de teſtib. c. in literis. quia debẽt eſſe
in crimine probationes luce clariores. ij. q. viij. ſciant cun
cti. in crimine tamen hæreſis & ſimoniæ, ſecundùm Arch.
7 minores probationes ſufficiũt. C. de hær. l. ij. Dicit* tamẽ,
ꝙ licet ſigna leuia ſufficiant ad conuincẽdum de hæreſi,
illa tamen oportet plenè probari. Ioannes autem de Lig.
dicit nõ eſſe recedendum ab illa regula, In ore duorũ vel
trium teſtium. de teſti. in omni. & de teſta. relatũ. & idem
tenet dominus Anto. poſt Ioan. And. in d. c. excõmunica-
mus. & idem Gemin. & hoc tene. quia nullum ius allega-
tum probat contrarium. ¶ Quintum. Si teſtes ſe ſubtra-
hant, ſecundùm Archi. ad hoc cogendi ſunt, nec ab huiuſ-
modi ſe poſſunt per exceptionem aut votum excuſare: ẽt
ſi iuraſſent nõ teſtificari. ¶ Sextũ. In examinatione teſtiũ
contra hæreticos debent intereſſe duæ perſonæ religioſę
diſcretæ, id eſt, nõ idiotę, ſiue laici, ſiue clerici, ſiue religio
ſi, ſecundũ Arch. cui videtur conſonare Gemin. dicẽs, ꝙ re
ligioſus dicitur multipliciter: & hic non ſumitur propriè
pro eo, qui habitum in religione ſuſcepit. Et ſi fieri põt,
dicta teſtiũ per publicã perſonã debent cõſcribi: vt in d. c.
vt officiũ. & religioſi, qui in ſeculo fuere notarij, & alij, q
bus iniũctum fuerit, etiam clerici ſeculares, & in ſacris cõ
ſtituti, tenentur ex apoſtolico præcepto conſcribere: vt in
eo. c. vt officium. ¶ Septimum. Poſt publicationẽ verò te-
ſtium poteſt inquiſitor, ſecundùm Gemi. in d. c. vt officiũ.
alios recipere: quia non ad inſtãtiam partis, ſed ex officio
8 ſuo procedit. ¶* Quintò quæritur, quid iura velint de no
tarijs, quibus inquiſitores inquirendo vtuntur? Et dico, ꝙ
coram epiſcopo cum inqſitore vel ſubſtitutis ab eo cura-
bunt ſuum officium fideliter exercere: in clemẽ. multorũ.
de hære. & idem fiet de alijs perſonis ad dictũ inquiſitio-
nis officium neceſſarijs: religioſi etiã omnes, qui ante re-
ligionis ingreſſum fuerunt notarij, quantũcunque ſint in
ſacris, libere illud officiũ tabelliõis poſſunt exercere quo
ad omnia pertinẽtia ad inquiſitionis officiũ, non obſtan
te quocũque ſtatuto contrario: vt in dicto c. vt officium.
¶ Sextò quæritur, quid velint iura de laicis, quibus inqui
ſitores vtuntur, capiendo, incarcerando, torquendo, cõſu
lendo, & huiuſmodi? Et dico multa. ¶ Primum. Inquiſito- 9
res, vt in d. c. vt officium. patet, ſi opus fuerit, inuocare poſ
ſunt auxilium brachij ſecularis, & contradictores ꝑ eccle-
ſiaſticam cenſuram compellere, nõ obſtãtibus priuilegijs
quibuſcunq; perſonis conceſsis, religioſis, vel vniuerſita-
tibus: nõ obſtãte etiã cõſtitutione de duabus dietis, de q̃
habetur, de reſcrip. nonnulli. non obſt. etiã c. ſtatutum. de
reſcrip. lib. vj. quia ſecundùm gloſ. licet conſtitutio huius
c. poſterius ſit edita quàm c. vt officiũ. tamẽ illa eſt ſpecia
lis in fauorem fidei, iſta generalis: generi autẽ per ſpeciẽ
derogatur. de reg. iu. generi. li. vj. ſi autem eſſet generalis,
tolleretur. de conſtitu. c. j. lib. vj. ¶ Secũdum. Poſſunt etiã
conuocare clerum & populum ciuitatum, caſtrorũ, & lo-
corum, prout negotio fidei viderint expedire. de hære. vt
commiſsi. lib. vj. non tamen poſſunt iſtis præcipere vt ſuas
prædicationes adeant: nec indicere ſilentium omnibus p̃
dicatoribus, ſed ſolùm quæſtuarijs, quando continget cõ
gregationem fieri pro negotio fidei, vel eorum prædica-
tionem dicto negotio afferre impedimentum. de hęre. vt
officium. lib. vj. ¶ Tertium. Poſſunt etiã aduocare peritos
quoſlibet, vt in ſentẽtijs huiuſmodi proferendis conſiliũ
præbeãt, & in virtute ſanctæ obedientiæ ad hoc eos adſtrĩ
gere. de hæret. vt commiſsi. libro vj. ¶ Quartum. Domini
quorumcunque locorum, ſtatutum, per quod inquiſitiõis
officium contra hæreticos impediretur, exhibere tenent̃,
atque corrigere: nec illud valet. de hæret. ſtatutum. lib. vj.
¶ Quintum. Omnes etiã locorum rectores à diœceſanis
aut eorum vicarijs vel inquiſitorib⁹ requiſiti iurare, tenẽ
tur ſeruare & ſeruari facere conſtitutiones contra hęreti-
cos, credẽtes, fautores, receptatores, & defenſores eorũ, &
filios, ac nepotes eorum. & qui iurare noluerit, habet̃ infa
mis & fautor eorũ, & de fide ſuſpect⁹, nec haberi debet ꝓ
domino: nec ad aliquod publicum officiũ admitti aut aſ-
ſumi vlterius: & quæ interim vt rector fecerit, nullã habe
bunt firmitatẽ. d. c. vt officium. ¶ Sextum. Omnes ſeculi
poteſtates & domini temporales, ac locorum omnium re
ctores, quibuſcunq; dignitatibus, vel officijs aut nomini-
bus cenſeant̃, diœceſanis epiſcopis & hæreticæ prauitatis
inquiſitoribus à ſede Apoſtolica deputatis & deputãdis,
parere & intendere tenentur, in hęreticorum, credentiũ,
fautorum, receptatorũ & defenſorum ipſorũ inueſtigatio
ne, captione, aut cuſtodia diligẽti, & deductione de loco
ad locũ intra ſuũ diſtrictũ ſub arcta & diligẽti cuſtodia, cũ
ab eis fuerint requiſiti, eoſq; condẽnatos, ipſi vel eorũ of
ficiales aut nuntij ſtatim recipiãt indilatè animaduerſiõe
debita puniendos, non obſtantibus appellationib⁹ ſeu ꝓ-
clamationibus eorum, q̃ prædictis omnibus interdicunt̃.
d. c. vt inquiſitionis. ¶ Septimum. Omnibus prædictis eo
rumq; officialibus prohibet̃, ne de hoc crimine, cũ ſit me-
rè eccleſiaſticum, quocũq; modo cognoſcãt aut iudicẽt:
aut pro eo captos ſine licentia epiſcopi vel inqſitoris, aut
ſaltem alterius eorum carcere liberent: aut executionẽ à
diœceſano vel inquiſitore iniunctã, prout ad ſuũ officium
ſpectat, facere detrectẽt, vel aliàs prædictorum iudiciũ vl̃
ſententiam ſeu proceſſum directè vel indirectè impedire
prçſumãt. Si quis aũt prædictorum contra ꝑdicta fecerit,
ſcilicet nũc & ſuprà immediatè: aut pręfato fidei negotio
diœceſano epiſcopo vel inquiſitori incũbenti ſe oppone
re attẽtauerit, aut fortè præſumpſerit, vel ipſum aliquate-
nus impedire voluerit, necnõ q ſciẽter in ꝑdictis dederit
conſiliũ, auxiliũ, vel fauorẽ, excõicationis ſe nouerit mu-
crone perfoſſum: quã ſi per annum animo ſuſtinuerit per
tinaci, ex tunc velut hæreticus condemnet̃. d. c. vt inquiſi-
tionis. ¶* Septimò quæritur qd velint iura de carcere cir
ca inquiſitionis officium? Et dico multa. ¶ Primum. Car-
cer eſt ad cuſtodiam vel cautelam, non autẽ ad pœnã re-
gulariter. de pœn. quãuis. lib. vj. Sed intellige de iure ciui
li. de iure tamẽ canonico permittitur p̃latis, imò cuilibet
qui iuriſdictioni præeſt, & habet delicta punire, ſecundũ
glo. & ibidẽ ad carceres ad tẽpus vel in perpetuũ reos ad-
iudicare in pœnam ſuorũ criminũ. ¶ Secundũ. Cùm quis
ad carcerem condemnatur: ſecũdũ gl. ibidem. ſi qd expri
matur in ſentẽtia, ſcilicet ad tẽpus certũ, vel in perpetuũ:
ſtabitur expreſsis in ſentẽtia. Si verò qs ſimpliciter dãne-
tur ad carceres, intelligitur perpetuò damnat⁹. C. de pœ.
l. ſeruus. ¶ Tertium. Siue autem carcer ſit ad cuſtodiã, ſiue
ad pœnã. ſecundũ gl. ibi, non debet in eo eſſe commiſtio
maris & fœminę, nec etiã debet ita eſſe aſper, ꝙ ibi homi
nes perimãtur: vt infrà Homicidiũ. iij. §. vij. in fi. ¶ Quar-
tum. Quilibet carcer, vel murus hęreticorũ, debet eſſe cõ
munis epiſcopo & ĩquiſitori, & debet duos habere cuſto-
des, vnũ quẽ volet epiſcopus & ei prouidebit, alterũ quẽ
volet inqſitor & ei prouidebit: & eorũ vterq; põt habere
ſub ſe fidelẽ miniſtrũ, & illius loci erũt duæ claues, quarũ
vnus cuſtos vnã, & alius aliã tenebit, & poterit officiũ mi
niſtrãdi carceratis cõmittere ſuo miniſtro. in cl. multorũ.
de hær. ¶ Quintũ. Prædicti cuſtodes antequã ſuũ exequã
tur officium, tenent̃ coram eis, à quibus aſsignant̃, iurare

tactis Euāgelijs, quòd in cuſtodia omnem diligētiam quā
poterūt, adhibebunt, & ꝙ alicui incarceratorū nō loqua-
tur vnus, niſi alio audiēte: & ꝙ ipſis carceratis fideliter cō
ferant prouiſionem, quam ipſi recipiunt de cōmuni ordi
natione: & ꝙ à parētibus vel alijs perſonis confertur eiſ-
dem, niſi epiſcopi vel inquiſitoris aut ſuorum cōmiſſario
rum ordinatio refragetur: eodemq; modo iurabunt p̄di-
cti cuſtodum miniſtri, & coram eiſdem: vt in d.cle. multo
10 rum. ¶* Octauò quæritur, quomodo & quando cōtra hę
reticos procedendum ſit, maximè vbi duo procedunt? Et
dico multa. ¶ Primum. Inquiſitores in negotio inquiſitio
nis procedere poſſunt ſimpliciter & de plano abſq; aduo
catorū & iudiciorum ſtrepitu ac figura: vt in c.ſi. eo.ti.lib.
vj. ¶ Secundum. Quando accuſatores vel teſtes ſeu depo
nentes propter potentiā perſonarū, contra quas deponūt
aut accuſant, graue periculum ſubirēt, ſi nomina eorū pu
blicarentur, tunc non publicè, ſed ſecretè corā diœceſano
vel eius vicario eo abſente, quādo inquiſitores ꝓcedūt,
vel coram inquiſitoribus ſi epiſcopus ꝓcedit, & eorū co-
pia commodè haberi poteſt, aut ſiue epiſcopus ſiue inqui
ſitores proceſſerint coram aliquibus perſonis prouidis &
honeſtis, iuriſque peritis, totum ꝓceſſum, ſup quo deli-
berandū eſt, manifeſtēt, & de illorū cōſilio ad ſentētiā &
cōdemnationē procedere poſſunt: & plena fides talib⁹ te
ſtib⁹ adhibetur: licet eorū nomina nō fuerint ꝓmulgata.
Et poſſunt præcipere inquiſitores præfatis honeſtis pſo-
nis ſub pœna excōicationis, quā ipſo facto incurrāt, ne re
uelent nomina prædicta: epiſcopus tamen nō poteſt præ-
cipere inquiſitori, nec inquiſitor epiſcopo: ſed papa pręci
pit in virtute ſanctæ obediētiæ vt teneāt illa ſecreta, & vt
habeāt purā & prouidam intētionem, ne aſſerant pericu-
lum, vbi eſt ſecuritas publicandi: vel ſecuritatem in illorū
præiudicium, vbi adeſt periculum. Ceſſante tamen pericu
lo ſupradicto debent accuſatorū & teſtium nomina publi
cari. de hære. ſtatuta. lib. vj. ¶ Tertiū. In aliquibus prouin-
cijs poſſunt procedere ſimul vel ſeparatim prout negotij
vtilitas ſuadebit, eo. tit. vt officium. lib. vj. quod dupliciter
cōtingit: vno modo vbi in vna ꝓuincia ſunt ſimul plures
inquiſitores deputati: & iſte eſt propriè ſenſus illi⁹ c. vt pa
tet intuenti alio modo: quia hęreticus delinquit in vna ꝓ
uincia, & ad aliam fugit. Et ſic intelligit Arch. dicēs, ꝙ ali
quādo duo inqſitores cognoſcere poſſunt de crimine hæ
reſis alicuius, ſcilicet inquiſitor ciuitatis, in qua deliquit,
ſecundùm Io. And. in gloſ. & ad quam fugit: quia vbi quis
inuenitur, ibi conuenitur de crimine. ¶ Quartum. Quan
do negotium hæreſis committitur alicui vel aliquibus ge
neraliter in certis locis, nō adimitur epiſcopis authoritas
eorū ordinaria vel etiā delegata ſi eā habebāt, & vterq; ēt
de eodē facto poteſt inqrere cōmuniter aut diuiſim. eod.
c. per hoc. lib. vj. ¶ Quintum. Quando autem diuiſim ꝓ-
cedunt, ſiue ordinaria ſiue delegata epiſcopi poteſtate ꝓ
cedant, illum in procedendo modū obſeruent, quem in-
quiſitores poſſunt & debent, per iura cōmunia, vel ſpecia
les conceſsiones aut ordinationes ſedis apoſtolicæ obſer
uare: & tenētur cōicare inuicem proceſſus: & per vtroſq;
ſimul ſentētia ꝓferatur, niſi alter alteri deferat: & ſi in ſen
tētia non concordant, mittant ad Apoſtolicam ſedem. d.
c. per hoc. Sed intellige prædictam communicationē pro
ceſſuum oportere fieri, qn̄ nihil aliud reſtat agendū niſi
ꝙ ſententia promulgetur: & ſi alter non poſſet commodè
procedere niſi viſis actis alterius, tūc ſemel tantùm cōmu
nicatio tribuitur, vt in extrauagan. Benedicti vndecimi, q̃
incipit, ex eo. ¶ Sextum. Sicut etiam dicitur in cle. multo
rum. eo. tit. tam epiſcopus quàm inqſitor vnus ſine alio ci
tare poteſt & capere, & tutè cuſtodire, & carceri mācipa-
re, & cōpedire: ſed deputare duro carceri, & qui magis ad
pœnā q̄ ad cuſtodiā videatur, vel tormētis exponere, vel
ad ſnīam procedere non pōt epiſcopus ſine inquiſitore,
neq; inquiſitor ſine epiſcopo, aut ei⁹ ſuper hoc delegato,
aut epiſcopali ſede vacāte delegato capituli, ſi ſui ad inui-
cē poſſent copiā habere intra octo dies poſtquam ſe reqſ-
ſierint. Poſſet tamen quilibet prædictorū cōmittere alte-
ri vices ſuas, vel p literas ſignificare ſuū cōſilium & aſſen
ſum. hæc ibi. ¶ Septimū. Si aūt papa dat certā formā inqui
rendi hæreticos, illa tenēda eſt: aliàs quæri poſſunt per ac
cuſationē, inquiſitionē, & denuntiationem. de quib⁹ ſuis
locis habetur. ¶ Octauum. Tenētur autem diœceſani per
ſe vel alios ſaltē ſemel in anno hæreticos q̄rere, vbi fama
eſt eos habitare: & eos, quos credūt de hoc aliquid ſcire,
debent cōpellere iurare, vt indicent ſi quos habent ſuſpe-
ctos propter occulta cōuenticula vel alia ſigna. extrà eod.
excōicamus. §. adijcimus. ¶ Nonum. Si aūt ſuſpectus vo-
catus cōfitet, & de correctione ſperatur, iniungi poteſt ei
pœnitentia ſalutaris. Si verò negat, & tamē ſit infamatus,
indicetur ei purgatio: quam ſi non præſtiterit, excōmuni-
cabitur: & ſi per annum ſic ſteterit, extūc velut hæreticus
condemnetur. in dicto ca. excōmunicamus. §. qui autem.
11 ¶* Nonò quæritur, quid de ſentētijs ferēdis? Et dico mul
ta, quæ etiam not. Ioan. And. in nouel. vt commiſsi. de hæ
reti. lib. vj. ¶ Primum. Non eſt neceſſe in crimine hæreſis
ſecundū Arch. nouam ſentētiam promulgari: quia iam p
canones antiquitus eſt promulgata. & ſic potius declarat
quàm promulgatur. xxiiij. q. j. c. j. hoc tamen inquiſitorum
arbitrio relinquitur. eo. tit. cum ſecundū. ¶ Secundū. Cir-
ca hæreticorum diſcuſsionem vocādi ſunt docti in Theo
logia, iure canonico, vel ciuili: qa crimē merè eccleſiaſti-
cū cognoſci & decidi debet per canonicos. ij. q. j. ſi quis cū
clerico. cū famulatu tamen legū. j. q. iij. ſummopere. & poſ
ſunt hi periti accipere ſalarium, ſi detur, ſed non exigere.
¶ Tertiū. In huiuſmodi ſentētijs cōuocari poteſt cler⁹ &
popul⁹: & expedit ad inſtructionē & terrorē. eo. vt cōmiſ
ſi. lib. vj. ¶ Quartū. Cōtra abſentes putat Arch. ſi cōſtet de
eorū perfidia, ꝓnūtiari poſſe ſuper crimē, & locū eſſe de
cretali, cū cōtumacia. eo. tit. li. vj. ex quo in prouincia de-
linquendo facti ſunt ſubditi: & contra oēs ſolennia ſunt
edicta propoſita: fideiuſſoribus verò abſentium pœna pe
cuniaria pōt infligi, remittēs ad illud quod habetur xxiij.
q. v. cum homo. Hoc tamē intellige in citatis: quia ex quo
quæſiti fuerunt, domicilij mutatio non obeſt: vt de foro
cōpe. propoſuiſti. Si verò citati nō erāt, tamē ibi delique
runt, ratione delicti ibi cōueniri poſſunt, & ſunt remittē
di. in aut. vt nulli iudic. §. ſi verò quis. Ioannes Monaldus
dicit hanc conſtitutionem loqui de fugitiuo, qui remittē
dus erat ad requiſitionem inquiſitoris, ſub quo deliquit.
C. vbi de crimine agi op. l. j. ¶ Quintum. Iudex ſecūdùm
Arch. redeūtes ſentētiando vel pœnitētias iniungēdo nō
debet ꝓnūtiare hæreticos vel credētes, quia nō ſunt: nec
fuiſſe, quia talis modus nō eſt datus à iure. Sed Ioā. An. di
cit, quòd bene pronuntiātur fuiſſe hæretici, nec ſe videre
quid obſiſtat. & ita practicatur: imò & ipſa forma pronun
tiandi, quā dat Archi. hoc habet, quam ponit Archiep. iij.
parte. titu. xix. c. ij. §. iij. Dicit etiam idem Archiep. quòd
abſoluuntur ab excommunicatione ſub conditione, ſi ex
corde redierint, & iniuncta ſeruauerint, vt ibi patet, ſed ē
contra prædicta ſuprà. Abſolutio tertiò, in principio. Vn
de abſoluuntur abſolutè, & ſunt abſoluti etiam ſi fictè re-
deant

deant: cùm ab excōmunicatione abſolui poſsit indiſpoſi-
tus, ſed reincidūt ſtatim vbi faciunt aliquid, propter quod
quis incideret. ¶ Sextum. Quid talibus iniungendum ſit,
diffiniri non poteſt: quia cōmittitur arbitrio iudicantium
12 circunſtantijs penſatis. ¶ Decimò* quæritur, quæ ſunt fa-
uorabilia inquiſitoribus cōceſſa pro ſuo officio expediē
do? Et dico, ꝙ de his Bonifacius octauus in c. vt cōmiſsi.
de hæret. lib. vj. inquiſitoribus ſic dicit: Vobis & veſtrum
ſingulis plenam concedimus facultatē cōmittēdi citatio-
nes, denuntiationes ſententiarum, quas in quoſlibet hære
ticos, credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorū
tuleritis: aduocandi quoq; prout expedierit peritos quoſ
que vt vobis aſsiſtāt, & in huiuſmodi ferendis ſentētijs p̄-
beant conſilium opportunū: ac eis, ꝙ ſuper huiuſmodi pa
reant in virtute obedientiæ iniungendi. Conuocādi etiā
clerū & populū ciuitatū, caſtrorum, aliorumq; locorum,
prout dicto negotio fidei videritis expedire. Procedendi
quoq; contra eos, quos in prouincia, in qua vobis inquiſi
tionis officium eſt cōmiſſum, hæreſeos crimen cōſtiterit
cōmiſiſſe: licet ad alias partes ſe transferendos duxerint,
necnon faciendi à quibuſlibet aſsignari vobis libros, ſeu
quaternos, & alia ſcripta, in quibus inquiſitiones factæ ac
proceſſus per quoſcunq; authoritate ſedis apoſtolicæ, vel
legatorum eius habiti contra hęreticos cōtinentur. Miti-
gandi quoq; vel cōmutandi pœnam cùm videritis expe-
dire, eorumq; veſtris mandatis obedientes humiliter ſtāt
propter hæreſim in carcere aut muro recluſi vnà cum præ
latis, quorū iuriſdictionis ſunt. Priuandi, vel priuatos nun
tiandi dignitatibus & alijs beneficijs eccleſiaſticis de diœ
ceſanorum, vel in abſentia ſua ſuorū vicariorū cōſilio, &
officijs publicis & honoribus quibuſcunq;, eoſdē hæreti-
cos, credētes, receptatores, & defenſores ipſorū, eorūque
filios ac nepotes. Sunt autem diœceſani in priuādo tales
vel nuntiando priuatos beneficijs & huiuſmodi requiren
di: niſi fortè conſtaret legitimè, ꝙ ſcienter huiuſmodi per
ſonis eadem beneficia contuliſſent: quia tunc eos requi-
rendos non eſſe cenſēmus, ſed potius à ſuo iudice puniē-
dos. hęc ibi. Adde etiam ex cap. officium. eodem tit. li. vj.
quòd poſſunt volentes conuerti abſoluere, & pœnitentiā
iniungere, non obſtantibus ſentētijs, quæ ter in anno pu
blicātur à papa cōtra hæreticos: vt ſuprà, tit. priore. §. xij.
13 dictum eſt. ¶ Vndecimò* quęritur, quæ debent cauere in
quiſitores eis prohibita? Et dico, ꝙ eis prohibetur ne pecu
niam extorqueāt pretextu officij inquiſitionis quibuſuis
modis illicitis, & ne ſcienter acceptēt bona eccleſiarū ob
delictum clericorū, aut fiſco applicētur: & ſi cōtra fecerint,
tam ipſi, quàm eorum cōmiſſarij, & etiā epiſcoporum, aut
capitulorū ſede vacāte ſunt excōmunicati ipſo facto: nec
poſſūnt abſolui ante ſatisfactionē pecunię ſic extortę, niſi
in mortis articulo: vt in clem. dolentes. de hæret. Item ne
abutantur quomodolibet portatione armorum: & ꝙ non
habeant niſi officiales neceſſarios, vt ibidē. Item præcipi-
tur tam epiſcopis quàm alijs inquiſitoribus, ꝙ non impo
nant alicui malitioſe aut fraudulenter hæreſis crimen, aut
quod impediat inquiſitionis officium, & ꝙ non omittant
procedere, vbi eſt procedendū, odio, gratia, vel amore, lu-
cri aut cōmodi tēporalis obtentu, contra iuſtitiam & con
ſcientiam: aliàs epiſcopus ſuſpenſus eſt per triennium ab
officio, & eius ſuperior hoc faciēs: inferiores verò epiſco
po ſunt excōmunicati excōmunicatione papali: vt in cle.
multorum. de hęre. Item ꝙ non poſſūnt de crimine hære-
ſis inquirere contra epiſcopos, niſi hoc expreſſe in literis
apoſtolicis cōtineatur: vt in c. inquiſitores. de hære. lib. vj.
Item quòd inquiſitores ordinis prędicatorum ſe intromit
tere non poſſūnt de ordine minorū, nec ecōtra, pretextu
cuiuſcunq; hæreſis, vt in priuilegijs eorū: aliter excōicati
ſunt ipſo facto, & eſt papalis, per extrauag. Pauli ſecundi.
14 ¶ Duodecimò* quæritur, vtrum inquiſitores aliquid poſ
ſint habere de bonis hæreticorū & cōdemnatorū per ſen
tentiam? Et dico, ꝙ ſic. Nam dicit Io. And. & Inn. ſuper c.
cum ſecundū, de hæret. lib. vj. ꝙ de dictis bonis ſecundùm
conſtitutiōes papales tres debēt fieri partes: quarum vna
ſit curiæ Romanæ pro tuitione officij: ſecūda iudicis ſecu
laris: tertia officialiū. & huius tertię epiſcopus inquiren-
do per ſe vel cum inquiſitore partē petere non poteſt præ
textu laborū, vel expēſarum, cùm ſibi debeāt eccleſiarum
ſuarum bona ſufficere, & ad hoc ſint deputata, vt habetur
in extrauag. Benedict. xj. quæ incipit, ex eo. & not. Ioann.
And. ſuper c. ſtatuta. eod. tit. vnde pertinere videtur ad in
15 quiſitores, aut eorū vicarios. ¶ Quærit* autē Io. And. ſi Bo
nonienſis origine, & patrimonio, qui ſcilicet ibi habet bo
na, cōſtituit Florētiæ domiciliū, ibique de hæreſi damna
tur, an ad dominiū Florentinū, vel Bononienſe ſpectet ap
pręhenſio bonorū quę ſunt Bononiæ? Et arguit hincinde
probans primò, ꝙ ad Bononienſe: & ſecundò per Richa.
Mal. ꝙ ad Florentinum. cuius rationes adducit Archi. iij.
parte. tit. xix. c. ij. in fi. & demum dicit Io. And. per officiū
inquiſitionis fieri contrariū, & per Nicol. quartū contra-
rium diffinitū: & videtur tenere, ꝙ determinatio Richar.
ſit vera quo ad tertiā partem debitam officialib⁹, cū dicat
conſtitutionē illā deberi officialibus, qui hoc peregerūt.
quo ad duas aūt alias tenuit cōtrariū, cùm generali fiſco
ſint confiſcatæ à die cōmiſsi criminis. & inducit l. iij. C. de
16 bonis vacantibus. ¶ Vltimò* circa iſtam materiā remanēt
dubia quædam. ¶ Primum. Si aliqui decumbentes petiue
runt hæreticos, vt ab eis ſecundū eorum conſuetudinem,
cōſolationem reciperent, ſcilicet per manuum impoſitio
nem, ac ſic deceſſerūt, & modò filij, vel hæredes probare
volunt, ꝙ nō ſanæ mentis effectu ſuſceperint, vel poſt per
ditam loquelam: nunquid ſunt audiendi? Et dico, ꝙ non,
ſi tales, dum viuebāt, erāt diffamati, vel ſuſpecti de hęreſi:
vel ſi conſtet, ꝙ ſanæ mentis exiſtētes petiuerūt: alioquin
ad probandum admitti poſſunt, non quidem per vxores,
filios, familiares, aut aliquos de ſuis, ſed per teſtes fide di-
gnos & fidei zelatores. extrà eodem. capite finali. libr. vj.
¶ Secūdum. Quid ſi quis pro receptatione hæreticorum,
vel defenſione ſeu fauore, & nō quia eſſet hæreticus, ſub
obligatione bonorū inquiſitoribus ſe adſtrinxit ad pœni
tentiam recipiendam, & ea iniūcta, ſed non peracta, deceſ
ſerit? Reſpōdeo: Cogi debent hæredes in bonis ad cōpla-
cendum, ſi ſit in bonis tēporalibus iniuncta proficiēs ad ſa
lutem: ſecus ſi nō erat iniuncta. extrà eodem. c. accuſatus.
libr. vj. ¶ Tertium. Sacerdotes inſtruētes hæreticos, vel
credētes citatos de celāda veritate & huiuſmodi, cùm nō
ſit dubium eos facere in fauorem hæreticæ prauitatis, per
inquiſitores debent compeſci, & poſſent pœna debita ca-
ſtigari tam per captionem perſonarum, quàm aliter, ꝓut
culpa exegerit. Religioſi etiā ſunt incarcerationis pœna
vel aliàs grauius à ſecularibus puniendi, ſi inuenti fuerint
in hæreſi vel ſimilibus deliquiſſe. extrà, eodem. cap. penul
timo. & capite, accuſatus. libro ſexto.

RVRSVS DE HAERESI, ET HAERE-
ticis tertiò, ſpecialiter quo ad la-
mias, ſiue ſtrigas.

1 *Hæreſis in lamijs, & ſtrigis, in quo conſiſtere dicatur. Et an ca
uonibus nomina eorum, qui eam ſectantur, deſcripta ſint.

Lamiar

2 *Lamiarũ quaſdam nocere, ſed non curare: quaſdam uerò con-*
tra, curare, ſed non nocere: quaſdam utrũq; efficere. Et ibidem
lamiæ unde dictæ: item & unde ſtrigæ.
3 *Mulieres, an ſint aliquæ, quæ dicantur noctu cũ Diana oberra-*
re. Et an fieri poßit, ut creatura aliqua, aut in melius aut in de
terius mutari, aut transformari in aliã ſpeciem, uel ſimilitudi-
nem poßit.
4 *Strigarũ ſecta, num ea ſit, de qua in capite, episcopi. xxvj q. v.*
mẽtio ſit. Et quid à ſtrigarũ uulgo receptarum ſecta differat.
Et in quo inter ſe conueniant. & nu. ſeq.
5 *Sectæ ſtrigarum ſimiles tripliciter.*
6 *Strigæ an poßint naturaliter à diabolo corporaliter ad locũ de*
ferri, ubi nocte cum diabolo iocentur. Et an ad eundẽ de facto
ſemper corporaliter deferantur, aut nunquam, aut aliquando.
8 *Strigas realiter ad ludum cũ dæmone deferri, an d. cap. episco-*
pi credere prohibeat. Et quid in corpore fieri, quotupliciter di-
catur. Et item in ſpiritu. & nu. ſeq.
9 *Mulierem ad Dianæ deæ ſeruitium delatio, quotupliciter intelli*
gi poßit.
10 *Inquiſitores an meritò aduerſus ſtrigam procedant.*

1 HAERETICVS* tertiò, ſiue hæreſis, ſpecialiter con-
ſiderari poteſt in quodã genere hominũ, qui ſpecia
liter lamij vel lamiæ, & ſtrigę ſiuę maſcarę dicũtur, & vt in
plurales ſunt rurales & fœminei ſexus. de quibus videnda
ſunt multa tam in ſe quàm in ordine ad inqſitores. ¶ Pri-
mò verò quæritur de notitia generis huiuſmodi & nomi
num eius? Et dico quòd hęc ſecta per ſacros canones non
eſt deſcripta nec nominata, ſecundũ Aug. Botam de Saui
liano iuris vtriuſq; doctor. in cõſilio ſuo edito ad inſtan-
tiam magiſtri Andreæ de Seraphicis de Sauliano ordin.
Prædic. inquiſitoris. & idẽ tenuit Taurini do. Io. Graſſus
doctor in vtroq; iure. Cõſiſtit autẽ hęc ſecta cõmuniter in
credere & operari quędã ꝓpria: licet nõnulli ex ipſa cõue
niãt in aliquib. cũ alijs ſectis. credit enim verè ſe cum dia
bolo verſari noctu voluptuoſe: & eo vti vt incubo quo ad
mulieres, & ſuccubo quo ad viros: operatur verò ſcelera
multa, ſed pręcipuè tria: qa diabolũ ſcienter inuocat, fidẽ
negans cõculcat, & cõtemnit ſacra, puta crucẽ & ſacramẽ
ta, & homines percutit morte, vel ęgritudine p virtutẽ ꝓ
priã, vt in faſcinatione: & per actiua naturalia, quę docta
eſt à dæmone, & per ṽtutẽ dæmonis coaſsiſtẽtis, & coope
rantis virtute ꝓpria, vt in reſeratione portarũ, & pręcipita
tione, & huiuſmodi, quę motu locali perficiũtur: aut virtu
te actiuorũ naturaliũ, quæ viſibiliter aut inuiſibiliter ap-
plicat: ſicut cũ vetula torquẽte aut pungente imaginẽ tor
2 quetur aut pũgitur homo. Sciẽdũ* tamen, ꝙ vt dicitur in
malleo maleficarũ, lamiarũ quædã nocent, ſed non curãt:
quædã verò econuerſo curãt, ſed non nocẽt: quædã verò
vtrũq; efficiũt. ¶ Nomina verò eius ſunt lamij, vel lamiæ,
ſtrigæ, & ſi qua ſunt alia per tranſſumptionẽ, & ſimilitudi
nẽ: quia. ſ. lamia eſt beſtia monſtruoſa, ſecundũ gloſſ. Iſa.
xxxiiij. pedes habens equinos & cætera mẽbra humana. &
ſecundũ Gregor. xxxiiij. Mor. habet humanã ſpeciem, &
corpus beſtiale: & ita eſt crudelis, vt filios ſuos dilaniet.
Vnde & lamia quaſi lania dicta eſt: ſtrix verò à ſtrido, dici
tur nocturna auis, de ſono vocis dicta: quia qñ clamat, ſtri
det: inde corruptione vulgari dicitur ſtriga, qa noctu præ
3 cipuè verſatur in maleficijs. ¶ Secũdò* verò, quia in hac
materia ſuper verbis capitis, epiſcopi. xxvj. q. v. magna eſt
difficultas apud aliquos, adducũtur verba illa inquantũ tã
gũt iſtam materiã, & ſunt hæc: Illud etiã nõ eſt omittẽdũ,
ꝙ quædã ſceleratę mulieres retro poſt Sathanam cõuerſę
dæmonũ illuſionibus & phantaſmatibus ſeductæ credunt
ſe & profitentur cum Diana nocturnis horis dea pagano-
rum, vel cum Herodiade, vel cum innumera multitudine
mulierum equitare ſuper quaſdã beſtias, & multarum ter
rarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertrãſire, eiuſq;
iuſsionibus obedire velut dominæ, & certis noctibus ad
eius ſeruitium euocari. ſed vtinam hæ ſolæ in perfidia ſua
perijſſent, & nõ multos ſecum ad infidelitatis interitum
pertraxiſſent. Nam & innumera multitudo hac falſa opi-
nione decepta hæc vera eſſe credunt, & credẽdo à recta fi
de deuiãt, & errore paganorũ inuoluũtur, cùm aliquid di
uinitatis aut numinis extra verũ Deũ arbitrãtur. Quapro
pter ſacerdotes per eccleſias ſibi cõmiſſas populo Dei o-
mni inſtãtia prædicare debẽt, vt nouerint hæc omnia falſa
eſſe, & nõ à diuino, ſed à maligno ſpiritu talia phãtaſmata
mentibus fideliũ irrogari arbitramur. Si quidem ipſe Sa-
thanas, qui trãsfigurat ſe in angelũ lucis, cùm mentẽ cuiuſ
cunq; mulieris ceperit, & hanc per infidelitatẽ ſibi ſubiu-
gauerit, ilico trãsformat ſe in diuerſarũ ſpecies perſona-
rum atq; ſimilitudines, & mentẽ, quam captiuam tenet, in
ſomnis deludẽs, modò læta, modò triſtia, modò incogni-
tas, modò cognitas perſonas oſtẽdẽs, per quæq; deuia de
ducit: & cùm ſolus ſpiritus hoc patitur infidelis, hoc nõ in
animo, ſed in corpore euenire opinatur. Quis enim in ſo
mnijs, & nocturnis viſionibus nõ extra ſeipſum educitur,
& multa videt dormiẽdo, quæ nunquã vigilãdo viderat?
Quis verò tam ſtultus & hebes ſit, qui hæc omnia, quæ in
ſolo ſpiritu fiũt, etiã in corpore accidere arbitretur? cùm
Ezechiel propheta viſiones Domini in ſpiritu nõ in cor-
pore vidit & audiuit: ſicut ipſe ſtatim inquit, Fui in ſpiritu.
& Paulus nõ audet dicere ſe raptũ in corpore. Omnib. ita
que publicè annũtiãdũ eſt, ꝙ q talia credit & his ſimilia, fi
dem perdit: & qui rectã fidẽ non habet, hic non eſt eius,
ſed illius in quẽ credit, id eſt, diaboli. Nã de Domino no
ſtro ſcriptũ eſt, Omnia per ipſum facta ſunt. Quiſquis er-
go credit poſſe fieri aliquã creaturam, aut in meliꝰ, aut in
deterius mutari, aut trãsformari in aliã ſpeciẽ, vel in aliã
ſimilitudinẽ, niſi ab ipſo creatore qui omnia fecit, & per
quẽ omnia facta ſunt: proculdubio infidelis eſt, & pagano
deterior. Hæc ibi. Pro quibus nota, ꝙ error fuit paganorũ
ꝙ ex hominibus fierẽt dęmones, qui eſſent lares, laruæ, &
manes, id eſt, dij, vt patet per Auguſt. viij. de ciuit. Dei. ca.
xj. de quo vide S. Tho. q. xvj. art. j. in cor. & iij. cõtra. c. cvj.
4 ¶ Tertiò* quęritur, vtrum ſecta ſtrigarũ ſit illa, de qua in
prędicto capitulo ſit longa mẽtio? Et dico, ꝙ non, licet in
aliquo cum illa cõueniat. quod patet quãtũ ad credere &
operari. Nã quantũ ad credere, illa ſecta credebat primò,
ꝙ aliqua mulier, puta Diana, vel Herodias eſſet conuerſa
in deam, & conſequẽter haberet aliquid numinis: & ſecũ
dò, ſe vocari, & duci ſuper beſtias ad ſeruitium alicuius
deæ: & tertiò, ꝙ vna creatura ab alio, quàm à ṽo Deo mu
taretur in aliã creaturã, vel ſpeciẽ eius, puta homo in ſpe-
ciem canis. & hæc tria patẽt in textu. & quartò, ꝙ talis dea
eſſet ſpiritus bonus: quæ quatuor ſunt cõtra fidẽ. & in tex.
patent. Et his quatuor differt à ſecta ſtrigarum, quę nullũ
horum credit: ſed dicit ſpiritũ apparentem eis eſſe diabo
lum inimicũ Dei, licet ex voluptate vel deſperatione ſe il
li ſubijciãt: & cõſequẽter illũ non eſſe hominẽ cõuerſum
& deam bonã: nec ſe vocari ad ſeruitiũ alicuius deæ: nec
creaturã mutari in deam: nec ꝙ illa ſit ſpiritus bonus. Cõ
ueniunt verò quo ad hoc, inquantum vtraq; ſecta aliquan
do credit fieri in corpore quod fit in ſpiritu, id eſt, in ima
ginatione, vel ſolo ſenſu, vt patebit. quantũ etiam ad ope-
rari differunt: quia illa non dicitur abnegare crucem aut
contem

contemnere ſacramenta, ſicut ſecta ſtrigarum. Conueniũt
verò, quia noctu ſolatiantur ambæ cũ diabolo. Vnde iſta
ſecta nõ eſt illa: vt etiam patet ex teſtimonio Au. Botæ, &
Ioã. Graſsi, vt dictum eſt: qui ſcilicet dicũt ſectam ſtrigarũ
intactã eſſe & innominatam in ſacris canonibus. ¶* Quar
5 tò quęritur, vtrũ iſta tantam ſimilitudinem habeat cũ illa,
vt ſimul cũ ea in eo. c. reprobentur, qui talia credũt, cũ di
citur, ꝙ qui talia credit, & his ſimilia, fidẽ perdit? Et dico,
ꝙ non. Nam iſtæ ſectæ ſunt ſimiles in triplici genere, ſcili
cet hæreſis, ſuperſtitionis, & illuſionis: ſed in quolibet ho
rum generũ ſpecie differũt. Quantũ ad primum quidẽ, tũ
quia illa credebat aliquid numinis extra Deũ. vnde eſt hæ
retica propriè: non autem ſecunda: vnde non eſt hæretica
proprie, ſed præſumptiuè: quia ſcilicet ei, quẽ diabolũ cre
dit, exhibet honorẽ diuinũ: tum quia iſta apoſtatat à fide,
non aũt illa, cũ expreſſo verbo fidem non neget. Et ſimili
ter quantũ ad ſecũdum, ſcilicet genus ſuperſtitionis: quia
illa eſt in ſpecie fictorũ, ſecundùm malleum maleficarũ p
duos ſolẽnes inquiſitores editum, & per vniuerſitatẽ Co-
lonienſem cõprobatum: quæ dęmon in hominibus illius
ſectæ loquebatur, & mirãda faciebat: iſta verò nõ eſt in il
la ſecta: & habet aliquid penè ex omnibus ſpeciebꝰ: & ſu-
pe addit crimen maleficij. Et quantũ ad tertiũ, id eſt, illu-
ſionem, quia illuſio illius pertingit vſq; ad intellectum, vt
credat falſa de fide: nõ aũt iſtius, vt dictũ eſt. Quod autem
dicitur de vno ſimili inquantum non eſt ſimile, ſed diuer
ſum, non ꝓcedit de reliquo, cuius eſt illud, & his ſimilia:
quia illud dicitur de illa ſecta quantũ ad rationẽ ſpeciei,
inquantũ credit aliquid numinis extra Deũ, ĩ quo differt
ab iſta: & nõ generis, in quo cõuenit cũ illa. Et ſi dicatur,
ꝙ illud dicit de locali delatione, in qua iſtæ ſectæ conue-
6 niunt, dico, ꝙ non eſt verum: vt j. §. vij. ¶* Quintò quæri
tur, vtrũ ſtrigæ poſsint naturaliter deferri à diabolo cor-
poraliter ad locũ vbi cũ diabolo noctu iocantur? Et dico,
ꝙ ſic, & in hoc omnes cõſentiunt, nec eſt dubiũ, qa mate-
ria corporalis inferiorũ corporũ angelicis ſpiritibus ſiue
bonis ſiue malis obedit ad nutũ quãtũ ad motum localẽ,
ſecundùm Augu. & omnes Theologos, eo modo quo hu
manũ corpus mouetur ab anima: nec mirũ, quia etiã cœli
ab eis localiter mouent: vnde & magi frequẽter in hoc o-
pera dæmonũ vtunt: ſicut patet per ea quæ de Hermoge-
ne legunt: & per ea quæ Præceptoriũ diuinæ legis primo
præcepto, c. xj. q. iiij refert. Imo ſecundũ Vl. dæmones lo
caliter deferre poſſunt hominẽ etiam inuitũ: ſicut bonus
angelꝰ tulit in cincinno capitis Abachuc de Iudæa ĩ Chal
dæam: & de quodã puero nobili monacho refert Petr. Da
mianus, & Vinc. in Spec. hiſt. lib. xxvj. c. lxiij. ꝙ cũ veſpere
quieuiſſet in cella, mane in piſtrino clauſis ianuis inuẽtus
eſt, qui requiſitus dixit ſe à quibuſdam hominibus ad ma
gnum conuiuiũ deductum, vbi omnes epularũ deliciæ vi
7 debantur, ibique eũ mãducare fecerũt. ¶* Sextò quæritur
vtrũ de facto ſtrigæ ad dictũ locũ corporaliter ſemp defe
rantur, aut nunquã, aut aliquãdo? Et dico, ꝙ nõ deferũtur
ſemper localiter: ſed iſta vt plurimũ fiũt in ſpiritu, id eſt,
in imaginatione. & ita tenet do. Alb. & Vlri. in Sum. non
eſt etiã verum, ꝙ nunquã realiter, alioqn oporteret pene
infinitos inquiſitorũ proceſſus eſſe falſos, & ſenſum nega
re: quia multa experta ſunt circa hoc, quę nõ poſſunt ratio
nabiliter plus negari eſſe peracta realiter & corporaliter,
quàm me nũc ſcribere: quod vtiq; quis negare põt, dicẽs
me illudi vt videar mihi aut alijs ſcribere. Deferunt ergo
aliquando realiter, & aliquãdo etiam de die inuiſibiliter:
quod vtiq; diabolus poteſt per modos, de qbꝰ docet Præ
ceptorium, vbi s. q. j. & quæ feruntur in meridie dicunt ſo
8 cietas curſus. ¶ Septimò quæritur, * vtrũ dictũ c. epiſcopi.
ꝓhibeat credere ſtrigas ad ludũ realiter deferri? Et dico,
ꝙ non. Sciendũ eſt enim primò, ꝙ dupliciter aliquid fieri
dicitur in corpore: primò ſcilicet propriè, quia extra ſen-
ſum hominis tale quid fit veraciter: ſicut ego nũc ſcribo:
& ſecũdò impropriè, quia fit in ſenſu corporeo, ſcilicet in
ſenſu exteriori habẽte organũ corporeũ manifeſtè, puta ĩ
oculo: ſicut ſi naturaliter vel opa dæmonis oculus meꝰ vi
deat quod nõ eſt, aut nõ verè eſt: ſicut ſecundũ S. Th. quę
dam herba fumigans facit trabes videri ſerpentes. Et ſimi
liter dupliciter aliquid fit in ſpiritu: primo ſcilicet ꝓpriè,
quia fit in intellectu vel in ſenſu nõ corporeo. i. nõ habẽte
organũ corporeũ manifeſtũ, vt in imaginatiua: & ſecũdò
impropriè, quia fit ĩ ſenſu etiã corporeo, ſed nõ extra ſen
ſum veraciter. Vnde propriè fit in corpore quod fit extra
ſenſum: & propriè in ſpiritu quod fit in intellectu vel ſen
ſu interiori: quod verò fit in ſenſu exteriori tanquam me-
9 dium vtroq; modo fieri dicitur. Sciendũ* eſt ſecũdò, ꝙ de
latio mulierũ ad ſeruitiũ Dianæ deę paganorũ vel alteriꝰ,
dupliciter intelligi poteſt eſſe realiter, ſiue in corpe: vno
ſcilicet modo vt quædã ad hęc concurrentia ſint realia, vt
motus, ſed non omnia: alio modo vt omnia neceſſaria ad
hoc ſint realia realiter oculo exteriori viſa: puta ipſe mo-
tus corporis delati, & ſpatia pertrãſita, & beſtia deferens,
& dea, ad quã ferũtur. Et hoc dupliciter: vno modo vt ſint
realia realiter viſa, ſed cũ deceptiõe ſaltẽ imaginationis,
vt quia ſunt vnũ, & vident aliud: vt quia ſunt corpora aë-
rea, & vident humana. & ſic etiã dicunt fieri in ſpiritu ali
qualiter, qa illa credulitas ptinet ad ſenſum ĩteriorẽ: alio
modo ſine deceptione, quia ſcilicet veraciter ſunt id, qđ
eſſe vident aut iudicantur. Igitur dico, ꝙ illud capitulũ vi
detur prohibere ne quis credat ſtrigas realiter deferri ad
ludum: quia licet nõ loquatur de ſtrigis, ſed de alia ſecta,
vt probatũ eſt, tamen de illa loquitur, vt videtur, inquãtũ
cõuenit cũ iſta, incredulitate realis delatiõis. Sed dico, ꝙ
licet dicat iſta fieri in ſomnijs, quia ſcilicet quaſi ſemp fiũt
in ſomnijs, & rarò in corpore, tamẽ nõ prohibet credere
iſtã delationẽ eſſe realẽ, & in corpore quãtũ ad motum &
ſpatiũ, ſed quantũ ad omnia cõcurrentia, maximè deã vi-
ſam ſine deceptione. Et hoc patet primò ſic: Nã quicquid
eſt aliqua lege prohibitũ vel reprobatũ, eſt prohibitũ ex
legis ratione, quæ ſcilicet cõtinet legiſlatoris intentionẽ,
qa lex nõ eſt aliud quàm rõ eiꝰ, ſecũdu Pan. in c. fi. de relc.
& Cy. ac Bal. & oẽs ſcribẽtes in l. nõ dubium. C. de legib.
& in l. ſcire leges. ff. de legi. Sed realitas huius delationis
quantũ ad motũ non reprobatur ex ratione dicti capitu-
li. quod patet, quia illa in hoc conſiſtit, ꝙ hi quorũ creduli
tas ibi reprobatur, inuoluũtur errore paganorũ, credẽtes
aliqd numinis extra Deũ, quaſi aĩæ mortuorũ vertant in
Deos virtute nõ diuina. Secũdò ſic: Nã quicquid aliqua le
ge ꝓhibetur ſiue reprobatur, reprobat ad rationabilem,
nõ ad abſurdũ intellectũ: vt in c. erit aũt lex. iiij. diſt. Sed
credulitas realis delationis ſtrigarũ quantũ ad motũ loca
lem & ſpatia pertrãſita dũtaxat, reprobari non põt per di
ctum cap. ad rationabilem ĩtellectum, quia alias ſequitur
ꝙ credentes infinitis proceſsibus inquiſitorũ vnã rẽ aſſe
rentibus inuoluantur errore paganorũ, credẽtes aliquid
numinis extra Deũ, & iſta fieri à bono ſpiritu, & creaturã
habere potentiã ſpecierũ mutatiuã, & multa alia. Sed con
trà arguitur ex verbis d. c. qa dicit iſta fieri in ſomnijs, & ĩ
ſolo ſpiritu. Sed dico, ꝙ nõ dicit hæc ſemp in ſomnijs aut
in ſpiritu fieri: ſed ideo ſic dicit, qa vt in pluribus ſic fiunt.
Sed

Sed contra iſtam ſolutionẽ, quia dicit, ꝙ hæc omnia in ſo
lo ſpiritu fiũt, & conſequenter ſemper in ſpiritu fiunt: ſed
dico, ꝙ hæc omnia fiunt in ſolo ſpiritu, ſed non ſemper in
ſolo ſpiritu: nec hoc intẽdit textus: alioquin ridiculoſa eſ-
ſet ſua probatio: quia ex particulari probaret vniuerſalem
ſic arguẽdo, ſcilicet, Ezechiel & Paul⁹ viſiones viderũt in
ſpiritu: ergo omnes videntes vident in ſpiritu. Vnde non
intendit textus aſſerere, ꝙ omnia iſta ſemper fiant in ſpi-
ritu vel in ſomnijs, quia inſufficiẽter probaret: ſed inten-
dit, ꝙ non eſt vera dea quam iſti vident, & aſsignat, quo-
modo poſsibile eſt eos decipi: quia decipiuntur videndo
in ſomnijs, & in ſpiritu: quod ꝓbat pŏſsibile eſſe ex ſom-
nijs noſtris, & in viſionib⁹ Ezechielis & Pauli. & ſic patet
10 intellectus totius capituli. ¶ Octauò* quęritur, vtrũ inqſi
tores meritò procedant contra ſtrigas? Et dico, ꝙ ſic: non
quia portantur ad ludũ in corpore vel in ſpiritu: qa iſtud
ex concupiſcẽtia ſine errore in fide poteſt eſſe: ſed quia fi
dem negant, & multa faciũt, quæ ſapiunt hæreſim manife
ſte: vt patet ex dictis. Imò do. Auguſt. Bota dicit, ꝙ ẽt non
relapſæ tradi poſſunt iudici ſeculari: qa præter apoſtaſiã
habent alia multa crimina digna morte. Quidam autem
miniſter prouincialis cuiuſdam ordinis mendicantiũ an-
no Domini 1503. in capitulo noſtro Placentino prece &
pretio, vt publicè dicebat, inductus à parentibus cuiuſdã
ſtrigæ combuſtæ aſſumpſit pugnam cõtra inqſitorẽ quaſi
iniuſtè ſtrigas inſequeretur propter delationem ad ludũ
turgens ampullas ex verbis d. c. & intra annum fuit à mul
titudine ſuorum fratrum crudeliter & turpiter iugulatus.

DE HERMAPHRODITO.

HERMAPHRODITVS eſt qui habet vtrunq; ſexũ, virilem ſcilicet & fœmineum. Hic non poteſt eſſe teſtis. iij. q. iij. item idonei. in glo. ſcilicet ſi magis vergat ad fœmineum, vel etiã ſi ſit parilitas. licet in hoc glo. nõ determinet. Sed intellige niſi in caſu quo & mulier eſſe poteſt. nec poteſt iure ordinari propter monſtruoſitatẽ: nec ordinatus miniſtrare. arg. xxxvj. diſt. illiteratos. & xlix. diſtinc. c. vlti. Si tamen ordinetur, ſuſcipit ordinis characterem, ſi magis vergit ad virilẽ ſexum, nõ autem ſi ad fœmineum, aut ſi eſt parilitas. Quantũ autem ad matrimonium contrahendum, ſecundùm glo. prædictam, ſexus magis incaleſcens debet attẽdi, & ſic iudicari: & ſi ſit parilitas, dic ꝙ debet ſtari dicto & electioni ſuæ. Ita tenet Bal. in l. quęritur. ff. de ſtatu homi. dicens hanc eſſe opi. Guliel.

¶ HISTRIO, vide ſuprà Ars. §. vij. & j. Infamia. §. v.

DE HOMAGIO.

1 *Homagium quid ſit, & an pro re ſpirituali fieri queat. Et nũ fidelitatis iuramentum citra ſimoniam exigi poſſit.*

2 *Homagium quotuplex eſſe dicatur. Et ibidẽ de ſingulis mẽbris.*

1 HOMAGIVM* quantum colligitur ex Spe. eod. tit. in
libro de feud. & gloſſ. in clemẽ. paſtoralis. §. rurſus.
in verbo, homoque legi⁹. de re iudi. eſt ſpecies fidelitatis,
qua quis flexis genibus, iũctis manibus intra man⁹ domi
ni ſeruitutis fidelitatem iurat. Vnde pro ſpirituali re non
eſt faciẽdum. de reg. iur. c. fi. imò illud exigere pro talib⁹,
puta pro eccleſiaſtico beneficio, eſt ſimonia. de ſim. ex di
ligenti. & de reg. iur. in d. cap. fin. quia cõtinet temporale 1
commodum eius cui præſtatur, cùm efficiatur eius ſeru⁹
obligatus ad certa ſeruitia. Fidelitatis autem iuramẽtum
bene poteſt exigi ſine ſimonia: quia tantũ obligat ad eſſe
fidelem, & potius dignitati quàm perſonæ præſtat. Et hoc
verũ, quãdo eſt in tali dignitate, cui talis fidelitas debeat:
aliàs autẽ eſſet etiam ſimonia, ſecũdùm vnam lecturã in
2 d. c. ex diligenti. ¶ Eſt* autem ſecundùm Specu. vbi ſuprà,
multiplex homagium. Quoddam enim eſt decretale, à de
cernendo feudo: ſicut hæres hominis mei cùm de conſue
tudine poſſit infeudari, & conſequenter in homagiũ ſuc-
cedere, debet intra certũ tempus me dominum agnoſce-
re, & mihi pſtare fidelitatem: & ego teneor eũ ratione ta-
lis feudi in hominẽ recipere, & recipiẽdo videor ſibi ius
feudi decernere. Aliud eſt edictale ſiue hæreditariũ: vt il-
lud quod quis habet eo ipſo, ꝙ eſt hæres: quia eo ipſo, ꝙ
adit hæreditatẽ hominis mei, perſonã eius repræſentat, &
videtur hominis homagiũ ſubijſſe: & tale finiri põt tem-
pore ſi domino placebit, & nõ aliter, etiã ſi vaſallus vellet
bonis feudalibus cedere. Aliud eſt ligiũ, quod ſcilicet fit
Imperatori vel regi non recognoſcenti ſuperiorem nul-
lius alterius fidelitate ſalua. quod autem fit alijs non dici
tur ligiũ: quia fit vel iuratur ſalua regia vel imperatoria fi
delitate, etiam ſi manus ponantur intra manus, ſecũdùm
Spec. & qui hoc facit, dicitur homo legius vel ligius: qua
ſi domino ſuo ligatus, ſecundũ Specu. vel quaſi legalitatẽ
continens. Aliud verò eſt non ligium, ſeu vaſalliticum: &
eſt quando aliquid excipitur: vt facio tibi homagium, ex-
cepta fidelitate, quam domino meo tali ligio teneor: vel
ſaluo, ꝙ poſſim cùm voluero dominum ligium mihi con
ſtituere: vel ſaluo, quòd nolo tibi cõtra talem iurare. Sed
dictum primum eſt verius, ſecundùm Specu.

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO.

1 *Homicidium quot modis accipitur, & quid ſit, & num ſemper ſit peccatum. Et quot modis fieri queat.*

2 *Homicidiũ uoluntarium dupliciter dici. Et an percutiens prægnantem, ex cuius ictu perit formatus partus, homicida ſit.*

3 *Maſculus ac fœmella quanto tempore formari dicantur.*

4 *Occidere ſeipſum, aut mutilare, num aliquo caſu liceat. Et in hoc ſex ſubdit concluſiones.*

5 *Occidere alium, an alicui liceat, ſex dictis deſinit.*

6 *Lex quando aliquid non puniẽdo permittit, longè aliud, quàm cùm aliquid permittit faciendo.*

7 *Diffidatus, cuius occiſio à publica poteſtate conceſſa eſt, etiam ſub præmijs conſtituti promiſſione, an etiam extra territorium ipſius poteſtatis ſine peccato occidi queat.*

8 *Occidere quenquam pro rerum tuitione, an licitum ſit.*

9 *Mulier, an ipſam opprimere uolentem, cuius manus aliter effugere nequit, ſine peccato, occidere poſſit. Et quid ſi occidere nequit, ſed retinendo mente & corpore ſe quãtum poteſt tuetur, ſi tandem uioletur, an peccet, cùm cũ occidendo elabi potuerit.*

10 *Liberare alium ab iniuſta morte, ſi poteſt, num quis teneatur.*

11 *Homicidium alterius mandato commiſſum, cui imputandum ſit. Et an ex ratihabitione homicidij irregularitas cõtrahatur.*

12 *Homicidio ex conſilio admiſſo, quis teneatur. Et an ex conſilio irregularitas oboriatur.*

13 *Homicidium pro defenſione admiſſum, an liget, & homicidam conſtituat, & an irregularitatem inducat.*

14 *Homicidium ex permiſſione patratum, an & quãdo, & quot liget: & num irregularitatem inducat. Et quid de his, qui cooperantur in homicidio faciendo. nume. ſequen.*

16 *Homicidium an animatiòne committatur. Et quid de auxilij præſtatione. nume. ſequen.*

HOMICIDIVM* de mente S. Th. j. ij. q. 100. art. viij.
ad tertiũ. de mal. q. xiij. art. iiij. ad vndecimũ. & alio-
rum, dupliciter ſumitur. ſ. largè, & eſt omnis hominis cæ-
ſio ſeu occiſio, ſiue iuſta ſit ſiue iniuſta. & ꝓpriè: & ſic eſt
occiſio hominis ab homine iniuſta: vnde homicidiũ ꝓpriè
ſemper eſt peccatũ. Et fit octo modis. ſ. facto, præcepto, cõ
ſilio, defenſione, pmiſsione, cooperatione, animatione,
auxil

auxiliatione: ſed animatio ad cõſiliũ & auxiliatio ad co-
2 operationẽ reducit: & ſic fit ſex modis. ¶ Homicidiũ* quo
que volũtariũ dupliciter dicitur, ſcilicet propriè, qa eſt in
tẽtũ & volitum in ſe: & largè, vt quia eſt volitũ & intentũ
in ſua cauſa, ſed non forte in ſe: ſicut in eo qui vult & intẽ
dit percutere prægnantem, quia volũtariè occidit: ſicut S.
Tho. ij. ij. q. xxx. ar. primo. vbi de mẽte eius eſt iſta diſtin-
ctio, dicit, ꝙ de volẽte comedere nociua dicimus, ꝙ vult ĩ
firmari. Et ex hoc patet primò, ꝙ homicida eſt percutiens
prægnãtem ſi partus erat formatus, ſcilicet anima rationa
bili, & percuſsiõe interijt: ſecus ſi nõ erat formatus. & idẽ
ſi ad hoc venenũ dedit vt abortiret. ff. de pœ. l. ſi qs aliqd.
3 §. qui abortionis. ¶ Formatur* autẽ maſculus ſpatio qua-
draginta dierũ vel circa, & fœmina ſpatio octoginta. Et ſi 5
dubitetur vtrũ ex præmiſsis ſecutus ſit abortus, vel ex alia
cauſa, vel vtrũ eſſet fœtus formatus, vel nõ, ſecundũ Ver-
uec. ſi dubitatio eſt temeraria, dponat: ſi ꝓbabilis, à ꝓmo
tione & miniſterio ceſſandũ eſt, ne qs ſe piculo cõmittat.
Et ſecũdò, ꝙ homicida eſt q lethaliter aliquẽ percuſsit, q
poſtea eſt ab alijs occiſus. de homi. ſignificaſti. el ij. & ſimi
liter eſt homicida, ſi nõ appareret an lethaliter percuſſerit
néene: & ſimiliter ſi nõ pcuſſerit lethaliter, & tñ habuit a-
nimũ occidẽdi: & deinde ab alijs pcuſſus interijt: vt ĩ d. c.
4 ſignificaſti. iũcta gl. ¶ Primò* verò quęritur, vtrum aliquo
caſu liceat alicui ſeipſum occidere aut mutilare? Et dico
multa. ¶ Primũ. Nulli licet ſeipſum mutilare, etiã ad euitã
dũ peccatũ carnale, ſicut d Origene tradit hiſtoria eccl'ia
ſtica, vt ſecurius per domos prædicaret mulieribus: qa ne
mo mẽbrorũ ſuorũ eſt dominus. xxiij. q. v. ſi nõ licet. & in
l. liber homo. la j. ff. ad l. Aquil. quod tamẽ fallit ſi fiat cau-
ſa medicaminis, vt diſtin. l v. c. ſi quis. el ij. & iij. nõ obſtãte,
ꝙ magis ſit anima curanda q̃ corpus: qa ſine mutilatione
anima curari poteſt, cũ peccatum ſit voluntariũ: non autẽ
corpus interdum, de mente S. Tho. ij. ij. q. lv. ¶ Secundũ.
Non licet alicui occidere ſeipſum deſiderio melioris vi-
tæ ſeu felicitatis conſequẽdę: ſicut ſecundùm Aug. primo
de ci. Dei, fecit quidam philoſophus nomine Theõbrot⁹
lecto Platonis li. de animę immortalitate: quia ſecundũ S.
Tho. ij. ij. q. lxiiij. iſte tranſitus non ſubeſt hominum volũ
tati. ¶ Tertiũ. Nec ad euadendũ miſerias vitæ præſentis,
ſicut fecit Architophel, ij. Regũ. xvij. & Saul, j. Reg. vlt. &
Razias, ij. Macha. xiiij. & Cato Vticẽſis audita victoria Iu-
lij Cæſaris, ſecũdũ Aug. poſt Vale. primo de ciuitate Dei.
qa vltimũ malorũ huius vitæ eſt mors. iij. Ethic. ¶ Quar-
tũ. Nec propter peccatũ cõmiſſum, ſicut fecit Iudas, Matt.
xxvij. tum quia ſubtrahit ſibi tempus pœnitentię, quo poſ
ſet peccata delere: tũ quia malefactorẽ occidere nõ licet,
niſi publica authoritate. xxiij. q. vl. c. pe. ¶ Quitũ. Neq; ad
euadendũ alterius peccatũ: ſicut quædam nupta impetita
à Diocletiano, cũ maritus reſiſtere nequiret, ſe occidit, iu-
xta hiſtoriam eccleſiaſticam: quia nullus debet in ſe ad-
mittere crimẽ maius, id eſt, homicidium, vt vitet alienum
minus, id eſt, adulterium aut fornicationem. ¶ Sextũ. Nec
ad vitandũ peccatum proprium quod inde timetur, puta
cõſenſum in delectationem veneream: quia ſicut nõ ſunt
faciẽda mala vt eueniãt bona, Romanorũ quito: ita nec vt
mala vitẽtur, præſertim minora & minus certa, cuiuſmo-
di eſt, an conſenſum præſtatura ſit mulier in ipſa violatio
ne, vel ne: cũ Deus inde poſſit eripere. Et de his omnibus
xxiij. q. v. ſi nõ. §. vlt. Nec obſtat de Sampſone: quia inſtin-
ctu ſancti Spiritus fecit, ſecundũ Augu. vt d. c. ſi nõ. nec de
quibuſdam mulieribus, quæ ſe perſecutionis tempore oc
ciderũt, quarũ memoriã colit eccleſia: quia ſimiliter mo-
tæ ſunt à Spiritu, ſecũdũ Augu. primo de ciuit. Dei. nec de
Razia, qui laudari videtur: quia hoc eſt ratiõe zeli legis,
nõ ratione mortis, quam ſecundùm S. Tho. vbi ſ. ſibi in-
tulit ex mollitie, non valens ſufferre tormẽta. licet Nico.
de Lyra cõtra Augu. xxvj. q. v. nec mirum. & omnes docto
res, ipſum ſicut & Saulem excuſet quòd fecerit ne Deus il
luderetur in eo ab idolatris. Non obſtat etiam dictũ Hie-
ro. xxiij. q. v. c. non eſt noſtrum. In perſecutionibus, inqt,
non licet mihi propria perire manu abſque eo vbi caſti-
tas periclitatur: quia ſecundũ glo. ly abſque, legitur inclu
ſiue. quaſi dicat: quòd nec in iſtis, in quibus magis videt,
licet ſe occidere: & ſic ponitur ibi, Pulchræ ſunt genæ tuæ
abſq; eo quod intrinſecus latet. & ſimiliter xxxv. q. iij. pro
geniẽ. & ff. de pig. act. l. j. xij. q. ij. Hebron. ¶ Secundò* quę
ritur, vtrum liceat alicui occidere alium? Et dico multa.
¶ Primum. Nõ eſt peccatum occidere bruta, ſicut nec ſuc
cidere arbores, ſecundũ Auguſt. primo de ciui. Dei. quia
ſecundũ S. Tho. ij. ij. q. lxiiij. ſicut plantæ propter anima-
lia bruta, ita illa propter hominem ordinata ſunt: nullus
autem peccat vtendo re ad id, ad quod ordinata eſt: vñ &
Deus dedit nobis in cibum omne quod mouetur & viuit.
Geneſ. ix. ¶ Secundum. Hominem innocentem licitè nul
lus occidit quocunq; bono fine, aut quacunq; humana au
thoritate. Exod. xxij. cuius ratio ſecundũ mentẽ S. Tho.
vbi ſ. eſt, quia non licet peccatorum occiſio, niſi in quãtũ
ordinatur ad commune bonũ, quod per eos corrũpitur:
ad quod ordinari nõ poteſt occiſio iuſtorum: quia eorũ
vita eſt cõſeruatiua & promotiua boni communis, cũ ſint
principalior pars multitudinis, qua cæteri ſuſtẽtãtur. Nec
obſtat, ꝙ hinc egrediũtur ad vitã: quia hoc nõ eſt ex actu
homicidæ, ſed ex bona diſpoſitione occiſorũ. Imò eſt gra
uius quàm occidere reum: quia eſt magis cõtra charitatẽ
occidere eum qui magis eſt amandus: & magis cõtra iuſti
tiam iniuriari ei, qui minus eſt dignus: & magis contra cõ
munitatem, quæ priuatur maiori bono: & magis contra
Deum, qui contemnitur in ſanctis. Lucæ decimo: Qui vos
ſpernit, &c. Vnde patet, quàm grauiter peccent medici, q
medicinas periculoſas experiuntur in religioſis. Ex man-
dato tamẽ Dei licet occidere innocẽtem: quod facere vo
luit Abraham Geneſis xxij. & xxiij. quæ. v. lex æterna. quia
Deus habet dominium mortis & vitæ, cũ eius ordinatio-
ne omnes moriantur, iuſti & peccatores. ¶ Tertium. Ho-
minem reum licitè occidit iudex habens legitimã autho-
ritatẽ, ſi ſeruato iudiciali ordine condemnat ad mortem
debitam illi ex zelo iuſtitiæ: quinimo hoc illi mandatur
à Domino, Exodi xxij. qa, vt dicit S. Tho. vbi ſ. ſicut pars
ad totum, ita quælibet perſona particularis ad communi-
tatẽ cõparatur: vnde ſicut laudabiliter & ſalubriter præ-
ſcinditur mẽbrum à corpore, cùm expedit corpori, puta
ne inficiatur à membro putrido: ita & occiditur particula
ris homo, ſi ſit communitati nociu⁹: quia pars eſt propter
totum, non econtra. Si verò iudex condemnat innocẽtẽ,
aut reum, non ſeruato iuris ordine, cõtra illud Deuteron.
Iuſtè quod iuſtum eſt exequaris. & not. in c. reos. viceſima
tertia, quæſtione quinta. aut eo ſeruato, ſed ex indebito fi
ne: puta ex auaritia ſeu lucro principaliter, vel ex odio, vel
inani gloria, vel ex delectatione effundendi ſanguinem,
peccat mortaliter: & quilibet illi hac intẽtione cooperãs,
ſecũdùm Arch. arg. xxiij. quæſt. v. cùm miniſter. quod ta-
men de inani gloria verum non credo, quando illa aliàs
non eſſet mortalis: & iudex ſic eſt diſpoſitus, quòd ꝓpter
gloriam nõ occideret, niſi aliàs iuſte hoc faceret: quia tũc
nec quod facit eſt mortale, nec finis propter quem facit.
Qua

Quādo etiam reus propter potentiā ordinario iure puni
ri nō poteſt:ſi dominus principalis, vł iudex habēs autho
ritatē abſolutā quocūq; puniendi ſine iudicario ordine il
lum faceret occidi, non peccaret ſecundū Arc. quod limi-
ta ſi faceret in ſuo diſtrictu, vel in alieno de voluntate do-
mini expreſſa, vel tacita, vel probabiliter prēſumpta. ar. c.
de occidēdis. & c. officia. & c. nō fruſtra. iij. q. v. ¶ Quartū.
Priuatus homo hominē propria authoritate occidere nō
pōt, etiam reum & malefactorem, ſecundū Aug. primo de
ci. Dei. ſine peccato mortali. cuius ratio eſt ſecūdū S. Th.
vbi ſuprà: quia cū iſta occiſio licita ſit inquātū ordinatur
ad bonum totius communitatis, ad illū ſolū pertinet, cui
commiſſa eſt cura ſeruandæ communitatis, id eſt, ad prin
cipē, & alios habentes publicam authoritatē: ſicut pſcinde
re putridum membrum ad medicum pertinet, cui totius
corporis ſalus commiſſa eſt, & non ad alium. ¶ Quintum.
Priuatus hominem occidere poteſt authoritate legis ciui
lis ſine pœna quæ pro homicidio in foro cōtētioſo debe
tur: primò, defendēdo perſonā ſuā: ſecundò, defendendo
ſuum honorem: vt cùm oportet eum aut fugere cum dede
core, aut occidere: tertiò, dfendēdo res ſuas, quādo aliter
rehaberi nō poterant, ſecundū multos Legiſtas s̄. Excom
municatio. vj. §. iij. caſu ix. quartò, occidēdo inſidiantē in
itineribus, & nocturnum populatorē agrorū. C. quādo li-
ceat vni. ſine iudi. l. j. & ij. quintò, occidendo furē noctur-
num & diurnum ſe defendētem telo. de homicid. ſi perfo
diens. ſextò, ratione adulterij: vt j. Lex. §. x. ¶ Sextum. Pri-
uatus authoritate legis occidere poteſt ſine peccato. Pri-
mò, defendēdo perſonā ſuā vel alterius iuxta dicta ſuprà,
Bellum. ij. §. iij. Et ſecundò, eadem ratione occidēdo furē
nocturnū in dubio an vellet furari, vel occidere. extrà c.
ſi perfodiens. & ſimiliter diurnū ſi ſe telo defendit: vt ibi.
Tertiò, occidēdo diffidatū, de quo ſuprà Aſſaſsinus. Vnde
6 *aduerte, ꝙ aliud eſt quādo lex aliquid permittit nō pu-
niendo, vt de occidēdo adultero: aliud, qn̄ aliquid conce-
dit, faciēdo ſcilicet quemlibet miniſtrum iuſtitiæ; vt in c.
pro humani. de homici. lib. vj. quod licet primū nō liceat
in cōſciētia: ſecus de ſecundo, ſi intētio ſit recta, id eſt, ad
bonum commune, vel iuſtitiæ obſeruationē: quia ſecūdū
Io. And. in addi. ad Spe. facit, vt legis miniſter, ſed talis oc
ciſor eſſet nihilominus irregularis, ſicut & iuſt⁹ iudex: ſe
cus de occidēte ex defenſiōe perſonæ: vt j. Homicidium.
iij. §. ij. Et eadē ratione de occidēte in dubio prędicto, qa
perſonā tuetur. Quartò, ſecūdū aliquos pro defenſiōe ho
noris contra iniuriam perſonalē cōſiſtentem in turpi fu-
ga. qđ tamē Arc. negat: & hoc rationabiliter, maximè vbi
talis turpitudo eſt non de malo culpæ, ſed de naturali ti-
miditate. Vnde licet dicat Zen. quòd occidens ne fugiat
cū dedecore euadit irregularitatē, tamē verius dicit Pet.
de Anc. & Car. ꝙ nō euadit. Quintò ſecūdū aliquos etiam
pro defenſiōe rerū: ſed de hoc s̄. Excōmunicatio vj. §. iij.
& §. iiij. Sextò, ſecūdū aliquos, pro defenſione caſtitatis:
7 ſed de hoc infrà. §. v. ¶ Tertiò* quæritur, vtrū prædictum
diffidatum, cuius occiſio per publicā poteſtatem conceſſa
eſt, vbicunq; inueniatur, etiam ſub pollicitatione præmij,
poſsit qs ſine peccato occidere extra terminos iuriſdictio
nis dictæ poteſtatis? Et dicit Arch. & bene, ꝙ nō: quia ex-
tra illos terminos dicta poteſtas aut ciuitas non habet ali-
quam poteſtatē. & ad iniuriam ſibi reputaret ciuitas vna,
ſi alia punire vellet ſubditum ſuū, ſeu in ſuo territorio exi
ſtentē: quod eſt mittere falcem in meſſem alienā: quod ꝓ
hibetur vj. q. iij. ſcriptum. vnde talis occiſor, ſi ibi capere-
tur, iuſtè vt homicida puniretur. hæc ex illo. quę limita, ni

ſi domini territorij, in quo eſt, voluntas expreſſa, vel taci-
ta aut ꝓbabiliter præſumpta accederet: qa iuri ſuo renun-
8 tiare pōt. ¶ Quartò* quærit, vtrū liceat ſine peccato occi-
dere pro rerū defenſione? Et dico, ꝙ ſic ſecūdū multos Le
giſtas, vt ſuprà Bellum. ij. §. ij. & vij. ſed Pan. in c. ſuſcepi-
mus. extrà eo. dicit, ꝙ licet clerico res defendere: vt i. c. o-
lim. el j. de reſt. ſpo. etiā cum baculo, vel gladio: ſed tamē
nō licet ei procedere ad ſæua, id eſt, occiſionem, etiā ſi res
aliter ſaluari non poſsint, ſed potius debet ſuſtinere rerū
iacturā: & in c. ij. eo. tit. no. idem in verbo, ſe & ſua defen-
dendo ſeu liberādo: ꝙ nō licet occidere defendēdo ſua,
ſed ſe & ſua. De laicis autē remittit ſe ad no. in c. j. e. ti. vbi
dicit, ꝙ licet alicui impune pro rebus aliter non ſaluandis
occidere in foro contentioſo, ſed non in foro animæ. Et
ita tenet Archi. licet aliter videatur s̄. in d. §. vij. recitādo
Io. de Lig. & ita tenēdum eſt, vt videtur aliquibus de iure
canonico: vt patet in c. ſuſcepimus. & in c. ſi perfodiēs. ex
trà eo. & ſimiliter de iure naturali: quia plus tenemur vitā
proximi, quàm res proprias amare, etiam vbi ille non coa
ctus, ſed ſpōte ingerit ſe morti: ſicut volentem ſe ſuſpen-
dere tenemur cum rerū iactura ſaluare. quod limita vt ſu-
prà, Excommunicatio. vj. §. iiij. niſi inſurgat fur armis. &c.
vt ibi, quia tūc licet. Sed contrà. Nam in d. c. ſi perfodiēs.
dicitur primò, ꝙ fur diurnus nō debet occidi: quia diſcer-
ni poterat, ꝙ ad furādū poti⁹, quàm occidēdū veniſſet. &
ſecundò dicitur, niſi ſe telo defenderit: tum enim plus eſt
q̄ fur: ex quorū primo habetur, ꝙ occidere furem nō licet
pro rebus, ſed tantū ꝓ defenſione perſonæ: & oppoſitū ſe
quit̄ ex ſecūdo, ex quo licet occidere qui nō inuadit, ſed
ſe telo defendat. Sed dico primò, ꝙ illa verba in d. c. ponū
tur renūtiatiuè, & ſunt iuris ciuilis: & ſecūdò, ꝙ ibi ſumit̄
ly defenderit, pro pugna ſeu armorū ſumptione: quo caſu
iam probabiliter dubitari poteſt de ſalute perſonæ: & cō-
ſequēter licet occidere ad ſalutē. Dico tertiò, ꝙ etſi nō du
bitatur de perſona abſolutè, ſed ſolùm præſuppoſita volū
tate defendēdi res, qa ſcilicet fur inſurgit armis vt rapiat:
licet occidere per hoc capitulū. Nec ex primo dicto hui⁹
c. habet̄, ꝙ nō liceat occidere ꝓ rebus abſolutè: ſed quan-
do aliter ſaluari poſſunt: puta qa fur deprehēſus rubeſcit
& fugit: ſecus ſi inſurgit armis in me, vt rapiat mea. Et ad
de nō eſſe ſimile de exponēte ſe morti ꝑ laqueū & per ra-
pinā: qa illū ſaluare poſſum ſine alteri⁹ dāno, vel iniuria,
nō ſecūdū. vide s̄. Excōicatio. vj. §. iiij. caſu ix. vbi plenius.
9 ¶ Quintò* quæritur, vtrū mulier ſine peccato occidat vo
lētē ſe opprimere, cuius manus aliter euadere non poteſt?
Et dico, ꝙ Rayn. in Summa ponit duas opiniones: & nullā
alteri prefert: ſed Arch. dicit, ꝙ ei nō licet intēdere occiſio
nem, ſicut nec etiā inuaſo ad mortē ꝓ ſui defenſione: ſi ta-
men ſe defendendo contingat illum occidi, imputetur ei.
Nec obſt. ſi dicatur, ꝙ eſt cauſa mortis eius etiā ſpiritua-
lis, cùm ſit in mortali: quia ipſe eſt ſibi cauſa. ille ỽò vtitur
iure ſuo naturali, quo vim vi repellere licet. & magis tene
tur ſuæ ſaluti prouidere, quàm alterius. ſi aūt permitteret
ſe opprimi, exponeret ſe periculo cōſentiēdi peccato pro
pter difficultatem renitētiæ volūtatis, dum nō facit quod
pōt vt euadat. Si tamē nolit occidere, ſed circa hoc quan
tum poteſt ſe tuetur, & peccato mēte renititur, nō peccat:
ſicut & inuaſus ſe permittit occidi, ne occidat, nō peccat:
ſed eſſet maioris virtutis. hæc ex illo. Pro quibus no. quòd
licet inuaſo nō liceat intēdere mortem inuaſoris vltima-
tè, licitè tamen illam intendit, & à propoſito efficit in or-
dine ad defenſionem: & ita videtur velle, quòd ſit hic.
10 ¶ Sextò* quæritur, vtrum quilibet teneatur aliū ab iniu-
ſta

ſta morte liberare ſi pōt? Et dico, ꝙ ſic ex debito charitatis
xxij. q. iij. non inferenda. & conſentit Verue. Ray. & San.
Tho. ij. ij. q. vj. ſecundū Verue. tamen qui habet publicam
poteſtatē, tenetur defendere eū, etiā armis, ſi oportet: mo
dò ſi pſumat ſe poſſe: priuatus verò ſolo verbo, vel factò,
ſi pōt ſine periculo perſonæ, cū moderamine tn̄ inculpa-
tæ tutelæ, vt addit S. Th. ſed periculo ſe exponere nō te
netur, ſecūdū gl. lxxxiij. diſt. in prin. & Verue. dicētē, ꝙ te
netur quilibet dare pecuniā ſi cōſtet illū iniuſtè occidi, tā
ſubditus, quàm prelatus, quantum ſua poſsibilitas patitur
ſalua ſua neceſsitate: ſi verò neſcit̄ an iuſtè, vł iniuſtè, aut
11 ſi neceſsitas iſtius nō pōt, nō tenetur. ¶ Septimò* quæri-
tur, quid iuris de homicidio, quod mādato committitur?
Et dico multa. ¶ Primū. Homicidiū precepto, vel mādato
cōmiſſum, nō ſolùm mādatario, ſed etiā mādanti imputa
tur: quia is verè cōmittit, cuius mandato delictū cōmitti
probatur. de ſen. excō. mulieres. & ideò ſic peccat mortali
ter, aut excuſat̄, ſicut ſi ipſe faceret: & perinde determinā-
dū eſt de mādatoribus, quo ad irregularitatē, ſicut de mā
dante pcuti clericū, quo ad excōicationē. de qua s̄. Excōi
catio. vj. §. iij. ¶ Secūdū. Prælatus habēs iuriſdictionē tē-
poralē imponēs officiali ſuo, ꝙ ſup tali maleficio inqui-
rat, & iuſtitiā exequat̄, nō eſt homicida, nec irregularis, ſi
inde ſequatur homicidiū. ne cle. vel mo. epiſcop⁹. lib. vj.
quia clerici habētes iuriſdictionē, cauſam ſanguinis illi-
citè agitāt, ſed licitè cōmittūt, vt ibi patet. ¶ Tertiū. Si qs
ſuo nomine homicidiū fieri mandauit, & ante effectum
expreſſe, & ſine vlla fictiōe reuocauit, & prohibuit, immu
nis eſt ab homicidio. & idē eſſet ſi conſuluit: ſed ī hoc eſt
differētia: qa cōſulens, ſi nō firmiter credit, ꝙ locū habeat
reuocatio, tenetur indicare occidēdo, vt ſibi caueat, ne ſit
irregularis: mādās verò nō. Et diuerſitatis ratio eſt, qa il-
le, cui cōſulitur, agit pro ſe: ideoq; plus reqritur ad remo
uendū effectū cōſilij, q cōcernit ipſum operātē: mandata
rio autē, q agit pro mādante, ſufficit ſi cōſtet de contraria
volūtate mādantis, nō ſolùm expreſſe, ſed etiā tacitè: vt ſi
eū occidendo pacē iniret, aut parentelā, vel amicitiā aliā
ſciēte mādatario, ſecundū eundē Inno. ¶ Quartū. Si quis
mandauit aliquē verberari, iubēs expreſſe ne occideret̄,
vel mutilaretur, & nihilominus mandatarius occidit, aut
mutilauit: mādator efficitur irregularis, qa mandator fuit
in culpa, & hoc euenire poſſe debuit cogitare: extrà, eo.
is q. lib. vj. Et idē dic ſi mādatarius occidatur, aut mutilet̄,
& hoc rationabiliter poterat cogitare: & idē ſimiliter de
eo, qui mādauit aliquē capi, quādo veriſimiliter poterat
mors cōtingere. Hęc aūt Sum. Ang. intelligit de mādante
licitè cōtra tex. qui dicit, ꝙ mādando fuit in culpa: & con
tra gl. Io. And. dicentis, ꝙ locū nō habet decretalis in eo,
qui licitè mādat: quę tamen glo. inſufficienter loquitur:
quia ſi intelligatur ſolùm de mādāte illicitè, incōuenien
ter additur, quod poterat veriſimiliter cogitare, &c. quia
talis tenet̄ de homicidio ſequēte, etiā ſi nō potuit precogi
tare veriſimiliter, quod ſequeretur, vt patebit infra ſeq. in
prin. Vnde dico, ꝙ in textu aſsignātur duę rationes: & quo
ad primā cū dicitur, qa mādando fuit in culpa, locū habet
in mādato illicito. quo ad ſecundā verò cū dicitur, & hoc
euenire poſſe &c. in licito. ¶ Quintū. Clericus, vel alius
ratū habēs homicidiū, videtur irregularis, ſicut & excōica
tus ſi erat clericus. Et de hoc videt̄ eſſe caſus in regula, ra
tihabitionē. de reg. iur. lib. vj. vbi dicitur, ꝙ ratihabitio re
tro trahitur, & mādato nō eſt dubiū cōparari, quod māda
tum eū effectu irregularitatē inducit. Et hoc tenere vide-
tur Spe. in ti. de leg. § iuxta propoſitionis. ver. ſed qd. ar.

H. man. l. ſi verò. §. ſi poſt. Sed hoc intellige ſi ratū habens
eo tēpore, quo homicidiū ppetratū eſt, potuiſſet illud de
lictum mādare, etſi nō perpetrare ratiōe infirmitatis, vel
mutilationis: quia dicit Pan. poſt Ioan. And. in c. j. in fi. de
cōuer. infide. ꝙ ad hoc vt fictio procedat, requirit̄ duo ex
trema eſſe habilia ad illū actū perpetrādū. ſ. tēpus, in quo
actus fuit geſtus, & tēpus ratihabitiōis: quorū altero defi-
ciente nō procedit: qa fictio ſuper impoſsibili nō cauſa-
tur. Exēplū. Quidā interfecit hominē nomine infantis, q
factus maior ratū habet. hæc enim ratihabitio non trahi-
tur retro: quia impoſsibile fuit illū infantē tūc tēporis mā
dare delictū: vnde retro trahi nō debet, cùm non debeat
plus fictio poſſe, quàm veritas. hæc ex illo. Archid. tn̄ in c.
oēs. xvij. q. iiij. dubitat de prædictis, dicēs, ꝙ fortè ex rati
habitione ſola nō cōtrahitur irregularitas. allegās ad hoc
c. ſi. xv. q. j. qa ſcilicet factū deficit, in quo lex promotiōis
cōſiſtit. & idē videtur tenere Hoſt. Sed dici pōt, ꝙ lex ꝓ-
motionis requirit factū propriū, vel alienū: aliàs mandās
fieri homicidiū non eſſet irregularis. quod eſt abſurdum.
Et ſi ratū habuit tantū in corde, & nullo ſigno hoc propa
lauit, nihilominus eſt irregularis in veritate, ſeu quo ad
Deū, licet nō quo ad forū cōtētioſum, iuxta no. per gl. in
12 c. cū quis. de ſen. excō. lib. vj. ¶ Octauò* quæritur, quid iu-
ris de homicidio, quod cōſilio admittitur? Et dico multa.
¶ Primū. Homicidiū cōſilio ſecūdū Veruec. nō intelligit̄
de reſpōſione ſuæ opinionis in generali. Vnde ſi quęreti
an Chriſtiano militi liceat occidere Paganū, vł iudici ma
lefactorē, reſpōdeatur ꝙ ſic: reſpōdēs nec peccat, nec fit ir
regularis, etiā ſi reſpōdēs cōſulēdo erret, niſi ꝓbabiliter
videat, ꝙ ille bellator, aut iudex ſecūdū eius cōſiliū agere
velit: & ſic fecit. & de hoc infrà, dicto iiij. ſed intelligitur
de cōſilio exhortationis, vel approbatiōis, ꝙ homicidiū
fieri debeat: vt no. Pan. in c. ad audientiā. eo. ti. nō ſolū qn̄
cōſiliū eſt directè de morte alicuius: ſed etiā qn̄ cōſulitur
in cauſa propinqua ad mortem. i. aliquid ex quo ſequitur
mors. Quod quidē Sum. Ang. dicit intelligendū, ſecundū
Inno. ibidē, vbi cōſulitur res illicita, ex qua mors ſequit̄:
ſecus vbi cōſulitur licita: & deinde dicit dictū Inn. eſſe ve
rum, quo ad peccatū, & etiā quo ad irregularitatē, qn̄ cō-
ſulitur res licita, & nō homicidiū: & quādo homicidium
poſſet nō accidere: licet veriſimiliter debeat euenire: ſi-
cut licet ꝑlatis in bello licito pugnare viriliter. Sed male
adducit Inn. & cōtra veritatē illū exponit: & etiā cōtra ſui
ordinis Sūmiſtas, id eſt, Roſ. & Sup. qui dicūt, vt infrà ſta
tim. ¶ Secūdū. Si quis nō cōſuluit homicidiū, ſed aliquid
vnde ſecutū eſt. ſcđm Inn. ſi veriſimiliter potuit exiſtima
ri, ꝙ inde ſequeret̄ mors, irregularis eſt: vt ſi ſuaſit iactū
machinę, vel balliſtæ, vel ꝙ eatur ad capiēdū caſtrū, quod
non poterat capi de facili ſine morte hominū: & ſic mors
ſecuta eſt. Si verò nō erat veriſimile, ꝙ mors ſequeret̄, tūc
quidē ſi cōſuluit rē licitā, non eſt irregularis, etiā ſi mors
fuerit ſecuta: ſi verò illicitā, irregularis eſt. de homi. con-
tinebatur. Semper tamē fit irregularis, ſecūdū eundē Inn.
qui directè in mortē alicuius cōſiliū dedit. ne cle. vel mo.
ſententiā. Et eodē modo diſtingue ſi occidatur is, qui con-
ſiliū accepit. ¶ Tertiū. Sicut no. Hoſt. in c. ex literis. de ex
ceſ. præla. & Pan. in c. j. de fur. & eſt tex. in c. ſi qs viduā. l.
diſt. & in c. ſicut dignū. eo. tit. & ibi determinatur, cleric⁹
vel alius interrogatus de pœna delicti, & reſpōdēs, ꝙ eſt
mors, eſt homicida, ſi caſus imminet de præſenti, ꝑ dicta
iura, & ꝑ Archi. in c. omnis. diſt. iij. Vnde ſi ex cōſilio, vel
reſpōſione ſpeciali, vel generali ſequit̄ propinquū homi
cidiū, irregularis eſt, ſecundū Hoſt. Poteſt tamē, ſecundū

Archi.xxiij.q.viij. peſsimã. clericus interrogatus à iudice
quid agendũ de eo, qui pœnã ſanguinis de iure meret̃,re
ſpondere,hoc nõ pertinet ad me:cõſulatis peritos.Et ca-
ueat,ne ꝓpter ſuã reſpõſionẽ directã,vel indirectã intel-
ligat iudex,ꝙ eũ debeat ſanguine punire,ſecũdũ Ray.Di
cũt tamẽ quidã, ꝙ poteſt dicere vt puniat, ſecũdũ qđ ius
dictauerit,dũmodo non exprimat, ꝙ puniat ad ſanguinẽ
vel ad mortẽ.qđ Arch.diſt.iij.omnis. dicit poſſe intelligi
verũ, quãdo crimẽ nõ imminet puniendũ: alioquin ſi ex
cõſilio generali,vel ſpeciali ſequitur propinquũ homici-
diũ,irregularis eſt,ſecũdùm Hoſt.de homi.ſicut dignũ.&
de hoc etiã ĩ. Homicidiũ.iij. §.v.particula iiij. ¶Quartũ.
Qui errãs cõſulit in genere,ꝙ occidẽdi ſunt adulteri, vel
alij, qui de iure nõ ſunt occidẽdi, & inde quis ſuo cõſilio
fiſus occidit, eſt irregularis, ſecũdũ Rodo.ſi putabat̃ iuris
peritus,& errauit, nõ in apicib⁹ iuris, ſed in iure claro,&
certo.ſi verò nõ reputat̃ iuris peritus, ſed ſimplex,vł idio
ta,aut errauit in aliqua ſubtilitate, in qua ſunt diuerſæ o-
piniones,ſic nõ erit irregularis, modò caſus nõ immine-
ret de preſenti. ¶Quartũ.Conſulẽs alicui, vt aliũ interfi-
ciat,ſecũdũ Hoſt.in d.c.ad audiẽtiã.nõ eſt homicida, nec
cõſequẽter irregularis,ſi occidat̃ is,cui cõſiliũ datũ eſt,&
veriſimile fuit,ꝙ nõ poterat occidi. ſec⁹ ſi fuit veriſimile
ꝙ potuit occidi.Sed Io.And.in c.ſi.eo.tit.lib.vj.& Panor.
in d.c.ad audientiã.tenẽt indiſtinctè talẽ cõſultorem eſſe
homicidã,quo ad pœnam irregularitatis.& in hoc magis
cõſentit Inno.& verius eſt:qa iſtud homicidiũ eſt caſuale
cum exercitio illicitæ rei.i.iniuſti cõſilij:ſi tamẽ cõſilium
fuiſſet licitũ,vt quia cõſuluit occiſionẽ eius,q iniuſtè erat
occiſurus,ſecus eſt. ¶Sextũ. Conſulens alicui, vt aliquem
interficiat,homicida eſt, & irregularis, ſecũdùm Pan.poſt
Inno.in d.c.ad audiẽtiã.& ſi ille ſteterit lõgo tẽpore ante
quã occideret: quia debuit reuocare cõſiliũ: & ſi putabat
amicũ nõ deſiſtere,debebat hoc inimico indicare,vt caue
ret in generali,vel etiã in ſpãli ad arbitriũ boni viri. ¶Se
ptimũ.Qui cõſuluit,vt infirm⁹ verteretur,quò citius mo
riatur,ſecũdũ Veruec.eſt irregularis ſi citius moritur,& ſi
militer exequẽs:nec põt ꝑ epiſcopũ diſpẽſari,licet abſol-
ui poſſit à peccato.Et idẽ puto,ſi non fecit illo fine,ſed tñ
ꝓbabiliter putare debuerat ſic accidere,ſed laborauit in-
cõſideratione lata. ¶Octauũ.Qui alicui cõſuluit,vt ſe ex
poneret periculo ꝓ patria, vel iure ſuo,nõ eſt irregularis
ſi ille occidatur,ſecundũ Inno.xxiij.q.iij.pro mẽbris.& c.
ſeq.& q.viij.igitur.& c.ſeq.ſed tamẽ ſi ſciret eũ veriſimili
ter moriturũ,fieret irregularis,ſecũdũ eundẽ Inno,& idẽ
Hoſt. quia ordinata charitas eſt,ꝙ quis plus diligat corp⁹
ſuũ,quàm alterius,vt inquit idẽ Inno.Ex qua probatione
patet,ꝙ id qđ dictũ eſt,ſed tñ ſi ſciret,&c.intelligẽdũ eſt,
quãdo cõſuleret, ꝙ ſe exponeret pro defenſione rerum,
aut perſonarũ particulariũ:qa cõſuleret cõtra ordinẽ cha
ritatis.ſecus pro fide Chriſti,ſecũdũ eundẽ Inn.& Hoſt.&
ſimiliter ſecus pro ſtatu eccleſię: qa etiã ſi ſciret inde eũ
moriturũ,nõ eſt irregularis:qa ſecundũ ordinẽ charitatis
hoc põt,& debet quiſq; vitę ſuæ, & proximi ꝑponere.vñ
& iſto modo prelati eccleſiæ ſuaſiones facere poſſunt in
bello:& ſimiliter ſecus ſi pro patria,ſecundũ Sum.Ang.&
Supple.cõtra Roſ.& hoc ex eadẽ ratione,quia bonum to
tius melius eſt,quàm partis. ¶Nonum. Qui volẽti fugere
inimicos ſuaſit vt maneret,& procurare pacẽ,irregularis
nõ eſt,ſi ille occidatur, quãdo ipſe habuit probabilẽ cãm
credẽdi,ꝙ illi periculũ nõ immineret: puta, qa erãt adeò
cõſanguinei,vel amici, ꝙ meritò ꝓſumere potuit eos poſ
ſe cohiberi. ¶Decimũ. Qui conſuluit homicidiũ fieri, &
ante factũ reuocauit:aut ſi reuocationẽ ſufficiẽtẽ nõ cre-
didit occidẽdo intimauit,nõ eſt irregularis ſi occidat̃: vt
13 ſ.eo. §.vij.particu.iij. ¶Nonò* queritur,quid iuris de ho
micidio,quod fit defenſione?Et dico multa. ¶Primũ.Ho
micidiũ defenſiõe cõmittitur: primò defendẽdo ſuis ver
bis homicidã cõtra eos,qui eũ volebãt ab homicidio re-
trahere,vel impedire.diſt.l.ſi quis viduã. Et ſecũdò,ſecun
dùm Ray.diſſuadendo alicui bonũ ꝓpoſitũ, quo volebat
aliquẽ à morte liberare:quod gl. intelligit,ſi intẽtio eius
ſit corrupta:quia mater diſſuadẽs hęc filio, ne ipſe moria
tur,aut parũ peccat,aut nihil:& alius cõſanguineus,vel a-
micus,& ſimiliter hac intẽtione.Et tertiò ſecũdũ d.gloſſ.
qñ aduocatus defendit reũ in cauſa criminali,vbi accuſa-
tor ſi nõ probauerit,tenetur ad talionẽ. Et quartò defen-
dẽdo ꝑſonas, aut res.Et quintò aſſociãdo homicidã ad fa
ctũ homicidij,vt ſi oportet, defendatur: vnde talis etiã ſi
homicidiũ diſſuadeat,ſecũdũ Hoſt.eſt homicida,nec po-
terit ꝓmoueri.Et facit c.Henricus.de cle.pug.in duello.
nec in hoc diſtinguitur,an aliàs eſſet facturus,vel ne,quo
ad irregularitatẽ,ſed ſolùm quo ad reſtitutionẽ:qa ſi aliàs
erat facturus,nõ teneretur. ¶Secũdũ. Occidẽs pro rebus
ſaluãdis eſt verè homicida,quo ad irregularitatẽ,& ſecũ-
dũ aliquos,quo ad pctm̃,vt patet ex dictis §.iiij. ¶Tertiũ.
Et ſimiliter occidẽs pro iniuria perſonali propria, quãdo
fugere põt,homicida eſt,ſaltẽ quo ad irregularitatẽ,ſecũ-
dùm Ray.& Ber.Goſ.tñ dicit,ꝙ clericus poſt pœnitentiã
poterit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare ſine diſpẽſatio-
ne,ſed nõ aſcẽdere ad maiores.& ita ĩtelligit c.de his cle
ricis.l.diſt.ſed verius eſt ſecũdùm Ber.Hoſt.& Ray.ꝙ nec
in ſuſceptis, niſi ex magna diſpẽſatione permittitur mini
ſtrare.Et quãuis dicat Zen. ꝙ euadit irregularitatẽ,ſi fu-
ga erat vituperoſa, & ad dedec⁹, licet nõ ad periculũ pſo
næ:tñ verius dicit Pet.de Anch.ꝙ eã nõ euadit.Si verò fu
gere nõ põt,nec euadere, niſi occidat,aut mutilet:ſic lici
tè laic⁹,& cleric⁹ occidit, aut mutilat ſine irregularitate:
vt ĩ cle.vnica.eo.ti.& ſine peccato,ita ꝙ presbyter ſtatim
poſſet celebrare, ſcđm Io.de Lig.ĩ tra.de iuſto bello.& fa
cit c.olim.el j.de reſti.ſpo.modò nõ faciat aĩo vlciſcendi.
arg.c.ij.eo.tit.& ſeruetur moderamẽ inculpatæ tutelæ,vt
ſuprà dictũ eſt,Bellũ ſecũdò. ¶Quartũ.Occidẽs verò pro
defenſione perſonæ alterius iniuſtè occidẽdæ, quũ aliter
ſaluare nõ põt:licet hoc facere poſſit ſine peccato,tamen
irregularis efficitur:no.in cle.vnica.eo.titu.Secus tamen
de cõſulẽte alicui iuſtã defenſionẽ, ſi is, q cõſiliũ accepit,
cõtra veriſimilẽ opinionẽ occidatur: quia eſt homicidiũ
14 caſuale cũ exercitio licitæ rei. ¶Decimò* quæritur,quid
iuris de homicidio admiſſo ex permiſsione?Et dico mul-
ta. ¶Primũ.Permiſsione cõmittitur homicidiũ,nõ prohi
bendo cũ prohiberi põt.xxiij.q.iij.non inferẽda.& c.ſeq.
& c.ſi. qđ licet gl.in d.c. nõ inferẽda. referat ad prælatos:
tamẽ cũ iura loquãtur indiſtinctè, dico ꝙ quãtũ ad pecca
tum in his, qui nec ſunt prelati, nec eis ex officio hoc in-
cumbit, diſtinguendũ eſt, vt ſ. §.vj. quantũ autẽ ad irre-
gularitatem dico, ꝙ nũquã ſunt irregulares, niſi fortè do
loſe ꝑmittãt.de quo infrà,Homicidiũ iiij. §.j.& ij. ¶Secũ-
dum. Qui tractatũ homicidij nõ reuelat,ſecundũ aliquos
eſt homicida:nec ſufficit,ꝙ ꝓhibuerit, vt refert Pan. in c.
Petrus.eo.ti.Io.aũt And.diſtinguit: qa ſi doloſe nõ reue-
lat,erit homicida:nõ aũt ſi nõ doloſe.& placet Panor.ibi.
Sed tu dic,ꝙ quoties ſine periculo ſuo,& ſuorum, & ſine
pctõ obuiare põt,& nõ obuiat,ſiue ex mala, ſiue ex bona
volũtate,agit cõtra dilectionẽ proximi:& mortaliter pec
cat:imò tenetur obuiare,etiã data pecunia: vt ſuprà §.vj.
¶Tertium

¶Tertium.Iniuriam paſſus ab aliquo, & audiens ſuos pa
rẽtes aut amicos velle ſe vindicare:niſi expreſſe ꝓhibeat,
ſi homicidium ſequitur,homicida erit.ſecundùm glo. in
d.c.Petrus.& Hoſt.quia videtur aſſentire.& eodem modo
15 intellige, ꝙ erit mutilator. ¶Vndecimò* quæritur, quid
iuris de homicidio ꝑpetrato cooperatiõe? Et dico multa.
¶Primum.Cooperatione homicidiũ cõmittitur, quando
ſcilicet multi ſunt æquales in facto,licet nõ omnes æqua-
liter operẽtur.Vnde dicitur in c.ſicut dignum. §.j.eod.ti.
ꝙ illi qui ad capiendum aliquem animo feriẽdi aut occi-
dẽdi acceſſerint:licet manus illi nõ impoſuerint, ſcilicet
omnes,tamen ex quo mors ſecuta eſt, ſunt homicidæ: &
intellige in ſimilib.puta,quia multi vulnerauerũt.de quo
xxiij.q.fin. ¶Secundũ.Exhibens præſentiam ſuã in bello
iniuſto,animãdo,conſulẽdo, vel inimicis timorẽ incutiẽ
do,homicida eſt,ſi ibi aliquis occidatur,ſecundũ Pan. in
c.ſignificaſti.eod.tit.Secus eſſet in bello iuſto: vt ſ.Bellũ.
iij. §.ij.& iij.& in c.petitio tua.eo.tit.iũcta gl. ¶Tertium.
Exhibens præſentiã ſuam vbi fit homicidiũ,eſt homicida
& irregularis,ſi eſt prælatus ibi iuriſdictionẽ habẽs. de ex
ceſ.præla.ex literis.ſecus de alijs q ſunt ibi ex curioſitate.
16 ¶Duodecimò* quæritur, vtrũ animatione incurratur ho
micidiũ?Et dico ꝙ ſic:vt patet in c.ſicut dignum.eod.titu.
quod tamen ibidem Pa.limitat,qñ incitatio ſeu animatio
eſt ad homicidiũ ſpecialiter:ſecus ſi eſſet ad odium in ge
nere,qa non teneretur quis de delicto inde ſecuto.Et idẽ
dicitur qñ animatio eſt ad factum licitũ, licet homicidiũ
inde ſequatur:ſicut cùm prelat⁹ hortatur in bello iuſto vt
viriliter pugnet,de quo ſ.Bellum.iij. §.ij. ¶Decimoter-
17 tiò* queritur, vtrũ homicidiũ cõmittatur auxiliatione,qñ
ſcilicet non omnes ſunt principales in facto?Et dico ꝙ ſic,
vt in d.c.ſicut dignũ.vbi dicit Panor.ꝙ præſtãs quodcũq;
auxilium quantumcunq; modicũ delicto cõmittendo,te-
netur,etiã cuſtodiendo veſtimẽta. Tamen vt bene intelli
gatur materia, diſtinguendũ eſt:quia aut auxiliũ preſtatur
ad perpetrandũ factum legitimum & iuſtũ,ex quo tamen
ſequitur homicidiũ: & ſic de tali homicidio non tenetur
talis auxiliator quo ad peccatũ:ſed quo ad irregularitatẽ,ſi
auxiliat⁹ fuit directè ad homicidiũ,bene tenetur: ſecus ſi
indirectè,ſicut dictũ eſt de auxiliantibus pugnatoribus in
bello.Aut præſtatur auxiliũ ſuper facto illicito,ex quo ſe
quitur homicidiũ:& ſic homicida reputatur,quãtumcũq;
auxilium ſit indirectũ.& ſic loquitur d.c.ſicut dignũ.Simi
liter ſi auxiliũ præſtatur ſup homicidio perpetrãdo ſiue iu
ſtè ſiue iniuſtè, irregularitas incurrit,ſi effectus ſequatur.

RVRSVS DE HOMICIDIO SECVN
dò, inquantum eſt caſuale.

1 *Homicidiũ caſuale quid ſit,& quotupliciter ſumatur.Et quan
do,& quibus tale imputetur.*
2 *Regulæ circa homicidium caſuale,& fortuitum caſum,quãdo
imputari debeat,aut minimè.*
3 *Clericus ſi cum quopiã rixetur, atque interim clerici parentes,
aut amici ſuperueniãt,qui corrixatorẽ occidãt,an tale homici
diũ ſit hinc clerico imputãdũ:& an irregularitas cõtrahatur.*
4 *Clericus,aut alius magiſter,ſi diſcipulũ uerberauit, atq; exin
de aut ipſius incuria,aut medici ignorãtia moriatur, an impu
tandum ſit percutienti,& irregularitas inducatur.*
5 *Clericus diaconus cũ alijs clericis ludens,falcẽ qua ſuccinctus
erat non poſuit,an ſi alius in eum inſiliens mortale ex ea uul-
nus accepit,& interijt,an irregularis fiat. Et quid ſi clericus
ab alio ludi cauſa humi deiectus,gladio,quem ad latus habe
bat,uulneratus occubuit.num ſeq.*
7 *Clericus ſi porcos ex agro abacturus lapidem proiecit,ac puerũ
interfecit,an irregularis ſit.Et ad eandẽ materiã irregularita-
tis vij.aliæ q̃ſtiones ex ordine ſequuntur, uſq; ad proximũ nu.*
8 *Medico,ſub cuius cura infirmus præter ipſius uoluntatem ac
ſententiam interijt,an imputandum ſit,& ſic irregularitas cõ
tracta,& promoueri non poſsit.*
9 *Phlebotomans aliquem ſanitatis cauſa,an ſi phlebotomatus in
tereat,teneatur.*
10 *Infirmorum cuſtodes aut ſeruitores,ſi uinũ miniſtratum infir
mus ſit,aut in cuſtodiendo negligentes fuerint,ex quo ipſis infir
mus ex phreneſi,aut huiuſmodi mors contigit,an teneantur.*
11 *Latronem res ſubreptas aſportantem,ſi rerum dominus percuſ
ſit,atque inde in terram prolapſus ſurgere non potuit,quin &
ab alijs ſuperuenientibus occiſus eſt, an imputandum, & num
ſit irregularitas contracta.*
12 *Arborem cædens,nec omittens quicquam de contingentibus,an
ſi arboris caſu homicidium ſequatur,irregularis fiat.*
13 *Amatorium poculũ propinans,ex quo mors præter ipſius pro
poſitũ ſequitur,an homicida & irregularis fiat.Et quid de occi
dente aliquẽ in ludo.Et quid ſi quis ab alio lapide proiecto,quẽ
deuitare uelit,in alium impingat,& ex hoc intereat.*
14 *Puer ſi porcinã abrũpendo turgidã ueſicã,mulieri prægnãti ab
ortus occaſionẽ præbuerit,an homicida & irregula.effectus ſit.*
15 *Parentes in lectis filios proprios caſu interimentes,an de homi
cidio teneantur.Et ibidem,an leuiſsima culpa in homicidio ir-
regularitatem inducat.*
16 *Animal habens,utpote leonem aut urſum,qui aliquem perimat,
an de homicidio teneatur,& irregularitas inducatur.*
17 *Milites ad ſui defenſionem iuris accerſens,ſi inde aliquis peri-
matur,an de homicidio teneatur. Et quid de eo qui impulſum,
uel ictum deuitans alium impellit,& occidit.*
18 *Puerum ad flumen mittens,ac ut ab eo caueat admonens, ſi de
mergatur puer,an irregularis fiat.*

1 HOMICIDIVM* ſecundò,inquantũ eſt caſuale,illud
eſt quod fit præter intentionẽ & voluntatẽ. & dupli
citer ſumitur.Primò.ſ.largè,vt eſt occiſio hominis caſua-
lis:& eſt qñ contingit caſualiter ꝓpter exercitiũ rei licitę
adhibita diligẽtia:vt ſi reparans tectũ poſitis ſignis in via
ſubmittẽs tegulas interfecit ſtultè incidẽtẽ vltra ſigna:&
hoc nullo modo imputatur ad peccatũ,ſecundũ S.Tho.ij.
ij.q.lxiiij.quia nõ eſt in ſe volitũ,nec in ſua cauſa.Et ſecũ
dò propriè vt eſt homicidiũ caſuale:& eſt qñ cõtingit ca
ſualiter propter exercitiũ rei illicitæ,vel etiã licitæ nõ ad
hibita diligẽtia:vt ſi dict⁹ reparator ſigna nõ poſuiſſet: &
hoc imputatur ad peccatũ & irregularitatẽ: qa, vt dicit S.
Tho.vbi ſ.contingit ꝙ nõ eſt per ſe volitũ & intentũ actu
volitũ eſſe etiã intentũ per accidẽs,ſecũdũ quod cauſa re-
mouẽs prohibẽs dicitur ꝑ accidẽs: vñ ei qui nõ remouet
q̃ remouere debet,ex quibus ſequitur homicidiũ,illud eſt
quodã modo voluntariũ.Qđ dupliciter cõtingit:vel quia
dat operã illicitæ rei,vel licitæ quidẽ,ſed nõ adhibita dili
2 gẽtia. ¶Ex* his poſſunt accipi regulę deciſiuę omniũ quę
ſtionũ in iſta materia. ¶Prima. Qui dat operã rei licitæ,
& adhibet diligẽtiã quã debet adhibere,nõ tenetur de ca
ſu fortuito inde ſequẽte,nec de aliquo alio.Hęc ꝓbatur ꝑ
c.lator.& c.dilect⁹ filius.& c.ex literis.el ij.& c. ſignifica-
ſti.el j.& c.Ioãnes.& c.ſi.extrà eo. ¶Secũda. Qui dat ope-
rã rei licitę non adhibita diligẽtia debita, tenetur de caſu
fortuito ſequẽti.Hæc ꝓbatur ꝑ c.ꝑsbyterũ. & c.cõtineba
tur.ſecũdũ vnũ intellectũ.& c.ad audiẽtiã.extrà eo. ¶Ter
tia. Qui dat operã illicitæ rei, etiã ſi adhibeat oẽm diligẽ
tiã quã põt,tenetur de omni caſu fortuito. Hæc probatur
per c.ſuſcepimus.& c.de cætero.& c.tua.& cap.ſicut ex li-
terarum.extrà eo. ¶Poteſt addi quarta regula, ꝙ leuiſsi-

 ma

ma culpa in homicidio caſuali nõ inducit irregularitatẽ,
vt patet ex c. quæſitum. de pœ. & re. & lectura Panor. Quã
quidẽ regulam Sum. Ang. videtur intelligere vniuerſali-
ter in omni homicidio. quod eſt abſonũ: quia in volunta-
rio etiã nulla culpa inducit irregularitatẽ, vt patet in iudi
ce iuſtè ſuſpẽdente latronẽ. Et intelligit eam ſiue talis cul
pa ſit in omittẽdo ſiue in agendo: ſed Sum. Roſ. intelligit
eã ſolùm in omittẽdo. Ego autẽ dico, ꝙ d. c. quæſitum. ex
quo regula ſumitur, loquitur quidẽ in omittendo: quia di
cit, ꝙ homicidium filiorũ à parentibus perpetratũ illis im
putatur, ſi ſit ex procuratione vel negligentia ſtudioſa, id
eſt, diſſoluta, ſecundũ glo. quæ prope dolum eſt. ff. man. l.
ſi fideiuſſor. §. reſponſo. diſt. l. ſæpe. & habet pro conſcien
tia. ff. de edil. edi. l. cùm ſex. qualis eſt ignorantia Iudæorũ,
qui nolunt intelligere vt bene agant. j. q. iiij. §. vlt. nõ aũt
imputatur eis ſi venit ex eorũ incuria, quæ incuria eſt ne-
gligentia. cle. quia cõtingit. de relig. do. & d. c. quæſitum.
negligẽtia autẽ eſt omiſsio eius quod debet & poteſt fie-
ri. Dico etiã ꝙ Panor. videtur d. c. quæſitum. & dictã quar
tam regulam intelligere in omittendo: quia dicit d. text.
procedere quãdo ſine tactu vel tractu, ſecundũ aliã literã,
& alia procuratione ſequutũ eſt, tamẽ videtur regula poſ
ſe intelligi etiã in cõmittendo, quãdo datur opera rei lici
tæ: tamen quia in tali opere nõ poteſt eſſe culpa niſi omiſ
ſionis, ſcilicet alicuius circũſtãtiæ: tum quia irregularitas
ſequitur homicidiũ ex vno humano ſtatuto, homines aũt
quod modicũ eſt pro nihilo reputãt, ſecundũ Phy. & mul
to magis quod eſt minimũ: & maximè vbi quis operatur
ad cõmodũ occiſi: vt j. §. xv. Igitur regula vera eſt in caſua
li homicidio, primò omittẽdo, & ſecundò cõmittendo li-
citè ad bonum occiſi: & fortè tertiò committẽdo licitè ad
bonum propriũ, non autẽ cõmittendo illicitè. infrà eod.
3 §. xxiij. ¶ Primò* verò quæritur, quid de clerico rixãte cũ
aliquo, quã ſuperuenietes parẽtes vel amici clerici occide
runt? Et dicit Pan. in c. Petrus. extrã eodẽ. ꝙ ſi clericus non
fuit in culpa faciendo rixam, factũ aliorũ non eſt imputã
dum illi, per primã regulã. quod limita ſecundũ Ho. in c.
ad audientiã. eo. ti. ſi prohibuit quantũ potuit: ſi autẽ fuit
in culpa, eſt irregularis per tertiã: ſi tamen tales interfecto
res nõ fuiſſent parẽtes vel amici clerici, ſed inimici occiſi
ſuperuenientes: nõ imputabitur clerico, ſecundũ eũ. Et di
uerſitatis ratio eſt: qa primo caſu homicidiũ cõmiſſum eſt
intuitu clerici: ſecundo verò caſu intuitu inimicitiæ quæ
erat inter illos. Sed intellige niſi illicita rixa fuiſſet cauſa
4 ꝙ iſti inueniſſent illũ. ¶ Secũdò* quæritur, qd de clerico
vel alio magiſtro qui diſcipulũ verberauit, ſi ille ex ſua in
curia, vel ignorãtia, aut negligẽtia medici moriatur? Et di
cunt quidã, ꝙ eſt irregularis, per c. presbyterũ. eo. ti. quod
ideò dicũt, qa vix cõtingere poſſet, ꝙ ex leui caſtigatiõe,
quę ſola magiſtro cõceditur, quis intereat. tamen alij me-
lius dicũt, ꝙ ſi iſte præceptor nõ exceſsit modũ correctio
nis ſibi permiſſæ, & diligentiã adhibuit ne periculoſe per
cuteret, nõ tenetur de homicidio per regulã primã. Non
obſtat d. c. presbyterũ. qa ibi percuſsio fuit in loco pericu
loſo. i. in capite: vnde presbyter ille nõ adhibuit diligẽtiã,
licet daret operã licitæ rei. & ideo imputatur illi, etiam ſi
puer poſtquã cõualuit, recidiuaſſet, ſecũdũ glo. qđ intelli
go poſtquã cõualuit ſemiplenè: ita ꝙ reliquiæ primę infir
mitatis cooperatæ ſunt ad mortẽ cũ ſecũda ſuperueniẽte.
Nec etiã obſtat c. ſi quis nõ iratus. xv. q. j. vbi eſt iſte caſus.
qa dicit ibi gl. tex. illũ intelligi qñ percutiens exceſsit mo
dum correctionis. Si quis aũt aliũ percuſſerit vulnere nõ
mortifero, dans tamẽ operã rei illicitæ, ſi ille moriatur ex
imperitia medici vel incuria ſui, irregularis eſt per tertiã
regulã. Non obſtat gl. in c. exhibita. qa loquitur in caſu il
lius capituli. ſ. de puero lapidẽ iaciente, qui, ſecundũ Pan.
5 ibi, non erat in culpa. ¶ Tertiò,* quid de clerico diacono,
qui ludens cum alijs clericis falcẽ, qua accinctus erat, non
remouit, ex qua alius equitaturus inſiliẽs, mortale vulnus
accepit, & expirauit? Et dico eum irregularẽ per ſecundã:
qa licet operã daret rei licitæ, tamen diligentiã debitã nõ
adhibuit: quia falcẽ debuit amouere, ex quo ludi cõſuetu
dinem ſciuit. Et ſi prohibuiſſet eum ne ſe equitaret, eſſet
nihilominus irregularis, ſecundũ Hoſt. propter conſuetu
dinẽ ludi: tamen verius dicit Pan. ꝙ non. Et de hoc eſt ca-
ſus in c. continebatur. eod. titu. & ibi Pan. infert, ꝙ clericis
permiſſus eſt ludus alleuiãdi gratia. & gl. dicit ludũ aliàs li
citum clericis inter ſe, illicitũ effici propter miſtionẽ lai-
6 corum. ¶ Quartò* quid de clerico, qui ab alio clerico lu-
do proiectus ad terrã illũ grauiter vulnerauit gladio, quẽ
habebat ad latus, & occubuit? Et dicit tex. in c. lator. eo. ti.
ꝙ non eſt irregularis. Nec obſtat caſus præcedẽs, qui vide
tur idem eſſe cũ iſto: quia pro cõſtanti habere debemus ꝙ
iſte clericus habẽs gladiũ, nec dabat operã rei illicite, nec
licitæ cũ culpa. Vnde glo. in c. ad audientiã. eo. tit. quã ap-
probat Panor. hec capitula cõcordãs, dicit ꝙ iſte clericus
in nulla culpa fuit: nec ipſe aliqd fecit, ſed paſſus eſt tantũ:
& ſibi factus fuit, nõ ipſe fecit alteri inſultum, ſed alius in
ipſum irruit: ideo caſus cõtingẽs per regulã primã nõ im
7 putatur illi. ¶ Quintò,* quid de clerico q porcos de agro
pulſurus lapidẽ iecit, & puerũ interfecit? Et dico eum non
eſſe irregularẽ per c. clerico. l. diſt. Sed intellige, ꝙ ſecun-
dùm glo. dabat operã licitæ rei. & adde, ꝙ diligẽtiã adhi-
buit circũſpiciẽdo: alioquin fuiſſet irregularis per regulã
ſecundã. Illud pro talibus aduertendũ eſt, ꝙ ſecundũ Pan.
in c. ex literis. el ij. eo. ti. qui proijcit aliquid ad locum in-
ſolitũ, & per quẽ quis trãſire nõ cõſueuit, nõ teneť clama-
re: vt in l. ſi putator. ff. ad l. Aqui. aliàs ſecus. & in c. ſi. eo. ti.
dicit, ꝙ clamantes ſubmiſſa voce vel poſt caſum contingẽ
tẽ nõ excuſantur: ſicut plerũq; ruſtici ducẽtes mulos poſt
impactionẽ clamant caue. ¶ Sextò, quid de clerico qui ve
nãdo aut ſe exercẽdo iaculũ proiecit, & aliũ caſu interfe-
cit? Et dico eũ eſſe irregularẽ, etiã ſi diligentiã adhibuit:
qa dabat operã illicitæ rei. l. diſt. is qui arborẽ. §. ſi vero.
¶ Septimò, qd de clerico qui cauſa libidinis fecit ad ſe ve
nire prægnantẽ per tectũ deſcenſum parietis: & dum re-
diret cadẽs per dictũ deſcẽſum abortiuit? Et dico ſecũdũ
Gul. de Lau. ꝙ eſt irregularis: qa dabat operã illicitæ rei.
¶ Octauò. Quid de clerico vel alio qui pro reb⁹ ſuis recu
perãdis officiũ iudicis implorat, licet ſciat ꝓ certo ꝙ ſine
ſanguinis effuſione recuperare nõ poterit? Et dico eũ nõ
eſſe irregularẽ, ſecundũ Io. An. & eſt tex. in c. ij. eo. tit. lib.
vj. modò proteſtetur ꝙ nõ intẽdit ſanguinis vindictã: Sed
limita verũ primò, qñ alio licito modo recuperare nõ po
tuit. & ſic intellige Vinc. tenentẽ contrariũ: & ſecundò qñ
nõ mortẽ, ſed recuperationẽ intendebat: quia ſi fuit intẽ-
tio maculata, & ſubſequuta eſt mors, aut mutilatio, irregu
laris eſt, ſecundũ Hoſt. & ſic intellige c. ex literis. de exceſ.
præla. & xxiij. q. v. c. ij. & de pœni. diſt. j. periculoſe. Secun
dũ prædictã etiã diſtinctionem dic, ſi furẽ capiens iudici
tradat, & ſi poſt occiſionẽ gratũ habeat: nihilominus non
eſt irregularis: quia lex promotionis factũ requirit. xv. q.
j. cap. ſi. hic autem non eſt factum proprium, vt patet: nec
alienum proprio nomine geſtum, & conſequẽter ratum,
quia contradixit. ¶ Nonò, quid de ſacerdote, qui pro ædi
ficatione eccleſiæ vel domus aduocauit aliquem in adiu
torium

torium, qui caſu interijt? Et dico eum nõ eſſe irregularẽ,
ſi nihil de contingentibus omiſit. eo. titu. c. ſi. ¶ Decimò,
quid de ſacerdote, quo ꝓ diuinis pulſante campanã, mal-
leus cadens puerũ interfecit? Et dico eũ nõ eſſe irregula
rem: ſi id fecit ex officio ſacriſtæ, vel eius ꝑmiſsione, aut
cõſuetudine, qua quilibet ſacerdos, vel clericus pro ſimili
bus poterat pulſare campanã: & diligentiã adhibuit. Sec⁹
ſi nõ fecit ex dicto officio, vel permiſsione, aut cõſuetudi
ne: vt in c. Ioannes. eo. tit. Item ſecus ſi non adhibuit dili-
gentiam: vt quia fuit ſacriſta, & tintinnabulum diligenter
non ligauit, per ſecundam regulam. ¶ Vndecimò, quid de
monacho, qui ludẽs prægnantẽ etiam leniter zona corre
ptam traxit, & abortiri fecit? Et dico, ꝙ eſt irregularis per
tertiã regulam, & per c. ſicut ex literarũ. eo. ti. vbi Pan. di-
cit verbũ ſingulare, ꝙ in dicto caſu ſi fuiſſet maritus eius,
aut frater, vel perſona cõiũcta, & ludus fuiſſet leuis, mors
nõ imputaretur illis. & ſic concludit, ꝙ ludus leuis etiã cũ
muliere prægnãte, nõ eſt prohibitus, ſi perſona eſt hone-
ſta, & cõiuncta: & tunc nõ imputaretur aborſus, qui mona
cho imputaretur: quia vnus dat operã rei licitæ, alius illi-
citę. Et idẽ dicendũ eſt de ducente choreas cũ prægnante
ſi abortiatur: quia ſi eſt clericus, vel religioſus, irregularis
eſt, per tertiã regulam. Secus de ſeculari cõcurrẽtibus cir
cunſtantijs, quæ requirũtur ad licitas choreas. & hoc ſi ſal
tatio ſit leuis. ¶ Duodecimò, quid de monacho, qui mulie
rẽ tumore gutturis curandã, aperto tumore ferreo inſtru
mento, monuit, ne ſe vẽto exponeret: ſed illa ſe expoſuit
& perijt? Et dico ꝙ eſt irregularis, etiã ſi de contingenti-
bus nihil omiſit: & idẽ ſi eſſet clericus, etiã in minoribus
ſufficienter beneficiatus, ſecundũ Pan. in c. ſententiam. ne
cle. vel mo. per tertiam regulam. & per c. tua. eo. tit. quia il
licitæ rei, id eſt, chirurgiæ operã dabat: quę ars clericis in
terdicitur, vbi interuenit inciſio, vel aduſtio: vt in d. c. ſen
8 tentiam. ¶ Decimotertiò, quid de medico, ſub cuius cura
infirmus preter voluntatẽ interijt? Et dico, vt no. Pan. in c.
tua. eo. tit. ꝙ illi non imputatur, concurrentibus quatuor.
Primò, ꝙ illud officium non ſit illi prohibitum exercere:
ſicut religioſis & clericis chirurgia, in c. non magnopere.
& in d. c. ſententiam. ne cleri. vel mona. Secũdò, ꝙ ſit peri
tus in illa arte. Tertiò, ꝙ exhibuerit omnem diligentiam
ſecundũ artem. Quartò, ꝙ infirmũ de his, quę ſunt ægri-
tudini contraria informauerit: aliàs teneretur. de ætate &
quali. ad aures. Adde tu quintò, ꝙ ſuper his habeant ꝓba
bilem ſcientiam, ſecũdùm Archi. Et ſic nõ ſunt irregula-
res, nec prohibentur promoueri: ſecus quãdo ſunt imperi
ti, vel negligentes: & ex hoc probabiliter credũt, aut dubi
tant infirmos perijſſe, vel mẽbris eſſe deſtitutos. d. c. ad au
9 res. ¶ Decimoquartò,* quid de phlebotomante aliquem
cauſa medicinæ, ſi ille interijt? Et dicit Verue. ꝙ nõ tene-
tur, ſi erat peritus, & adhibuit diligentiã debitã: ſimiliter
ſi incidendus nõ habuit cõſuetã diſpoſitionẽ membrorũ
aut venarũ, ſiue neruorũ: quia nõ tenetur in aliquo inci-
ſor, ſecundùm Inno. nec eſt irregularis, ſi in hoc propter
ſuam imperitiã nõ errauit: quia in huiuſmodi potius caſu
quàm culpa creditur mors accidere. xxiij. q. v. de occiden
dis. Et ideò phyſici, & chirurgici ſi erant periti, & nihil de
cõtingẽtibus omiſerunt, & habẽt ſuper hoc probabilem
ſcientiã, nõ prohibẽtur à promotiõe, quãuis mortui ſint
infirmi: ſecus ſi fuerũt imperiti, vel negligẽtes: & ex hoc
probabiliter credũt, vel dubitãt perijſſe infirmos, vel mẽ
bris deperditos: quia ſunt irregulares. de æta. & qualit. ad
10 aures. ¶ Decimoquintò,* qd de cuſtodib⁹, aut ſeruitori-
bus infirmorũ, qui vocauerũt vinitorẽ, vel ad eorũ peti-
tionem dederũt vinũ, vel nõ bene cuſtodierunt: vnde ex
phreneſi ſe occiderũt, vel huiuſmodi? Et dico, ꝙ in omni
bus huiuſmodi ſecundũ Verue. & omnes Summiſtas non
debet quis de facili habere conſcientiã ſcrupuloſam, ſi bo
na fide fecit: niſi ſit euidẽs culpa, aut negligẽtia diſſoluta:
adde ſecundũ mentẽ eius, vel niſi daret operã rei illicitæ:
puta, cõtra medici præcepta cõmittẽs: & ſi eã habet, depo
nere debet ad cõſiliũ boni viri. Si autẽ fuit lata culpa, vel
negligẽtia diſſoluta: puta, ſi cuſtos phrenetici, vel furioſi
dimiſit eũ, vt ipe iret ad ludẽdũ in platea: vel aliàs dat ope
rã rei illicitæ: aut ex nimia crapula, vel ebrietate vigilare
nõ potuit: maximè cũ deputat⁹ eſſet ad cuſtodiã infirmi:
& certũ ſit, vel ſecundùm medicorũ iudiciũ probabiliter
dubitatur, ꝙ inde mors ſequuta ſit, irregularitas cõtracta
eſt, ſecundũ eundẽ Verue. qui per culpã intelligit cõmiſ-
ſionem: per negligẽtiã verò omiſsionẽ. Et videtur velle
ꝙ tenẽtur huiuſmodi de culpa leui, quę eſt euidens, non
de leuiſsima: & de negligẽtia graui, nõ de leui, quãdo nõ
eſt diſſoluta. Magis enim põderatur cõmiſsio, q̃ omiſsio:
vt j. §. xxiij. Et hęc procedunt, vbi cuſtos nõ eſſet ſalaria-
tus, ſed cuſtodiret ex pietate, vel obedientia. Idem dic de
vertẽtibus infirmos, vnde frangitur apoſtema, vel anheli-
11 tus obturatur. ¶ Decimoſextò,* quid de eo, qui latronem
res ſuas aſportantem percuſsit, ex qua percuſsiõe ſurgere
nõ potuit, & ſic eſt occiſus ab alijs? Et dicũt quidã indiſtin
ctè, ꝙ eſt irregularis: quia illicitæ rei operã dedit, ex qua
homicidiũ caſuale ſecutũ eſt: ſed qa dictũ eſt, ꝙ clerico ꝓ
rerum defenſione percutere, licet ſeruato moderamine
inculpatę tutelę: quod etiã patet in c. ſignificaſti. el ij. eo.
tit. ideo diſtinguo: quia ſi nõ percuſsit lethaliter, nec aĩo
occidẽdi, nec modũ exceſsit debitę tutelæ, nec debuit p̄-
cogitare, ꝙ occideret ab alijs, nõ eſt irregularis: vt videť
eſſe caſus in d. c. ſignificaſti. & facit c. exhibita. eo. titu. &
ff. loc. l. q domũ. in ſi. & videtur ſenſiſſe gl. in c. de cætero.
& in c. tua. eo. tit. Nec obſt. d. c. de cætero. qa loquitur de
cauſa propinqua homicidij, vt qs ſit irregularis. Si verò
pcuſsit lethaliter, vel animo occidẽdi, vel modũ exceſsit,
vel diligentiã nõ adhibuit præcogitãdo, ꝙ veriſimiliter
poterat occidi, eſt irregularis, vt patet ex dictis. ¶ Deci-
moſeptimò, qd de eo, qui latronẽ vidẽs clamauit, ex quo
clamore latro captus fuit, & occiſus? Et dico, ꝙ homicida
eſt, & irregularis, ſecũdũ Inno. & Hoſt. & ſequitur Pan. in
d. c. ſignificaſti. el ij. eo. titu. etiã ſi non habuit animum ad
mortẽ: quia debuit de homicidio cogitare, qđ ex tali cla
more cõiter ſequitur: quod bene Pan. ibi limitat, quando
cõmuniter ſequitur: aliàs nõ, ex quo animũ nõ habuit ad
mortẽ. Limita etiã ſi clamauit pro rebus, vel alijs: quia ſi
pro ſalute ſuæ ꝑſonæ clamaſſet, nõ eſt irregularis. ¶ Deci
12 mooctauò,* quid de eo, q arborẽ cædit, nihil de cõtingẽ-
tibus omittẽdo, circũſpiciẽdo, & clamãdo fortiter, & tẽ-
peſtiuè, & tñ homicidiũ ſequitur? Et dico, ꝙ ſi dabat o-
peram rei licitæ, vt quia ſua erat arbor, nõ eſt irregularis,
per regulã primã: aliàs verò erit irregularis, per tertiam.
13 ¶ Decimononò,* quid de eo, qui dat amatoriũ poculum,
ex quo ſequitur homicidiũ præter intentionẽ? Et dico, ꝙ
homicida eſt, & irregularis: vt no. Pan. in c. ſi aliquis. eo. ti.
& facit l. ſi quis aliquid. §. q abortionis. ff. de pœ. Et ratio
eſt, quia dat operã illicitæ rei: ſecus ſi homicidiũ non ſe-
quitur: puta, quia fœtus nondum erat formatus, vt ibi gl.
¶ Vigeſimò, quid generaliter de occidẽte aliquẽ ludo? Et
dico, ꝙ ſi licitè ludebat, ſecũdũ vnã circunſtantiam ludi,
perſonarũ, loci, & temporis, & veriſimiliter talis caſus ve
nire nõ debuit, nõ eſt irregularis: vt patet in c. lator. eo. ti.

Et ratio eſt, quia dat operam rei illicitę cũ diligentia. ſec⁹ ſi ludat illicite, vel diligentiã nõ adhibeat, quia eſt irregũlaris, vt ex dictis regulis patet. ¶ Vigeſimoprimò, qd ſi qs in ſequẽdo proijciat lapidẽ poſt aliquẽ ludẽs ad terrorẽ, & ille volẽs lapidẽ declinare, impingat in aliũ lapidẽ, vel cadat, & moriatur? Et dicit Inn. in c. exhibita. eo. tit. ꝙ proijciens tenetur, ſi iactus lapidis fuit cauſa læſionis. & idem Abb. & Vinc. ſed Pan. ibi hoc limitat: quia iactus potuiſſet grauẽ percuſsionẽ inferre, niſi alius fugiſſet, qa tũc ludus fuiſſet noxius, etiã in pueris. ſec⁹ ſi percuſsio nõ potuiſſet eſſe grauis: vel ſi ꝓiectio fuiſſet à remotis. hæc ex illo bene: quia intẽdit, ꝙ interuenit irregularitas, qñ ludus lapidum, q aliàs licit⁹ eſt pueris ætatis beneficio, redderetur
14 illicitus ex immoderato iactu. ¶ Vigeſimoſecũdò,* qd de puero, qui frãgendo turgidã veſicã porcinã, mulierẽ prægantẽ terrore abortiri fecit? Et dico, ꝙ Inno. Abb. & Vin. ſentire videt̃, ꝙ homicida ſit, & irregularis. Sed oppoſitũ bene tenuit Pan. quia ad eſſe irregularẽ nõ debet attendi quęlibet cauſa, ſecũdùm glo. in c. de cætero. eo. tit. ſed vt ibi dicit Pan. appellatione cauſę propinquã, & nõ remotã intelligimus. Et facit ff. ad l. Corn. de ſica. l. nihil intereſt. in glo. ſicut non eſt homicida faber cultellũ faciẽs. Vnde percutiẽs aliquẽ vulnere nõ mortifero nõ eſt irregularis, ſecũdũ Ber. in d. c. exhibita. ſi ex imperitia medici, vel incuria, aut expoſitiõe ad labores, & ſudores moriatur: ſi tamen quis animo nocẽdi faciat, aut minorẽ diligẽtiã adhibuit, conſideratur etiã cauſa remota, ſecundũ eundẽ Ber.
15 in c. de cætero. & in c. presbyterũ. ¶ Vigeſimotertiò,* qd de parẽtib⁹, qui à caſu proprios filios in lectis occiderũt? Et dico, ſi fuerũt in culpa graui, aut leui tenẽtur de homicidio, vt patet in gl. c. ſi. de his qui propri. ſi. occi. quia dat̃ eis pro culpa graui pœnitẽtia ſeptẽ, vel quinq; annorũ: ꝓ leui, triũ. Si verò nulla culpa pręceſsit, nõ tenẽtur: ſimiliter nec ſi pręceſsit quidẽ, ſed leuiſsima in omittẽdo, ſ. cũ dùm Pan. de pœn. & re. quęſitũ. qui ibi infert, ꝙ leuiſsima culpa in homicidio non inducit irregularitatem, quando ſine actu, & alia ꝓcuratiõe homicidiũ ſequutũ eſt. & idẽ dico ſi præceſsit culpa leuiſsima aliquid licitũ agẽdo: qa ex ea nõ eſſet qs irregularis. Quod verũ eſt indubitãter, quãdo agitur aliquid licitũ ad cõmodũ occiſorũ: vt s. §. xv. de ſeruitoribus infirmorũ dictũ eſt: imò nec ſi ageret quis rẽ de ſe licitã ad cõmodũ propriũ, vt ex quarta regula patuit. ¶ Sed pro his ſciendũ eſt primò, ꝙ parẽtes filios tenellos apud ſe collocare nõ debẽt, aliter ſunt in culpa. ij. q. v. cõſuluiſti. quãdo ſcilicet id agũt gratia ſui commodi, ne ſcilicet plorẽt ad aures, aut ipſi frigeãt aſſurgentes ad cunas, vel huiuſmodi, & eis imputatur homicidiũ, etiã pro culpa leuiſsima. ſecus vbi hoc agerẽt ad cõmodũ filiorũ: puta, quia ita ſunt pauperes, ꝙ eos pannis fouere in cunis cõtra frigora nõ poſſent: qa ex hoc nõ ſunt in culpa: nec de homicidio tenẽtur, niſi alia culpa interueniat: quia duobus malis cõcurrẽtibus minus eligitur. xiij. diſt. nerui. ſed & ſi alia culpa ĩteruenìat, nõ tenẽtur, niſi ſit grauis, aut ſaltẽ leuis: nõ autẽ ſi ſit leuiſsima ſolùm. ¶ Sciendum eſt ſecũdò, ꝙ ſecũdũ Sum. Ang. verũ eſt vniuerſaliter leuiſsimã culpã in homicidio irregularitatẽ nõ inducere: ſed Sum. Roſ. non putat verum. Vnde dicit, ꝙ dans operã rei illicitæ de ſe tenetur de omni culpa, etiã omittẽdo, & de omni caſu; etiã ſi diligentiã adhibuit. qđ probat̃ per capitula, ſuſcepimus. de cætero. tua. &, ſicut ex literarum. extrà eo. Dans verò operã rei illicitæ; ſi fuit in culpa etiã leuiſsima cõmittẽdo, tenet̃ de caſu inde ſequuto: vt dicit & probat per c. clerico iaciente. l. diſt. & c. presbyterum. & c. ad audiẽtiã. eo. ti. ſed hoc nõ eſt verũ: nec probatur in capitulis, quę allegãt culpã fuiſſe leuiſsimã. Si verò fuit in culpa cõmittendo, nõ incurrit̃ irregularitas: & iſte eſt caſus d. c. quæſitũ. quia iſti parẽtes dabãt operã rei licitæ, tamẽ fuerãt in culpa omittẽdo ibi ex incuria. Sed adde tu iuxta quartã regulã, ꝙ etiã omittendo culpa leuiſsima irregularitatẽ non inducit. ¶ Sciendũ eſt tertiò, ꝙ iura plus omiſsionis, quàm cõmiſsionis tolerant culpã. pro quo facit theorica aurea Bart. in l. qđ Nerua. ff. depoſi. de qua magnũ feſtũ Alex. de Imol. facit in l. ſi mora. ff. ſolu. mat. ſcilicet, ꝙ in omnibus contractibus, in quibus quis tenetur ſolùm de dolo & lata culpa, tenetur etiã de leuiſsi-
16 ma in faciendo cõmiſſa. s. eo. in prin. ¶* Vigeſimoquartò quæritur, quid de habẽte animal: puta, vrſum vel leonẽ, q aliquẽ interfecit? Et dico, ꝙ ſi nõ fuit in culpa, nõ tenetur de homicidio. Si verò fuit in culpa, tenet̃, & eſt irregularis: puta, qa erat ferox, & nõ tenuit ligatũ, & huiuſmodi. arg. c. hi qui arborẽ. & c. ſæpe. diſt. l. & quod no. in c. de occidendis. xxiij. q. v. quod Sum. Ange. reprobato Hoſt. tenet indiſtinctè verũ: qa fortè dicta iura indiſtinctè loquũtur: ſed qa nõ loquũtur de cauſa remota, vt eſt in propoſito, nõ venit nomine cauſæ in homicidio, niſi adſit malitia, vł diligẽtia minor, ſecũdũ Ber. vt s. §. xxij. ideo meli⁹ ſecundũ Hoſt. in c. ad audientiã. eo. ti. & Inno. hoc procedit ſi interuenit malitia, vel lata culpa, vel ſecũdùm alios etiã leuis: vt patet in Sum. Cõfeſ. lib. ij. tit. j. q. xxviij. ſecus in leuiſsima. arg. l. j. & l. ſi. ff. ſi qua. pau. & per regulã quar-
17 tam. ¶ Vigeſimoquintò,* quid de eo, qui vocauit milites ad defenſionẽ ſui iuris, ſi aliquis ibi occidatur.? Et dico, ꝙ non tenetur de homicidio: vt in d. c. de occidẽdis. ij. q. ij. eadẽ cauſa. c. Maximianus. & hoc, quia nõ eſt cauſa ꝓpinqua homicidij: ſecus ſi ipſe occideret ꝓ rebus, aut iuribus ſuis: quia eſſet irregularis, vt dictũ eſt, niſi defenderet ſuã perſonam. ¶ Vigeſimoſextò, quid de eo, qui impulſus, vel declinãs pcuſsionẽ aliũ impellit, & occidit? Et dicit Hug. in c. ſæpe. diſt. l. ꝙ nõ eſt homicida, nec irregularis, niſi fecerit in fraudẽ: adde vel niſi potuit ꝓuidere, & aliter eua-
18 dere. ¶ Vigeſimoſeptimò,* quid de eo, qui puerũ miſit ad flumẽ monẽs vt ab eo caueret: & ſubmerſus eſt? Et dico, ꝙ irregularis eſt: videtur tenere Hoſt. ſicut & diaconus, qui falcẽ nõ remouit. de homi. cõtinebat̃. Sed hoc bene limitat Sũ. Cõfeſ. ſi poterat ratiõabiliter de periculo cogitari. ¶ Vigeſimooctauò queritur, quid de eo, qui famulũ corrigia gladiũ habẽte verberãs occidit? Et dico ꝙ eſt irregularis, qa debuit ꝓbabiliter credere occiſionẽ nõ remouẽdo cultellũ. x. eod. ad audientia. Multos etiã caſus, in quibus irregularitas ſine peccato cõtrahi poteſt, habes tit. ſeq.

RVRSVS de Homicidio tertiò, quantum ad pœnam maximè irregularitatis.

1 *Homicidium quatenus pœnam, ac irregularitatem induxit, duplex eſſe.*
2 *Regulæ quo ad dijudicandũ de irregularitate circa homicidas, ſex ſunt generales: de quibus hic ordine.*
3 *Homicida num omnis irregularis ſit. Et ſubinde, num per ſolã mortem, aut membrorum mutilationẽ irregularitas contrahatur. Et quid de iudice in mortis, aut mẽbrorũ mutilationis cauſa: item quid de poteſtatis familia. Et ad hæc aliquot cõcluſiones ſubduntur.*
4 *Mẽbrorũ mutilator, aut debilitator, nũ omnis irregularis fiat. Et quid de mutilatis. Et an mutilatio mẽbri homicidio, & quo ad quæ æquiparetur. Et quid ſi mẽbrũ nõ mutiletur, ſed debilitetur: & quid ſi digitus trũcetur, an irregularitas inducatur.*
5 *Mutilati, qui promoueri inhibeãtur, & promoti deijciantur.*

6 *Homicidæ & mutilatores ab irregularitate excepti, de quibus hic, num aliquo caſu irregularitatem contrahere poſsint, quinque dictis palam ſit.*
Inuaſorem occidens an efficiatur irregularis, ſi mortem aliàs quidem euadere potuit, mutilationem uerò nequiuit.
7 *Iura de prælatis & clericis quantum ad irregularitatem cõtrahendam pertinet, quid ſpecialiter cauerint.*
8 *Irregularitas ex mutilationibus & occiſionibus in bello factis, an inducatur, ſex dictis reſolutorijs expedit.*
9 *Papa ex eo, quòd clericis facultatem, ut bello interſint, concedit, an uideatur illis licere armis uti.*
10 *Caſus circa irregularitatem ultra prædicta dubij duodecim, de quibus hic ordine.*
11 *Irregularitate ex homicidio contracta, qualiter cum irregularibus diſpenſetur.*
12 *Homicidij pœnæ, num præter irregularitatem aliæ ſint.*

1 HOMICIDIVM* tertiò in quãtũ pœnã & irregularitatem inducit, eſt duplex, ſcilicet ſumptum propriè, quod eſt occiſio hominis iniuſta, & cum peccato: & largè, quod eſt occiſio hominis etiã iuſta, & ſine peccato. Et de vtroq; quomodo in multis caſibus irregularitatẽ inducat, in duobus prioribus titulis incidenter dictũ eſt, vbi de eo quantũ ad peccatũ agebatur: nunc autẽ de vtroq;, in quãtũ inducit pœnã, maximè irregularitatẽ, ex intentione dicen-
2 dũ eſt. ¶* Primò verò quæritur, quæ & quot ſunt regulæ generales dijudicãdi de irregularitate circa homicidas? Et dico ꝙ ſunt multæ. ¶ Quarũ prima hæc eſt: Nullus iudex, magiſter, aut doctor, in dubio debet aliquẽ irregularẽ iudicare. ar. de pœ. diſt. j. §. pen. ¶ Secunda. Quilibet in dubio ſe debet irregularẽ reputare: vt in c. ad audientiã. eo. tit. vnde in foro animæ, maximè quãdo aliquis de hoc nõ eſt infamatus, debet ſuæ conſciẽtię relinqui: vt in c. ex literis. eo. ti. Et has duas ponit Hoſt. in d. c. ad audiẽtiã. Et ſic patet, ꝙ in foro cõtentioſo, vbi agitur ad pœnã, nõ debet quis in dubio reputari irregularis: ſec⁹ in foro animę, vbi agitur ad imponendã pœnitẽtiã: de quo Pan. in d. c. ad audientiã. ¶ Tertia. Ad incurrendã irregularitatẽ ex homicidio neceſſe eſt interuenire factũ, vel p̄ceptũ, vel cõſiliũ, vel defenſionẽ, vel cooperationẽ occidentis. Et hãc ponit Inn. in d. c. ad audientiã. Sed attende, ꝙ ad conſiliũ reducitur animatio, & ad cooperationẽ auxiliatio. Igitur homicidium mentale nunquam irregularitatẽ inducit: quia lex promotionis factũ requirit. xv. q. j. c. vlti. Sed intellige factũ propriũ vel alienũ, in quo quis participat verbo vel ſigno æquiualẽti: vt in præcepto, & ratihabitione: ſimiliter nec homicidiũ permiſsionis, etiã cũ quis ſine ꝑiculo poſſet liberare, & delectatur de morte: niſi fortè ſit p̄latus aut dominus: vt j. §. v. ¶ Quarta. Cauſam homicidij, quæ irregularitatẽ inducit, oportet eſſe propinquã. ff. ad l. Cor. de ſica. l. nihil intereſt. Secus de cauſa remota ſeu occaſione: quia nõ ideo eſt homicida faber, quia cultellũ fecit. de homi. tua. quod ſecundũ Ber. limitatur de cauſa remota, niſi quis animũ habuerit nocẽdi, aut minorẽ adhibuerit diligẽtiã, vel non cogitauit quæ debuerit cogitare. eo. ti. presbyterũ. in ſi. ¶ Quinta. Infans occidẽs nõ eſt irregularis, niſi ſit doli capax. cle. furioſus. de homi. & no. Pan. in c. j. de delic. pue. & Io. And. ibidem. & ſimiliter dic de furioſo. pro quo facit l. j. C. de fal. mo. ¶ Sexta. Quantũ ad irregularitatẽ contrahendã nõ eſt in iure, vel cõi doctrina Canoniſtarũ inuenire differentiã inter laicũ & clericũ: ſed vbicunq; irregularis eſt clericus, eſt & laicus, & ecõtra: excepto homicidio caſuali, vbi aliquãdo eſt irregularis clericus, & nõ laicus, & econtra: quia aliquid eſt illicitũ clerico & nõ laico: vt mercari & ludere ludo clerico interdicto, vel mederi: & ecõtra, vt celebrare diuina. Vñ ſi ex mercatione clerici ſequatur occiſio adhibita diligẽtia eſt irregularis: non aũt laicus. Quatuor alię regulę habẽtur s. Homicidiũ. j. in
3 princip. ¶* Secũdò quæritur, vtrũ omnis homicida ſit irregularis? Et dico multa. ¶ Primũ. Omnis occidẽs aut mutilans poſt baptiſmũ per induſtriã & volũtariè etiã ſine peccato eſt irregularis: vt not. in c. j. de homic. & ibi patet per tex. & nõ ſolùm promoueri nõ põt, ſed etiã promotus eſt perpetuò deponẽdus. extrà eo. ſicut dignũ. d. l. ſi qs viduã. etiã ſi interficiat Saracenũ vel paganũ. diſt. l. ca. clericũ. Et hoc ſiue occidat cũ peccato, ſiue ſine peccato, ſiue per ſe, ſiue per aliũ, mãdato, cõſilio, defenſione, ꝑmiſsione, cooperatione, animatione, & auxiliatione. Vnde in cauſa mortis aut mutilationis irregularis eſt iudex etiã iuſtè procedens. di. vj. aliquãtos. & accuſator ac teſtis & notarius ſententiã ſcribẽs aut proferẽs, vel atteſtationes ſcribẽs aut legens, dũ publicãtur, vel ſcribẽs aut dictãs literas pro vindictã ſanguinis, aduocatus quoq; cõtra reũ vel pro reo ſi cũ effectu accuſator ſubijciatur talioni: aſſeſſor etiã & quilibet alius officialis: vt nota. in d. c. aliquãtos. & per totum. extrà, ne cle. vel mo. c. ſententiã. & in gl. in ſumma. di. lj. Si tamẽ effectus nõ ſequatur, nullã incurrũt irregularitatem etiã epiſcopalẽ, vt dicit Veruec. vt expreſſe dicit Pan. in d. c. ſententiã. & in c. clericis. ne cleri. vel mon. vbi facit pulchrã theoricã, ꝙ per ſolã mortẽ aut mẽbrorũ trũcationẽ quis irregularitatẽ incurrit: ſecus ſi alia ſanguinis vindicta ſequatur: vt in c. ſi aliquis. de homic. dicit, ꝙ ex ſola volũtate nũquã eſt aliquis irregularis. quod etiã tenet Gofre. qđ indubitãter tene, quãtumcũq; quis morte attẽtauerit: nec Veruec. dictũ aliquo iure cauetur. gl. quoq; in c. periculoſe. de pœ. diſt. j. dicens talẽ irregularitatẽ, intelligitur ſecũdùm Pan. de irregularitate cõſequente peccatũ, nõ de diſpenſabili. ¶ Secundũ. Itẽ ſunt irregulares omnes de familia rectoris aſſociãtes pro defenſiõe malefactorũ ad mortẽ, equeſtres vł pedeſtres, & trahẽtes malefactorẽ ad chordam, ſi inde fatetur, & occiditur: excepto tamẽ inquiſitionis negotio. Similiter q acuit vel defert ſecurim vel aliud occiſionis inſtrumentũ: vel portat ſcalas vel funes pro aliquo ſuſpendẽdo: quia horũ quilibet dat cauſam ꝓpinquã morti, vel in ea cooperatur. d. c. ſi quis viduã. diſt. lj. Secus de faciẽte gladiũ vel funes ad oẽm vſum, nõ ad mortẽ, ſed caſu inde ſequitur. xxiij. q. v. de occidẽdis. ¶ Tertiũ. Similiter eſt irregularis, qui aliquid facit vel dicit vt omnino moriturus citius moriatur, ſi hoc eſt certũ: puta volũit infirmũ, vt citius moriatur; dicit decapitãdo vt caput ponat ad cipum: & hoc citius ponit: vel dicit ſatelliti vt ſecurim aptet ne pluries feriat, & ſit, & huiuſmodi. arg. d. c. ſi quis viduã. Et generaliter omnis homicida & mutilator volũtarius, etiã ſi occiſus vel mutilatus ſit paganus. diſt. l. clericũ. excepto eo qui hæc ob defenſionẽ ſuę perſonę facit, cũ aliter euadere nõ poſsit: & furioſo infante ac dormiente, qui nõ ſunt irregulares, vt in cle. vnica. eo. ti. Et quod dictũ eſt de infante, Pe. de Anc. dicit verũ etiã de maiori ſeptẽnio, ſi nõ ſit doli capax. Qđ etiã dictũ eſt, nõ eſſe irregularẽ eũ qui occidit ſe defendẽs: S. Th. ij. ij. q. lxiiij. dicit eſſe falſum: quia tũc nõ emanauerat d. cle. Excipitur etiam ab irregularitate is, q eſt homicida permiſsione. ſ. nõ obuiando cũ poſsit: etiã ſi de homicidio delectetur, ſecũdũ Arc. ſicut etiã nõ eſt irregularis medicus ꝑmittẽs infirmũ mori, nolẽs illi mederi: & diues dimittẽs pauperẽ fame perire. xv. q. j. c. ſi qs nõ iratus. j. §. v. ꝑtic. v. ¶ Quartũ. Oĩs etiã homicida à caſu irregularis eſt in caſu, in quo illi imputa-

tur homicidiū,ſecundū doct.ſi culpa ſit grauis,aut ſaltē le
4 uis,iuxta dicta ſuprà in prin.tit.prioris.aliàs nō. ¶*Ter-
tiò quæritur,vtrū omnis mutilator & debilitator mēbro-
rum,ſeu mutilatus & debilitatus ſit irregularis? Et dico
multa. ¶Primū loquendo quantū ad mutilantes,Nulli ſe-
ipſum mutilare licitū eſt:vt s̄.Homicidiū.j.§.j.particula j.
dictū eſt:& qui ſe mutilat ex impatiētia,vel credēs ſe Deo
præſtare obſequiū,puta vt caſte viuat,nihilominus à pro
motione repellitur,& deijcitur promotus.de corpo. viti.
ſignificauit.quia talis homicida ſui iudicatur.di.lv.ſi quis
occiderit.& diſt.xxxiij.maritū.Si verò quis ſe vel aliū mu
tilet,quia membrū eſt corporis corruptiuū,non peccat,ſe
cundùm S.Tho.ij.ij.q.lxiij.nec eſt irregularis,niſi ex mu
tilatione inducatur deformitas vel impotētia ad ordinis
executionē.vt in Summa Confeſ.libr.ij.tit.j.q.xliij.¶Se-
cundū.Mutilatio mēbri extra caſum infirmitatis quo ad
peccatū mortale,irregularitatē,& diſpenſationē,parifica
tur homicidio,ſecundū notabilē gl.in cle.vnica.eo.tit.&
facit c.aliquantos.diſt.lj.cū multis alijs ibidem.& c.cleri-
cis.ne cleri.vel mona.& c.in archiepiſcopatu.de rap. & c.
is qui.de homi.lib.vj.Non tamen quælibet mutilatio irre
gularitatem inducit,ſecundū Car.poſt Laud.in d.cle.vni-
ca.ſed ſolū cū mutilatur aliquod de principalibus mēbris.
& ſecundū Pan.in c.j.qui cle.vel vo.ſed effuſio ſanguinis
non inducit irregularitatē.vide infrà,particula iiij.Ex his
autē patet,quòd de mutilatore diſtinguendū eſt vt de ho
micida quantū ad irregularitatē,vtrū ſcilicet mutilauerit
ſponte vel à caſu:& ſi à caſu, vtrū dādo operā rei licitę vel
illicitæ:& ſi licitę,vtrū adhibita diligētia vel ne. ¶Tertiū.
Si membrū nō mutilatur,ſed debilitatur,nō inducitur ir-
regularitas,ſecundū Pan.in c.de diacono.qui cler.vel vo.
& idē dicit in c.clericis.ne cle.vel mona.arg.j.q.j. ſicut vr
geri.qa licet mēbrū debilitatū ſit quaſi inutile quo ad ope
rationē,tamen valet ſaltē ad decorē:& in pœnis facienda
eſt mitior interpretatio:& cōcor.ſecundū eū Cal.& ſimi-
liter Gaſpar.in d.c.de diacono.Sed hoc limita primò per
cle.vnicam.eo.ti.& per c.qui percutit.xxiij.q.vlt. quando
debilitatio nō eſt totalis,ſed ſtat vſus eius aliqualis:vbi au
tem ex toto debilitatur,& inutile operationi penitus red
ditur,inducitur irregularitas,per id quod no.Cy.in auth.
ſed nouo.C.de ſer.fug.Vnde Bart.in l.ij.ff.de pub.iud.in
fi.dicit,ꝙ mutilatio propriè eſt,quādo mēbrū lęditur,ita
ꝙ ſuum officium exercere nō poteſt.quod probatur in l.
idem Ophilius.in prin.ff.de ædil.edi. truncatio verò quā
do ex toto abſcinditur.& idem Pan.in c.cum illo.de ſent.
excom.ꝙ mutilatio & truncatio vt diuerſa ponūtur in d.
cle.vnica.& dicitur truncatio totalis abſciſsio ſiue domi-
nutio membri:mutilatio verò quando in totum membrū
nō abſcinditur,ſed ex percuſsione impeditur eius officiū:
& vtraq;,inquit,irregularitatē inducit.Limita ſecundò ſe
cundùm Gul.de Lau.in ſuo ſacramētali, ſi membrū debi-
litatum ſit de principalibus,& de his quæ redderēt homi
nem deturpatū & inutilē,ſcilicet penitus pro diuinis offi
cijs exercendis.Vnde ſi quis alterius faciem ſic deturpet vt
propter ſcandalū ſit inhabilis ad præmiſſa,credit eum irre
gularem:licet ille verè nō ſit mutilatus.& idem ſi maculā
vel aliud impedimentū faceret in oculo,etiā ſine erutiōe.
¶Quartū.Truncatio digiti nō inducit irregularitatē, ſci
licet in trūcante,ſed principaliū membrorū,ſecundū Car.
poſt Lau.in d.cle.vnica.alleg.c.j.de cle.pug.in duel. quod
loquitur de mēbro, quod membrū propriè & ſtrictè ſu-
mēdo eſt pars corporis habēs officiū ſeparatū & diſtinctū,
ſecundū Bar.& Io.de Imo.in l.ij.ff.de pub.iud.in fin.ſicut
manus ad palpandū,& pes ad ambulādum.facit c.ſingula.
diſt.lxxxix.iuncta gl.& tex.in d.c.ſicut vrgeri.& in auth.
prædicta,ſed nouo.digitus aūt non eſt membrū, ſed pars
mēbri:vt in l.non ſunt liberi.ff.de ſta.ho.& d.l.idē Ophi-
lius.quod limita,niſi digitus eſſet pollex vel index.arg.di
ctorum ſuprà,particula iij.quia horū vſus eſt in miniſtrā
do neceſſarius:& conſequēter horū priuatio reddit peni
5 tus inutilē.¶*Quintum.Quantū ad mutilatos autē glo.
ſumma.diſtin.l.ſic dicit:Sponte,adde & ſine cauſa,vitiati
in quocūq; mēbro repelluntur à promotione,& deijciū-
tur iam promoti:vt j.eo.pœnitētes. ſunt enim homicidę.
j.eo.ſi quis.& c.qui partē.Si aūt caſu vitiati ſunt corpore,
ſcilicet ab hoſtibus inuiti vel propter ægritudinē volūta
rij,ſiue à ſe,ſiue à medicis,nō obeſt eis.extrà eod.ſi quis à
medicis.Si autē aliàs ſunt vitiati,ſcilicet nec propria nec
aliena voluntate:aut ipſi inſiſtebāt operi illicito, & repel
luntur:aut licito,& ſic ſi vitiati ſunt in minimis membris
ſiue occultis,non repelluntur à promotione.extrà eo.qui
partem.& c.eunuchus.Sed ſi in magnis & manifeſtis,non
promouētur:vt j.eo.ſi euāgelica.Si ergo aliquis in princi
palibus mēbris,ſcilicet in oculo vel manu habet enorme
vitiū,nō promouetur:ſec⁹ ſi modicū,& quod nō generet
ſcandalū:vt extrà,de cle.ægro.vel debi.presbyterū.extrà
de corpo.viti.c.j.& ij.hæc ibi.de quo vide etiā s̄.Corpore
6 vitiatus.§.j.& ij.& limita vt ſuprà.¶*Quartò q̄ritur,vtrū
homicidæ & mutilatores,qui ab irregularitate ſuprà exce
pti ſunt,ſcilicet ſui defenſor,infans,dormiēs,& furioſus,
& ſecundū aliquos eadē ratione ebrius,aliquo caſu cōtra
hanc irregularitatē?Et dico multa.¶Primum. Qui potuit
quidē vitare mortē ſed nō mutilationē, occidēdo inuaſo
rem,ſecundū Lap.irregularis efficitur.Sed verius Car.in
d.cle.vnica ſenſit ꝙ nō:quia ibi mutilatio & occiſio ęqui
parātur quantū ad irregularitatē incurrendā: & ſic debet
eſſe idē quo ad illā euitandā.& hāc opinionē tenet: quia
in iure mutilator appellatur homicida: vt diſt.lv.ſi quis ab
ſciderit.& diſt.xxxiiij.maritū.Qui tamen potuit euadere
mutilādo inuaſorē,ſi occidat eſt irregularis:qa deeſt mo-
deramē,niſi occideret p̄ter intētionē adhibita diligētia.
¶Secūdū.Qui fugere quidē potuit,ſed fugiēdo ſe pericu
lo expoſuiſſet,puta qa probabiliter dubitabat de caſu aut
velociori curſu inſequētis,qui ex fuga audacior fact⁹ faci
lè percuſsiſſet occidēdo aut mutilādo,poſtpoſita fuga nō
eſt irregularis:quia periculo tali ſe exponere non teneba
tur:cū qualitas tēporis & loci nō patiatur pleni⁹ deliberā
di cōſiliū.ff.de exerci.l.j.¶Tertiū. Qui occidit aut muti-
lat,aliter quidem euadere nō potēs,ſed ad hoc ex illicito
opere deductus:puta quia noctu depræhēſus eſt cū mulie
re,vel iuit ad iniuſtū bellū,& huiuſmodi:videtur irregula
ris per regulas ſupradictas, qa dabat operā rei illicitæ:&
cōſequēter imputatur illi homicidiū ſequēs. Et hoc tene
re videtur Aſtē.lib.j.ti.xxv.quā opinionē credo verā:vbi
iſte licitè impugnaretur:& cōſequēter illicitè ſe defende
ret,vt quia capitur iuſtè à miniſtris iuſtitiæ ꝓ maleficio.
ſed falſam,vbi impugnaret̃ illicitè:& coſequēter licitè ſe
defenderet:quia iura excipiētia ab irregularitate homici
dij voluntarij ſe defendentem,de licita defenſione intelli
genda ſunt:quia vbicunq; in homicidio effectuali eſt pec
catū,eſt & irregularitas,& nō econuerſo:vnde vbi eſt illi-
cita defenſio,ibi eſt irregularitas.¶Quartum. Quantum
ad eum qui dormiēs occidit,Bart.in l.pœnas.ff.de parrici
dijs.diſtinguit:quia ſi hoc ſciebat ſibi euenire,debuit prę
uidere vt iaceret ſolus,vel nemo eſſet in camera:aliter eſt
in culpa,& ꝓpter culpā tenetur:ſicut putator arboris,qui

non

non admonuit trāſeūtes.ff.ad leg.Aquiliā.l.ſi putator. Si
verò hoc nō ſciebat ſibi euenire,parcitur illi:qa dormiēs
æquiparatur furioſo:vt l.j.§.j.de acquir.poſ. furioſus aūt
non tenetur:ergo &c.hæc Bart.& ſic,ſecundùm eū,nō eſt
irregularis.Et ſi ideo ſic ī nocte ſomniauit, quia in die ſic
cogitauit:diſtinguunt quidā à ſimili:qa aut ſine culpa ſua
fuit laceſsitus:& tūc nō tenetur,cū ſit vitiū naturę.aliàs ſe
cus.d.l.pœna.¶Quintū. Ebrius ſi occidat vel mutilet ſe-
cundùm Matth.Zen.& Card.in d.cle.eſt irregularis:quia
ſi papa voluiſſet eū excipere, hoc expreſsiſſet. ¶Quintò
7 *quæritur,quid tradiderint iura ſpecialiter de prælatis &
clericis quantum ad contrahendam irregularitatē? Et di-
co multa.¶Primum.Epiſcopus vel alius prælatus habens
iuriſdictionē temporalē debet cōſtituere iudicē ſecularē
qui audiat cauſas præcipuè ſanguinis, cui præcipere pōt
vt vnicuiq; iuſtitiā faciat. & ei interroganti quid agendū
in tali caſu,qui ſcilicet meretur cauſam ſanguinis,reſpon
dere pōt,ꝙ peritos conſulat, & caueat ne propter ſuā re-
ſponſionē directā vel indirectam ille intelligat,ꝙ eū de-
beat ſanguine punire,ſecundū Ray.quia ſi ex tali reſpōſio
ne reus occideretur vel mutilaretur,eſſet irregularis.Pōt
etiā talis prælatus delegare alicui etiā ſpecialiter ſup ali-
quo maleficio,puta homicidio in ſua iuriſdictione cōmiſ
ſo,vt inquiſita veritate iuſtitiā exequatur:& ſi ille exequa
tur vt occidat,nō propterea ille prælat⁹ eſt irregularis.ex
trà,ne cle.vel mon.epiſcopus.lib.vj.¶Secūdū.Prælatis ec
cleſiaſticis licitū eſt,ob defenſionē rerū eccleſiæ vel fidei
inuocare cōtra violātes brachiū ſeculare,& hortari tales,
nō quidē vt occidāt,mutilent,aut vulnerēt,quia hoc eſſet
directè ad homicidium prouocare:ſed vt eccleſiam vel pa
triam liberēt:& terrā ab infidelibus occupatā reducāt ad
Chriſtū regē.ſuper quo eccleſia magnas facit remiſsiōes.
& ſi hinc inde aliqui occidātur,nō imputat̃ p̄lato: ſed pec
caret,niſi cōtra tales ſe opponeret.xxiij.q.v. d̄ occidēdis.
ij.q.viij.igitur.& c.ſcire.& c.omni.& c.hortatu.& c.vt pri
dem.Pertinet etiā ad clericos diſponere & inducere aliū
ad bellādum legitima bella,& intereſſe bello, licet manu
propria bellare nō debeat,& iuſtè pugnantibus ſpirituali
ter ſubuenire ſuis exhortationibus & abſolutionbus, ſe-
cundùm S.Tho.ij.ij.q.xl.¶Tertium.Prælati & alij,qui in
terſunt vindictæ ſanguinis,ſecundū Aſten. non ſunt irre-
gulares,niſi ad hoc dederint conſilium,auxilium , vel fa-
uorem,vel niſi interſint tanquam præſtantes authoritatē:
vt patet in c.ex literis.de exceſ.præla.vbi tamē Pan.tenet,
ꝙ ſunt irregulares illi, qui habēt iuriſdictionem ibi exhi-
bendo præſentiam ſuam:quia opem videtur p̄ſtare. diſtī.
50.ſi quis viduam.non aūt alij prælati, licet grauiter pec-
cent facientes contra c.ſniam.ne cler. vel mon. Sed dico,
quòd nec illi nec iſti ſunt irregulares ex hoc ipſo , quòd
ſunt præſentes:ſed ſi ex præſentia fāueant:nec peccāt,niſi
adſint ex cauſa iniuſta,puta curioſitate: ſecus ſi ex pietate
aſſociādo occidendū vel mutilandū ne deſperet.¶Quar
tū.Clericus reſpondēs iudici,ꝙ ꝓ tali crimine debet̃ pœ-
na mortis,ſecundùm Pan.in d.c.ex literis.poſt Hoſt.eſt ir
regularis,ſi crimen imminet puniēdum de præſenti,& ex
ſuo conſilio generali vel ſpeciali ſequatur homicidiū.di-
ſtin.50.ſi quis viduam.nō autem ſi ex ſua reſponſione ho
micidiū nō ſequatur:vt quia iudex erat diſpoſitus omni-
no occidere:& iſte interrogatus fuit à quodam alio, & hu
iuſmodi.ſimiliter nec quando crimē non imminet puniē
dum de præſenti,quamuis reſpondeat,ꝙ meretur mortē:
& ſic intellige glo.in d.c.ex literis.¶Quintum.Prælati &
alij iudices non liberantes ab iniuſta morte cùm poſſunt,
aut non paſcentes fame moriturum,ſecundùm Veruec.li
cet peſsimè faciāt, nō ſunt irregulares,qa lex promotiōis
factū requirit.xv.q.j.ſi qs nō iratus.ſed tamē alijs meli⁹ vi
detur,ꝙ ſint irregulares,quādo eis de iniuſta occiſiōe cō
ſtat ſi effectus ſequatur.arg.de homici.Petrus.& de ſimo.
Mattheus.quia in iſto caſu nō ſolùm eſt omiſsio, ſed etiā
cōmiſsio,ſicut & in dictis iuribus patet.ꝓ quo facit quod
not.Aſten.lib.vj.tit.xiiij.ꝙ tales nō ſunt immunes à culpa
homicidij,allegās c.ſicut dignū.§.illi autē. de homi.arg.
diſt.lxxxvj.faciētis.& xxiij.q.iij.non inferēda.& c. qui po
teſt.Imò licet ſolus iudex ad hoc ex præcepto teneat̃.xx-
iij.q.v.q malos.& q.iiij.fortè.conſiliū tamē ſanū eſt,ſecū-
dùm Gof.& Hoſt.ꝙ etiā priuat⁹ hoc faciat,ſi hoc ſine ſuo
periculo poteſt,ꝓpter iura præmiſſa.¶Sextū.Cleric⁹ tra
dens latronē iudici ſeculari cū ꝓteſtatione, ꝙ ſanguinis
vindictam non intendit, ſed tātùm rehabere ſua,nō eſt ir
regularis,ſi ille iuſtitia exigente,imò etiā contra iuſtitiā,
ſecundùm gl.occidatur,extrà eo.prælatis.li.vj. nec obeſt
ſi clericus ad cōuincendū latronē ſigna dediſſet: cū licitè
eū tradat conuictū aut conuincendū.Sed tamen p̄dicta li-
mita primò ſi expreſse ꝓteſtetur vt s̄.ſecundò ſi mortē nō
intēdebat:tertiò,ſecundū aliquos,maxime Archi.ſi aliter
habere non poterat.Vnde ſi ſua intētio erat maculata,irre
gularis eſt,ſi occiſio vel mutilatio ſubſequatur. Similiter
ſi peracta occiſiōe lætetur,& habeat ratum ſecūdū Hoſti.
vt recitat Aſten.vbi s̄.ratihabitio retro trahitur,& mādā-
to æquiparat̃,q̄ in maleficis generaliter attēdit̃. qd̄ Aſtē.
limitat ſi gaudeat de morte perſonæ: ſec⁹ ſi de punitione
maleficij cōpatiēdo perſonę.¶Septimū.Si cleric⁹ ſcribat
ꝙ aliquis capiatur,& ex captiōe ſequitur mors aut mutila
tio ipſo ignorāte factū & cauſam,ſecūdū Hoſt.videt̃ irre-
gularis,quia ſuſpicari debuit ſic poſſe euenire: qd̄ nō eſt
dubiū.ſi ſcribēdo fuit in culpa,vel ſine diligentia.¶Octa
uum.Clerici cum alijs trahētes ad manganellos, vn̄ aliqs
ſcitur aut ꝓbabiliter creditur occiſus:dicit Veruec.ꝙ me
lius eſt tenere certum,vt ſint irregulares: & hoc videt̃ tu-
tius etiam in bello iuſto.licet alij dicāt,ꝙ licet eis turrim
aut muros impetere machinis,& ſuffodere,licet nō perſo
naliter pugnare:& ſi inde præter eorū intētionē eueniat
homicidium,illis non imputari.¶Nonum.Cleric⁹ bene
dicēs aquam feruentē,vel ferrū cādēs, vel pugiles,irregu
laris eſt,ſecundùm Ray.ſi mors ſequatur:quod Rodof. di
cit tutius tenere.¶Decimum.Prælati,qui ſubditos quātū
cūq; grauiter delinquentes incarcerat cum tāta afflictio-
ne,ꝙ paucis diebus moriant̃,ſunt irregulares,ſecūdū Io.
de Lig.in cle.j.de pœnit:& remiſ.Vnde dicit,ꝙ carcer nō
debet eſſe nimis crudelis, nec eorū vita tantū attenuāda,
ꝙ paucis diebus veriſimiliter moriātur:ſed debēt pane &
aqua ſuſtētari,ſicut vult c.nouim⁵.de verb.ſig.& ſequitur
Pan.in c.cùm non ab homine.de iudi. Vide etiam §.ſeq.
8 particu.iiij.¶*Sextò quæritur,quid iuris de occiſione &
mutilatione,quæ fiūt in bello?Et dico multa.¶Primum.
Exiſtens in bello iniuſto vbi occiditur aliquis ab aliquo,
licet ipſe non occidat,eſt irregularis ipſe, & quicunq; eſt
ex parte iniuriantiū,ſi illuc iuit vt bellātibus præſtaret au
xiliū,conſilium,vel fauorē:& multomagis vt aduerſarios
læderet.ſecundùm Hoſt.& Inno.in c.petitio.de homi.Se
cus ſi cauſā pacificandi,vel alia cauſa iuſta iuit.argu.à cō-
trario ſenſu in c.quantum. diſtinct.50.& c.presbyterum.
de homic.tamen ſecundùm Ray.Rodof.& Gul.cum præ-
dictis poterit per epiſcopū diſpenſari.¶Secundū.Exiſtē-
tes in bello iuſto ex parte ſe defendētium,ſunt omnes ir-
regulares ſi occidūt:niſi ī caſu quo aliter euadere nō poſ-

 ſunt:

ſunt:alij verò qui nec occidũt, nec mutilãt, nõ ſunt irregu
lares, licet ibi multi occidantur. Et ſi percutiãt aliquos, q
deinde occidantur ab alijs, dicit Archi. ꝙ ſecũdùm Inno.
& Hoſt. non ſunt irregulares, dũmodo nõ prouocauerint
eos. extrà, eo. ſignificaſti. el ij. & hoc ſecundũ Inno. niſi p-
cuſſerint animo occidẽdi: de quo videt̃ caſus in d.c. ſigni-
ficaſti. qui eſſent irregulares, etiam ſi nõ percuſsiſſent le-
thaliter. Imò licet clericis alios hortari ad bellũ, ſi ſit con
tra rẽ publicã aut eccleſiam vel catholicã ſidẽ, nõ tamẽ ar-
ma ſumere: vt ſuprà Bellum iij. §. ij. Vnde Pan. in c. vlti. &
pen. de cle. percuſſo. refert & ſequitur Hoſt. tenẽtẽ, ꝙ cle-
ricus præſtãs opẽ oppreſsis vel obſeſsis ĩiuſtè, & adiuuãs
eos qui repellũt iniuriam proijciẽdo lapides & huiuſmo-
di, dũmodo ipſe neminẽ occiderit, nõ eſt irregularis. Sed
iſta intellige quãdo quis cert⁹ eſt ſe nec occidiſſe nec mu
tilaſſe. ¶ Tertium. Secũdùm Ray. omnes exiſtẽtes in pu-
gna, in qua aliqui ſunt occiſi vel mutilati, ſed neſcitur à q
bus, cẽſentur irregulares, & qui ſunt ex parte iniuriantiũ,
& qui ex parte iniuriam recipiẽtium, ſi illi erant clerici: &
ſi illicitè mouerunt arma. diſt. lj. ſi qs poſt. Sed Arch. xxiij.
q. vlt. c. vlt. dicit hoc dictum Ray. ab aliquibus intelligi qñ
clerici erant in culpa: quia ſi defenderẽt ſe vel ſocios ne-
ceſſariò, licet aliqs à defendentibus ſit occiſus ex alia pte,
reliq, q nec interfeciſſent, nec ĩterfectores iuuaſſent, nõ
ſunt irregulares, licet habuerint occidendi voluntatẽ: qa
lex promotionis factum requirit. Sed melius eſt vt dictũ
Ray. indiſtinctè capiatur, quando quis non ſcit ſe non oc
cidiſſe vel mutilaſſe: quia in dubijs debemus tenere tutio
rem. de ſpon. iuuenis. & de hoc in ſimili infrà §. ſeq. parti.
iij. ¶ Quartum. Clericus in bello fauorẽ præſtans ſuis par
tibus confortando quo ſecurius pugnẽt, aut incutiẽdo ho
ſtibus terrorem, eſt irregularis, ſecundùm Inno. ſi bellum
eſt iniuſtum, & mors inde ſequatur: ſecus ſi eſt iuſtũ. Item
ſec⁹ ſi iuit ad bellum iniuſtum cauſa pacificãdi, vel ex alia
iuſta cauſa, modò abſit dolus & lata neglĩgẽtia, ſecũdùm
eũdẽ Inn. & Hoſt. ſi verò iuit ad iniuſtũ bellũ ex iuſta cau
ſa, & ad ſui defenſionẽ cogatur occidere vel mutilare, dic
vt ſ. §. iiij. part. iij. ¶ Quintum. Quãtũ ad clericum mini-
ſtrantem arma pugnantibus, quorũ nomine veniũt etiam
fuſtes & lapides. ff. de verbo. ſig. l. armorum. Quidã diſtin
guunt inter balliſtam, & alia, quaſi ipſa nunquam licitè cõ
cedatur in bello: quia prohibetur ars ſagittãdi: extrà, de ſa
gi. art. ſed tamẽ non diſtinguendũ: quia gloſ. ibi quã ſeq-
tur Pan. reſtringit tex. quando bellum iniuſtum eſt: vt pa-
tuit ſ. Ars. §. iij. Clericus ergo miniſtrans balliſtam, en-
ſem, lanceam, & generaliter arma pugnãtib⁹, eſt irregula
ris aliquo occiſo vel mutilato ab illis, ſi bellum ſit ĩiuſtũ,
ſecundũ omnes, etiam ſi ad defenſionẽ miniſtraſſet: argu.
d.c. ad audientiam. & c. Ioannes. & c. ſicut dignum. & c. ſi.
eo. ti. Si verò bellum ſit iuſtum, ſecundùm Hoſt. & Inn. in
c. ſententiam. ne cler. vel mon. & Direct. lib. iij. non eſt ir-
regularis cõcurrẽtibus duobus: primò, ꝙ nõ miniſtret vt
occidãt, ſed vt ſe & ſua defendãt: ſecũdo, ꝙ credat illũ, cui
miniſtrat, nõ velle aliquem occidere, ſed & ſe & ſua defẽ
dere. Sed ſecundũ eundẽ Hoſt. tutius eſt dicere, ꝙ ſit irre
gularis: & ſic tenet Veruec. & Arch. Vnde indiſtinctè dicẽ
dũ eſt, talẽ eſſe irregularẽ in bello iuſto & iniuſto: qa nõ
licet clerico miniſteriũ immediatũ in mortẽ alicuius præ
bere. de pœn. quod in dubijs. ¶ Sextum cõplectẽs multa.
Quomodo & quando bellatores maxime clerici efficiant̃
irregulares. Io. Cal. in add. ad dicta Io. And. Inn. vt recitat
& ſequitur Arch. ſic diſtinguit: Clericus aut vtitur armis
incõtinẽti vim vi repellẽdo cũ moderamine ĩculpatæ tu
telæ: & ſic occidendo vel mutilãdo ad ſui defenſionẽ, nõ
eſt irregularis. aut vtitur aliter: & tũc aut vtitur de licẽtia
papæ, aut ꝓprio motu. Si de licẽtia papæ, in bello iuſto vti
poteſt armis offenſiuis, & ſi occidat aut mutilet, nõ eſt ir-
regularis: qa dando huiuſmodi licentiã videtur abſtuliſſe
ab eo incurſionẽ irregularitatis. quod quidã dicũt verũ ſo
lũ qñ papa hoc exprimeret: alij verò ẽt ſine expreſsiõe. Si
verò vtitur motu ꝓprio: aut in bello iniuſto, aut iuſto. Si ĩ
bello iniuſto, planũ eſt, ꝙ nõ eſt ſibi licitum, ſiue præſtet
fauorẽ ſuis, ſiue vt timorẽ incutiat aduerſarijs: & ſi ibi ali-
qui ſunt occiſi vel mutilati, irregularis eſt. xxiij. q. viij. c. j.
& ij. Si verò in bello iuſto, puta pro defenſione patriæ vl
aliorũ, poterit ĩtereſſe cũ armis defenſiuis, & poterit hor
tari: non tñ debet pugnare. xiij. qõ. viiij. vt pridem. ſed cũ
armis offenſiuis nõ debet ibi eſſe, niſi ea intẽtione vt de-
fendat, nõ vt pugnet. xxiij. q. viij. clericis. & ſi in tali bello
eſt aliqs occiſus vel mutilatus ab ipſo clerico, eſt irregula
ris: ſecus aũt ſi ipſe neminem occiderit vel mutilauerit: li
cet quis ab alijs occiſus ſit aut mutilatus: ad cautelã tamen
hoc caſu pœnitentia illi poteſt imponi. & ſic intelligit̃ ex-
trà, de cleric. percu. præſentiũ. Si verò in tali bello cleric⁹
aliquẽ vulnerauit, ſed nõ occidit, aut mutilauit: diſtĩgue,
Aut talis vulneratus occiſus fuit poſtea ab alijs: & tũc ſub-
diſtingue: qa aut clericus, q vulnerauit, habuit animum oc
cidẽdi: & ſic eſt irregularis. e. ti. ſignificaſti. Si verò nõ ha-
buit animũ occidẽdi: etiã ſubdiſtingue: quia ſi vulnus ei⁹
diſtingui poteſt ab alijs vulneribus, & nõ eſt mortale, nõ
eſt irregularis: vt eo. tit. ſignificaſti. Aut non põt diſcerni:
& tũc ꝓpter dubiũ irregularis iudicatur: vt in eodẽ verſu,
quod ſi diſcerni. Res aũt ſuas non videtur licitũ armis de
fendere cũ aliorũ offenſione. eo. tit. ſuſcepimus. Hæc oĩa
Io. Cal. licet aliqualiter ſint breuiata. Notandũ tamẽ pri-
mò, quòd circa rerũ defenſionẽ dictum eſt ſ. Bellũ. ij. No
9 tandum* ſecundò, ꝙ ex hoc, ꝙ papa dat clericis licentiam
vt interſint bello, nõ videtur licere eis vti armis, niſi ad ſe
defendẽdum, non aũt ad occidendum, aggrediẽdo etiam
10 paganum, ſecundùm Archi. ¶* Septimò quæritur qui ca
ſus adhuc vltra ꝓdicta remaneant de irregularitate dubij?
Et dico multa. ¶ Primum. Irregularis cenſetur, qui alium
lethaliter ꝑcuſsit, licet ab alijs fuerit indiſtinctus: & idẽ ſi
nõ apparet an lethaliter ſit etiã percuſſus ab alijs, obijt, &
non apparet ex cuius vulnere: & idẽ ſi percuſsit non letha
liter, & animum habuit occidendi, & ex aliorum vulneri-
bus percuſſus expirauit. Pan. in ſumma eo. ti. ſignificaſti. el
ij. Et ſimiliter eſt irregularis ſecundùm Laur. qui vulnus
alicui intulit non lethale, & ille ꝓpter imperitiam medici
vel defectum cuſtodiæ moritur: extrà eo. Petrus. Et ſimi-
liter ſecũdùm eũ, ſi vulnerato ad mortẽ ex nouo ictu mor
tem quis accelerat. ¶ Secundum. Si clericus aſportatæ res
eccleſiæ percuſſerit nõ lethaliter, apparet tamen, ꝙ ille ex
percuſsione illa fugere non potuit, vnde occiſus fuit à pa
rochianis: ſecundùm Hoſti. tenetur, quia præſtitit cauſam
homicidio. ad hoc. eo. ti. de cætero. & ita cõiter tranſeunt
Doct. in d.c. ſignificaſti. Sed Pan. dubitat: qa clericus dabat
operã rei licitæ, ſcilicet percuſsiõi nõ lethali ꝓ defenſio-
ne rerũ. & ſoluit, ꝙ tenet̃ quoad ceſſationẽ à diuinis, ſed
nõ quo ad pœnã. & hoc ſequitur Sum. Roſ. & male, qa cõ-
tra ſeipſam alibi, cùm dicat, ꝙ homicidium caſuale nõ in
ducit irregularitatẽ, niſi quis teneatur de homicidio. Vn-
de dico, ꝙ tenetur ſi veriſimiliter debuit ꝓuidere, ꝙ occi-
deretur ab alijs, ſi ipſe illũ à fuga ĩpediret: aliàs nõ. ¶ Ter
tiũ. Multis percutiẽtibus vnũ & occidẽtib⁹, ſi vulnera ſin
gulorũ ad mortem nõ ſufficiunt, ſed omnium ſimul, oẽs
tenent

tenentur de occiſo, ſecundùm Inn. in d.c. ſignificaſti. & fa
cit xxiij. q. j. c. vlt. & idẽ ſequit̃ Bar. in l. ſi. ff. de ſic. ¶ Quar-
tũ. Qui clamat latrones, latrones, ſiue aliud agit, per quod
potuit intelligere, quòd inde ſequi poterat homicidium,
ſecundũ Inn. irregularis eſt, ſi ſequatur effectus, niſi face-
ret propter timorẽ ſuæ perſonæ. & idẽ Hoſt. addens, ꝙ ſe-
cus eſſet, ſi pro rebus ſolis clamaret. ¶ Quintũ. Qui ducẽ-
tibus latronẽ cõſuluit vt claudãt os, irregularis eſt, ſecun-
dùm Veruec. ſi mors ſequatur: quia dedit cõſiliũ. quod ve
rum eſt, ſi aliàs mors fuiſſet impedita, non aliter. ¶ Sextũ.
Interrogatus ab aliquo, vel aliquibus an talem viderit in-
dicãs: vel ſi nõ põt ire niſi per duas vias, dicẽs, per iſtã non
iuit: irregularis eſt, ſi illi inſequẽtes occidunt: & ipſe de-
buit ſcire, ꝙ quærebat̃ ad mortẽ. ſecus ſi probabiliter cre-
didit eũ propter aliã cauſam quæri: ſecundũ Rod. & Gul.
Dur. ¶ Septimũ. Clericus cũ ſocio latronẽ ſe inuadentem
capiẽs & ligans irregularis eſt, ſi deinde clerico inſcio oc
ciditur à ſocio ne fugiat: ſecundũ gloſ. in c. ſuſcepimus. de
homi. qa fines licitæ defenſiõis exceſsit. ¶ Octauũ. Vadẽs
ſpatiatũ ſup equo, q ex petulãtia fractis habenis puerũ oc
cidit, nõ eſt irregularis: qa nec volũtariè occidit, nec à ca
ſu dando operã illicitæ rei. arg. c. dilectus. de homi. vbi tñ
dicit Ber. ꝙ eſt irregularis ſi frenũ de facili frangi potuit.
ar. c. ſignificaſti. el j. eo. tit. vel ſi propter eius imperitiã vel
impotẽtiã equus laſciuit. Inſt. ad l. Aquil. §. impetu quoq;.
vel ſi quæ debuit præuidere vel facere, & nõ præuidit nec
fecit. d. §. impetu quoq;. ¶ Nonũ. Princeps ſtatuẽs legem,
cuius authoritate homines occidũtur, non eſt irregularis:
quia in certã perſonã nõ animaduertit: vt no. Arch. xxiij.
q. v. officia. ¶ Decimũ. Zelo fidei ad cremandũ hæreticos
ligna portãtes, irregulares ſunt, & à ſolo papa diſpẽſandi,
ſecundũ Veruec. ſi materia illa ad mortẽ cooperata eſt. Si
verò nihil cooperata eſt, puta qa iam erant mortui anteꝗ
fuerit accẽſa, non ſunt irregulares, vel ſaltẽ epiſcopus põt
cum eis diſpẽſare. Si verò dubitatur, ſic miniſtrare nõ de-
bent ſine papæ diſpẽſatione, nec promoueri. di. 50. hi qui.
de homi. ad audiẽtiã. de temp. ord. ad aures. ¶ Vndecimũ.
Qui intendebat aliquẽ occidere, ſed eũ occiſum inueniẽs
amputat illi caput, ſecundũ Arch. xv. q. j. ſi quis. quãuis poſ
ſit irregularis videri: quia lex promotionis factũ requirit:
vt d.c. ſi quis. & propter intẽtionẽ cũ opera ſubſecutã. de
biga. nuper. quod etiã tenet Io. in gl. de pœ. diſt. j. pericu-
loſe. tamẽ ſecundũ cõiter docto. non eſt irregularis: quia
homo mortuus non eſt homo. ¶ Duodecimum. Secundũ
Lau. vt allegat Zab. in cle. vnica. de homi. qui homines tra
dunt in carcerẽ ita arctum & aſperũ, ꝙ incarcerati non vi
uũt vltra ſex vel octo menſes, ſunt homicidæ & irregula-
res: qa hæc pœna eſt magis afflictiua quàm ſi ponerẽtur in
patibulo. quod eſt cõtra prælatos detrudẽtes clericos ĩ ga
biam: vbi veriſimile eſt eos intra paucos dies morituros.
11 ¶ Octauò* quæritur, quõ cum irregularibus ex homicidio
diſpẽſetur? Et dico multa. ¶ Primũ. Hæc irregularitas quo
modocunq; & quandocunq; ante baptiſmũ contrahatur,
deletur per baptiſmũ. diſt. lj. ſi quis poſt baptiſmũ. ſecũdũ
Innoc. Gof. & Gul. ſed poſt baptiſmũ diſpẽſatur in ea eo
modo quo dicetur. & idem de mutilatione, ſecundũ Arc.
Poteſt tamen epiſcopus diſpẽſare cum eo qui ſe abſcidit,
putans obſequiũ ſe præſtare Deo: vt vtatur ordine prius ſu
ſcepto abſq; altaris miniſterio, id eſt, nõ vt miniſtret ad al
tare, ſed in alijs: vt in c. ſignificauit. de corp. vitia. & ibi gl.
¶ Secundum. Licet gl. in c. ſicut digum. eod. tit. ſentiat, ꝙ
cum homicida voluntario papa diſpenſare non poſsit, vt
imponit illi Sum. Angel. poſt Panor. tamen communiter
doct. tenent, ꝙ poteſt, ſed non eo inferior: imò dicit Pan.
in c. ego. de iureiur. ꝙ clerici de licentia papæ poſſunt vti
armis etiã offenſiuis: quia hoc eſt prohibitum ſolùm iure
poſitiuo. Iura aũt quæ videntur in contrariũ, ſecundũ Pa-
nor. in d.c. ſicut dignũ. referẽda ſunt ad difficultatẽ diſpen
ſationis, non ad impoſsibilitatẽ. & idem dici poteſt de illa
glo. quæ dicit, ꝙ papa nunquã diſpenſat. ¶ Tertiũ. Cum
tali nunquã diſpenſatur in ordine, vel officio ſacerdotij.
diſt. 50. miror. & etiam ſi ſit occultus, miniſtrare in ordine
ſuo non põt. de temp. ordi. c. vlt. poterit tamen cum tali di
ſpenſari in beneficio. de clem. pu. in duel. c. ij. ¶ Quartũ. Si
homicida voluntarius ſit omnino occultus, & egit pœni-
tentiã, nõ indiget diſpenſatione, ſecundũ Vin. quia eccl'iæ
nõ eſt obnoxi⁹, cũ peccatũ ſit occultũ. xxij. q. v. Chriſtiana.
nec Deo, qa illi per pœnitentiã ſatisfecit. vnde ſine diſpen
ſatione celebrari põt, & ordinibus vti. quod Lau. & Io. ve
rum dicunt de diſpẽſatione papali: modò interueniat epi
ſcopalis: ſed Pan. in c. ex literarũ. de temp. ord. dicit, ꝙ non
indiget diſpẽſatione, prout occultũ diſtinguitur cõtra pro
babile, ſi reſpiciamus legẽ promotionis publicã: ſec⁹ ſi re
ſpiciamus ad legẽ cõſciẽtiæ informatã lege poſitiua. quod
de diſpẽſatione epiſcopali, nõ de papali intellige, ſecũdũ
Sum. Ang. cõtra Roſ. vt ſ. Diſpẽſatio. §. vij. Et ad d.c. vlti-
mũ, quod videtur cõtrariũ, dico qa loquit̃ de diſpenſatio-
ne epiſcopi, quæ eſt neceſſaria: vt tenet Laud. & Ioan. & ſe-
quitur Arch. diſt. 50. de his. & tenere videtur etiã Pano. ne
quis in propria cauſa ſe iudicẽ cõſtituat, exiſtimãdo oc-
cultũ quod fortè non eſt occultũ. Sed tu dic, ꝙ ille eſt ob-
noxius eccl'iæ propter infidelitatẽ, & indecẽtiã relictã ex
ſanguinis volũtaria effuſione, non qa eccleſia iudicet de
occultis peccatoribus, ſed qa occultos peccatores põt ĩha
bilitare ad matrimoniũ, vel ordines & huiuſmodi: ideò di
co, ꝙ homicida occultiſsimus promoueri nõ põt. de tẽp.
or. c. ſi. & in c. inquiſitionis. de accuſa. gl. & cõiter doct. in
in c. ex tenore. de temp. or. & ſol⁹ papa poteſt cũ eo diſpẽ
ſare. diſt. 50. miror. de re iud. c. j. ad ſi. ¶ Quintũ. Quãtum
ad homicidã caſualem exiſtentẽ in culpa, ſecundũ Pan. in
c. cõtinebatur. eod. tit. epiſcopus diſpẽſare poteſt iure ſuo
in minoribus ſolùm: vt in c. ad audientiã. eo. tit. archiepi-
ſcopus verò nõ iure ſuo, ſed vt cõmiſſarius papæ in ſubdia
conatu tantùm, in diaconatu verò vel presbyteratu ſolus
papa diſpẽſãt: vt in d.c. continebatur. ¶ Sextũ. Epiſcopus
ſecundũ Hoſt. diſpẽſare poteſt cum homicida circa bene
ficiũ ſimplex, nõ aũt circa curatũ, ſed papa ſolus. arg. c. fin.
de fil. presby. not. Pan. in cap. ſi. de cle. pu. in duel.
12 ¶ Nonò* quæritur, vtrũ præter irregularitatẽ ſint aliæ pœ
næ homicidij? Et dico multa. ¶ Primũ. Iure ciuili, quod
gladio materiali vtitur, homicida punit̃ pœna mortis, ſeu
capitis: ſed ſi ſit parricida, vt filius occidens patrẽ, & econ-
tra, nõ punit̃ decapitatione, vt alij: ſed ſecũdũ Pan. in c. j. de
his qui fil. prop. oc. & Hoſt. cõuictus, vel cõfeſſus in iudi-
cio virgis ſanguineis cæſus in ſacco de corio cum cane, ſi-
mia, vipera, & gallo gallinaceo, miſſus in mare, vel fluuiũ
iactatur: vel ſi mare aut fluuius diſtent, in inſulã deporta-
tus, traditur beſtijs deuorãdus. C. de his qui pa. vel fil. ꝓp.
oc. l. j. ¶ Secundũ. Iure verò canonico quãtũ ad forũ con-
tẽtioſum clericus in homicidio. ſ. volũtario deponitur: &
ſine alia incorrigibilitate traditur curiæ ſeculari, iuxta di-
cta ſ. Degrad. §. ij. Si verò ſit caſuale ſine culpa, nulla ĩpo-
nit̃ pœna neceſſariò: ſi verò ſit cũ culpa graui, imponit̃ pœ
na quinq;, vel ſeptẽ annorũ, ſecũdũ Ho. & gl. extrà, de his q
ſi. oc. c. j. ij. & iij. ar. diſ. 50. ſi qua. & de pœ. & re. quæſitum
Si autẽ ſit cũ culpa leui, pœnitẽtia triũ annorũ iniungen-
da eſt.

da eſt,de his qui fil.occi.de infantibus.in foro verò pœni
tentiæ omnis pœna eſt arbitraria etiã pro parricidio,ſecũ
dùm Ray.licet dicat talem inducendũ, & non cogẽdũ ad
ingreſſum monaſterij.Et in omnibus prædictis iniungen
da eſt occulta,ſi culpa occulta ẽ:& manifeſta,ſi manifeſta.

DE HOMINE.

1 *Homo ex anima & corpore conſtat, quorũ altero deficiente,ho mo ſubſiſtere nequit. Et an liber homo pignori,uel in deficiẽtiũ rerũ ſubſidiũ dari poſſit. Et quãdo eius uenditio permittatur.*
2 *Homo liber,an obſidatui dari poſſit.*

1 HOMO*ex anima & corpore cõſtituitur:quorum alte
ro deficiẽte nõ eſt homo.de hęre.cum epiſcopus.&
in c.quadã.de celeb.miſ.& in c.ſicut.de homi.¶Primò ve
rò quæritur,vtrum homo liber dari poſſit in pignus & in
rerum aliarũ deficiẽtiũ ſubſidia?Et dico,ꝙ non.facit c.la-
tor.de pign.imò recipiẽs illũ in pignus,debitũ perdit: &
tantundẽ de ſuo dare tenetur detẽto vel parẽtibus eiꝰ: vt
no.glo.in c.ex reſcripto.de iureiu.& C.de act.& ob.auth.
omnino.vbi dicitur,ꝙ quadruplum reſtituat. Vnde dicit
Bart.in l.ij.C.de patri.qui filios diſtr.ꝙ illa lex ſecũda or
tũ habuit à legibus antiquis, ſecundũ quas pater poterat
filios occidere.l.in ſuis.in fi.ff.de lib.& poſth. quæ hodie
correcta eſt.Et ideo ſolùm permittitur vẽditio cauſa pau
pertatis vel egeſtatis victus,qa filius ſic vẽditus põt ſe re-
dimere,ipo vel alio pretiũ offerẽte:vt in d.l.ij. ¶Secũdò
2 *quæritur,vtrum liber homo dari poſſit in obſidẽ? Et di-
co,ꝙ nõ de iure,niſi ꝑ Papã & Imperatorẽ:vt in l.obſides.
ff.de teſta.& l.diuus.ff.de iure fiſci.per eũ qui ſuperiorem
nõ recognoſcit:vt no.Bar.in l.famã.ff.de pub.iudi. & in
l.hoſtes.ff.de cap.in l.j. §.de qua.ff.de poſtu.De conſuetu
dine tñ vſurpatũ eſt cõtrariũ,ſecũdũ gl.in l.ij.C. de patri.
qui fi.diſtr.& ſic de facto ſeruatur,vt etiã ciuitas ſuperiorẽ
recognoſcẽs det obſides,& alij ſimiles:& habet cõſuetu-
do talis vim legis.l.de qbꝰ. ff.de legi.Imò videt᷑ licere de
iure cõi dare obſides ꝓ pace ſeruãda,ſecũdũ gl.in c.vt pri
dẽ.xxiij.q.viij.ſed nõ pro pecunia.vt ĩ d.c.ex reſcripto. de
iureiur.& in d.l.j.qa liber hõ nõ põt obligari ꝓ pignore,
nec põt haberi in eo ius pignoris,ſed tantũ ius retentiõis.

DE HONESTATE.

1 *Honeſtas quot modis dicatur.*
2 *Debitum,quod ad iuſtitiam pertinere dicitur,quotuplex ſit.*
3 *Honeſtas in omnibúſne negotijs requiratur.*
4 *Honeſtũ modum ſeruandum eſſe,non autem cuiuſq; immoderatam luxuriam ſequendam.*

1 HONESTAS*ſecundùm mentem S.Thom.ij.ij.quę.
clxv.dupliciter ſumit᷑.Primò generaliter, vt ſit idẽ
quod virtus:quia honeſtũ dicitur quaſi honoris ſtatus, ſe
cundũ Iſi.in lib.Etym.Vnde honeſtũ eſt,quod eſt hono-
re dignũ.& cõſequenter dicit excellentiã,quę maximè eſt
ſecundùm virtutẽ.Et pręterea honeſtas,ſecundũ Auguſt.
eſt intelligibilis pulchritudo:& conſequenter honeſtum
videtur opponi turpi,quod maximè cõuenit vitio,cui v-
tus opponitur.Vnde & Tullius in j.de Offic.honeſtatem
diuidit in quatuor virtutes principales. Secũdò, ſumitur
ſpecialiter,vt ſit virtꝰ ſiue decor ſpiritualis,circa materiã
tẽperantiæ,id eſt,cibos & venerea,in quibus eſt maximè
turpitudo.Vnde honeſtas à Macro ponitur pars temperã
tiæ,cui etiã illã attribuit Ambroſius.Tertiò,vt colligitur
ab eodẽ quarto,diſtinct.v.quæſt.ij.art.ij.quæſt.j.primũ.&
2 ij.ij.quæſt.xcix.arti.v.vbi*dicit,ꝙ debitũ,quod ſcilicet ad
iuſtitiam pertinet,eſt duplex,ſcilicet neceſſitatis & hone-
ſtatis:ſumitur ſpecialiter vt ſit virtus aut decor ſpiritualis
circa materiam iuſtitiæ reddens vnicuique debitum de-
centiæ,in quo etiã cõſiſtit quædã turpitudo,cui honeſtas
opponitur:ſicut aliquando eſt turpe non dare quod ex ne
ceſſitate quis nõ tenetur:& illud ex honeſtate & decentia
datur:ſicut qui mutuũ accipit aliquid hoc modo recompẽ
ſare debet.ij.ij.quæſt.lxxviij.art.ij.ad ſecundũ.& vnuſquiſ
que ex honeſtate debet aliquid recõpenſare illi, qui gra-
tiã fecit,vt dicit Philoſophus in v.Ethic.Et his duobꝰ mo-
dis vltimis pręcipuè hic eſt de honeſtate ſermo. ¶Quæri
3 tur*verò,an in cunctis negotijs requiratur honeſtas?Et di
co,ꝙ requiritur in matrimonijs.ff.de rit.nup.l. ſemper in
cõiunctionibus.nõ ſolùm quod licet conſiderãdũ eſt, ſed
& quod honeſtũ ſit.Et in iuramento.xxij.quæſt.v. de for-
ma.vbi dicitur,ꝙ qui domino ſuo fidelitatẽ iurat, iſta ſex
ſemper in memoria debet habere,Incolume,tutum,hone
ſtum, vtile,facile,poſſibile. quorum expoſitionẽ ibi vide
ſi vis.Et in voto.extrà eo.magnæ.& in lege.diſt.iiij. capi.
erit aũt.Et in omni negotio , quia eſt vnũ præceptũ iuris,
Inſtit.de iuſt.& iure. §.iuris.vbi dicitur, ꝙ iuris præcepta
ſunt hæc,honeſtè viuere,&c.Vnde nec fiſco rem quam vẽ
dit retractare permittitur propter honeſtatẽ.l.vl.C.ne fi-
ſcus rem quam vẽ.euic.lib.x.Nec actio furti datur viro cõ
tra vxorem,nec patri contra filiũ, vel econtrario,propter
honeſtatẽ.ff.de fur.l.ſi quis vxori.in prin.& §.j.C.de fur.
l.fin.Propterea dicit tex.in l.ex damni infecti.in princ.ff.
4 de dam.inf.ꝙ*honeſtus modus ſeruãdus eſt, & nõ immo
derata cuiuſq; luxuria ſequẽda:& in l.filius qui. de cõdit.
inſtit.dicitur,ꝙ quæ facta lædũt pietatẽ,æſtimamus vere-
cundiã noſtrã:&,vt generaliter dixerim,quę cõtra bonos
mores fiunt,nec nos facere poſſe credendum eſt. hæc ibi.

DE HONORE, ET HONORATIONE.

1 *Honoris definitio.*
2 *Honor cui debeatur.& quotupliciter quis honorari poſſit.*
3 *Honorare diuitem ob diuitias,nũ acceptionis perſonarum peccatum ſit. Et ſecundũ hoc dupliciter cõſiderãdum eſſe honorẽ.*
4 *Diuitẽ pauperi præferre illũ ampliꝰ honorãdo,an ĩ his quæ fidei ſunt ſemper ſit peccatũ.Et ibidẽ facilius diſpẽſari in gradibus prohibitis circa excellentiorũ conditionis ac fortunæ perſonas.*
5 *Honor num licitè appeti poſſit.Et quot in honore conſideranda ſint.Et in hoc appetẽdo,quotupliciter cõtingat peccare.Et ſub hæc,quòd honor uirtutis præmium ſit.*
6 *Honoris appetitus malus , ſiue inordinatus,an ſemper mortale peccatum ſit,an nunquam,an uerò aliquando.*
7 *Honor oblatus an ſit ſuſcipiendus.Et an quærenti dandus ſit.*
8 *Doctor honoris conſequendi cauſa docens,an mortaliter peccet.*

1 HONOR*eſt teſtimonium excellentiæ, quę eſt in ho
mine:ſed maximè ſecũdùm virtutem, ſecundùm S.
Tho.ij.ij.q.lxiij.& eſt inter bona exteriora maximum.ij.
ij.q.ciij.vnde potentatus & diuitiæ propter honores deſi
derabilia ſunt.iiij.Ethi.& vtilitati præfertur.ar. in l. Iulia-
nus.ff.ſi quis omiſ.cau.teſt. & eſt præmium virtutis non
ſufficiẽs,ſed vt poſſibile homini, ſecundũ S.Thom. ij.ij.
2 q.ciij.ar.j.ij.& iiij.Ethi.vel ix.¶Primò*verò quæritur,cui
debeatur honor?Et dico,ꝙ propriè debetur ſolùm virtu-
ti.iiij.Ethi.Excellentia aũt bonorũ exteriorũ debet᷑ ſecũ-
dùm æſtimationẽ vulgi.ij.ij.q.clxxxvj.Et licet ſola virtus
per ſe honoretur,tamẽ nõ virtuoſi ſine peccato honorari
poſſunt:qa vt colligitur ij.ij.q.lxiij.dupliciter aliquis po-
teſt honorari.Primò propter virtutẽ ꝓpriã,vt virtuoſi: &
ſecũdò propter virtutẽ alterius,ſicut principes, & prelati
honorãtur,etiã ſi ſint mali:qa reprę́ſentãt & gerũt perſo-
nã Dei virtuoſi,& cõmunitatis, cui pręficiũtur: & ſimili-
ter parẽtes ac domini propter participationẽ diuinæ con
ditionis:qa Deus eſt omniũ pater & dominus:& ſenes,qa
ſunt

ſunt ſignum virtutis:& ſimiliter diuites, non propter diui
tias,quia eſſet acceptio perſonarũ:ſed quia gradũ eminẽ-
tiorem in cõmunitate obtinẽt.¶*Secũdò quæritur, vtrũ
3 honorare diuitẽ propter diuitias ſit peccatũ acceptionis
perſonarũ?Et diſtinguit S.Th.in x.quoli. dicẽs, ꝙ duplex
eſt honor. Vnus ſcilicet q debetur alicui ratione ſui ipſiꝰ
propter propriã virtutẽ,ſicut cõmendatio,imitatio,& hu
iuſmodi:& ad hũc diuitiæ nihil faciũt:vnde & ſi alicui ꝓ-
pter diuitias exhibeatur,erit acceptio perſonarũ.vnde a-
pud antiquos Romanos,ſecũdũ Vale. honores debiti vir
tuti,vt triũphi,& huiuſmodi,nulla poterant pecunia redi
mi.¶Alius eſt honor,qui debetur alicui,ſecundũ ſtatum;
quẽ habet in Republica:ſic enim Reſpublica honoratur ĩ
perſona, propter quod Reges & Principes & huiuſmodi
honorant,ſecundũ illud primæ Petr.iiij.Regẽ honorifica
te.& ſic diuites honorare,illis dũtaxat honoribus, qui ad
exteriorẽ conuictũ pertinẽt, licitũ eſt: quia in Republica
terrena ſtatũ obtinẽt altiorẽ. Sed in his quæ ꝑtinent ad fi
dẽ Chriſti,peccatũ eſſet diuitẽ paupibus pferre:ſicut ſunt
ſacramentorũ miniſtrationes.hæc ex illo: qui intendit, ꝙ
diuites licitè honoramus propter virtutẽ cõmunitatis,ſeu
4 membra cõmunitatis,quam in eis honoramus. ¶*Tertiò
quæritur,vtrũ in his quæ ſunt fidei,ſit ſemper peccatũ prę
ferre diuitẽ pauperi magis illũ honorãdo?Et dico,ꝙ cau
ſa propter quam in huiuſmodi vnus pfertur alteri,poteſt
eſſe duplex:vna ſcilicet faciens aliquid ad huiuſmodi ex-
hibitionẽ:vt deuotio,neceſſitas,honor Dei & diſpoſitio,
& huiuſmodi: & alia quæ nihil facit ad hoc, licet aliàs fa-
ciat ad honorẽ in genere,vt diuitiæ.Igitur ſi prima in di-
uite ſit maior vel æqualis,licite pręfertur diues:qa ceteris
paribus adhuc diues habet vnã cauſam quæ facit ad hono
rem in genere,quã nõ habet pauper,vt ſunt diuitię: ſi ve-
rò prima ſit maior in paupere,peccatũ eſſet diuitẽ pferre:
quia reſpicitur ad perſonã,non ad cauſam. Vnde dicit Ar
chi.ꝙ præferre in prædictis diuitẽ,quia magis indiget,vł
quia maior ſequit᷑ fructus, vel qa nõ ita patiẽter expectat
vt pauper,nõ pertinet ad acceptionẽ pſonarũ.Hinc eſt,ꝙ
ſecundũ S.T.facilius diſpenſatur in gradibus prohibitis
circa perſonas excellentes:quia ſit propter fœdus pacis fir
mandũ: quod magis eſt neceſſariũ cõmuni vtilitati circa
5 excellentes perſonas quàm circa alias. ¶*Quartò quæri-
tur,vtrũ honor poſſit licitè appeti?Et dicit S.Tho.ij.ij. q.
cxxxj.ꝙ honor eſt teſtimoniũ excellẽtię,in qua duo con-
ſiderantur:primò,ꝙ eã nõ habet homo à ſe,ſed eſt quod-
dam diuinũ in eo.ſecundò quòd eam habet à Deo, vt ĩde
alijs proſit;vnde intãtũ debet homini placere teſtimoniũ
ſuæ excellentiæ,id eſt,honor, inquãtũ inde paratur via vt
alijs proſit.Igitur quantũ ab eo ibi, & alibi colligitur, lici
tè appetitur honor,vt dictũ eſt ſuprà Dignitas. §.j.ſi appe
tatur ſecũdũ proprias vires,& ad debitũ finem. Sed tamẽ
in hoc appetitu tripliciter cõtingit eſſe peccatũ. Primò ſi
appetatur de excellẽtia quæ nõ habetur:quod eſt appete-
re ſupra ſuã proportionẽ aut vires:ſicut ſi malꝰ deſideret
honorẽ ac ſi eſſet bonus,vel præſidentiã, quæ non debet
niſi virtuoſo.Secũdò,ſi appetat᷑ de excellentia habita,ſed
nõ referatur in Deũ,cupiẽdo principaliter honorari Deũ
ſuæ excellentiæ & virtutis authorẽ:ſed referat in ſe,cupiẽ
do illũ ſibi vt quoddam bonum.Nec obſtat ſi dicat᷑, quòd
honor eſt præmiũ virtutis,& conſequenter abſq; vitio ap
peti poſſit à virtuoſo:quia,vt dicit Sanc.Tho.honor non
eſt præmium virtutis ex parte virtuoſi:vt ſcilicet hoc pro
præmio debeat expectare,ſed beatitudo: ſed eſt pmiũ ex
parte aliorũ,quia aliud maiꝰ, quod virtuoſo retribuãt,nõ
habent non tamen eſt ſufficiens præmiũ, vt dicit quarto
Ethico.Tertiò,ſi ſic appetitur vt appetitus in eo quieſcat,
nõ referendo ad vtilitatẽ aliorũ.hi tñ duo modi reducũ-
tur ad vnũ:& ſic appetitꝰ honoris eſt malus dupliciter,ſci
licet ſi nõ ſit proportionatus, vel ſi nõ ſit ad aliquem bo-
6 nũ finẽ,qui eſt honor Dei, & vtilitas proximi: ¶*Quin-
tò quæritur,vtrũ appetitus honoris malus ſiue inordina-
tus ſit peccatũ mortale ſemper,aut nunquam, aut aliquan
do?Et dico, ꝙ aliquãdo,nõ aũt ſemper, nec nunquã, ſicut
& appetitus ambitioſus. de quo vide infrà Superbia. §.
7 vlti.¶*Sextò q̃ritur,vtrũ oblatus honor ſit ſuſcipiendus.
Et dicit Sum.Ange.indiſtinctè,ꝙ non, alleg.j.q.j.non eſt.
in fin.ſed ibi eſt ſermo de honore dignitatis eccleſiaſticæ
circa cũrã animarum,quam nuliꝰ debet acceptare, niſi co
actus per ſuperiores vel à Deo per voluntatẽ populorum,
cũ nullus ſciat ad illam ſe eſſe dignũ:aliàs autẽ ridiculum
eſt,ꝙ honorẽ liceat aliquo caſu appetere, & nõ acceptare:
Vnde dico,quòd acceptare licet eo modo, quo & appete
re.¶Septimò q̃ritur,vtrũ quærenti ſit dandus? Et dico,ꝙ
non,loquendo de eccleſiaſtico,ſed potius auferẽdus.j.q.
vj.ſicut his.dãdus eſt verò fugiẽti.ibidẽ.& viij.q.j.in ſcri-
pturis.ſecularẽ aũt honorẽ,quia talis licitè aliquo caſu ap
petitur & quæritur, vt ſuprà Dignitas. §.iiij. nihil prohi-
8 bet quærẽtibus aliquãdo dari.¶*Octauò quęritur,vtrum
doctor docẽs propter honorẽ,peccet mortaliter? Et dicit
Henr.de Gand.quol.j.q.xxxiiij.ꝙ ſic, ſi principaliter quæ-
rit honorẽ ſuũ:& ſic præfert eũ diuino:quia vtens aliquo
principaliter,ad quod nõ eſt ordinatũ,in quo Deum con
tẽnit,peccat mortaliter. ſicut aũt patet ex Augu.primo de
doct.Chriſtia. tota diuina ſcriptura ordinatur ad honorẽ
Dei,in quo Deus contemnitur,ſi principaliter ad alterius
honorẽ ordinatur.Et hoc ſequitur Sum.Angel.limitãs cũ
legit aliquid principaliter ordinatũ ad honorẽ Dei, vt cũ
prædicat,& huiuſmodi.Secus in legibus, & multis ſcien-
tijs,quæ ad pacẽ hominũ & vtilitatẽ principaliter ordinã
tur.Sed ego in caſu iſto ex doctrina & mẽte S.Th. diſtin
guo:qa dupliciter aliqd pręfertur alteri.Primò, ſecũdùm
ęſtimationẽ,ſ.qa plus ęſtimat qs vnũ quàm aliud, vt hono
rẽ quàm Deũ.& hoc eſt ponere finẽ in creatura: quod eſt
mortale.Secũdò ſecundũ actualẽ cõplacẽtiã:& hoc nõ eſt
mortale:ſicut caſta ſpõſa plus habitualiter amans Chriſtũ
quàm ſpõſum,aliqñ magis cõplacet actu in amplexu ſpõ-
ſi quàm Chriſti.& iſto modo dicẽs propter cõplacẽtiã ho
noris nõ peccat mortaliter.Nec valet rõ Henri.qa maior
eſt falſa:alioq cãtãs epiſtolã ꝓpter inanẽ gloriã,in qua fi
nẽ nõ ponit,peccaret mortaliter.Diſtinctio etiã Sũ.Ang.
nihil valet:qa vbi præfertur honor ꝓpriꝰ diuino primo
mõ,eſt ſemp & vbiq; mortale: cũ ponat᷑ finis in creatura.

DE HORIS CANONICIS, & officio diuino.

1 *Hora prout ad præſens negotiũ pertinet, quid ſit,& quotuplex.*
2 *Horis dicendis quis modus,& quid pro horis dici oporteat.Et quæ ſit in his dicendis conſuetudo obſeruanda.*
3 *Horas dicere,quis ex præcepto teneatur,concluſionibus octo demonſtratur.*
4 *Clericus excommunicatus,num horas dicere teneatur.*
5 *Clerici infirmi,an ad horas teneantur.*
6 *Officium beatæ uirginis matris,an ſit in præcepto. Et quid de mortuorum officio ac litanijs.*
7 *Aue Maria,cùm campanis innuitur,an quis dicere teneatur.*
8 *Obligatus ad horas,num ad antiphonas quoque & reſponſoria teneatur,an uerò audire ſatis ſit.*
9 *Papa num efficere poſſit,ut hi,de quibus proximè, ad horas ſe teneãt. Et ſub hæc horæ,quãdo ac qua dicẽdæ ſint horæ.nu.ſe.*

Auth

12 *Authoritas ſcripturæ, Creſcite & multiplicamini, an oēs liget.*
13 *Horæ ubinam, & quomodo dicendæ. & nume. ſequen.*
14 *Concluſiones circa horas debitè, & contra attentionem dicentis quatuor.*
15 *Officium omittentes, vel in totum, aut in partem mutantes, an mortaliter peccent.*
16 *Horas, aut aliquas ex his non dicere deliberans, an mortaliter peccet.*
17 *Officium dicere omittenti quid iniungendum, aut faciendum.*
18 *Scholaris horas dicere obligatus, & eas die uno omittens, cum propoſito tamen alia die dicendi, an mortaliter peccet.*

1 HORA* quid ſit, dictum eſt in Roſa aur. ſcilicet domi-
nica in lxx. ſed hora canonica eſt officiū diuinū di-
cendum certa hora ex inſtitutione ſanctorū canonum: &
ſunt ſeptē, ſecūdùm gl. in cle. j. de celeb. miſ. & cōmuniter
Doct. ſcilicet matutinū, prima, tertia, ſexta, nona, veſperæ,
& cōpletiorium: licet Archi. in Roſa ſeparet matutinum à
ſeptem horis, pònēdo diei artificialis primā horā Laudes.
Quarum ratio eſt, quia ſunt inſtitutæ ad laudandū Deum
pro beneficijs, inter quæ maxima ſunt beneficiū creatio-
nis, quod ſeptē diebus expletū eſt, Gen. j. & redemptionē
per Chriſti paſsionē, qđ ſeptē quodā modo his horis per-
actum eſt: pro quo etiā ſpecialiter dicitur officiū crucis:
quod qui dicit, habet à Io. xxij. dietim quatuor dies indul
2 gentiæ. De hoc etiā gl. in c. j. de celeb. miſ. ¶* Primò verò
quæritur quid debeat dici pro horis? Et dico multa. ¶ Pri
mum. Secūdū Zab. poſt Lau. ſi ſup hoc eſt conſtitutio cer
ta vel cōſuetudo laudabilis, ſeruāda eſt. diſ. xij. nouit. quia
dicere hoc vel illud, non eſt in præcepto, cū diuerſi diuer
ſa dicāt. de cōſec. diſt. v. in die. ¶ Secundū. Quantū ad cle-
ricos aūt ſeculares mod° dicēdi ab eccleſia Romana ſumē
dus eſt: vt in d. c. in die. vel metropolitana. diſt. xij. c. fin. p
quod tamen, vt idē Lau. dicit, nō reprobatur ille vſus, quo
quidam cōtenti ſunt tribus pſalmis: licet hoc Romana vel
metropolitana eccleſia nō ſeruet. diſtī. xij. de his. quod de
vſu antiquo alicuius eccleſiæ, nō de eo quē ſibi facit priua
ta perſona, idē intelligēdū putat. ¶ Tertiū. In regularib°
ſecundū eundē Lau. attēdēda eſt ordinatio regulæ & ſuo
rum ſtatutorū. diſt. xij. placuit. ibi, neq; monaſteriorum. &
hoc niſi eſſent priuilegiati ¶ Quartum. Dicitur tamen in
Dire. lib. j. tit. viij. ꝙ ordinatus ad titulū ſui patrimonij di
cere pōt officiū quodcunq; voluerit: quia nō eſt obligat°
ad iſtā vel illam regulā ſpecialiter: ordinatus verò vel inti
tulatus ad certā regulā vel eccleſiā, tenetur dicere officiū
ibi cōſuetū. ſ. de bene eſſe. diſtī. xj. in his. niſi eſſet ſup hoc
priuilegiatus: vt clerici & religioſi, cōmenſales, domeſtici
cardinaliū & epiſcoporū: quibus indulgetur quòd idē di-
cant officiū, nec ad aliud teneanť: vt in cle. dignū. de cele.
miſ. ¶ Quintū. Præbēdatus vel beneficiat° in duab° eccle
ſijs debet officiū dicere illius, in qua teneť facere reſiden
tiam: & ſi ad nullius reſidentiā tenetur, debet ſe cōforma-
re illi, in qua ſe reperit, niſi dicat de per ſe: quia tūc habet
locū dictū S. Th. in quol. ꝙ debet dicere officiū eius, ī qua
maiorē habet dignitatē, licet in alia pinguius habeat bñfi
ciū. quod intellige de bene eſſe: cū modus dicēdi nō ſit ī
pcepto, ſecūdùm Zab. & cōiter Doco. Et ſi vtraq; ſit paris
dignitatis, præſens dicet officiū illi° in quo eſt, abſens di-
cet quodcūq; voluerit. ¶ Sextū. Monach° præfectus eccle
ſiæ ſeculari ſequitur cōſuetudinē eccleſię, ad quā trāſit, ſe
cundùm Hoſt. diſt. xij. illa. ſi tamen nō eſſet tranſlatus per
petuò, ſed ad tēpus, debet dicere monachale, vt videť ſen-
tire glo. in clem. ſi. de celeb. miſ. Fratres aūt prædicatores
pñt & debent eſſe cōtenti officio eccleſiæ ad quam decli

3 nant ſecundùm eorum conſtitutiones. ¶* Secundò quæri
tur, qs teneatur ad horas ex pręcepto? Et dico multa. ¶ Pri
mum. Secundū S. Tho. in vj. quoli. & in iiij. diſtī. xv. cleri-
cus tenetur ad horas, ſi ſit beneficiatus vel in ſacris. & idē
Pan. in c. j. de cele. miſ. & Car. in cle. j. eo. ti. & omnes doct.
& adde, ꝙ tenetur tertiò qui ad hoc profeſsione aut voto
ligatur. ¶ Secūdum. Quantū ad beneficiatos hoc probat
Vld. qa ideo eis dati ſunt redit°, vt vices laicorū ſuppleāt
in diuino officio: vnde ad illud ex iuſtitia teneńt, & ex ſta
tuto eccleſiæ: vt patet diſt. xcij. c. ſi. vbi dicitur eccleſiæ de
putari. ſ. per beneficiū. & facit c. cū ſecundū. de præb. Et in
tellige primò etiā ſi nō ſint in ſacris, ſecundū Zab. in cle.
graui. de cele. miſ. nec ſe poſſunt excuſare ratione exigui
tatis beneficij, ſi inde nō percipiant neceſſaria: ſed īputēt
ſibi, ex quo ſe fecerūt ad illud intitulari. & idē Gof. di. xcj.
c. clericus victū. Intelligo ſecundò, etiā ſi beneficiū ſit de
patrimonio, ſecundū Zab. vbi ſuprà: & hoc ſi patrimoniū
factū eſt beneficium: aliàs non. Intellige etiā tertiò ſecun-
dùm Pet. de beneficio cōcernente officium ſpirituale: qa
inſtātia eſt de habēte eccleſiaſticos redit° pro officio ma-
triculari, qui tamē nō eſt clericus: & de magiſtro in Theo
logia vł Grāmatica, qui nō venit ad chorum. ¶ Tertium.
Beneficiati exiſtentes in minoribus, licet ſecūdū Lau. poſ
ſint officiare, ſeu horas dicere p aliū, præcipuè ſi ex iuſta
cauſa ſunt abſentes, & per idoneū officiēt eccleſiā, ſecūdū
Pet. & Abb. tamen contrariū, ſcilicet, ꝙ teneanť ad horas
tenuit Io. And. in c. presbyter. de celeb. miſ. dicit Theolo
gos tenere, ꝙ cùm iſtud ſit onus perſonale, per alios ſolui
non pōt. & eſt etiā de mente Inn. & ſequitur Pan. in c. j. de
celeb. miſ. & eſt tutius. dici tñ fortè poſſet primā opinio-
nem eſſe verā, ſi nullā vtilitatē pro tūc reciperent ex be-
neficio. ¶ Quartū. Secūdùm Inn. & Hoſti. omnis clericus
beneficiatus etiā non exiſtēs in ſacris, teneť omnibus die
bus horas dicere vel audire in eccleſia: niſi iuſtū īpedimē
tum excuſet. vnde ſi præſens ſit, & officiū dicat in camera,
debitū nō reddit: quia tenetur eccleſiā officiare, niſi ſit le
gitimè occupatus: & tūc dicat vbicunq; ſit, equitando, ſtā
do, vel eundo in vijs vel in camera: & tunc eccleſiā faciat
per alium officiari. ſed intellige, ꝙ tenetur ex honeſtate,
& de bene eſſe dicere in eccleſia: vt j. §. x. ¶ Quintū. Quā
tum ad clericos nō beneficiatos, ſi ſunt in ſacris, nō eſt du
bium eos teneri ad horas: vt patet per d. c. j. & c. dolentes.
iunctis glo. & ibi not. & hoc quia ſecundū Veruec. nullus
debet conferre ordinē ſacrum niſi beneficiato, vel habēti
patrimoniū loco beneficij eccleſiaſtici. de præben. cū ſe-
cundum. & c. epiſcopus. Si verò ſunt in minoribus, Pan. in
d. c. j. dicit eſſe tutius, ꝙ teneatur, ex quo in partē dominij
ſunt aſſumpti. ſed quia hoc nullo iure probať, dico, ꝙ non
tenentur: licet ſecundū Petr. teneantur ad aliquid indeter
minatū ex ipſa honeſtate iuris naturalis. ¶ Sextum. Quan
tum ad religioſos clericos vel deputatos ad clericandū, ſi
ſunt profeſsi teneńt ſecundū omnes. extrà, de voto. licet.
& hoc ſecundū Pet. quia ſunt pars eccleſiaſtici collegij. i.
iā redire nō poſſunt ad ſeculū, ſicut nec exiſtēs ī ſacris. Si
verò ſunt nouitij, ſimiliter tenētur, ſecundū Petr. etiam ſi
nō ſint in ſacris: quia ſuſtētanť eleemoſynis, & gaudēt pri
uilegio clericali. Sed quia iſta ſunt cōtra cōmunē doctri-
nam, nec aliquo iure cauentur, ideo dico, ꝙ tenentur qui
dem ad aliquid indeterminatū, ſed non ad horas. ¶ Septi-
mum. Quantū ad conuerſos dicunt Pet. Archi. & Auguſt.
de Ancho. ꝙ tenentur ad modum ſibi taxatum, licet non
ad horas canonicas, ſic quòd omittēdo peccarent mortali
ter: ſed hoc nullo iure cauetur, nec hoc præceptū alicubi
reper

reperitur, loquendo in ordine prędicatorum: quæcūq; au
tem allegantur ab eis non probāt, niſi quòd tenentur be-
nefactorib° recōpēſare: quod per alias orationes fieri po
teſt, & per ſeruitiū exhibitū clericis recōpēſantibus. Vnde
dico, ꝙ ad ſuum officium tenentur ſolùm, vt ad gratias, &
ſuffragia mortuorum. Magis aūt ſunt in ſtatu periculoſo,
quādo circa exercitia corporalia ſunt notabiliter negligē
tes: quia in dicto ordine ad hoc recipiuntur: & hac ratione
licet eis eleemoſynas ordinis in ſuos vſus cōuertere: quia
ſeruiunt ſeruientibus populo, ſecūdùm S. Th. in opuſ. cō
tra relig. impugnantes. ¶ Octauū. Qui recipiunt aliquos
prouentus præbendarū cum onere dicendi pſalteriū, vel
aliquid ſimile: ſi ſunt merè laici, nō teneńt ad horas: qa nō
ſunt beneficiati: ſi verò ſunt in minoribus, ſi ſumus in caſu
in quo diuidatur per hoc canonicatus, de quo vide Pa. in
c. maioribus. de præbē. & ſuprà Beneficium, tertiò. §. iiij.
ſic tenentur: quia ſunt canonici & beneficiati. ſi verò nō di
uiditur canonicatus, non tenentur: quia nō ſunt beneficia
ti: ſed ibi præbenda ſumitur largè ſecundùm quod poteſt
etiam laico competere: vel onus annexum præbēdæ. vide
etiam de dictis in hoc §. in Roſ. aurea. caſu ix.
4 ¶ Tertiò* quęritur, vtrum clericus excōmunicatus tenea
tur ad horas? Et dico, ꝙ ſic, ſi eſt excommunicatus minori
per modū. quem habet ſuprà Excommunicatio. iiij. §. iij.
particula tertia. Si verò eſt excommunicatus maiori ſecū
dùm Hoſt. tenetur dicere, ſed nō in eccleſia, vel cum alio,
aut quaſi in officio ſuo: ſed ſol°, & quaſi per modū oratio
nis, ſcilicet non dicendo, dominus vobiſcum. xj. q. iij. ſi qs
epiſcopus. & c. ſeq. quia per excommunicationē nō eſt li-
beratus à ſeruitute dicēdi eas. xvj. q. j. legi. & idem Gof. &
Ray. & ſecundū gl. Ray. ad hoc tenetur etiam degradatus,
ſi fuit in ſacris: quia tenetur ad ea quę ſunt oneris, & nō ho
noris: vel ſi nō eſt in ſacris, ſi & quādiu tenet beneficium.
arg. d. c. legi. in prima gl. & concordant communiter doc.
in hoc. Et tam degradatus quàm ſuſpēſus nō debet officia
re eccleſiā: & cùm ſolus dicit horas, aut cùm alijs non offi
ciando eccleſiam, non debet dicere dominus vobiſcū, vel
ſimilia, quæ ad ordinis eius dignitatē pertinent. ¶ Quar-
5 tò* quæritur, vtrū prędicti, ſi infirmi ſint, vel aliàs impedi-
ti, teneanť ad horas? Et dico multa. ¶ Primū. Clericus īfir-
mus excuſatur ab officio, ſecūdū Inn. in d. c. j. ſi talis ſit in-
firmitas, in qua directè, vel occaſionaliter ſibi multū ob-
eſſet, vel obeſſe timeretur ſi diceret. ibi tñ dicit Pa. ꝙ ſi no
cumētū eſſet leue, vt ī febre quartana, vel febricula, nō ex-
cuſareť. In hoc tñ puto ſtandum arbitrio medici aut boni
viri. ¶ Secundū. Qui ex infirmitate officium dicere non
poteſt, nō tenetur illud audire: qa hoc nullo iure cauetur:
nec illud infirmitate ceſſante reſumere, ſecūdū Inn. & Pa.
in c. ex parte. de obſer. ieiu. dat exēplum: quia non valēti
ieiunare in quadrageſima non iniungitur vt ieiunet alio
tēpore: vt in c. ij. de obſer. ieiu. & q tenetur præſtare ope-
ras certo tpe, ſi impeditur, nō obligatur in alio: vt eſt tex.
in l. ſi nō ſortē. §. libertus. ff. de cond. ind. & ſi relinquitur
mihi vſusfructus biēnij futuri, & impedior, nō poſſum in
alio biēnio petere: quia nō eſt idem vſusfructus: vt in l. ſi
vſusfructus. ff. de vſufru. lega. ¶ Tertiū. Qui ſine culpa nō
habet librū, & ſimiliter carēs viſu, aut huiuſmodi, excuſan
tur ſi horas nō dicūt. arg. cle. ſi. de vita & ho. cle. modò ſup
pleāt per pſalmos, vel pater noſter, & huiuſmodi. Sed cir-
ca iſtā ſuppletionē nō oportet multū eſſe ſcrupuloſum, qa
conſurgit ex naturali lege potius, q̃ eccleſię præcepto: vt
recōpēſeť benefactoribus: quod etiā per minimā oratio-
nē fieri poteſt: cùm præpōderet omnibus theſauris, ſicut

6 ſpirituale temporalibus. ¶ Quintò* quæriť, vtrū officium
beatæ virginis ſit in præcepto? Et dicit Io. de Lig. in cle. j.
de celeb. miſ. ꝙ hoc iure nō probatur: tamē communis cō
ſuetudo eſt vť computetur inter horas: & hoc veriſsimū
putat Pan. quia ordo antiquus ab eccleſia tradit° eſt, vt pu
blicè dicatur in eccleſia certis tēporibus: quod non eſſet,
ſi nō eſſet in præcepto. Card. etiam Zaba. poſt Laud. in di
cta clementina, credit, ꝙ ex quo vno & eodem modo ec-
cleſiæ alicuius ſeruitores conſueuerūt prędicta pro horis
dicere, qlibet eorum ad hoc tenetur. arg. de cēſi. ex parte.
Secus ſi aliqui dicerent etiā plures, alij verò nō. arg. vj. q.
ij. c. ij. & idem dicit Direc. lib. primo, allegans Gul. Igitur
ad illud tenentur, qui tenentur ad horas ratione genera-
lis conſuetudinis: quando & eo modo quo eſt in conſue-
tudine eccleſiæ cuius officium dicunt. ¶ Sextò quæritur,
quid de officio mortuorum & litanijs? Et dicit Gofred. in
quoli. vij. quòd ad officium mortuorū tenentur clerici ec
cleſiarum collegiatarum ſecundùm communem cōſuetu
dinem eccleſiæ de qua ſunt, cuius bona percipiunt, ſiue p
ſentes, ſiue non: non autē ad illa quæ fiunt de ſpeciali gra-
tia pro aliquo, vel ad quæ aliqui ſe obligauerūt. Et idē in-
nuit S. Th. qui in quoli. dicit, ꝙ in eccleſia quādoq; dici-
tur ordinariè ſicut pertinēs ad officium eius: vt in die ani
maꝝ. & ſimiliter in qualibet eccleſia eſt de hoc aliqua ſpe
cialis conſuetudo, vt dicatur ſemel in ſeptimana, vel ſic: &
ad tale officiū tenetur clericus beneficiatus in eccleſia, ēt
in ſcholis exiſtēs. hęc ille. Sed intellige dictū vtriuſque de
cōſuetudine, qua cōmuniter tales ſe crediderūt hactenus
obligatos: quia cōſuetudo nō obligat, niſi ex intētione le
7 giſlatoris, quam cōmunis opinio manifeſtat. Vnde* nō te
neor dicere Aue Maria, quādo ad hoc pulſatur, licet ſit cō
ſuetudo. Et cōſequēter videtur pari ratione dicendum, ꝙ
in ordine Prædicatorum omnes tenētur ad illud ſemel in
anno, & ſemel in hebdomada ad nouem lectiones, quādo
in eccleſia eſt dicendū: tum quia iſta eſt cōſuetudo cōmu
nis qua etiā cōmuniter fratres ſe credunt obligatos: tum
etiā quia quiſq; ad officiū tenetur ſecundū eccleſiæ, cui°
officium dicit, ordinationem: quæ in propoſito ab hoc of
ficio nullū excipit. Ad vigilias aūt quotidianas tenētur ſo
lùm miniſtri altaris cum hebdomadario, & eo qui eſt no-
tatus ad miſſam pro defunctis, ſecundū quod tradit rubri
ca: ita tamē, quòd hoc onus nō videtur perſonale: vnde eſt
in arbitrio cantoris annotantis ad officia onerare hūc, vel
illum: & cōſequenter qui ad hoc tenētur, poſſunt illud al-
teri cōmittere, qui illud pro eo dicat in choro, & ipſe im-
munis eſt. Quantum ad litanias autem in ordine Prædica
torum, dico quòd fratres ex præcepto non tenentur: qa li
cet ſint in conſuetudine poſt matutinas, illa tamē non cre
ditur communiter obligatoria ſeu pręceptiua: eſt ſignum
quòd ad hoc nunquam voluerunt patres ordinem obli-
gare: quia ſi ſic voluiſſent, ad præſentes per priores grada
tim tanq̃ obligatoria deueniſſet, ſicut eſt de officio beatę
8 virginis. ¶ Septimo* quæritur, vtrum obligatus ad horas,
obligetur ad antiphonas & reſponſoria, vel audire ſuffi-
ciat? Et dicit Summa Roſella, quòd antiphonas quilibet
tenetur dicere: quia cātantur vniuerſaliter ab omnib° fra
tribus. ſecus autem de reſponſorijs, quæ cantantur vt pluri
mum à cantoribus duntaxat: ſed quia non ita ſit ſemper &
apud omnes, melius dicit Petrus de Palude in quarto, di-
ſtinctione quadrageſimaprima, quòd nullus tenetur dice
re quando dicitur officium in choro illud, quod ſecundū
conſuetudinem chori aliquis ſolus dicit, vel aſſociatur:
quia quod dicit vnus, reputatur dici ab omnibus, quando
ex aliq

ex aliqua rationabili cauſa ita eſt conſuetum: adde etiã qa
eccleſia ſic fieri ſcit & tolerat, vel potius approbat: vñ ſtul
tũ eſt facere ſibi cõſciẽtiã de nõ dicẽdo quod dicit cantor
incipiẽs, vel hebdomadarius, vel qui legit lectionem, aut
alius officialis. Et idẽ videtur extra chorũ de antiphõis, &
9 reſpõſorijs, vt cõſuetudo interpretatur. ¶ Octauò* quæri-
tur, vtrum papa facere poſsit, ꝙ prædicti non teneãtur ad
horas? Et dicit Pan. in d. c. j. quòd non, licet poſsit diſpen-
ſare in modo dicẽdi: puta hoc vel illud officium. & hoc ſe
quitur Sum. Ang. & Roſ. Et horũ omnium fundamentum
eſt: quia hoc eſt de iure diuino, iuxta illud Pſalmi, Septies
in die laudẽ dixi tibi. Sed ſi iſta ratio eſt bona, nullũ papa
poſſet diſpenſare à matutinis vigilijs: quia etiã dicitur in
Pſalmo, Media nocte ſurgebã, &c. Vnde dico, ꝙ non dicũ
tur eſſe de iure diuino omnia quæ legũtur facta in ſcriptu
ra: alioquĩ teneremur pugnare cũ Golia & beſtijs, vt fecit
Dauid: ſed ſolũ ea quæ ibi fieri præcipiũtur præcepto mo
rali, & nõ iudiciali vel ceremoniali: de quo vide S. Th. j. ij.
q. ciij. vnde meliꝰ Laud. & Io. de Lig. in d. cle. j. aliter ſenſe
runt, quòd ſcilicet papa hoc poteſt, licet non poſsit facere
quin clericus teneatur ad recompenſandũ benefactoribꝰ,
ſi eſt beneficiatus: vel ſaltem regratiandũ Deo, ſi nõ eſt be
neficiatus, per aliquid indeterminatũ & voluntarium: qa
10 hoc eſt de iure naturali. ¶ Nonò* quęritur, quãdo, id eſt,
qua hora dicendæ ſunt horæ? Et dico multa. ¶ Primũ. Ho
ræ dicendæ in eccleſiã officiando, ſecundũ Arch. & cõmu
niter docto. dicendæ ſunt tẽporibus proprijs ſecũdũ mo-
rem patriæ, vel propriam regulã quo ad religioſos, & hoc
etiam quo ad matutinas: quas quidẽ dicẽdas putant in me
dia nocte, iuxta illud Pſalmi, Media nocte, &c. de cel. miſ.
c. j. alij verò quarta vigilia noctis, id eſt, inter tenebrarum
abſceſſum & aduẽtũ auroræ: quia ſecundũ Pap. Hug. & Iſi
do. illud tẽpus propriè eſt matutinũ. ſed, vt dictũ eſt, cõſue
tudini loci, vel cõſtitutioni, ſi habetur, ſtandũ eſt. ¶ Secun
dum. Officiũ verò quod in priuato, id eſt, eccleſiã nõ offi
ciando dicitur, dicendũ etiã eſt horis debitis. d. cle. prima.
quod ſecũdũ Pan. eſt quando hora officij reſpõdet horæ
dici: ſed ſi propter occupatiões horis proprijs dici nõ po
teſt, melius eſt præuenirẽ quàm tardare: quia ſecundũ Hu
gutio. primũ prouidentia, ſecũdũ verò negligentia eſt. &
Io. And. & Innoc. ponit exemplum ex vitis patrum de vua
acerba, marcida, & matura. Solent aũt curiales & alij occu
pati, manè dicere vſq; ad veſperas excluſiuè, & ſero veſpe
ras cõpletorium. quod conſulitur, de celebr. miſ. c. primo.
¶ Tertium. Matutinas ſero dicere propter honeſtarũ oc-
cupationum neceſsitatem, non eſt malum, ſecundũ S. Th.
in quolibet. quia melius eſt Deo laudes debitas præueniẽ
do reddere, & alia honeſta officia poſtea facere, quàm ſi
ꝑ vnũ aliud impediatur: ſed ſi hoc fiat ad quietius vacãdũ
ſomno & voluptati, nõ eſſet abſq; peccato. ar. c. clericus.
el primo. diſt. xcj. ¶ Quartũ. Si qs prætermiſſa vna hora di
cit ſequẽtẽ, ſecũdũ Verue. ſufficit cautè ſupplere quod o-
miſſum eſt, & de negligẽtia pœnitere. quod intelligo, qñ
ex obliuione factũ eſt: ſi autem fiat ſcienter ex rationabili
cauſa, puta in adiutoriũ chori neceſſarium: nullũ eſt pecca
tum, ſed ſufficit ſupplere, niſi præceſsiſſet negligentia, vel
mora in dicẽdo quod chorus dixit: quia ſecũdum Petr. de
Palu. ſufficit ſemel dixiſſe etiã ordine poſtpoſito: quia ſci
licet ordo non eſt in præcepto, niſi in præcepto eſſet dice
re proprijs horis. ¶ Quintũ. Veſperæ ante prandiũ dicẽdę
ſunt tẽpore quadrageſimali. de cõſec. diſt. j. ſolẽt. ſed ille
tex. loquitur ſecũdũ doctores de officio communi, nõ de
priuato. Vnde licet ipſe faciat ſcrupulum magnũ. priuatim
prandendi ante veſperas, ſi tamen quis hoc faciat ex cauſa
rationabili, non eſt peccatũ. ¶ Sextũ. Non dicere horas ꝓ
prijs horis, ſed notabiliter ſine ratiõabili cauſa tardare, ſe
cundũ Vmbertum in expoſitione regulæ, videtur morta-
le. quod durũ eſt, & nulla ratione, vel authoritate ꝓbatur:
peccarẽt tamẽ mortaliter prelati eccleſiarũ cathedraliũ &
collegiatarum, ſi ſine rationabili cauſa hoc facerent: quia
hoc præcipitur in cle. j. de cele. miſ. vt videtur per illud ỽ-
bũ, ſancimus. & ſimiliter peccarent mortaliter beneficiati
in dictis eccleſijs, & ſubditi prelatorũ regulariũ, ſi nõ dice
rẽt, qñ eis imponitur, ſecundũ Sum. Ange. quod verũ eſt,
quando per alios nõ diceretur, & nõ aliter: quia hoc præ-
ceptũ ligat omnes, ſed nõ ſingulos: ſicut & illud, Creſcite
11 *& multiplicamini. ad quod ſufficit ſi generatio humana
ſufficienter per aliquos compleatur. Ex rationabili autem
cauſa præuenire vel retardare in communi, vt quia ꝓceſ-
ſio eſt fiẽda, vel prædicatio, & huiuſmodi, nõ eſt peccatũ:
imò etiã hac ceſſante, hora debita nõ debet accipi pũctua
liter: alioquin non poſſet dici tertia ſtatim poſt primã, vel
prima poſt matutinũ, vt fit in capella papæ: ſed groſſo mo
do, ſicut dicere in aurora, vel quaſi, cẽſetur ĩ media nocte.
Igitur in priuato nõ videtur de ſe mortale, ſecũdùm Arc.
& cõmuniter alios doctores, quãtũcunq; tardetur officiũ,
modò nõ trãſeat dies, qui quãtũ ad hoc terminatur in me
dia nocte, quia præceptum de horis dicendis nõ refertur
ad tẽpus. Vtrũ aũt matutinũ dicẽdum ſit ante miſſam, aut
12 etiã prima, vide ỹ. Miſſa. j. §. vj. ¶ Decimò* quęritur, vbi
dicendæ ſunt horę? Et dico, ꝙ in eccleſia, vt ſuprà tactum
eſt §. j. particula iiij. & not. in glo. diſt. xcij. c. ſi. quod intel
ligo quo ad clericos in ea beneficiatos propter verbũ ibi
poſitum, eccleſiæ deputatus. & conſequenter videtur ta-
lis peccare mortaliter, ſine rationabili cauſa ibi nõ dicẽs
officium: quia dicit ibi text. ꝙ qui non conuenerit, depo-
natur à clero. Quod intellige primò in eccleſijs collegia-
tis, vel regularibus, vt patet ex illo verbo, cõuenerit: & in
d. cle. prima. nõ autem alijs: & ſecundò, in eo qui ducit in
conſuetudinem nõ ire ad chorum: vel propter eius abſen
tiam eccleſia magnam iacturam patitur in celebratione
officij ſine cauſa: vt quia nõ ſunt alij illud potẽtes compe
tẽter celebrare. & ſic, & nõ aliter, intelligo d. c. ſi. Nec ob-
ſtat c. epiſcopus. de conſecr. diſt. iij. quod innuit ſufficere
epiſcopo ſi die dominico ad eccleſiam conueniat: quia il
li nõ dat licentiam abſentandi ſe, ſed nõ vult vt pro cauſa
alia quàm infirmitatis, & ſimili, abſit diebus feſtiuis. quod
autem alijs diebus debeat intereſſe, facit c. peruenit. ſepti
ma, quæſtione prima. & c. epiſcopus vilem. xl. diſt. ceſſan-
te, ſcilicet impedimẽto, & cauſa rationabili. ¶ Vndecimò
13 *quæritur, quomodo dicendæ ſunt horæ quo ad interio-
ra, id eſt, intentionẽ, & exteriora; id eſt, actus corporales?
Et dico multa. ¶ Primũ. In c. dolẽtes. de celeb. miſ. enume
rantur hi, qui in illicitis actibus vigilãtes tarde ſurgũt, &
matutinum continua ſyncopa tranſcurrunt, & qui vix qua
ter in anno celebrant, & celebrationi intereſſe contem-
nunt: aut ſi interſunt, intẽdunt collocutioni laicorum: dũ
que auditum ad indebitos ſermones effundunt, aures in-
tentas non porrigũt ad diuina. & deinde ſtatim ſubditur,
Hæc igitur & ſimilia ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhi
bemus, diſtrictè præcipiẽtes in virtute obedientiæ vt di-
uinum officium nocturnum pariter & diurnum, quãtum
eis dederit Deus, ſtudioſe celebrẽt pariter & deuote. ¶ Se
cũdũ. Hoc præceptum quidam ſic intelligũt, vt ſub præce
pto ſit dicere deuotè, & ſtudioſe, vt deuotio ad ĩtẽtionẽ,
ſtudioſitas ad modũ dicendi referatur: & ſic ſenſit Supplẽ
mentum

mẽtũ, ſed male: qa attentè orare in horis canonicis nõ eſt
de iure diuino, vt credidit, ſed poſitiuo: qđ ius poſitiuum
ad interiora nõ ſe extẽdit per ſe, vt idẽ credit, ſed ſolùm
inquantũ colligãtur exterioribus, ad quæ ſe extẽdit, ſecũ
dùm mentẽ S. Th. & Pet. de Pal. & cõmuniter doctorũ, de
quo ỹ. Excõicatio. vij. & ij. particula j. Vnde præcipiendo
exteriora, præcipere poteſt interiora, ſine quibus illa eſſe
nequeũt: ſicut præcipiẽdo acceſſum ad miſſam, ꝑcipit vel
le accedere. prohibẽdo verò exteriora, ꝓhibet interiꝰ ad
quod ſtatim ſequitur opus, id eſt, voluntatẽ deliberatam.
vnde peccat, volens frangere ieiuniũ, licet nõ frãgat. Alia
aũt interiora nõ prohibet, licet prohibeat aliquod exte-
rius habẽti aliquod interius, vt acceſſum ad curias mona-
cho habẽti animũ nocẽdi. Alij verò dicũt, ꝙ ſub pręcepto
ibi cadit horas dicere: cætera verò, quę in deuotiõe conſi
ſtũt, ſuadẽdo dicũtur. quod innuitur ibi, quantũ Deus de-
derit. quẽ ſenſum primò videtur habuiſſe Hoſt. & ſequi-
tur eũ tãquam benigniorem Archie. & Sum. Roſel. quia
eccleſia nõ inijcit laqueũ. xvij. q. j. de viduis. nec homines
allegare debet oneribꝰ importabilibꝰ. xxvj. q. vij. alligãt.
Sed iſti licet verũ dicãt quãtũ ad hoc, ꝙ attẽtio nõ eſt ſub
præcepto: nõ tñ quãtũ ad hoc, ꝙ ea, quæ in deuotione cõ
ſiſtũt, ſuadẽtur tantũ: præcipitur verò, vt dicãtur horæ: qa
ante hoc c. horæ erant ſub pręcepto, vt patet ex dictis: vñ
hîc nihil præciperetur. Et præterea iſte intellectus planè
repugnat literæ prima fronte, licet ibi apponatur, quantũ
Deus dederit. quia hoc nõ tollit, quin homo poſsit nõ di
uertere intẽtionẽ ſciẽter, cũ hoc ſit in ſua facultate ex prĩ
cipijs naturæ, quę Deus iã dedit. & ideo dico ex mẽte Sã.
Th. & Pet. de Pal. vt patebit particula ſequẽti, ꝙ ibi præci
pitur deuotio quãtũ ad actũ exteriorẽ, vt nõ dicãtur ho-
ræ operãdo manualiter opera impertinẽtia, aut cõfabu-
lãdo, aut notabiliter ſyncopizãdo, & faciẽdo huiuſmodi,
quæ hîc reprehendũtur: & ſimiliter quãtũ ad actũ interio
rẽ, ſine quo iſte exterior haberi nõ põt, cuiuſmodi eſt vel-
le ſatisfacere ꝑcepto eccleſiæ, & pſallẽdo velle abſtinere à
prædictis: nõ autẽ attẽtio, ſine qua prædicta eſſe poſſunt.
¶ Tertiũ. Secũdũ Pet. de Pal. in iiij. diſt. xv. attẽtio ad offi-
ciũ, ſicut & ad quodlibet opus bonũ, dupliciter põt requi
ri. Primò, vt officium ab intẽtione ꝓcedat: & ſic attẽtio ad
officiũ requiritur nõ ſolùm ꝓpter meritũ, ſed etiã ad eui
tãdũ peccatũ, id eſt, trãſgreſsionẽ præcepti: quia pręceptũ
datur hominibus: ideoq; oportet ꝙ nõ procedat opus ex
ſola imaginatione, quæ cõmunis eſt nobis & brutis: ſed ex
deliberatione, quæ attẽtionem requirit. ſecũdò vt officiũ
ipſa attẽtio comitetur actualiter, & hoc nec in officio, nec
in alijs orationibus, vel bonis operibus requiritur: qa hu-
manæ fragilitati eſt impoſsibile: requiritur tamen ꝙ mẽs
ab officio ſciẽter nõ diſtrahatur: quia hoc eſſe nõ poteſt ſi
ne peccato mortali aut veniali: licet euagatio ꝓpter inten
tionẽ & ꝓpter præcedentẽ occupationẽ licitã nõ ſit pecca
tũ. Euagatio aũt aduertẽter ſecũdũ actũ interiorẽ ſolũ li-
cet ſit temeraria & grauis fortè, nõ tamen eſt mortale, niſi
propter cõtemptũ: quia eccleſia nõ habet iudicare de acti
bus interioribus merè. Si verò ſit ex hoc ꝙ aliquis ſciẽter
ſe occupat in actu exteriori, qui nõ ſecũ patitur attẽtionẽ,
ſic videtur eſſe mortale peccatũ: & directè cõtra præceptũ
d. c. dolẽtes. vbi præcepit, vt ſtudioſè pariter & deuotè di
catur. quod nõ obſeruant, qui ſe occupãtes in actu exterio
ri ſcienter ſibi attentionẽ ſubtrahũt. ¶ Quartum. S. Tho.
quoq; prædictũ intellectũ Pe. de Pal. dedit in eadẽ diſ. per
hæc verba: Quãdo quis mẽtẽ ex ꝓpoſito diſtrahit ad alia
in orando, ſine culpa non eſt, præcipuè ſi in alijs ſponte ſe
occupat, quę mentẽ diſtrahũt: ſicut ſunt exteriora opera:
& ſi mens ad cõtrariũ euagetur, erit culpa mortalis: ſi au-
tem ſine hoc, quod percipiamus, mẽs ad alia euagetur, vel
culpa caret, vel minima erit, niſi præcedens cogitatio, ex
qua cõtingit euagatio talis, eſſe dicatur in culpa. hęc ille.
quę intellige, & limita quo ad orationẽ, quæ eſt in pręce-
pto. Ibi etiã dicit, ꝙ attentionẽ oportet in oratiõe rema-
nere, nõ ꝑ eſſentiã actus: nec ſufficit, ꝙ in habitu ſolùm,
ſed ſecũdũ virtutẽ, quę eſt quid mediũ: quod tũc videtur,
quando quis accedit ad orationẽ cũ intẽtione aliquid im
petrandi, vel Deo debitũ obſequium reddendi, etiã ſi in
proſequutione mẽs ad alia rapiatur: niſi tãta ſit euagatio,
ꝙ omnino depereat vis primę intẽtionis: ideóq; oportet
14 ꝙ ſæpius homo cor reuocet ad ſeipm̃. ¶ Quintũ*. Ex præ
dictis multę eliciũtur cõcluſiones, quas etiã habes in Aur.
Roſ. vbi ſuprà. ¶ Prima. Quantũ ad intentionẽ, vel atten-
tionem, quilibet ad officiũ obligatꝰ tenetur in principio
officij habere intẽtionẽ ſatisfaciẽdi: ita ꝙ officiũ ab intel
lectu, & nõ ab imaginatiua proficiſcatur, ſecũdùm Pet. de
Pal. quod intellige actu, vel habitu, ſeu virtute. ¶ Secũda.
Intra officiũ verò tenetur ſic ad ſe redire, ſi fuerit mẽte
vagatus, ꝙ nõ pereat totaliter dicta prima intẽtio, ſecũdũ
S. Tho. id eſt frequẽter: quę tamẽ frequẽtia ſub certa re-
gula cõpræhendi nõ poteſt. ¶ Tertia. Nõ tenetur autem
quouis præcepto eſſe attentus: ſed ſine culpa mortali põt
euagari, etiã à propoſito: dũmodo ſciat quid faciat: ſic ſci-
licet, ꝙ ſtet prima intẽtio, ſeu virtus eius. ¶ Quarta. Mor
tale eſt tali dicendo, officiũ ſe occupare in exterioribus.
quod limita primò per longũ ſpatiũ, ſecũdò quãdo non
compatiũtur attentionẽ ad officiũ. qđ intelligo ſecus ab
his, q̃ ad officiũ ſpectãt: vt voluere chartas, parare libros,
15 & huiuſmodi. ¶ Duodecimò* quæritur, quid iuris de his,
q̃ officiũ aut omittũt, aut mutant ex toto, vel in parte? Et
dico multa. ¶ Primũ. Qui ad libitũ ſuũ mutat officiũ cõ-
ſuetum, ſecũdùm Sũ. Ang. peccat mortaliter, ſi ſit clericus
præbendatus & religioſus: nõ autẽ ſi ſit ordinatus ad ſuũ
patrimoniũ. Sed melius dico ſcđm Zab. poſt Lau. in cle.
j. de celeb. miſ. ꝙ dicere hoc officiũ, vel illud, nõ eſt in prę
cepto: cùm diuerſi diuerſa dicãt. de cõſe. diſt. j. in die. imò
dicit Arch. illud præceptũ nõ eſſe determinatũ circa mo
dum: innuens, ꝙ nõ eſt mortale dimiſſa vna hora dicere
aliqđ æquiualẽs. Vnde ſi hoc fiat ex cauſa rationabili, vt
iuſto impedimẽto, vel huiuſmodi, nõ eſt peccatũ. ſi verò
fiat ex inaduertẽtia, vt qa dixit quis officiũ de aliquo ſan
cto, cũ de feria dicere debuiſſet, & nũc replicare faſtidit:
vl̓ ex maiori cõmoditate, vt qa hoc officiũ mẽte tenet, nõ
aliud, eſt veniale vel nullũ. ſi verò fiat in fraudẽ, vt dicat
officiũ breuius, ſecũdũ Archi. nõ eſt abſq; graui peccato:
nõ tamẽ intelligas, ꝙ ſit mortale: quia determinatũ offi-
cium nõ eſt in præcepto. ¶ Secundũ. Qui dicẽdo officiũ
cũ alijs in choro ex aliqua neceſsitate: vt puta, quia opor-
tuit illũ alicui reſpõdere, vel quærere librũ, vel huiuſmo-
di, intermiſit pſalmũ, vel orationẽ, ſecũdùm Inno. in d. c.
dolẽtes. nõ tenetur illud reaſſumere: licet ſit cautius vt re
aſſumat, modò nõ ſubtrahat vocẽ à choro: imò ſecũdùm
Arch. nec etiã ſi ex negligẽtia omiſit, debet reſumere, prę
cipuè cũ ſunt pauci, vel ipſe reſumẽdo perturbaret alios:
ſed pœniteat, & expleto officio ſuppleat omiſſum, ſi eſt
quid notabile: vel ſi eſt qđ minimũ, aliquid loco eius. Et
idẽ ſi in aliqua parte dormiuit. ¶ Tertiũ. Dicẽs officiũ, ſi
recolat ſe ex obliuione prętermiſiſſe vnã horã, aliam, vel
pſalmũ, aut lectionẽ, vel aliud ſimile de hora, quam di-
cit, quantũ colligitur ex Inno. vbi ſuprà, & tenet Lauren.

non

non teneť intermiſſa hora quam dicit, totũ reiterare:ſi-
cut dum in tertio nocturno exiſtens aduertit ſe hymnũ
aut pſalmũ primi nocturni omiſiſſe,non oportet ꝙ rein-
cipiat:aut ſi tertiã dicens aduertat ſe primã dimiſiſſe,non
oportet vt dicat primò primam, iterũ tertiã: ſed doleat
de negligẽtia,& poſt officiũ ſuppleat. Sed ĩtelligo,ꝙ de
beat, & teneať ſupplere horam, vel aliqđ notabile omiſ-
ſum,ſi recordatur intra temp⁹,in quo dicere tenetur non-
dicta,id eſt, eadem die:aliter ſufficit pœnitere, & ſatisfa-
cere arbitrio confeſſoris: vt in §.ſeq. ¶ Quartũ. Secũdũ
Petr. de Pal. vbi ſuprà, q notabiliter male dixit officiũ, ſi
vult euadere mortale,debet redicere totũ:ſi autem modi
cum dimiſit, puta dictionẽ, aut verſum,vel pſalmũ, tene-
tur illud repetere poſt officiũ, vel aliquid loco eius dice
re,ſi vult euadere veniale. ¶ Quintũ. Secũdùm Richardũ
Anglicũ in quolibet. obligat⁹ ad horas, & non dicens ex
faſtidio, vel contẽptu diuini cult⁹, vel ex conſuetudine,
mortaliter peccat:ſed hoc de omittente,q ex negligentia
dicere non audet. & hoc Sũma Angelica videť tenere cõ
tra Archi.& Pet.de Pal.volentem,ꝙ ſit mortale ex negli-
gentia omittere, etiã ſolas Laudes. Vnde ſecũdũ Henric.
de Gan.in quolibet. etiã iſte peccat mortaliter,niſi infir-
mitate,vel alia rationabili cauſa ſit impedit⁹: & idẽ Ver-
uec.& hoc eſt indubitandũ propter preceptũ c.dolentes.
¶ Sextũ. Qui omittit ex negligentia ſeptem horas vnius
diei,ſecũdũ Veruec. cõmittit ſolùm vnũ mortale pecca-
tum:quia totũ officiũ vnius diei, eſt vnũ totum integra-
le,cadens ſub vno precepto,licet peccatũ tantò ſit graui⁹,
quantò plures partes omittũtur. & hoc ſequitur Summa
Roſel.& Supple. & Sũma Piſa. Et Archi. addens in tertia
parte.tit.xiij.ꝙ ſi dimiſit aliquas horas, puta primam,no-
nam, & completoriũ, tria peccata mortalia commiſit: qđ
16 videtur velle dicere ratione diſcontinuationis. Ego*aũt
dico,ꝙ quoties ſcienter,ſeu recolens deliberat non velle
dicere,aut omnes,aut vnã horã,toties mortaliter peccat:
qa deliberat in re notabili tranſgredi præceptũ c.dolen-
tes. Si verò recolit tantùm ſemel: diſtinguo, qa ſi recolit
ante illam horam, qua de ſero dicere poſſet totũ officiũ
ante mediã noctem,cõmittit duo,ſcilicet vnũ quãdo de-
liberat,& aliud qñ potens pœnitere de illa deliberatiõe,
& deliberare oppoſitũ, hoc non facit:ſed omittit imple-
re præceptũ quod implere poteſt. Si verò recolit intra di
ctum tempus,videtur tantùm ſemel peccare. Si autẽ nun
quam recolit,eſt vnum ſolum peccatum, vt dicit Veruec.
17 ¶ Decimotertiò*quæritur,quid illi,qui officiũ omiſit,ſit
iniungẽdũ vel faciẽdũ? Et dico multa. ¶ Primũ. Is,qui ex
obliuione aliquã horã omiſit, debet ſupplere quod omi-
ſit:& ad hoc tenetur,ſi hoc poteſt intra temp⁹ diei illius,
in quo dicẽda erat hora illa: quia adhuc eſt in ſua poteſta
te implere præceptũ. Si verò ſit extra illud tempus,debet
etiã ſupplere,ſi cõmodè põt:ſed ad hoc nõ tenetur:qa nõ
tenetur,etiã ſi ex negligentia ſcienter omiſiſſet,ſecũdùm
Inno. in d.c.j. ſed poſſet cõfeſſor aliam pœnitentiam illi
imponere: licet cõſulat, vt imponat quod omiſit: niſi qñ
videret illi nõ proficere. Pet.etiã de Palu.in iiij.diſt.xv.te
net,ꝙ talis pœnitẽtia eſt arbitraria: & idem S. Tho.quia,
inquit,in diuinis officijs ſicut loci,ita & temporis cõgrui
tas obſeruãda eſt:quod eſſe nõ poſſet,ſi oporteret iniun-
gere quod omiſſum eſt:quia fortè in cõpletorio diceret,
Iam lucis orto ſydere. & tẽpore Paſchali officiũ domini-
cæ paſſionis. ideóq; videtur iniungendũ aliquid ad lau-
dem pertinẽs diuinã:puta ſeptẽ pſalmos pœnitẽtiales,vel
vnum pſalteriũ,vel aliquid amplius, ſecũdũ quantitatem
delicti. Hæc ex illo, qui notãter dicit ſecundũ quãtitatem
delicti,& nõ officij omiſsi:quia talis pœnitentia imponiť
pro culpa,& nõ ad reſtituendũ omiſſa ſeruitia: quãquàm
etiã Pet.de Pal.dicat,ꝙ reſtitutionẽ Deo faciendã vicari⁹
Dei,id eſt cõfeſſor,mutare põt in aliqđ Deo gratius:puta
18 in aliquod paruũ deuotè dicendũ. ¶ Secundũ.* Scholaris
obligatus ad horas,& eas omittẽs vna die cũ propoſito di
cendi eas alia die,ſecũdũ Hẽri.de Gan. peccat mortaliter
ſi abſq; legitimo impedimẽto hoc facit,cuiuſmodi ĩpedi-
mẽtũ ſicut infirmitas, ita & ſtudiũ eſſe põt, quãdo cleric⁹
tantã habet neceſsitatẽ ſtudij,ꝙ dicẽdo horas immineret
crimẽ,& ſcãdalũ mortale,cui põt occurrere dimittendo:
nec iſtã neceſsitatẽ potuit rationabili cõiectura præuide
re,& cõſequẽter nec præuenire:quia licet horas dimitte-
re ſit de ſe peccatũ, propter malũ tamen maius euitãdum
amittit rationẽ peccati:cũ plus teneatur occurrere ſcãda-
lo,ad quod tenetur ex diuino precepto,quàm dicere ho-
ras, ad quas teneť ex præcepto eccleſiæ. Vnde in hoc põt
eccleſia diſpẽſare,nõ ĩ primo. Si aũt nõ ſit talis neceſsitas,
ſed electio vel ſtudiũ ſine tali diſcrimine,vel ſcãdalo mor
tali põt omitti,aut potuit rationabili cõiectura preuide-
re,& præuenire dicẽdo horas, tũc omittẽdo peccat mor-
taliter. hæc ille. Cauſa autem rationabilis, ſed legitimum
impedimentũ eſſet, ſicut ſi populus moueretur ad arma,
vel ſcãdalũ magnũ,& nõ eſſet, q veriſimiliter poſſet ſuffi
cienter obuiare: & ſimiliter ſi talis clericus eſſet ſolẽnis,
& in caſu haberet omittere officiũ vel prædicationẽ, aut
lectionẽ: ſicut in ſimili prædicator ſolennis ieiuniũ pro-
pter prædicationẽ omittit:vt j. Ieiuniũ. §.ix. ¶ Tertium.
Clericus officiũ nõ dicens, fructus ex hoc reſtituere non
tenetur:vt ſuprà, Clericus iiij. §.xxiiij.

DE HOSPITALIBVS, ET Hoſpitalarijs.

1 *Hoſpitale quid ſit.*
2 *Hoſpitale quotuplex ſit.*
3 *Hoſpitale pro ſuo uoto, an quilibet erigere poſsit.*
4 *Hoſpitale, aut oratorium epiſcopi authoritate, aut eius rectoris, factum, num immunitate gaudeat eccleſiaſtica.*
5 *Religio aliqua, num ad hoſpitalitatem inſtitui poſsit.*
6 *Hoſpitali præfici, ac deputari quis poſsit, aximatis octo palam efficitur.*
7 *Hoſpitalia ſecularibus eccleſijs, num in beneficium, id eſt, titulũ conferri poſsint.*
8 *Hoſpitali rector à quo præfici debeat, duab⁹ concluſionibus traditur.*
9 *Literis apoſtolicis, uel legatorum ſedis apoſtolicæ ſuper aliquorũ clericorum prouiſione cõceſsis, an de hoſpitali prouideri poſsit. Et quid de literis apoſtolicis ſuper fructuum reſeruatione.*
10 *Decretalis prima & ſecunda, de præbendis. libro ſexto. an locũ habeant circa huiuſmodi beneficia, per officialis Papæ mortẽ, aut in curia decedẽtiũ obitum. Et num in literis generaliter ad beneficia impetratis, hoſpitalia incluſa uideantur. numero ſequenti. Et quid in reſeruatione generali Ioan. xxij. de beneficijs facta. numero 13.*
12 *Legati de latere, num huiuſmodi hoſpitalia conferre poſsint.*
14 *Hoſpitalarij quantum ad eleemoſynas pertinet, quid facere aut teneantur, aut non debeant. Et de his uſque ad nume. 15.*
16 *Epiſcopus an uiſitare hoſpitalia, & ab his procurationem accipere poſsit.*
17 *Hoſpitale quo ordine ab initio fundari poſsit.*
18 *Ius quodnam ſeruetur in legatis hoſpitalib⁹ factis. Et an hoſpitalia ita erigi poſsint, ut ipſis obuenientia alienentur, & ipſis pauperibus pretium erogetur.*

Hoſpitale

19 *Hoſpitale an præſcribere poſsit, ut omnia legata pauperibus in una ciuitate relicta capiat.*
20 *Hoſpitalium cura, correctio, ac reformatio, in ipſisq; receptorũ ad quẽ pertineat. Et quid ſi hi ad quos pertinet, id facere negligant. nu. ſe. Et ſub hæc, quid ſi huiuſmodi hoſpitalia ſint exemptionis priuilegio munita.*
22 *Hoſpitalis rector ſi clericus ſit, & qui hoſpitali prouidere habet laicus, qualiter clericum rectorẽ ad id quod eius officio incumbit, compellet ipſe laicus.*
23 *Hoſpitalia ſi exempta ſint, aut religioſorum exemptorũ ſint, ad quos tum correctio & reformatio pertinebit. & nume. ſeq.*

1 HOSPITALE*videtur eſſe locus,in quo nõ ſufficien
tes ſibi procurãtur:& multa nomina Græca ſortitur,
vt patet xxiij.q.viij.ſancim⁹.Latine quoq; dicitur domus
Dei,vel miſericordiæ,vel fraternitatis,vel pietatis,& hu-
iuſmodi. Hoſpitalarius aũt dicitur,qui curã immediatam
habet hoſpitalis:ſicut primò habuit loticus: vt C.de epiſc.
& cle.l.j.quantũ ad receptionẽ tamen peregrinorũ in pro
pria domo,legitur de Abraham Gen.xviij. & in nouo te-
ſtamẽto de Martha,quæ Dominũ frequẽter excepit. Luc.
2 x.vnde dicitur hoſpita Domini. ¶ Primò* verò quæritur,
quotuplex ſit hoſpitale?Et dico ꝙ eſt duplex. ſ. religio-
ſum,quod ſcilicet authoritate epiſcopi ędificatũ eſt. de re
lig.do.ad hæc.& iſtud pertinet ad epiſcopũ,nõ vt de redi
tibus ad libitum diſponat,ſed vt ordinet eos diſpenſari ad
vſum deſtinatũ.arg.cle.quia cõtingit.de reli.do.& non re
ligioſum:vt quod ſine authoritate epiſcopi cõſtructũ eſt,
de quo epiſcopus ſe intromittere nõ poteſt:ſed patronus
qui ædificauit illud,ad libitũ diſponet.de don.inter dile-
ctos.& ibi per Inn.Et ſi epiſcopus exercuit ibi vnũ ius epi
ſcopale,non tamẽ per hoc poteſt alia exercere,ſecũdũ Fe-
der.cõſi.xxv.quia de poſſeſsione vnius articuli nõ eſt infe
rendũ ad alios articulos.de deci.cũ contingat.Nec obſtat
c.j.de reli.do.quia locus,de quo loquitur,neceſſariò debe
bat eſſe ſubiectus alicui epiſcopo: ideoq; præſumitur pro
eo,qui exercuit vnũ ius in eo.Cui ſimile infert Io.And.in
regula,quod alicui.li.vj.in mercu.ſcilicet ꝙ patronus,qui
exercuit ius præſentãdi,alio nõ apparẽte præſumitur pa-
tronus,ex quo ius patronatus ad aliquẽ debet ptinere: in
caſu autem noſtro nõ eſt ſimile: quia hoſpitale nõ eſt reli
gioſum neceſſariò,vt patet. Quod tamen dictũ eſt,ſecun-
dùm Pan.in c.j.& in c.de xenodochijs.de reli.do.limitan-
dum eſt,niſi patronus,qui ædificauit,eſſet mortuus: quia
tũc pertineret ad curã epiſcopi. vt voluntas pia defuncti
mandaretur executioni:vt videtur tex.in authen.de eccle.
tit. §.ſi quis ædificatione.& ſequen.quod verum eſt, niſi
teſtator,qui ædificauit,aliter expreſſe diſpoſuiſſet:quia il
lud ſeruandũ eſt:vt in d. §.ſi quis. Si aũt conſtet hoſpitale
ædificatum,ſed de epiſcopi authoritate non cõſtet,præſu
mitur tamen religioſum:vt j. §.xj.particula vltima.
3 ¶ Secũdò*quæritur,an quilibet pro ſuo voto exigere poſ
ſit hoſpitale etiã ſine dote? Et dico multa. ¶ Primum. Se-
cundùm Lap.quilibet poteſt domũ ſuam factam vel fien-
dã deputare ad hoſpitalitatẽ,& ad tẽpus hoſpitare paupe-
res,ſicut & alia opera eleemoſynarũ facere:ſed talis locus
nõ erit religioſus,nec gaudebit immunitate eccleſiaſtica,
nec inter loca eccleſiaſtica cõputabitur,nec erit ſub iuriſ-
dictiõe epiſcopi, & poterit ad humanos vſus redire, & ẽt
vendi,ac donari,& emi,ſecundũ Hoſt.Pet.& Inno.Et iura
dicẽtia ꝙ fieri non poteſt ſine authoritate epiſcopi, intel
liguntur vt ſit eccleſiaſticum:aliàs vt ſit profanũ bene fie-
ri poteſt.Et hoc dicit glo.in clem.quia contingit. de reli.
do.Imò quilibet ædificare poteſt hoſpitale etiã cũ orato-
rio,ſecundùm Hoſt. & Panor.in c.ad hæc.de religio. do.
ſine alia authoritate:ſed in oratorio ſine licẽtia epiſcopi
celebrari non poteſt.de conſecra.diſt.j.vnicuiq;.& idem
Ioan.And.poſt Vinc.& Tancredum.Dicit tamen Hoſt.ꝙ
etiã poſt actum interuenire poteſt conſenſus epiſcopi: &
poſtquã ei⁹ authoritate eſt factũ religioſum, deputari nõ
poteſt ad alios vſus. ¶ Secũdũ. In parochia matricis eccle
ſiæ illa irrequiſita vel inuita erigi poteſt hoſpitale, loquẽ
do de non religioſo,ſecundũ Lap.quia ſi quilibet poteſt
ſuam domum ad hoſpitalitatẽ deputare inuito epiſcopo,
multo forti⁹ inuito rectore matricis eccleſiæ.quod intelli
ge quando vt priuatas domos ſic deputãt:qa ſub effigie,ſi
gno,vel denominatione loci eccleſiaſtici non eſſet licitũ:
imò poſſet epiſcopus loca illa deſtruere:quia contra iuris
prohibitionẽ factũ eſt.Et facit quod not.Hoſt.de reli.do.
ad hęc.& hoc tenet Car.Si vero loquamur de hoſpitali fa-
cto cum capella,vel cũ authoritate epiſcopi,ita ꝙ ſit locus
eccleſiaſticus,cõſueuit dubitari. Nã licet regulariter vna
eccleſia in preiudiciũ alterius conſtruenda nõ ſit.xxvj.q.j.
eccleſia.& c.quicũque.illa tamen iura loquuntur de eccle
ſia,non de hoſpitali,in quo etiã non limitat ratio prohibi
tionis:ne ſcilicet aliquid de iure antiquioris eccleſiæ ac-
quiratur nouæ:vt in dictis capi.tamẽ contrariũ verũ eſt.ſ.
quòd nullus locus eccleſiaſticus erigi põt in aliqua paro-
chia ea inuita,ſcilicet antiquiori eccleſia. & iſto caſu no-
mine eccleſiæ venit hoſpitale,ex quo fauor eccleſiarũ re-
ſpicitur.qđ etiam tenet Lapus:nec ceſſat ratio præiudicij,
quia hoſpitale debet habere dotẽ,de qua decima nõ ſolui
tur:& ſi habet capellã vel oratorium, accedunt oblatiões.
